
CHRI-
STVS.
2
Domini nostri IHESV CHRISTI longanimitatem: salutē arbitramini. sicut & dilectus frater noster Paulus: secundum datam sibi gratiam scripsit vobis.
1
Viuo ego/iam nō ego: viuit vero ī me CHRISTVS. q̧ autem nūc viuo in carne: in fide viuo filij dei.

emptus . Anno 1680.

EPI-

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET D. D. GVILLERMO BRICONNETO EPISCOPO LODOVENSI IACOBVS FABER STAPVLENSIS AETERNAM IN CHRISTO DEO. S.

NON TE latet ſapientiſſime pater/qui in ijs quæ a prouidentia ſunt/maxime oblectari ſoles: cum agricola proſcindit agrum/quantoſcunq; valet/ illi impendens labores/ſi plantula ſurgit/ſi vberem fructum affert/ id donum dei eſſe. Et etiam nemo eſt fidelium: qui iam id addubitet/ eatue inficias. Si igitur terra quam pecudum veſtigia calcant/diuino fauore fœcundatur: quanto magis mentium humanarum rationalis terra/ quæ diuinis patet ingreſſibus/ & quam diuina terunt veſtigia? Terra autem quæ non colitur/ & quæ cœleſtem non ſentit hymbrem: ſi quicq̃ profert/ non eſt humanis vſibus aptum/ ſed ſpinæ ſunt/ vepres/& tribuli/aut ſine vllis vtilitatibus herbæ. Hunc prope in modum quæ diuinum non ſentiunt radium: ſi quicq̃ humanæ pariunt mentes/id plus nocere q̃ prodeſſe ſolet/neq; vllum mentibus vitale præbere pabulum. Mentium enim ſuperno fauore deſtitutarum fœturæ: tribuli ſunt/ſentes/& lapæ. Et ferme talibus omnia ſunt plena: cum eorum qui circa humana/ tum qui circa diuina ſcripſere. Eos excipio: qui non ex ſe/ſed diuino motu impulſi/ad ſcribendum acceſſere. motus enī ille: ad ſublimia tendit & lucida. Mentes autem humanæ: de ſe ſteriles ſunt. quæ ſi ſe poſſe credunt/præſumunt: & ſi quicq̃ pariunt/infructuoſum eſt/graue/opacum & potius contrarium menti q̃ vitale pabulum/ animæ/vitæq; conſētaneum. Ergo ſi ſenſibilis terra profert fructum humano corpori accōmodū: cœleſtis doni manifeſtiſſimum eſt indicium. at vero multo magis: ſi humana mens/ fœtum ædit vitæ ad ſaluti conducentem animarum. Igitur in talibus non mentem ipſam/ non humanum artificem (quiſquis is tandem ſit/quem deus ſuum delegerit inſtrumentum) attendere oportet. ſed præcipue cœleſtem indultum/ipſumq; diuinum indultorem. Quapropter te humaniſſime pater/ & omnes qui hoc in volumine ordinatas diuiniloqui Pauli/lecturi ſunt epiſtolas/ cratos eſſe velim vel obnixiſſime: vt non tam Paulum ipſum q̃ Pauli gratiam/& gratiæ indultorem attendant. Et tanto minus cum cōmentarios forte quoſcunq; legunt: humanos attendere debent authores ſi ſpiritualis vitæ/ veriq; animi paſtus percipient indicia. ſed intelligere debebunt deſuper ima fœcundantem virtutē: verūq; agnoſcere authorem/agnitūq; ſequi/quanta valebunt animi puritate atq; pietate. ad eum enim his ſolis acceditur paſſibus: qui omnia operatur in omnibus. Sin nullā vitalem mētis percipiunt alimoniam: humanæ mentis ager/ ſpiritus ſancti rorē non ſenſit/ ſpiritus ſancti hymbre non maduit/ſed ex ſe protulit inutile germen/iuxta diuinū ſermonem. Maledicta (inquit) terra in opere tuo: ſpinas & tribulos germinabit tibi. Ergo qd ex ſecūda generatione habemus: nō noſtrū/ſed diuinæ benedictionis eſt opus. In hac igitur: diuinā benedictionem attendamus artificem. in illa vero: primæ natiuitatis maledictum. cuius opus æque fugiendum: vt benedictionis proſequendum. Et q̄q̄ proſequendum: non tamen humanus author (quod dictu dignum ſit) aſpiciendus eſt. nam id q̃ exploratiſſimū eſſe debet: neq; qui plantat eſſe aliquid/ neq; qui rigat/ſed qui incrementū dat deus. Tāto minus æſtimandi erunt: qui circa iam plantata/irrigata/& iam dei incrementum habentia/ſe exercent. magna tamen gratia: in his omnibus/et circa omnes eſſe poteſt. Quā qui attendent: ſe parant/vt gratiam percipiant. Quid enim gratiarum diffuſor vult/ niſi gratiam infundere paratis: haud ſecus ac lucidum/lumen capacibus oculis? Qui intelligent has epiſtolas eſſe dei donum/et quod adiectum/ eſſe dei donum: proficient. Et ij non ex ſe: ſed ex gratia proficient. At vero qui mundanum forte attendent artificem/ immo qui Paulum ipſum qui iam ſupra mundum eſt/ quaſi hæ epiſtolæ ſint eius opus/ et non ſuperioris energiæ in eo diuinitus operatæ: ſuo ſenſu ad lecturam accedentes/ parum fructus inde ſunt ſuſcepturi. & inflati ſenſu carnis ſuæ/multa extorte iudicantes: circa inania vaneſcent/& tantūdē mente ægrotabunt. Quod ſi cui ita eſſe/cernere conceditur: id non parū eſt. Aſſit Chriſtus diuinorum author munerum/omnibus gratiam donans/datamq; conſeruans/& augens conſeruatam: vt nullus ſuo ſenſu iudicet/ præſumatq; iudicans. Nam Paulus ſolum inſtrumentum eſt. Experimentum (inquit) quæritis in me loquentis Chriſti. Hæc enī doctrina Chriſti eſt: non cuiuſuis alterius. Proin-

de qui studiosi eius erunt: haurient aquas in gaudio/de fontibus saluatoris/vt diuinum continet oraculũ. Hæc est pars doctrinæ: de qua dicitur in Osee. Scientiam dei volui potiusq̃ holocaustũ. Qz si Paulus huius diuinæ scientiæ solum instrumentum est: quid posteriores quicunq; esse poterũt/si quicq̃ etiam dici possunt. nisi perexile/ & tenue subinstrumẽtum etiã omni instrumento minus atq; inferius? At magnũ tamen est hoc pacto esse subinstrumentum/& subinstrumento minus: etiam humanas longe exuperans vires. Qui igitur pie accedent ad hæc legenda: non Paulus/ non quisq̃ alius/sed Christus & spiritus eius superbonus præstabunt/ vt pietate proficiãt. Qui vero præsumptuose ac superbe: non etiam Paulus/non alius quicunq;/sed ille repellet qui superbis resistit & humilibus dat gratiam. Dulce manna quod e cœli rore concrescit/& dulce mel quod ex eodem decerpitur e floribus: sed omnibus dulcius dei donum ijs/ quibus ipse elargitur degustandum. ¶ Verum tantillis hactenus: pij satis a nobis admoniti sint lectores. Quibus primũ ex gratia saluatoris/exhibemus diuiniloqui Pauli vulgatę æditionis epistolas/prima fronte legendas. & e regione: earundem intelligentiam/ ex græco respondentẽ. Post quas vt quatuordecim in ecclesiarũ vsu beatissimi Pauli receptæ sunt epistolæ: sic & quatuordecim subiecti sunt commentariorum libri. ea quidem diligentia: vt primus primæ respondeat epistolæ/& secundus secundæ/atq; ita deinceps. Et in omnibus: caput capiti/& numeri numeris. suntq; omnia græco more signata: vt facile omnium pateat conspiratio/mutuaq; respõdentia. Paruus numerus sursum ad latus e regione sinistræ legentis: caput epistolæ monstrat. Id tamẽ aduertendũ: vnãquanq; harum epistolarũ/apud Græcos cõtinuo tractu scribi/& non partiri manifestis sectionibus/& capitũ rubricis/vt apud Latinos. sed numeri dũtaxat in margine assituãtur: e regione locorũ vbi Latini suas capitũ sectiones habent. Neq; eni vllorũ scribentiũ mos est/ vt cũ epistola mittitur: secta rubricis & huiusmodi discapedinibus mittatur/ sed continuo filo texta/descriptaq; cõtinuo. Quo modo dubiũ nõ est & scripsisse & misisse/ omnia callentẽ Paulũ. Iccirco & nos quoq; sic sectiones: per marginales numeros ad literæ latus/ nunc dextrũ/ nũc lęuũ annotauimus. Minutuli autẽ numeri in easdẽ partes: gratia cõmentariorũ et canonũ sunt. Sed id fortasse minusq̃ qđ annotatione dignũ fuerit: aliquib⁹ vtcũq; videtur. Nũc vero ad reliquorũ pauca mõstranda redeam⁹. Maior numerus sursũ in medio ferme margine e regione dextræ: numerũ mõstrat epistolæ. est eni epistola ad Rhomanos prima/duæ ad Corinthios secũda & tertia: & hoc pacto deicipes/eo ordine quo i libris latinorũ digeri solẽt. Et in eadẽ parte sursũ ad extremũ latus: nomẽ legitẽ epistolæ/verbi causa an ad Rhomanos/an ad Corithios/aut quosuis alios/ aliiue scripta sit. Et quia maiores nostri tum Gręci/tum Latini/canones his epistolis præfixere/& adhuc in plerisq; vetustis codicibus/eos reperire promptum est/ apud quidem Græcos Eusebius/& Ammonius/apud vero latinos Priscillianus: ideo & nos (omissis tamen ijs qui sunt Priscilliani/ non solum ob id q vbiq; corrupti inueniuntur: verum & insuper q eorum numeri nostris non conspirabant) alios præfiximus/ vt ad contenta in epistolis/ad articulos fidei/& aduersus hæreticos. quę omnia luce clariora: suis locis conspicabuntur perfacile. ¶ Et in his omnibus: nonnulli forte nostram probabunt diligentiam. Quod siue ita fecerint/siue secus: parui refert. Seruo enim nichil curę esse debet tanto magis subseruo/& minus q̃ subseruo: siue alij probent/siue reprehendant/ dũmodo vni omnium domino/& superdomino suo/labor eius sit acceptus. Acceptet itaq; Christus dominus/plusq̃ dominus & superdominus nostrum laborem. ¶ Nonnulli etiã forte mirabuntur non parum: q ad tralationem Hieronymi/intelligẽtiam gręcam adijcere ausi fuerimus/id nimis insolenter factũ arbitrantes. & me temeritatis & audacię: nõ tam accusabunt/q̃ damnabunt. Quibus nichil succensemus. nam iuste id quidem facerent: si ita res haberet/vt et ipsi coniectant/ et iam q̃plurimis est persuasum. Verum nos bona venia dignabuntur: cum plane intelligent nos ad sacri Hieronymi tralationem nichil ausos/sed ad vulgatam æditionem/quæ longe fuit ante beatum et gloriosum ecclesiæ lumẽ Hieronymum/ et quã nobiscum ipse suggillat/ carpit/et coarguit/et quam veterem/et vulgatam appellat æditionem. ¶ Qz vis igitur sacerrime præsul pro innumeris quibus me iampridẽ cumulasti/et indies cumulas beneficijs/ pro tantis ad studia cõmodis quib⁹ me donas/nulla alia re respõdere/ nulla alia tibi vsui esse queã: nisi vt te õni in loco vnicũ benefactorẽ agnoscã: has tamẽ diuinæ benedictionis primitias/nostri in beatissimũ Paulũ laboris/deo imprimis oblatas: tu sacratus eius antistes/tu vicarius suscipere non dedignare/non vt nostrum donum/ sed vt deo oblatum. Admitte Paulum hospitem/intromitte Christi præconem/Christi ad omnium gentium vitam legatum/supermundanum oratorem. Quem tantopere peregrinum alias efflagitabas: am-

plectere præſentem. Quem inſuper ſi ſacro pectoris tui armario condideris/ conditum ſeruaris/ſeruatum ruminaueris/ coxeris/ digeſſeris: te dubio procul in verę beatitudinis tramite collocabit/multo cum ſpirituali/ infinitoq; gaudio tandem percipiendæ. Quam annuât tibi gratia Chriſti/ cœlorum terræq; domini: quæ ſola vere beatos efficit. Ad quam per eiuſdem gratiam dilucidius intelligendam: ex horum librorum pijs exercitationibus/non parū iuuabere/modo/aliquo indigeas adminiculo/et non potius ex āplis dei muneribus ac gratijs/ quę in te ſunt copioſæ/omnia per te poſſis/ſufficias/ ac diuiter intelligas. Semper igitur memineris te eſſe quod es: præclariſſimum inquam pontificale iubar/innumeris et raris pluſq̄ naturæ dotibus a deo decoratum. Vale præſulum decus.

¶APOLOGIA Q. VETVS INTERPRETATIO EPISTOLARVM BEATISS. PAVLI QVAE PASSIM LEGITVR: NON SIT TRALATIO HIERONYMI.

QVIA in præfixa paulo ante epiſtola iam diximus/nos ad tralationem Hieronymi nichil adieciſſe (neq; enim id præſumpſiſſemus) nunc cōſentaneum viſum eſt/vt epiſtolarum beatiſſimi Pauli vulgatam æditionem/qua paſſim eccleſiæ vtuntur/ non eſſe Hieronymi/ ſed priorem eo fuiſſe/bona omnium gratia oſtendamus. Sic enim tranquilliore animo ſequentia aggrediētur: quibus ſatiſfactum erit/ oppoſitum forſitan huius aut ſuſpicantibus/ aut iam perſuaſis. Et me forte amabunt: quem hoc non pātefacto/ odiſſent. Aut etiam cōmendabunt: cui detraxiſſent. q̄q̄ non tam cōmendationem quærimus: q̄ vt labor noſter multis prodeſſe poſſit/ad illius gloriam & honorem/gratia cuius illum ſuſcepimus: & qui noſtro aſpirauit labori. nā dign9 eſt & ſuperdignus omni honore/laude/cognitione. ¶At quo modo ἔκδοσιν illam/ id eſt æditionem vulgatam/cōmodius oſtendere valebimus non eſſe Hieronymi: q̄ ex ipſo Hieronymo/ vt ipſe pro ſe aduerſus eos qui contra ſentiunt/potius q̄ alius quicunq; texere videatur apologiam? Sane quantum eſt in me: nō niſi inuitus/& aliorum opinione coactus ad defenſionem trahor/ et apologiam. Optarē enī: nūq̄ ea eſſet opus. Ad eā tamen nobis ex ſacro Hieronymo accingendum eſt. Vt dominū/tutorem & defenſorē noſtrum oſtendam9: cuius nos putant aduerſarium. ¶Enimuero ſi ſacer Hieronymus huius æditionis interpretem vt alium citat/latinumq; interpretem appellat/ & interpretationem ipſam nominat vulgatam: nonne egregie conficitur/non eſſe Hieronymi tralationem? Si latinum interpretem frequenter vellicat/& inſcitiæ accuſat/ ſi frequentius dictā taxat æditionē: quis inficias ibit/quis hæſitabit ſacrum Hieronymū & ſe negare fuiſſe interpretem/et ipſam vt ſuam refutare æditionem? Atqui id ſacrum facere/Hieronymum/neminem latere crediderim: cui diligens in legendis cōmentarijs eius in epiſtolas beatiſſimi Pauli/cura fuerit. Quæ vt dilucidius appareant: ſacrum nunc audiam9 Hieronymum. et michi plane fides abrogetur: niſi eadem ipſe teſtetur apertius. In primo enim commentariorum epiſtolæ Pauli ad Galatas libro / vbi in epiſtola cap. ſecundo ſecundū vulgatam æditionem legitur. Et contuli cum illis euangeliū quod prædico in gentibus. Quod ſupra (inquit ſacer Hieronymus) Latinus interpres acquieui

HIERONYMVS

„ dixerat/in eo loco vbi ſcriptum eſt/continuo non acquieui carni et ſanguini: in præſenti loco contuli magiſq̄ acquieui interpretatus eſt. Et in primo cōmentariorū epiſtolæ ad Epheſios/vbi ī epiſtola cap. primo legit̄/qui eſt pignus hæreditatis noſtræ/ī redēptionē acquiſitionis. Pignus (inq̄t) Latinus interpres pro arrabone poſuit. nō idipſum autē arrabo: quod pignus ſonat. Ecce igitur quo modo latinum citat interpretem: non vt de

se/sed vt de alio loquens. ¶Sed q͏̄ eam/qua de agitamus sermonem/vulgatam æditio-
nem nominet: ex tertio commentatiorum eiusdem epistolæ vel apertissime dilucet/vbi
ita scriptum habemus. Qui autem sunt Christi: carnem suam crucifixerunt cum vicijs &
• concupiscentijs. Et hoc (inquit) ita admonitum sit/ si vulgatam æditionem sequimur: HIERO-
• legentes carnem suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs. En quo pacto vul- NYMVS.
gatam appellat æditionem. ¶Et quanq̄ citare latinum interpretem solet nunq̄/ quin
ipsum reprehendat/& æditionē qua passim vtimur: quibusdam tamen in locis id facere
cognoscitur apertius. Vt in secundo cōmentariorum eiusdem epistolæ ad Galatas/vbi
cap. quinto legimus. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini: a gratia excidi-
• stis. Hic enim (ait sacer Hieronymus) non vt in latino/male interpretatum est euacua- HIERO-
• ti estis a Christo: sed a Christi opere cessastis magis intelligitur. Et in tertio cōmentario- NY-
rum eiusdem epistolæ vbi paulo post eodem cap. quito: ita in vulgata æditione legimus. M
• Modicum fermētum totam massam corrumpit. Ait idem Hieronymus. Male in nostris V
• codicibus habetur modicum fermentum totam massam corrumpit: et sensum potius in- S
• terpres suum/ q̄ verba apostoli transtulit. Et in epistola ad Titum vbi cap. primo legi- HIERO-
• mus. Sed hospitalem/benignum/prudentem/sobrium. Ait rursum Hieronymus. Lati- NYMVS.
• nus interpres verbi ambiguitate deceptus: pro pudico/prudentem transtulit. Ecce quo
modo & interpretem & æditionem aperte suggillat & arguit. Quis igitur hanc dixerit
nisi mentis rationisq; inops: Hieronymi esse tralationem? Nunquid se ipse repræhen-
dit/& se aliter & inepte quidem cum probe in græco habeatur traduxisse dicit? ¶Verū
si quis accurate aspicere velit: comperiet eum in tribus cōmentariorum libris epistolæ
ad Galatas/latinum interpretem/& nostram vulgatam æditionem notatam vndeuige-
sies/si etiam non pluries. In primo cōmentariorum ad Ephesios: duodecies. In secūdo:
quinquies. In tertio: octies. In cōmentarijs epistolæ ad Titum & Philemonem: frequē-
ter. Quare satisfactum esse puto sufficienter suspitioni eorum: qua nos damnassent/ qua-
si ausos ad tralationem Hieronymi/nostram ex græco nouam/adiecisse intelligentiam/
& non solum adiecisse/sed et frequenter in examinationibus taxasse/ tanq̄ parum iuste
interpretatam. ¶Sed inquies. Omnes tenent æditionem vulgatam: esse Hieronymi.
¶Id refutamus/oēs tenere: imo vero singuli quiq; docti/& qui incolumi pollēt iudicio:
probe norunt non esse Hieronymianum opus/vtpote qui eam confutat/ redarguit/ dā-
nat/vt ex dictis iam satis patet/& apertius cōmentarios eius legentibus dilucet. ¶At
nusq̄ æditio illa comperitur: sine Hieronymi epistolis/& argumētis. ¶Et id insuper fal-
sum est. nam in vetustis codicibus complusculis: illa inuenitur cum argumentis & epi-
stolis aliorum/quas aut Isidoro/aut alij cuipiam etiā vetustiori ascribunt. Nūquid igitur
cuiuslibet erit traductio/cuius argumenta & epistolia præfixa sunt? Et quo modo si vni-
us: cuiuslibet erit? et si vnius cuiusuis: quo modo erit alterius? Fit enim egregie/eius est
tralatio cuius argumenta præfiguntur. Atqui Isidori dinoscuntur præfixa argumenta.
Isidori igitur tralatio est. nō igit̄ Hieronymi. Sed vt hoc vltimū cōcedimus/a que præ-
cedens refutamus: ea ratione/qua & refutamus Hieronymi esse/ quia Hieronymi præ-
fixa dinoscantur argumenta. ¶Sed rursum. Ex Hieronymo tibi ipsi suades: Hieronymi
esse. Nam in calce libri/quem de viris illustribus compegit: hunc in modum de se scri-
• psit. Nouum testamentum græcæ fidei reddidi. vetus iuxta Hebraicam transtuli. In no HIERO-
uo autem testamento epistolæ Pauli continentur. eas igitur traduxit. Quas si traduxit: NY-
quænam alia possit esse traductio/ nisi ea quæ vulgata nuncupatur æditio/ & quæ est in M
ecclesiarum vsu? ¶Quin potius contra/ex beatissimi pariter & doctissimi Hieronymi V
verbis argumentari debueras. Sacer Hieronymus nouum testamentum in quo & hæ S
epistolæ continentur/græcę fidei reddidit. verum vulgata æditio/adeo multiplici vicio
scatet/vt non tā fidei græcę reddita sit/q̄ reddi indigeat. non est igitur Hieronymi. alio-
qui pro dignitate reddita esset gręcæ fidei. Quod & falsum est/& falsum esse ipse osten-
dit. ¶At forsitan adijcies. Prius traduxit: & eam traductionem in posterioribus scriptis
eius corrigit. ¶O Caput pertinax/ & morose cauillator/sophista improbior. Nonne vi-
des te sancto viro iniuriam facere: vt tuum defendas errorem? Nonne vides te sanctissi-
mo viro pariter & doctissimo/non modo impingere inscitiam/ verum insuper præsum-
ptionē & temeritatis audaciā/qui anteq̄ sciret/traducere pręsumpsit? Nūquid si vulgatę
æditionis prius iterpres fuisset/de se ipse diceret: latinus interpres verbi ābiguitate dece
ptus/pro pudico prudētē trāstulit/qd̄ paulo supra dictū est/i cōmētatijs epistolę ad Titū
dixisse? Si de se: suā prodit ignorantiā. Si traduxit/& dissimulat/aliū simulās traductorē:
alteri suum impingit errorem. quorum vtrunq; a Hieronymo cum doctissimo tum san-

ctiſſimo viro imo heroi & pluſq̄ viro alieniſſimū eſt. ¶Sed age præterea: quo modo illa
inerudita traductio/tam facile ab vniuerſa recepta eſſet eccleſia: cum illa erudita & li-
mata/qua nouum fidei græcę reddidit teſtamentum/nondum ſit recepta? Quo modo tā
repente inualuit/vt ſcribente adhuc Hieronymo vulgata appellaretur: & eo etiam tem
pore/quo ſacer Hieronymus/q̄plurimos (etſi id præter ſancti viri meritum) patiebatur
æmulos/etiam in capite omnium eccleſiarum Rhomæ? adeo vt & ipſe propter æmulo-
rum inuidiam: ad longiſſima loca/ſua ſponte exul & peregrinus ageretur. ¶Et ꝙ con-
tendis eum epiſtolas Pauli traduxiſſe: id ex verbis eius nequaq̄ cōcias. Nam vetus te-
ſtamentum ſe traduxiſſe teſtatur. at nouum non traduxiſſe ſe dicit/ſed fidei græcę reddi-
diſſe. Quod æque facit is qui confert & emendat. Vt veterem Pſalterij æditionem: bis
exemplarium græcorum collatione (vt ad Paulam & Euſtochium ſcribens teſtatur)
ipſe emendauit. Et quid hoc emēdare: niſi fidei græcæ reſtituere? Si traduxit: cur in hoc
HIERONYMUS
potius q̄ in cæteris non aperte detexit? In Hieremiam (inquit) & Ezechielem homelias
28: quas de græco in latinum verti. De ſpiritu ſancto didymi: quem in latinum tranſtu-
li librum vnum. vetus teſtamentum iuxta Hebraicam fidem tranſtuli. Ecce quæ tran-
ſtulit: aperte ſe tranſtuliſſe/aut e græco in latinum vertiſſe dicit. Non igitur ex verbis ei9
dilucet: nouum tranſtuliſſe teſtamentum/& tanto quoq; minus diuiniloqui Pauli epi-
ſtolas. ¶Sed eſto traduxerit. Nunquid continuo fit: ergo traductio Hieronymi ea eſt/
qua paſſim vtuntur eccleſiæ? Quis analyticus (obſecro) ſuam ex notis & præcōfeſſis/co-
gentem hanc cognoſcet argumentandi formam? Quis dialecticus ex cōmunibus locis
fatebitur ſuam? Quo epicheremate id conficitur? Quo ſymparaſmate colligitur? Quo
Poriſmate ſubiſert? Quid ſi Ambroſius traduxit: nūquid etiā erit Ambroſij? Atqui Am
broſij non eſt: vt licet agnoſci/Ambroſianum cōtuenti textum. Et non tam etiam Am-
broſium traduxiſſe/q̄ aliqua loca vulgatæ æditionis ex græco emendaſſe crediderī/adeo
illa prior erat Ambroſio/quare & Hieronymo. Immo & Hieronymus ſuos cōmentarios
in illam latinis vſitatam tralationem affixit: quam inter cōmentandum/frequenter co-
arguit. ¶Adde inſuper ꝙ neq; id magnopere in ſcripturis canonicis ea tēpeſtate requi-
rebant ij: qui graui in eccleſia erant authoritate. Quod ex Aurelio Auguſtino ad Hie-
AVGVSTINVS
ronymum ſcribente: vel apertiſſime conſtat. De vertēdis autem (inquit) in latinam lin-
guam ſanctis literis canonicis/laborare te nollem: niſi eo modo quo Iob interpretatus
es. vt ſignis adhibitis/quid inter hanc tuam & 70/quorum eſt grauiſſima authoritas/
interpretationem diſtet/appareat. Hæc ſacer Auguſtinus. In hoc Hieronymum probās
ꝙ tralationem Iob ex græco: vbi abundabat ab Hebræo/obeliſco ſignauit. vbi autem
deficiebat: adiecit. pariter quod adiecit: aſteriſco ſignans. Quo modo igitur in eccleſijs
vniuerſo eccleſiarum vſu vbiuis gentium (quod omnium factu difficillimū eſt) muta-
to recepiſſent quod ſummi & qui prima erant authoritate nō probabant? Non igitur
tunc recepere. Et quando poſtea receperint/mutatuſq; ſit vbiq; locorum/omnium eccle-
ſiarum vſus: non eſt inuentu facile. Approbatas tamen Hieronymi (quotquot repertæ
ſunt) ſcripturas: non ierim inficias. Verum ſi epiſtolas Pauli traduxerit/ſi apoſtolorum
catholicas/ſi euangelia/ſi actiones apoſtolicas: nondū ea in lucem emerſerunt/publico
vſui eccleſiarum recepta. neq; etiā earū ſcripturarū: eius ad integrum recognitiones.
Quod ex epiſtola ad Sūniam/& pleriſq; alijs ſcripturis eiuſdem Hieronymi: cognoſce-
re promptum eſt. ¶Quid igitur: perierunt ne? Fortaſſe: niſi tēpus/bonus repertor rerū/
nepotib9 reſtituat. Librum Iob de quo beatus pater & doctor eccleſiæ loquitur Augu-
ſtinus/quem & approbat: vſus non habet eccleſiarum. Quid ſi tanto minus: non æque
approbata? Illum tamē librū Iob in vno loco/vbi vetuſta in aceruū nullo ordine cōiecta
volumina/annoſa conficiebat caries comperi: quem compertum protinus comiti meo/
Ioanni Solido/qui Polonus e Cracouia ad noſtra ſtudia venerat/michi quidem impri
mis amiciſſimo/& ad ſcribendum promptiſſimo iuueni/commiſi trāſcribēdum. Et quid
mirū ſi nō habētur/tāetſi aut traduxerit/aut emēdarit: quādoquidē de Iacobo apoſtolo
HIERONYMUS
ſcribens idē ipſe Hieronymus ait. Euangeliū quoq; qd appellat ſecundū Hebræos/& a
me nuper in gręcū latinūq; ſermonē trāſlatū eſt/quo et Origenes ſępe vtitur: poſt reſur-
rectionē ſaluatoris refert. Dominus autem cū dediſſet Sindonem ſeruo ſacerdotis: iuit
ad Iacobum/& apparuit ei. Ecce traduxit in latinum ſermonem illud euangelium/cu-
ius teſtimonio & in cōmentarijs epiſtolarū/& ſuper Matthæum vtitur. At quis nūc ex-
hibeat? Neq; etiam facile crediderim eas/quas in nouum teſtamentum ſiue traductio-
nes/ſiue ad græcam fidem parauit reſtitutiones. Quot enim inſignes in Italia ſcripſere
viri/& forte in Germania/Britannia/Gallia/Iberia: quorum ſcriptis caret Italia/& pro-

pria illa loca in quibus scripsere? Si quæ lar domesticus parit/ea desyderamus: quid mirũ si quæ Hierosolyma & Bethleem fœlicissima Christi vitæ authoris/ icunabula pene disclusus & alius a nobis orbis peperit/ea desyderemus/eisipsis careamus? Et q̄q̄ ita est: longe tamē magis tristandũ nobis est/nos beatissimi Hieronymi traductionum/aut ad fidem græcam noui testamenti/& harum diuini Pauli epistolarum non sentire beneficiũ/q̄ nobis cordi sit/ostēdisse oppositũ. Quis etiã id satis aperte/ & sine ambitu/& verborum inuolucro pro veritate factum esse autumo: adhuc minus omnes hærere valebunt/si loca paucis annotabimus/quæ cum latini interpretis/ tum vulgatæ æditionis sacer notat Hieronymus. Primo: in epistola ad Galatas. Deinde: in epistola ad Ephesios. Subinde: in epistola ad Titum. Et vltimo: in epistola ad Philemonē. Non enim in plures: vidimus eius cõmentarios. Quæ omnia/ex subiecta oculis formula: facile depræhēdentur.

GALATARVM

CAP	EX EPISTOLA AD GALATAS. VVLGATA AEDITIO.	NOTAT.
1	Continuo non acquieui carni & sanguini.	Hieronymus.
2	Et contuli cum illis euangelium quod prędico in gētibus.	Hieronymus.
2	Quibus neq; ad horam cessimus subiectioni. correctum est.	Hieronymus.
2	Sed propter subintroductos fallos fratres.	Hieronymus.
2	Michi autē qui videbãtur esse aliquid: nichil contulerunt.	Hieronymus.
3	Quis vos fascinauit non obedire veritati.	Hieronymus.
4	Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis.	Hieronymus.
4	Quoniam confundor in vobis.	Hieronymus.
5	Euacuati estis a Christo.	Hieronymus.
5	Persuasio hæc non est ex eo/qui vocat vos.	Hieronymus.
5	Modicum fermentũ totam massam corrumpit.	Hieronymus.
5	Ergo euacuatum est scandalum crucis.	Hieronymus.
5	Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis.	Hieronymus.
5	Fornicatio/immunditia/impudicitia/luxuria.	Hieronymus.
5	Qui autē Christi sunt carnem suam crucifixerunt cũ vicijs.	Hieronymus.
5	Non efficiamur manis gloriæ cupidi.	Hieronymus.
6	Vos qui spirituales estis/huiusmodi instruite.	Hieronymus.
6	Nam si quis existimat se aliq̄d esse cũ nichil sit: ipse se seducit.	Hieronymus.
6	De cetero nemo nichi molestus sit.	Hieronymus.

EPHESIORVM

CAP	EX EPISTOLA AD EPHESIOS. VVLGATA AEDITIO.	NOTAT.
1	Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi.	Hieronymus.
1	Secundum propositum voluntatis suę.	Hieronymus.
1	In charitate prædestinauit nos.	Hieronymus.
1	In qua gratificauit nos in dilecto filio suo.	Hieronymus.
1	Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.	Hieronymus.
1	Instaurare omnia in Christo.	Hieronymus.
1	Qui ante sperauimus in Christo.	Hieronymus.
1	Qui est pignus hæreditatis nostræ.	Hieronymus.
1	In redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ eius. Correctum.	Hieronymus.
2	Facientes voluntatem carnis & desyderiorum.	Hieronymus.
2	Deus autem qui diues est in misericordia.	Hieronymus.
2	In vno corpore deo/per crucem interficiens inimicitias i semetipso.	Hieronymus.
3	Propter quod: peto ne deficiatis.	Hieronymus.
3	Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dñi nostri Ihesu Christi.	Hieronymus.
4	Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ.	Hieronymus.
4	Induite nouum hominem qui secundũ deum creatus est.	Hieronymus.
4	Sed si quis bonus ad ædificationem fidei.	Hieronymus.
4	Estote inuicē benigni/misericordes/donãtes inuicem.	Hieronymus.
5	Sed magis gratiarum actio.	Hieronymus.
5	Propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiæ.	Hieronymus.

C O N T E N T A.

CHRISTVS.

2
Domini nostri IHESV CHRISTI longanimitatem; salutē arbitramini. sicut & dilectus frater noster Paulus: secundum datam sibi gratiam scripsit vobis.

1
Viuo ego, iam nō ego: viuit vero ī me CHRISTVS. q̧ autem nūc viuo in carne; in fide viuo filij dei.





Domus Probat. Rom. Schol. Piarum.

emptus . Anno 1682.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET D. D. GVILLERMO BRICONNETO EPISCOPO LODOVENSI IACOBVS FABER STAPVLENSIS AETERNAM IN CHRISTO DEO.S.

NON TE latet ſapientiſſime pater/qui in ijs quæ a prouidentia ſunt/maxime oblectari ſoles: cum agricola proſcindit agrum/quantoſcunq; valet/ illi impendens labores/ſi plantula ſurgit/ſi vberem fructum affert/ id donum dei eſſe. Et etiam nemo eſt fidelium: qui iam id addubitet/ eatue inficias. Si igitur terra quam pecudum veſtigia calcant/diuino fauore fœcundatur: quanto magis mentium humanarum rationalis terra/ quæ diuinis patet ingreſſibus/ & quam diuina terunt veſtigia? Terra autem quæ non colitur/ & quæ cœleſtem non ſentit hymbrem: ſi quicq̄ profert/ non eſt humanis vſibus aptum/ ſed ſpinæ ſunt/ vepres/& tribuli/aut ſine vllis vtilitatibus herbæ. Hunc prope in modum quæ diuinum non ſentiunt radium: ſi quicq̄ humanæ pariunt mentes/id plus nocere q̄ prodeſſe ſolet/neq; vllum mentibus vitale præbere pabulum. Mentium enim ſuperno fauore deſtitutarum fœturæ: tribuli ſunt/ſentes/& lapæ. Et ferme talibus omnia ſunt plena: cum eorum qui circa humana/ tum qui circa diuina ſcripſere. Eos excipio: qui non ex ſe/ſed diuino motu impulſi/ad ſcribendum acceſſere. motus enī ille: ad ſublimia tendit & lucida. Mentes autem humanæ: de ſe ſteriles ſunt. quæ ſi ſe poſſe credunt/præſumunt: & ſi quicq̄ pariunt/infructuoſum eſt/ graue/opacum & potius contrarium menti q̄ vitale pabulum/ animæ/vitæq; conſētaneum. Ergo ſi ſenſibilis terra profert fructum humano corpori accōmodū: cœleſtis doni manifeſtiſſimum eſt iudicium. at vero multo magis: ſi humana mens/ fœtum ædit vitæ ac ſaluti conducentem animarum. Igitur in talibus non mentem ipſam/ non humanum artificem (quiſquis is tandem ſit/quem deus ſuum delegerit inſtrumentum) attendere oportet. ſed præcipue cœleſtem indultum/ipſumq; diuinum indultorem. Quapropter te humaniſſime pater/ & omnes qui hoc in volumine ordinatas diuiniloqui Pauli/lecturi ſunt epiſtolas/ cratos eſſe velim vel obnixiſſime: vt non tam Paulum ipſum q̄ Pauli gratiam/& gratiæ indultorem attendant. Et tanto minus cum cōmentarios forte quoſcunq; legunt: humanos attendere debent authores ſi ſpiritualis vitæ/ veriq; animi paſtus percipient indicia. ſed intelligere debebunt deſuper ima fœcundantem virtutē: verūq; agnoſcere authorem/ agnitūq; ſequi/quanta valebunt animi puritate atq; pietate. ad eum enim his ſolis acceditur paſſibus: qui omnia operatur in omnibus. Sin nullā vitalem mētis percipiunt alimoniam: humanæ mentis ager/ ſpiritus ſancti rorē non ſenſit/ ſpiritus ſancti hymbre non maduit/ ſed ex ſe protulit inutile germen/iuxta diuinū ſermonem. Maledicta (inquit) terra in opere tuo: ſpinas & tribulos germinabit tibi. Ergo qđ ex ſecūda generatione habemus: nō noſtrū/ ſed diuinæ benedictionis eſt opus. In hac igitur: diuinā benedictionem attendamus artificem. in illa vero: primæ natiuitatis maledictum. cuius opus æque fugiendum: vt benedictionis proſequendum. Et q̄q̄ proſequendum: non tamen humanus author (quod dictu dignum ſit) aſpiciendus eſt. nam id q̄ exploratiſſimū eſſe debet: neq; qui plantat eſſe aliquid/ neq; qui rigat/ ſed qui incrementū dat deus. Tāto minus æſtimandi erunt: qui circa iam plantata/irrigata/& iam dei incrementum habentia/ſe exercent. magna tamen gratia: in his omnibus/ et circa omnes eſſe poteſt. Quā qui attendent: ſe parant/ vt gratiam percipiant. Quid enim gratiarum diffuſor vult/ niſi gratiam infundere paratis: haud ſecus ac lucidum/lumen capacibus oculis? Qui intelligent has epiſtolas eſſe dei donum/ et quod adiectum/ eſſe dei donum: proficient. Et ij non ex ſe: ſed ex gratia proficient. At vero qui mundanum forte attendent artificem/ immo qui Paulum ipſum qui iam ſupra mundum eſt/ quaſi hæ epiſtolæ ſint eius opus/ et non ſuperioris energiæ in eo diuinitus operatæ: ſuo ſenſu ad lecturam accedentes/ parum fructus inde ſunt ſuſcepturi. & inflati ſenſu carnis ſuæ/multa extorte iudicantes: circa inania vaneſcent/& tantūdē mente ægrotabunt. Quod ſi cui ita eſſe/cernere conceditur: id non parū eſt. Aſſit Chriſtus diuinorum author munerum/omnibus gratiam donans/datamq; conſeruans/& augens conſeruatam: vt nullus ſuo ſenſu iudicet/ præſumatq; iudicans. Nam Paulus ſolum inſtrumentum eſt. Experimentum (inquit) quæritis in me loquentis Chriſti. Hæc enī doctrina Chriſti eſt: non cuiuſuis alterius. Proin-

de qui ſtudioſi eius erunt: haurient aquas in gaudio/de fontibus ſaluatoris/vt diuinum
continet oraculũ. Hæc eſt pars doctrinæ: de qua dicitur in Oſee. Scientiam dei volui:
potiuſq̃ holocauſtũ. Q; ſi Paulus huius diuinæ ſcientiæ ſolum inſtrumentum eſt: quid
poſteriores quicunq; eſſe poterũt/ſi quicq̃ etiam dici poſſunt. niſi perexile/ & tenue ſub-
inſtrumẽtum etiã omni inſtrumento minus atq; inferius? At magni tamen eſt hoc pa-
cto eſſe ſubinſtrumentum/& ſubinſtrumento minus: etiam humanas longe exuperans
vires. Qui igitur pie accedent ad hæc legenda: non Paulus/ non quiſq̃ alius/ſed Chri-
ſtus & ſpiritus eius ſuperbonus præſtabunt/ vt pietate proficiãt. Qui vero præſumptuo-
ſe ac ſuperbe: non etiam Paulus/non alius quicunq;/ſed ille repellet qui ſuperbis reſiſtit
& humilibus dat gratiam. Dulce manna quod e cœli rore concreſcit/& dulce mel quod
ex eodem decerpitur e floribus: ſed omnibus dulcius dei donum ijs/ quibus ipſe elargi-
tur deguſtandum. ¶ Verum tantillis hactenus: pij ſatis a nobis admoniti ſunt lectores.
Quibus primũ ex gratia ſaluatoris/exhibemus diuiniloqui Pauli vulgatę æditionis epi
ſtolas/prima fronte legendas. & e regione: earundem intelligentiam/ ex græco reſpon-
dentẽ. Poſt quas vt quatuordecim in eccleſiarũ vſu beatiſſimi Pauli receptæ ſunt epi-
ſtolæ: ſic & quatuordecim ſubiecti ſunt commentariorum libri. ea quidem diligentia: vt
primus primæ reſpondeat epiſtolæ/& ſecundus ſecundæ/atq; ita deinceps. Et in omni-
bus: caput capiti/& numeri numeris. ſuntq; omnia græco more ſignata: vt facile omni-
um pateat conſpiratio/mutuaq; reſpõdentia. Paruus numerus ſurſum ad latus e regio-
ne ſiniſtræ legentis: caput epiſtolæ monſtrat. Id tamẽ aduertendũ: vnãquanq; harum
epiſtolarũ/apud Græcos cõtinuo tractu ſcribi/& non partiri manifeſtis ſectionibus/& ca
pitũ rubricis/ vt apud Latinos. ſed numeri dũtaxat in margine aſſituãtur: e regione lo-
corũ vbi Latini ſuas capitũ ſectiones habent. Neq; enĩ vllorũ ſcribentiũ mos eſt/ vt cũ
epiſtola mittitur: ſecta rubricis & huiuſmodi diſcapedinibus mittatur/ ſed continuo filo
texta/ deſcriptaq; cõtinuo. Quo modo dubiũ nõ eſt & ſcripſiſſe & miſiſſe/ omnia callentẽ
Paulũ. Icchco & nos quoq; ſic ſectiones: per marginales numeros ad literæ latus/ nunc
dextrũ/nũc lęuũ annotauimus. Minutuli autẽ numeri in eaſdẽ partes: gratia cõmenta-
riorũ et canonũ ſunt. Sed id fortaſſe minuſq̃ qđ annotatione dignũ fuerit: aliquib⁹ vt-
cũq; videtur. Nũc vero ad reliquorũ pauca mõſtranda redeam⁹. Maior numerus ſur
ſũ in medio ferme margine e regione dextræ: numerũ mõſtrat epiſtolæ. eſt enĩ epiſtola
ad Rhomanos prima/duæ ad Corinthios ſecũda & tertia: & hoc pacto deinceps/eo ordi
ne quo i libris latinorũ digeri ſolẽt. Et in eadẽ parte ſurſũ ad extremũ latus: nomẽ legit
epiſtolæ/verbi cauſa an ad Rhomanos/ an ad Corithios/aut quoſuis alios/ aliũue ſcri-
pta ſit. Et quia maiores noſtri tum Gręci/tum Latini/canones his epiſtolis præfixere/&
adhuc in pleriſq; vetuſtis codicibus/eos reperire promptum eſt/ apud quidem Græcos
Euſebius/& Ammonius/apud vero latinos Priſcillianus: ideo & nos (omiſſis tamen ijs
qui ſunt Priſcilliani/ non ſolum ob id q; vbiq; corrupti inueniuntur: verum & inſuper
q; eorum numeri noſtris non conſpirabant) alios præfiximus/ vt ad contenta in epi-
ſtolis/ad articulos fidei/& aduerſus hæreticos. quę omnia luce clariora: ſuis locis con-
ſpicabuntur perfacile. ¶ Et in his omnibus: nonnulli forte noſtram probabunt dili-
gentiam. Quod ſiue ita fecerint/ſiue ſecus: parui refert. Seruo enim nichil curę eſſe de-
bet tanto magis ſubſeruo/& minus q̃ ſubſeruo: ſiue alij probent/ſiue reprehendant. dũ
modo vni omnium domino/& ſuperdomino ſuo/labor eius ſit acceptus. Acceptet itaq;
Chriſtus dominus/pluſq̃ dominus & ſuperdominus noſtrum laborem. ¶ Nonnulli etiã
forte mirabuntur non parum: q; ad tralationem Hieronymi/intelligẽtiam gręcam adij-
cere auſi fuerimus/id nimis inſolenter factũ arbitrantes. & me temeritatis & audacię: nõ
tam accuſabunt/q̃ damnabunt. Quibus nichil ſuccenſemus. nam iuſte id quidem face-
rent: ſi ita res haberet/vt et ipſi coniectant/ et iam q̃plurimis eſt perſuaſum. Verum nos
bona venia dignabuntur: cum plane intelligent nos ad ſacri Hieronymi tralationem
nichil auſos/ſed ad vulgatam æditionem/quæ longe fuit ante beatum et glorioſum ec-
cleſiæ lumẽ Hieronymum/ et quã nobiſcum ipſe ſuggillat/ carpit/et coarguit/et quam
veterem/et vulgatam appellat æditionem. ¶ Quis igitur ſacerrime præſul pro innu-
meris quibus me iampridẽ cumulaſti/et indies cumulas beneficijs/ pro tantis ad ſtudia
cõmodis quib⁹ me donas/nulla alia re reſpõdere/nulla alia tibi vſui eſſe queã: niſi vt te
õni in loco vnicũ benefactorẽ agnoſcã: has tamẽ diuinæ benedictionis primitias/noſtri
in beatiſſimũ Paulũ laboris/ deo imprimis oblatas: tu ſacratus eius antiſtes/ tu vicarius
ſuſcipere non dedignare/non vt noſtrum donum/ ſed vt deo oblatum. Admitte Pau-
lum hoſpitem/intromitte Chriſti præconem/Chriſti ad omnium gentium vitam lega-
tum/ſupermundanum oratorem. Quem tantopere peregrinum alias efflagitabas: am-

plectere præsentem. Quem insuper si sacro pectoris tui armario condideris/ conditum seruaris/seruatum ruminaueris/ coxeris/ digesseris: te dubio procul/ in verę beatitudinis tramite collocabit/multo cum spirituali/ infinitoq; gaudio tandem percipiendæ. Quam annuât tibi gratia Christi/ cœlorum terræq; domini: quæ sola vere beatos efficit. Ad quam per eiusdem gratiam dilucidius intelligendam: ex horum librorum pijs exercitationibus/non parū iuuabere/modo/aliquo indigeas adminiculo/ et non potius ex āplis dei muneribus ac gratijs/ quę in te sunt copiosæ/omnia per te possis/sufficias/ ac diuiter intelligas. Semper igitur memineris te esse quod es: præclarissimum inquam pontificale iubar/innumeris et raris plusq̄ naturæ dotibus a deo decoratum. Vale præsulum decus.

¶APOLOGIA Q̄ VETVS INTERPRETATIO EPISTOLARVM BEATIS. PAVLI QVAE PASSIM LEGITVR: NON SIT TRALATIO HIERONYMI.

QVIA in præfixa paulo ante epistola iam diximus/nos ad tralationem Hieronymi nichil adiecisse (neq; enim id præsumpsissemus) nunc cōsentaneum visum est/vt epistolarum beatissimi Pauli vulgatam æditionem/qua passim ecclesiæ vtuntur/ non esse Hieronymi/ sed priorem eo fuisse/bona omnium gratia ostendamus. Sic enim tranquilliore animo sequentia aggrediētur: quibus satisfactum erit/ oppositum forsitan huius aut suspicantibus/ aut iam persuasis. Et me forte amabunt: quem hoc non pātefacto/ odissent. Aut etiam cōmendabunt: cui detraxissent. q̄q̄ non tam cōmendationem quærimus: q̄ vt labor noster multis prodesse possit/ad illius gloriam & honorem/gratia cuius illum suscepimus: & qui nostro aspirauit labori. nā dign⁹ est & superdignus omni honore/laude/cognitione. ¶At quo modo ἔκδοσιν illam/ id est æditionem vulgatam/cōmodius ostendere valebimus non esse Hieronymi: q̄ ex ipso Hieronymo/ vt ipse pro se aduersus eos qui contra sentiunt/potius q̄ alius quicunq; texere videatur apologiam? Sane quantum est in me: nō nisi inuitus/& aliorum opinione coactus ad defensionem trahor/ et apologiam. Optarē eni: nūq̄ ea esset opus. Ad eā tamen nobis ex sacro Hieronymo accingendum est. Vt dominū/tutorem/& defensorē nostrum ostendam⁹: cuius nos putant aduersarium. ¶Enimuero si sacer Hieronymus huius æditionis interpretem vt alium citat/latinumq; interpretem appellat/ & interpretationem ipsam nominat vulgatam: nonne egregie conficitur/non esse Hieronymi tralationem? Si latinum interpretem frequenter vellicat/& inscitiæ accusat/ si frequentius dictā taxat æditionē: quis inficias ibit/quis hæsitabit sacrum Hieronymū & se negare fuisse interpretem/et ipsam vt suam refutare æditionem? Atqui id sacrum facere/Hieronymum/neminem latere crediderim: cui diligens in legendis cōmentarijs eius in epistolas beatissimi Pauli/cura fuerit. Quæ vt dilucidius appareant: sacrum nunc audiam⁹ Hieronymum. et michi plane fides abrogetur: nisi eadem ipse testetur apertius. In primo enim commentariorum epistolæ Pauli ad Galatas libro / vbi in epistola cap. secundo secundū vulgatam æditionem legitur. Et contuli cum illis euangeliū quod prædico in gentibus. Quod supra (inquit sacer Hieronymus) Latinus interpres acquieui

HIERONYMVS

„dixerat/in eo loco vbi scriptum est/continuo non acquieui carni et sanguini: in præsenti loco contuli magisq̄ acquieui interpretatus est. Et in primo cōmentariorū epistolæ ad Ephesios/vbi ī epistola cap. primo legit̄/qui est pignus hæreditatis nostræ/ī redēptionē acquisitionis. Pignus (inq̄t) Latinus interpres pro arrabone posuit. nō idipsum autē arrabo: quod pignus sonat. Ecce igitur quo modo latinum citat interpretem: non vt de

se/sed vt de alio loquens. ¶Sed q eam/qua de agitamus sermonem/vulgatam æditio-
nem nominet: ex tertio commentariorum eiusdem epistolæ vel apertissime dilucet/vbi
ita scriptum habemus. Qui autem sunt Christi: carnem suam crucifixerunt cum vicijs &
concupiscentijs. Et hoc (inquit) ita admonitum sit/ si vulgatam æditionem sequimur: HIERO-
legentes carnem suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs. En quo pacto vul- NYMVS.
gatam appellat æditionem. ¶Et quanq̃ citare latinum interpretem solet nunq̃/ quin
ipsum reprehendat/& æditionẽ qua passim vtimur: quibusdam tamen in locis id facere
cognoscitur apertius. Vt in secundo cõmentariorum eiusdem epistolæ ad Galatas/vbi
cap. quinto legimus. Euacuati estis a Christo. qui in lege iustificamini: a gratia excidi-
stis. Hic enim (ait sacer Hieronymus) non vt in latino/male interpretatum est euacua- HIERO-
ti estis a Christo: sed a Christi opere cessastis magis intelligitur. Et in tertio cõmentario- NY-
rum eiusdem epistolæ vbi paulo post eodem cap. quito: ita in vulgata æditione legim9. M
Modicum fermẽtum totam massam corrumpit. Ait idem Hieronymus. Male in nostris V
codicibus habetur modicum fermentum totam massam corrumpit: et sensum potius in- S
terpres suum/ q̃ verba apostoli transtulit. Et in epistola ad Titum vbi cap. primo legi- HIERO-
mus. Sed hospitalem/benignum/prudentem/sobrium. Ait rursum Hieronymus. Lati- NYMVS.
nus interpres verbi ambiguitate deceptus: pro pudico/prudentem transtulit. Ecce quo
modo & interpretem & æditionem aperte suggillat & arguit. Quis igitur hanc dixerit
nisi mentis rationisq; inops: Hieronymi esse tralationem? Nunquid se ipse repræhen-
dit/& se aliter & inepte quidem cum probe in grę co habeatur traduxisse dicit? ¶Verũ
si quis accurate aspicere velit: comperiet eum in tribus cõmentariorum libris epistolæ
ad Galatas/latinum interpretem/& nostram vulgatam æditionem notatam vndeuige-
sies/si etiam non pluries. In primo cõmentariorum ad Ephesios: duodecies. In secũdo:
quinquies. In tertio: octies. In cõmentarijs epistolæ ad Titum & Philemonem: frequẽ-
ter. Quare satisfactum esse puto sufficienter suspitioni eorum: qua nos damnassent/ qua-
si ausos ad tralationem Hieronymi/nostram ex grę co nouam/adiecisse intelligentiam/
& non solum adiecisse/sed et frequenter in examinationibus taxasse/ tanq̃ parum iuste
interpretatam. ¶Sed inquies. Omnes tenent æditionem vulgatam: esse Hieronymi.
¶Id refutamus/oẽs tenere: imo vero singuli quiq; docti/& qui incolumi pollẽt iudicio:
probe norunt non esse Hieronymianum opus vtpote qui eam confutat/ redarguit/ dã-
nat/vt ex dictis iam satis patet/& apertius cõmentarios eius legentibus dilucet. ¶At
nusq̃ æditio illa comperitur: sine Hieronymi epistolis/& argumẽtis. ¶Et id insuper fal-
sum est. nam in vetustis codicibus complusculis: illa inuenitur cum argumentis & epi-
stolis aliorum/quas aut Isidoro/aut alij cuipiam etiã vetustiori ascribunt. Nũquid igitur
cuiuslibet erit traductio/cuius argumenta & epistolia præfixa sunt? Et quo modo si vni-
us: cuiuslibet erit? et si vnius cuiusuis: quo modo erit alterius? Fit enim egregie/eius est
tralatio cuius argumenta prę figuntur. Atqui Isidori dinoscuntur præfixa argumenta.
Isidori igitur tralatio est. nõ igit Hieronymi. Sed vt hoc vltimũ cõcedimus/æque prę-
cedens refutamus: ea ratione/qua & refutamus Hieronymi esse/ quia Hieronymi præ-
fixa dinoscantur argumenta. ¶Sed rursum. Ex Hieronymo tibi ipsi suades: Hieronymi
esse. Nam in calce libri/quem de viris illustribus compegit: hunc in modum de se scri-
psit. Nouum testamentum græcæ fidei reddidi. vetus iuxta Hebraicam transtuli. In no- HIERO-
uo autem testamento epistolæ Pauli continentur. eas igitur traduxit. Quas si traduxit: NY-
quænam alia possit esse traductio/ nisi ea quæ vulgata nuncupatur æditio/ & quæ est in M
ecclesiarum vsu? ¶Quin potius contra/ex beatissimi pariter & doctissimi Hieronymi V
verbis argumentari debueras. Sacer Hieronymus nouum testamentum in quo & hæ S
epistolæ continentur/græcę fidei reddidit. verum vulgata æditio/adeo multiplici vicio
scatet/vt non tã fidei græcę reddita sit/ q̃ reddi indigeat. non est igitur Hieronymi. alio-
qui pro dignitate reddita esset grę cæ fidei. Quod & falsum est/ & falsum esse ipse osten-
dit. ¶At forsitan adijcies. Prius traduxit: & eam traductionem in posterioribus scriptis
eius corrigit. ¶O Caput pertinax/ & morose cauillator/sophista improbior. Nonne vi-
des te sancto viro iniuriam facere: vt tuum defendas errorem? Nonne vides te sanctissi-
mo viro pariter & doctissimo/non modo impingere insciciam/ verum insuper præsum-
ptionẽ & temeritatis audaciã/qui anteq̃ sciret/traducere prę sumpsit? Nũquid si vulgatę
æditionis prius iterpres fuisset/de se ipse diceret: latinus interpres verbi ãbiguitate dece
ptus/pro pudico prudẽtẽ trãstulit/qđ paulo supra dictũ est/i cõmẽtarijs epistolę ad Titũ
dixisse? Si de se: suã prodit ignorantiã. Si traduxit/& dissimulat/aliũ simulãs traductorẽ:
alteri suum impingit errorem. quorum vtrunq; a Hieronymo cum doctissimo tum san-

ctissimo viro imo heroi & plusq̃ viro alienissimũ est. ¶ Sed age præterea: quo modo illa inerudita traductio/tam facile ab vniuersa recepta esset ecclesia: cum illa erudita & limata/qua nouum fidei græcę reddidit testamentum/nondum sit recepta? Quo modo tã repente inualuit/vt scribente adhuc Hieronymo vulgata appellaretur: & eo etiam tempore/quo sacer Hieronymus/q̃plurimos (etsi id præter sancti viri meritum) patiebatur æmulos/etiam in capite omnium ecclesiarum Rhomæ? adeo vt & ipse propter æmulorum inuidiam: ad longissima loca/sua sponte exul & peregrinus ageretur. ¶ Et ꝙ contendis eum epistolas Pauli traduxisse: id ex verbis eius nequaq̃ cõficias. Nam vetus testamentum se traduxisse testatur. at nouum non traduxisse se dicit/sed: fidei græcę reddidisse. Quod æque facit is qui confert & emendat. Vt veterem Psalterij æditionem: bis exemplarium græcorum collatione (vt ad Paulam & Eustochium scribens testatur) ipse emendauit. Et quid hoc emẽdare: nisi fidei græcæ restituere? Si traduxit: cur in hoc [HIERONYMVS] potius q̃ in cæteris non aperte detexit? In Hieremiam (inquit) & Ezechielem homelias 28: quas de græco in latinum verti. De spiritu sancto didymi: quem in latinum transtuli librum vnum. vetus testamentum iuxta Hebraicam fidem transtuli. Ecce quæ transtulit: aperte se transtulisse/aut e græco in latinum vertisse dicit. Non igitur ex verbis ei⁹ dilucet: nouum transtulisse testamentum/& tanto quoꝗ minus diuiniloqui Pauli epistolas. ¶ Sed esto traduxerit. Nunquid continuo fit: ergo traductio Hieronymi ea est/qua passim vtuntur ecclesiæ? Quis analyticus (obsecro) suam ex notis & præcõfessis/cogentem hanc cognoscet argumentandi formam? Quis dialecticus ex cõmunibus locis fatebitur suam? Quo epicheremate id conficitur? Quo symparasmate colligitur? Quo Porismate subifert? Quid si Ambrosius traduxit: nũquid etiã erit Ambrosij? Atqui Ambrosij non est: vt licet agnosci/Ambrosianum cõtuenti textum. Et non tam etiam Ambrosium traduxisse/q̃ aliqua loca vulgatæ æditionis ex græco emendasse crediderim/adeo illa prior erat Ambrosio/quare & Hieronymo. Immo & Hieronymus suos cõmentarios in illam latinis vsitatam tralationem affixit: quam inter cõmentandum/frequenter coarguit. ¶ Adde insuper ꝙ neꝗ id magnopere in scripturis canonicis ea tẽpestate requirebant ij: qui graui in ecclesia erant authoritate. Quod ex Aurelio Augustino ad Hie- [AVGVSTINVS] ronymum scribente: vel apertissime constat. De vertẽdis autem (inquit) in latinam linguam sanctis literis canonicis/laborare te nollem: nisi eo modo quo Iob interpretatus es. vt signis adhibitis/quid inter hanc tuam & 70/quorum est grauissima authoritas/interpretationem distet/appareat. Hæc sacer Augustinus. In hoc Hieronymum probãs ꝙ tralationem Iob ex græco: vbi abundabat ab Hebræo/obelisco signauit. vbi autem deficiebat: adiecit. pariter quod adiecit: asterisco signans. Quo modo igitur in ecclesijs vniuerso ecclesiarum vsu vbiuis gentium (quod omnium factu difficillimũ est) mutato recepissent/quod summi & qui prima erant authoritate non probabant? Non igitur tunc recepere. Et quando postea receperint/mutatusꝗ sit vbiꝗ locorum/omnium ecclesiarum vsus: non est inuentu facile. Approbatas tamen Hieronymi (quotquot repertæ sunt) scripturas: non iertm inficias. Verum si epistolas Pauli traduxerit/si apostolorum catholicas/si euangelia/si actiones apostolicas: nondũ ea in lucem emerserunt/publico vsui ecclesiarum recepta. neꝗ etiã earũ scripturarũ: eius ad integrum recognitiones. Quod ex epistola ad Sũniam/& plerisꝗ alijs scripturis eiusdem Hieronymi: cognoscere promptum est. ¶ Quid igitur: perierunt ne? Fortasse: nisi tẽpus/bonus repertor rerũ/nepotib⁹ restituat. Librum Iob de quo beatus pater & doctor ecclesiæ loquitur Augustinus/quem & approbat: vsus non habet ecclesiarum. Quid si tanto minus: non æque approbata? Illum tamẽ librũ Iob in vno loco/vbi vetusta in aceruũ nullo ordine cõiecta volumina/annosa conficiebat caries comperi: quem compertum protinus comiti meo/Ioanni Solido/qui Polonus e Cracouia ad nostra studia venerat/michi quidem imprimis amicissimo/& ad scribendum promptissimo iuueni/commisi trãscribẽdum. Et quid mirũ si nõ habẽtur/tãetsi aut traduxerit/aut emẽdarit: quãdoquidẽ de Iacobo apostolo [HIERONYMVS] scribens idẽ ipse Hieronymus ait. Euangeliũ quoꝗ qđ appellať secundũ Hebræos/& a me nuper in grǽcũ latinũꝗ sermonẽ trãslatũ est/quo et Origenes sępe vtitur: post resurrectionẽ saluatoris refert. Dominus autem cũ dedisset Sindonem seruo sacerdotis: iuit ad Iacobum/& apparuit ei. Ecce traduxit in latinum sermonem illud euangelium/cuius testimonio & in cõmentarijs epistolarũ/& super Matthæum vtitur. At quis nũc exhibeat? Neꝗ etiam facile crediderim eas/quas in nouum testamentum siue traductiones/siue ad græcam fidem parauit restitutiones. Quot enim insignes in Italia scripsere viri/& forte in Germania/Britannia/Gallia/Iberia: quorum scriptis caret Italia/& pro-

sum ecclesiã dei. gratia autẽ dei
sum id quod sum. & gratia eius
quæ in me est: inanis nõ fuit. sed
abundãtius illis omnibus labos
raui. non ego quidem: sed gratia
dei quæ mecũ est. siue igitur ego
siue illi: sic p̃dicamus/ & sic cres
112 didistis. ¶ Si autẽ CHRISTVS
prędicatur q a mortuis surrexit:
quomodo asserunt quidã in vos
bis q resurrectio mortuorũ non
est/ Siquidem resurrectio mors
tuorũ nõ est: neq; CHRISTVS
113 surrexit. ¶ Si vero CHRISTVS
nõ surrexit: inanis igit̃ est & p̃dis
catio nostra. inanis etiã & fides
vestra. inuenimur etiam & falsi
testes dei: quia testificati sumus
contra deũ q suscitauit CHRIs
STVM quem non suscitauit.
si nequaq̃ mortui resurgunt.
114 ¶ Si enim mortui nõ resurgũt:
neq; CHRISTVS resurrexit. si
autem CHRISTVS non resurs
rexit: vana ẽ fides vestra. adhuc
estis in peccatis vestris. igitur &
qui dormierunt in CHRISTO:
115 perierũt. ¶ Si in hac vita qui in
CHRISTO sperauimus/ sumus
solum: miseriores omnibus hos
116 minibus sumus. ¶ Nunc autem
CHRISTVS surrexit a mortus
is/ primitiæ dormientium factus
ẽ. quãdoquidẽ p hominẽ mors:
& p hoiem resurrectio mortuos
rũ. nam queadmodũ in Adã oẽs
moriuntur: hunc in modũ & in
CHRISTO omnes viuificabũs
tur/ vnusquisq; in proprio ordis
ne. Primitiæ CHRISTVS: des
inde ij qui fuerunt CHRISTI/
117 in aduentũ eius. ¶ Postea finis:
cum tradiderit regnũ deo id est
patri / cum sustulerit omnem
principatum / & omnem potes
statem ac potẽtiam. Nam opors
tet eum regnare: donec ponat

pturas. & quia visus est Cephę: & post hoc
vndecim. Deinde visus est plusq̃ quingẽtis
fratribus simul/ ex quibus multi manent
vsq; adhuc: quidam autem dormierunt.
Deinde visus est Iacobo. deinde aposto=
lis omnibus. Nouissime autem omnium B
tanq̃ abortiuo visus & michi. Ego eni sum
minimus apostolorũ: qui non sum dignus
vocari apostolus/ quoniam persecutus sum
ecclesiam dei. Gratia autẽ dei sum id quod
sum: & gratia eius in me vacua nõ fuit/ sed
abundantius illis omnibus laboraui. non
ego autem: sed gratia dei mecum. Siue eni
ego/ siue illi/ sic prædicauimus: & sic credi=
distis. Si autem CHRISTVS prędicatur
q resurrexit a mortuis: quomodo quidam
dicunt in vobis/ quoniam resurrectio mor=
tuorum nõ est? Si autem resurrectio mor=
tuorum nõ est: neq; CHRISTVS resur=
rexit. si autẽ CHRISTVS nõ resurrexit/
inanis est prędicatio nostra/ inanis est & fi=
des vestra. Inuenimur autem & falsi testes C
dei quoniã testimoniũ diximus aduersus
deũ/ q suscitauerit CHRISTVM quem
non suscitauit si mortui non resurgunt.
Nam si mortui non resurgũt: neq; CHRI
STVS resurrexit. quod si CHRISTVS
nõ resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc
eni estis in peccatis vestris. Ergo & qui dor=
mierunt in CHRISTO: perierunt. Si in
hac vita tantũ in CHRISTO sperantes
sumus: miserabiliores sumus omnibus ho=
minibus. Nunc autẽ CHRISTVS resur=
rexit a mortuis primitiæ dormientiũ. quo=
niam quidem per hominẽ mors: & per ho=
minẽ resurrectio mortuorũ. Et sicut i Adã
omnes moriuntur: ita & in CHRISTO
omnes viuificabuntur. Vnusquisq; autẽ in
suo ordine: primitiæ CHRISTVS. dein=
de ij qui sunt CHRISTI: qui in aduentũ
eius crediderunt. Deinde finis: cum tradi=
derit regnũ deo & patri/ cum euacuauerit
omnem principatum & potestatẽ & virtu=
tẽ. Oportet autẽ illũ regnare: donec ponat D

omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissi-
me autẽ inimica destruetur mors. Omnia
enim subiecit sub pedibus eius. Cũ autem
dicat omnia subiecta sũt ei: sine dubio præ-
ter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem
subiecta fuerint illi omnia: tũc & ipse filius
subiectus erit illi/ qui subiecit sibi omnia/ vt
sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid
facient qui baptizantur pro mortuis? Si
omnino mortui non resurgunt: vt quid &
baptizantur pro illis? Vt quid & nos peri-
clitamur omni hora? Quotidie morior
propter vestrã gloriam fratres: quã habeo
in CHRISTO IHESV domino nostro.
Si secundũ hominem ad bestias pugnaui
Ephesi: quid michi prodest/ si mortui non
resurgunt? Manducemus & bibamus: cras
enim moriemur. Nolite seduci. Corrũpunt
E mores bonos: colloquia mala. Euigilate iu-
sti: & nolite peccare. Ignorantiam enim dei
quidam habent. Ad reuerentiam vobis lo-
quor. Sed dicit aliquis. Quomodo resur-
gunt mortui? Quali autẽ corpore veniẽt?
Insipiens tu: quod seminas nõ viuificatur/
nisi prius moriatur. Et quod seminas: non
corpus quod futurũ est seminas/ sed nudũ
granũ/ vt puta tritici/ aut alicuius cæterorũ.
Deus autẽ dat illi corpus sicut vult: & vni-
cuiq; seminũ propriũ corpus sicut vult. Nõ
ois caro eadẽ caro: sed alia hoĩnũ/ alia peco
rũ/ alia autẽ volucrũ/ alia pisciũ. Et corpora
cælestia & corpora terrestria. Sed alia qui-
dẽ cælestiũ gloria: alia autẽ terrestriũ. Alia
claritas solis/ alia claritas lunæ/ & alia clari-
F tas stellarum. Stella enim a stella differt in
claritate: sic & resurrectio mortuorum. Se-
minatur ĩ corruptione: surget ĩ icorruptio-
ne. Seminatᷣ in ignobilitate: surget in glo
ria. Seminatur in infirmitate: surget in vir-
tute. Seminatur corp9 animale: surget cor-
pus spirituale. Si est corpus animale: est &
corpus spirituale. sicut scriptum est. Factus
est primus homo Adam in animam viuẽ-
tẽ. nouissimus Adã in spiritum viuificantẽ.

oẽs inimicos sub pedibus eius.
nouissim9 ĩimicus tollitur mors.
Omnia enim subiecit sub pedi-
bus eius. Cum autẽ dicat ꝙ om-
nia subiecta sunt ei: dilucidũ est
ꝙ præter illũ qui subiecit ei om-
nia. Cum autem subiecta fuerint
ei omnia: tũc & ipse filius subie-
ct9 erit illi qui subiecit ei omnia.
vt sit deus omnia in omnibus.
¶ Cæterũ quid facient qui bapti 118
zantur pro mortuis? si penitus
mortui non resurgunt: quid &
baptizãtur pro mortuis? ¶ Quid 119
& nos omni hora periclitamur?
Testor nostram gloriationem
qua glorior ĩ CHRISTO IHE-
SV domino nostro: quotidie
morior. Si secundum hominem
cum feris Ephesi pugnaui: quæ
michi vtilitas? si mortui non re-
surgũt: edamus & bibamus. cras
enim moriemur. Nolite errare.
corrumpunt probos mores allo-
quia praua. resipiscite iuste: & no
lite peccare. nam ignorantiã dei
quidam habent: quod ad vere-
cundiam vobis dico. ¶ Sed ait 120
aliquis. Quomodo resurgũt mor
tui? quali autem corpore rede-
unt? Insipiens tu: quod seminas
non viuificatur nisi moriatur. &
quod seminas non corpus quod
futurum est seminas/ sed nudum
granũ: forsitan tritici/ aut cuius-
piam reliquorum. Deus autem
dat ei corp9 vt ordinauit: & vni-
cuiq; seminũ proprium corpus.
Nõ omnis caro: eadem est caro.
sed alia quidem est hominũ/ alia
autem caro pecorum/ alia vero
volucrũ/ & alia pisciũ. & corpora
cęlestia sũt/ & sũt corpa terrestri-
a. sed alia cælestiũ gl'ia: & alia ter
restriũ. Alia gloria solis/ & alia
gloria lunæ/ & alia gloria astro-
rum. nã astrũ ab astro differt in
gloria. sic & resurrectio mortuo-
rum. ¶ Seminatur in corruptio- 121
ne: resurgit in icorruptibilitate.
seminatur sine honore: resurgit
in gloria. seminatur ĩ ifirmitate:
resurgit in potestate. seminatur
corpus animale: resurgit corpus
spirituale. est corpus animale: &
est corpus spirituale. sicut & scri-
ptũ est: factus est primus Adam
in animã viuentem. nouissimus
Adã in spiritum viuificantem.

122 ¶ Sed nõ primũ quod ſpirituale/
ſed quod animale: deíde qđ ſpi-
rituale. primus homo e terra ter
renus: & ſecundus homo domi-
nus e cœlo. qualis terrenus : ta-
les & terreni. & qualis cœleſtis:
tales & cœleſtes. & quemadmo-
dum portauimus imaginem ter-
reni: portabimus & imaginẽ cœ-
leſtis. Hoc autem dico fratres: ꝙ
caro & ſanguis regnum dei hæ-
reditare non poſſunt. neq; cor-
ruptio: incorruptibilitatem hæ-
123 reditat. ¶ Ecce myſteriũ vobis
dico. non omnes quidẽ dormie-
mus: oẽs autẽ ímutabimur in in-
diuiſibili/ í ictu oculi/ í nouiſſia
tuba. clãget eni/ & mortui reſur-
gẽt ícorruptibiles: & nos ímuta-
bimur. oportet eni corruptibile
hoc íduere incorruptibilitatẽ: &
mortale hoc íduere ímortalitatẽ
Cũ autẽ corruptibile hoc indue-
rit incorruptibilitatẽ & mortale
hoc íduerit ímortalitatẽ: tũc fiet
ſermo q̄ ſcriptus eſt. Abſorpta eſt
mors í victoria. vbi tuꝰ mors ſti
mulus? vbi tua inferne victoria?
ſtimulus autẽ mortis peccatũ: po
teſtas autẽ peccati lex. deo autẽ
gratia ſit: q̄ dedit nobis victoriã
per dñm nr̃m IHESVM CHRI
STVM. Quare fratres mei dile-
cti firmi eſtote : immutabiles /
abundantes ſemper in opere do-
mini / ſcientes ꝙ labor veſter
124 non eſt inanis in domino.
De collectione autem quæ fit in
ſanctos : ſic & vos facite quem-
admodũ ordinaui eccleſijs Ga-
latiæ. quiſq; veſtrum per vnam
ſabbatorum: apud ſe ponat the-
ſaurizãs quodcũq; cõmode po-
teſt. vt nõ tunc cũ veniã colle-
ctiones fiant. cũ autem venero:
quoſcunq; probaueritis per epi-
ſtolas/ illos mittã ad perferẽdam
gratiã veſtrã in Hieruſalẽ. ꝙ ſi
dignũ fuerit vt ego proficiſcar:
mecũ proficiſcẽtur. Veniã autẽ
ad vos cũ Macedoniã pertranſie
ro. Macedoniam enim pertran-
ſeo. apud vos autem forte per-
manebo / aut etiam hyemabo:
vt vos me comitemini / quo-
cunq; proficiſcar. Nolo enim
vos modo in tranſitu videre.
ſpero autẽ tempore quodã apud
vos permanere ſi dñs concedat.

Sed nõ prius quod ſpirituale eſt/ ſed quod
animale: deinde quod ſpirituale. Primus
homo de terra/ terrenus: ſecũdus homo de
cœlo cęleſtis. Qualis terrenus: tales & ter-
reni. & qualis cœleſtis: tales & cęleſtes. Igit̃
ſicut portauimus imaginem terreni: porte-
mus & imaginem cœleſtis. Hoc autẽ dico
fratres: quia caro & ſanguis regnũ dei poſ-
ſidere non poſſunt/ neq; corruptio incorru-
ptelã poſſidebit. Ecce myſteriũ vobis dico.
Omnes quidem reſurgemus: ſed non om- G
nes immutabimur. In momento / in ictu
oculi/ in nouiſſima tuba (canet enim tuba)
& mortui reſurgent incorrupti: & nos im-
mutabimur. Oportet eni corruptibile hoc
induere icorruptionem: & mortale hoc in-
duere immortalitatem. Cum autem mor-
tale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet
ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors
in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi
eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem
mortis peccatũ eſt: virtus vero peccati lex.
Deo autem gratias: qui dedit nobis victo-
riam per dominum noſtrum IHESVM
CHRISTVM. Itaq; fratres mei dilecti/
ſtabiles eſtote & immobiles : abundantes
in omni opere domini ſemper/ ſcientes ꝙ
labor veſter non eſt inanis in domino. A
De collectis autem quæ fiunt in ſanctos: ſicut XVI
ordinaui í eccleſijs Galatię/ ita & vos faci-
te per vnam ſabbati. vnuſquiſq; veſtrum
apud ſe reponat recondens quod ei bene
placuerit: vt non cum venero tunc collectæ
fiant. Cũ autem præſens fuero: quos pro-
baueritis per epiſtolas/ hos mittam perfer-
re gratiam veſtram in Hieruſalem. quod ſi
dignum fuerit/ vt ego eam: mecum ibunt.
Veniam autem ad vos: cum Macedoniam
pertranſiero. Nam Macedoniam pertran-
ſibo. Apud vos autẽ forſitan manebo vel
etiam hyemabo: vt vos me deducatis quo-
cunq; iero. Nolo enim vos modo in tranſi- B
tu videre. ſpero enim me aliquantulum tẽ-
poris manere apud vos: ſi dñs permiſerit.

Permanebo autem Ephesi vsq; ad pentecosten. Ostium enim michi apertū est magnum & euidens: & aduersarij multi. Si autem venerit Timotheus: videte vt sine timore sit apud vos. Opus eni dñi operatur: sicut & ego. Ne quis ergo illū spernat.
C Deducite autē illū ī pace: vt veniat ad me. Expecto enim illū cū fratribus. De Apollo autem fratre/ vobis notum facio: quoniā multum rogaui eum vt veniret ad vos cū fratribus. & vtiq; non fuit voluntas eius: vt nunc veniret. Veniet autem: cum ei vacuū fuerit. Vigilate/ state in fide/ viriliter agite & confortamini: omnia enim vestra in charitate fiāt. Obsecro autē vos fratres nostis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam sunt primitiæ achaiæ. & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: vt & vos subditi sitis eiusmodi / & omni cooperāti & laborāti. Gaudeo autē ī præsētia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat/ ipsi suppleuerunt. Refecerūt enim & meum spiritū
D & vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino multū/ Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia/ apud quos & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem: in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum IHESVM CHRISTVM: sit anathema marana tha. Gratia dñi nostri IHESV CHRISTI vobiscū. Charitas mea: cū omnibus vobis in CHRISTO IHESV. Amen.

¶EPISTOLAE PRIMAE BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS
F I N I S

Manebo autem Ephesi vsq; pētecosten. nam ianua michi magna aperta est & efficax: & aduersantes multi. ¶ Si autem veniat 125
Timotheus: videte vt secure sit apud vos. nam opus domini operatur: vt & ego. ne quisq; igitur illum nichilipendat: sed cōducentes præmittite eum in pace / vt veniat ad me. prestolor enim eum vna cum fratribus.
¶ De Apollo autem fratre. Mul- 126
tis adhortatus sum eum/ vt vna cum fratribus proficisceretur ad vos: sed omnino non fuit volūtas/ vt nunc iret. ibit tamē: cum
oportunū fuerit. ¶ Vigilate/ sta- 127
te in fide/ viriliter agite/ confortamini: omnia vestra ī dilectio-
ne fiant. ¶ Obsecro autem vos 128
fratres scitis domum Stephanæ q; sūt primitiæ Achaiæ: & q; vt ministrent sāctis/ ordinauerunt seipsos. Obsecro inq̄ vos: vt & vos subditi sitis talibus/ & omni cooperanti & laboranti. gaudeo autē in aduentu Stephanę/ Fortunati/ & Achaici. quoniam indigentiam meam suppleuerunt. Refocillauerunt enim spiritum meum & vestrū. cognoscite igi-
tur eos: q huiusmodi sūt. ¶ Sa- 129
lutant vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos plurimum in domino Acylas & Priscilla cū domestica sua ecclesia. Salutāt vos fratres omnes. Salutate inuicem in osculo sācto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominū IHESVM CHRISTVM esto anathema maran atha. Gratia dñi nostri IHESV CHRISTI vobiscum. Dilectio mea cū omnibus vobis in CHRISTO IHESV. Amen.

¶SCRIPTA PHILIPPIS. MISSA PER STEPHANAM / FORTVNATVM/ ET ACHAICVM. ELEMENTA.
129.

ℭ INTELLIGENTIA EX GRAECO. ℭ EPISTOLA SECVNDA BEA. PAV. APOSTOLI AD CORINTHIOS.

1 Aulus
Apo-
stolus/
IHE-
SV
CHRI
STI p
volun-
tatem
dei / &
Timo-
theus
frater:
eccle-
siæ dei
quę est
Corinthi/ cum sanctis omnibus
qui sunt in vniuersa Achaia/ gra
tia vobis & pax a deo patre no-
stro/& domino IHESV CHRI-
2 STO. ℭ Benedictus deus/id est
pater dñi nostri IHESV CHRI
STI/ pater miserationũ/& deus
omnis cõsolationis: qui conso-
latur nos i omni pressura nostra.
vt possimus & nos consolari eos
qui i omni pressura sunt: per cõ-
solationẽ qua ipsi consolamur a
deo . quia vt abundãt passiones
CHRISTI i nobis:sic p CHRI-
STVM abundat & consolatio
nostra . siue autẽ premimur pro
cõsolatione vestra & salute/ siue
consolamur pro vestra consola-
tione quæ fit in tolerãtia earum
passionum quas & nos patimur:
etiã spes nostra firma est pro vo-
bis. scientes ꝙ quemadmodum
participes estis passionum: sic &
consolationis. ℭ Nolo enim vos
3 latere fratres de pressura nostra/
quæ illata est nobis in Asia:quia
excessiue grauati sumus supra vi
res / adeo vt nos tederet vitę.
quinimo ipsi ad nosipsos habui-
mus denunciationem mortis:vt
nos in nobis nõ confideremus/
sed in deo qui suscitat mortuos/
qui ex tali morte nos eruit atqꝫ
liberauit. in quo sperauimus: ꝙ
& adhuc liberabit / consuppli-
cantibus & vobis in oratio-
ne pro nobis . vt de dono ex
multis personis in me collato:

ℭ VVLGATA AEDITIO. ℭ EPISTOLA SECVNDA BEA. PAV. APOSTOLI AD CORINTHIOS. A

Aulus a- I
postolus
CHRI-
STI
IHESV
p volũta-
tẽ dei/ &
Timothe
us frater:
ecclesiæ
dei quæ ẽ
Corinthi
cũ oĩbus sãctis qui sũt i vniuersa Achaia/
gratia vobis & pax a deo patre nr̃o/& dño
IHESV CHRISTO. Benedictus de⁹ &
pater domini nr̃i IHESV CHRISTI
pater misericordiarũ/& deus totius cõsola-
tionis.qui consolat̃ nos i omni tribulatione
nostra.vt possimus & ipsi cõsolari eos qui i
omni pressura sunt: per exhortationẽ qua
exhortamur & ipsi a deo. quoniam sicut
abundãt passiones CHRISTI in nobis:
ita & p CHRISTVM abũdat cõsolatio
nostra. Siue autem tribulamur pro vestra
exhortatõe & salute/ siue cõsolamur p vr̃a B
consolatione / siue exhortamur pro vestra
exhortatione & salute quæ operatur tole-
rantiam earũdem passionũ quas & nos pa
timur: vt spes nostra firma sit pro vobis.
scientes quoniam sicut socij passionũ estis:
sic eritis & cõsolationis. Non enĩ volumus
ignorare vos fratres:de tribulatione nr̃a q̃
facta est in Asia, quoniam supra modum
grauati sumus supra virtutem:ita vt tede-
ret nos etiam viuere. Sed ipsi in nobisipsis C
respõsũ mortis habuim⁹:vt nõ simus fidẽ-
tes i nobis sed in deo q suscitat mortuos/q
de tãtis periculis nos eripuit & eruit. in quẽ
speram⁹:quoniã & adhuc eripiet adiuuãti-
b⁹ & vobis i oratione pro nobis.vt ex mul-
tarũ psonis facierũ ei⁹ q̃ i nobis ẽ donatõis:

per multos gratiæ agantur pro nobis. Nā
gloria nostra hæc est/testimonium cōsciē-
tiæ nostræ: ꝙ in simplicitate cordis & syn-
cæritate dei/& nō in sapiētia carnali/ sed in
gratia dei/conuersati sumus in hoc mūdo/
abundantius autem ad vos. Non enim alia
scribimus vobis: q̄ quæ legistis & cognoui-
stis. Spero autem ꝙ vsq; in finem cogno-
scetis: sicut & cognouistis nos ex parte. quia
gloria vestra sumus: sicut & vos nostra in
die domini nostri IHESV CHRISTI.
Et hac cōfidētia volui prius venire ad vos:
vt secundam gratiam haberetis/& per vos
transirē in Macedoniam/& iterum a Ma-
cedonia venirē ad vos/& a vobis deduci in
Iudæam. Cum ergo hoc voluissem: nun-
D quid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito: se-
cundum carnem cogito/ vt sit apud me est
& non? Fidelis autem deus: quia sermo no-
ster qui fuit apud vos/ non est in illo est &
non/ sed est in illo est. Dei enim filius IHE
SVS CHRISTVS/ qui in vobis per nos
prædicatus est per me & Siluanum & Ti-
motheum: non fuit in illo est & non/ sed est
in illo fuit. Quotquot enim promissiones
dei sunt: in illo est. Ideo & per ipsum: amē
deo ad gloriam vestram. Qui autem con-
firmat nos vobiscū i CHRISTO/& qui
vnxit nos: de⁹. & qui signauit nos: & dedit
pignus spiritus i cordibus nostris. Ego autē
testem deum inuoco in animam meam: ꝙ
parcēs vobis non veni vltra Corinthū. non
quia dominamur fidei vestræ: sed adiuto-
A res sumus gaudij vestri. Nam fide statis.
II Statui autē hoc ipsū apud me: ne iterū in tri-
stitia venirē ad vos. Si eni ego cōtristo vos:
& quis est q̄ me lætificet/ nisi qui cōtristať
ex me? Et hoc ipsū scripsi vobis: vt non cū
venero tristitiā super tristitiā habeam/ de
quibus oportuerat me gaudere/ confidens
in omnibus vobis. quia meū gaudiū: om-
B niū vestrum est. Nā ex multa tribulatione
& angustia cordis scripsi vobis per multas
lachrymas: nō vt cōtristemini/ sed vt sciatis

per multos gratiarū actiones fi-
ant ꝑ vobis. ¶ Gloriatio eni no 4
stra hæc est/ testimoniū consciē-
tiæ nīæ: ꝙ i simplicitate & syn-
cæritate dei nō i sapiētia carna-
li/ sed i gr̃a dei cōuersati sumus i
mūdo/ abūdātius autē erga vos.
Non eni alia scribimus vobis: q̄
aut q̄ legitis / aut etiā cognosci-
tis. spero autē: ꝙ & ad finē vsq;
cognoscetis. vt & nos parti co-
gnouistis/ ꝙ gloriatio vestra su-
mus: vt & vos nostra in die dn̄i
IHESV. ¶ Et hac fiducia fret⁹: 5
volui prius venire ad vos/ vt se-
cundam gratiā habeatis: & per
vos transire in Macedoniam/ &
rursus a Macedonia redire ad
vos/ & a vobis deduci in Iudæ-
am. ¶ Hoc igitur deliberans: 6
nōne leuitate sum vsus? aut quæ
delibero/ secundum carnem de-
libero: vt sit apud me etiam etiā/
& non non? Fidelis autem deus
ꝙ sermo noster ad vos non fuit/
etiam & non. Nam dei filius
IHESVS CHRISTVS qui in
vobis per nos prędicatus est· per
me scilicet/ Siluanum & Timo-
theum: non fuit etiam & non/
sed etiam in eo fuit. Nam quot-
cūq; promissiones dei in eo: sunt
etiam. & in eo: amen per nos
ad gloriam deo. ¶ Qui autem 7
cōfirmat nos vobiscū in CHRI-
STO/ & qui vnxit nos/ deus est:
& qui signauit nos & dedit arra-
bonem spiritus in cordibus no-
stris. ¶ Ego autem testem de- 8
um inuoco in anima mea: ꝙ
parcens vobis non iterum veni
Corinthum. non ꝙ dominamur
fidei vestræ / sed cooperatores
sum⁹ gaudij vr̄i: quia fide statis.
Decreui autem apud me ipsum 9
hoc: non rursus in tristitia ad
vos venire. si enim tristitia affi-
cio vos: & quis ē qui michi læ-
ticiam affert / nisi is qui a me
tristitia afficitur? Et hoc ipsū scri
psi vobis: ne veniēs tristitia affi
ciar ab ijs/ a quibus me gaudiū
percipere oportebat/ confidens
in omnibus vobis. quia meum
gaudium: omniū vestrū est. Nā
ex multa pressura & āgustia cor-
dis scripsi ad vos/ per crebras
lachrymas: non vt tristemini/
sed vt dilectionē cognoscatis/

qua vberãtius erga vos afficior.
10 ¶ Si quis autem triſtitiam intu-
lit/ non me triſtitia affecit niſi ex
parte/ ne videar vos omnes one-
rare. ſufficit ei qui talis eſt/ incre-
patio illa : quæ a pluribus illata
eſt. quare econtrario: potius vos
donate ei & cõſolamini eum. ne
quo pacto qui talis eſt / abundã-
tiore triſtitia cõficiatur. Propter
quod obſecro vos: reſumite dile-
11 ctionem erga ipſum . ¶ Ad hoc
enĩ etiã ſcripſi: vt periculũ veſtri
faciam/ ſi in omnibus obſequen
tes eſtis. cui autẽ quippiam cõdo
natis: & ego. Nam & ego ſi quip
piã alicui cõdonaui/ ei cõdonaui
propter vos in perſona CHRI-
STI/ vt nõ circũueniamur a ſa-
thana . nõ enĩ mẽtis ei9 aſtutias
12 ignoramus. ¶ Cæterũ cũ veniſſẽ
Troadẽ ob euãgeliũ CHRISTI
& porta michi aperta eſſet ĩ dño:
nõ habui requiem ſpiritui meo/
quia Titum fratrem meum non
reperi. ſed valefaciens eis: profe-
ctus ſum in Macedoniam. Deo
autem gratia ſit : qui nos ſem-
per triumphare facit in CHRI-
STO . & qui odorem cognitio-
nis ſuæ manifeſtat per nos ĩ om-
ni loco. Quoniã CHRISTI bo-
nus odor ſumus deo : in ijs qui
ſaluantur/ & in ijs qui pereũt. In
his quidem odor mortis ad mor
tẽ/ in illis vero odor vitæ ad vi-
tam . & ad hæc quis ſufficiens?
Nõ enĩ ſumus (vt multi) caupo-
nãtes verbũ dei: ſed tanq̃ ex ſyn
ceritate/ ſed tãq̃ ex deo/ in cõſpe-
13 ctu dei/ ĩ CHRISTO loquimur.
Incipimus rurſum noſmetipſos
commendare? Anne egem9 (vt
nõnulli) cõmendaticijs epiſtolis
ad vos : aut commendaticijs a
vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis/
ſcripta in cordibus noſtris: q̃ co-
gnoſcitur & legiẽ ab omnib9 ho
minib9/ q manifeſtamini/ ꝙ eſtis
epiſtola CHRISTI/ ſubminiſtra
ta a nobis/ ſcripta nõ atramẽto/
ſed ſpũ dei viuẽtis/ nõ in tabulis
lapideis / ſed in tabulis carneis
14 cordis. ¶ Confidentiã autẽ talẽ
habemus per CHRISTVM: ad
deum. non ꝙ ſufficiamus ex no-
biſipſis aliquid cogitare/ tanq̃ ex
nobiſipſis: ſed ſufficientia noſtra
ex deo eſt / qui & ſuffecit nos/

quam charitatem habeam abundantius in
vobis . Si quis autem contriſtauit me: non
me contriſtauit/ ſed ex parte/ vt non onerẽ
omnes vos. Sufficit illi qui eiuſmodi eſt ob-
iurgatio hæc quæ fit a pluribus: ita vt ecõ-
trario magis donetis & conſolemini. ne for
te abundantiori triſtitia abſorbeatur : qui
eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos: vt
confirmetis in illum charitatem. Ideo enim C
& ſcripſi vobis : vt cognoſcam experimen-
tum veſtrum / an in omnibus obediẽtes ſi-
tis. Cui autem aliquid donaſtis : & ego.
Nam & ego quod donaui : ſi quid donaui
propter vos in perſona CHRISTI/ vt nõ
circũueniamur a ſathana. Non enim igno-
ramus cogitationes eius. Cum veniſſem au
tem Troadem propter euangeliũ CHRI
STI/ & oſtium michi apertum eſſet in do-
mino: non habui requiem ſpiritui meo/ eo
ꝙ non inuenerim Titum fratrem meum.
ſed valefaciens eis: profectus ſum in Mace-
doniã. Deo autẽ gratias : qui ſemper triũ- D
phat nos ĩ CHRISTO IHESV/ & odo
rẽ notitiæ ſue manifeſtat per nos ĩ omni lo-
co. quia CHRISTI bon9 odor ſum9 deo:
in ijs qui ſalui fiũt/ & in ijs qui pereũt. alijs
quidẽ odor mortis in mortẽ: alijs autẽ odor
vitæ in vitam. Et ad hæc: quis tam idone-
us. Non enim ſumus ſicut plurimi adulte-
rantes verbum dei: ſed ex ſynceritate/ ſicut
ex deo corã deo ĩ CHRISTO loquimur. A
Incipimus iterum noſmetipſos cõmẽdare? III
Aut nunquid egemus ſicut quidam com-
mẽdaticijs epiſtolis ad vos / aut ex vobis?
Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordib9
noſtris: quæ ſcitur & legitur ab omnib9 ho
minibus. manifeſtati: quoniã epiſtola eſtis
CHRISTI miniſtrata a nobis & ſcripta
non atramento/ ſed ſpiritu dei viui . non in
tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carna
libus. Fiduciã aũt talẽ habemus p CHRI B
STVM ad deũ. nõ ꝙ ſufficiẽtes ſim9 cogi-
tare aliq̃d a nobis quaſi ex nobis/ ſed ſuffi-
ciẽtia nr̃a ex deo ẽ. qui & idoneos nos fecit

ministros noui testamenti: non litera sed
spiritu. Litera enim occidit:spiritus autem
viuificat. Quod si ministratio mortis lite
ris deformata in lapidibus/ fuit i gloria/ ita
vt non possent intendere filij israel in faciẽ
Moysi/ propter gloriam vultus eius quæ
euacuatur:quomodo non magis ministra
C tio spiritus erit in gloria? Nã si ministratio
dãnationis/in gloria est:multo magis abũ
dat ministeriũ iustitiæ in gloria. Nam nec
glorificatum est quod claruit in hac parte
propter excellentẽ gloriam. Si enim quod
euacuatur per gloriam est:multo magis qđ
manet/in gloria est. Habentes igitur talem
spem: multa fiducia vtimur. Et non sicut
Moyses ponebat velamen super faciem su
am/vt non intenderent filij israel in faciem
eius quod euacuatur:sed obtusi sunt sensus
D eorum. Vsq; in hodiernum enim diem: id
ipsum velamen in lectione veteris testamẽ
ti manet nõ reuelatum (quoniã in CHRI
STO euacuatur) sed vsq; in hodiernũ di
em cum legitur Moyses/velamen positum
est super cor eorũ. Cum autẽ cõuersus fue
rit ad deum:auferetur velamen. Dominus
autem spiritus est. Vbi autem spiritus do
mini:ibi libertas. Nos vero omnes/reuela
ta facie gloriam domini speculantes: in eã
dem imaginem trãsformamur a claritate
A in claritatem/ tanq̃ a domini spiritu.
IIII Ideo habẽtes hanc ãministrationem:iuxta
quod misericordiam consecuti sumus/ non
deficimus. sed abdicamus occulta dedeco
ris:non ambulantes in astutia/neq; adulte
rantes verbum dei/ sed in manifestatione
veritatis cõmendantes nosmetipsos ad om
nem conscientiam hominum coram deo.
Quod si etiam opertum est euangeliũ no
strum:in ijs qui pereũt est opertum.in qui
bus deus huius sæculi excæcauit mẽtes infi
deliũ:vt non fulgeat illuminatio euangelij
gloriæ CHRISTI/ qui est imago dei. Nõ
enim nosmetipsos prædicamus: sed IHE
SVM CHRISTVM dominũ nostrum.

ministros noui testamenti / non
literæ / sed spiritus. ¶ Litera 15
enim occidit / spiritus autem vi
uificat. At si ministratio mortis/
literis efformata in lapidib9/ fuit
in gloria / adeo vt non valerent
filij Israel intendere in faciem
Moseos propter gloriam faciei
eius/ quæ (gloria iquã) euacua
tur: quo pacto non magis mini
stratio spiritus erit in gloria?
Nam si ministratio condẽnatio
nis gloria: multo magis abũdat
ministratio iustitiæ in gloria. et
enim in hac parte glorificatum/
non glorificatum est propter ex
cellẽtem gloriam. Si enim quod
euacuatur per gloriam est: mul
to magis quod manet/ est in glo
ria. ¶ Habentes igitur talem 16
spem:multa confidentia vtimur.
& non quẽadmodum Moses ve
lamen super faciem suam pone
bat: ob id q; non intenderent fi
lij Israel i finem eius quod eua
cuatur/ sed obcæcatæ erant mẽ
tes eorum. Nam in hodiernum
vsq; diem/ ipsum velamen in le
ctione veteris testamenti manet
non reuelatum (quia in CHRI
STO tollitur) sed in hodiernum
vsq; diem quãdo legitur Moses/
velamen sup cor eorũ positũ est.
quandocunq; autem conuerten
tur ad dominũ: auferetur vela
mẽ. dominus autem spiritus est.
vbi autem spiritus domini:ibi li
bertas. nos autem omnes/ reue
lata facie gloriam domini specu
lorũ instar suscipiẽtes: eadẽ ima
gine transformamur a gloria in
gloriam/ tanq̃ a domini spiritu.
Quapropter hanc ministrationem 17
habentes/ vt misericordiam cõ
secuti sumus non deficimus: sed
abijcimus occulta dedecoris/ nõ
ambulantes in astutia/ neq; do
lose tradẽtes verbũ dei/ sed i ma
nifestatione veritatis/ cõmittẽtes
nosipsos omni consciẽtiæ homi
nũ ante deũ. ¶ Q; si etiã occul 18
tũ est euãgeliũ nostrũ: in ijs qui
pereũt occultũ est/ in quibus de
us huius sæculi: infideliũ mẽtes
excæcauit/ vt nõ infulgeat ipsis
illuminatio euangelij gloriæ
CHRISTI/ qui est imago dei.
¶ Nõ eni nosipsos pdicam9: sed 19
CHRISTVM IHESVM dom/

nos autem ipsos / seruos vestros
propter IHESVM. quia deus q
dixit de tenebris lucem splende-
scere: ipse resplēduit in cordibus
nostris ad illumiationem cogni-
tionis gloriæ dei / i persona IHE
SV CHRISTI. Habemus autē
thesaurum hunc in testaceis va-
sis (vt superexcellentia potesta-
tis sit dei / & non ex nobis) in te
omni pressi / sed nō suffocati / in-
digentes sed non destituti / perse-
cutionem patientes sed non de-
relicti / deiecti sed nō pereuntes /
semper mortificationem domini
IHESV in corpore circūferētes:
vt & vita IHESV ī corpore no-
stro manifestetur. assidue enim
dum viuimus / in mortem tradi-
mur propter IHESVM : vt &
vita IHESV manifestetur in
mortali carne nostra. Quare
mors quidem in nobis operatur:
20 vita autem in vobis. ¶ Cum ha-
beamus autē eundem spiritum
fidei : secundum quod scriptum
est / credidi propter quod locutus
sum / & nos credimus propter
quod & loquimur. sciētes ꝙ qui
suscitauit dominum IHESVM:
etiam nos per IHESVM susci-
tabit / & constituet vobiscum. nā
omnia ꝑpter vos: vt gratia mul
tiplicata propter multorum / gra
tiarum actionē redundet in glo-
riam dei. Quapropter non suc-
cumbimus. nam tametsi homo
noster exterior corrumpitur: in-
terior tamen de die in diem re-
nouatur. nam quod obiter leue
est pressuræ nostræ: per excellen
tiam / in excellentia æternum
gloriæ pondus operatur nobis /
non consyderantibus nobis ea
quæ videntur / sed ea quæ non
videntur. Nam ea quæ viden-
tur / temporalia sunt. quæ autem
21 non videntur : æterna.
Exploratum enim habemus / ꝙ si
terrestris domus nostra huius
habitationis dissoluatur: ædifica
tionem ex deo habemus / domū
non manufactam / æternam in
cœlis. Nam & in hoc ingemisci-
mus: domicilium nostrū quod e
cœlis ē / superindui cupiētes / si ta
men induti & nō nudi inueniа-
mur. Nam & qui in hac habita-
tione sumus: ingemiscimus gra-

Nos autē seruos vestros: per IHESVM. B
quoniā de⁹ qui dixit de tenebris lucē splē-
descere: ipse illuxit ī cordib⁹ nostris ad illu-
minationem scientiæ charitatis dei in facie
CHRISTI IHESV. Habemus autē the
saurū istū in vasis fictilib⁹: vt sublimitas sit
virtutis dei / & nō ex nobis. In oībus tribu-
lationē patimur: sed nō angustiamur. Apo
riamur: sed non destituimur. Persecutionē C
patimur: sed non derelinquimur. humilia-
mur: sed nō cōfūdimur. Deijcimur: sed nō
perimus. Semper mortificationem IHE-
SV CHRISTI in corpore nostro circū-
ferentes: vt & vita IHESV manifestetur in
corporibus nostris. Semper enim nos qui
viuimus: in mortē tradimur propter IHE-
SVM: vt & vita IHESV manifestetur in
carne nostra mortali. Ergo mors in nobis
operatur: vita autem in vobis. Habētes au-
tem eūdem spiritum fidei: sicut scriptū est.
Credidi propter qđ locutus sum / et nos cre
dimus / propter quod et loquimur. scientes /
quoniam qui suscitauit IHESVM: & nos
cū IHESV suscitabit & cōstituet vobiscū.
Omnia enim propter vos : vt gratia abun- D
dans per multos in gratiarum actione abū
det in gloriam dei. Propter quod: non de-
ficimus. sed licet is qui foris ē noster homo
corrumpatur: tamen is qui intus est / reno-
uatur de die in diem. Id enim quod in præ
senti est momentaneum & leue tribulatio-
nis nostræ : supra modum in sublimitate
æternum gloriæ pōdus operatur in nobis /
nō contēplātibus nobis quæ vidētur / sed q̄
non vidētur. Quæ eni vidētur: temporalia
sunt. quæ autem nō videntur: æterna sunt. A
V
Scimus enim quoniā si terrestris domus no-
stra huius habitationis dissoluatur: ꝙ ædi-
ficationem ex deo habemus domū nō ma-
nufactam / æternam in cœlis. Nam & i hoc
ingemiscimus: habitationem nostram quæ
de cœlo est superindui cupientes. si tamen
vestiti: & nō nudi inueniamur. nā & qui su
mus in hoc tabernaculo: ingemiscimus gra-

uati:eo q̄ nolumus expoliari/sed superue-
stiri.vt absorbeatur quod mortale est:a vi-
ta. Qui autem efficit nos in hoc ipsum:de-
B us/qui dedit nobis pignus spiritus. Audē-
tes igitur semper & sciētes:quoniā dum su-
mus ĩ hoc corpore/peregrinamur a domi-
no.Per fidem enim ambulamus: & nō per
speciem. Audemus autem & bonam volū-
tatem habemus magis peregrinari a corpo
re:& præsentes esse ad dominū.& ideo cō-
tendimus:siue absentes siue præsentes pla-
cere illi.Omnes enim nos manifestari opor
tet ante tribunal CHRISTI: vt referat
vnusquisq̄ propria corporis prout gessit/si-
ue bonum siue malum.Scientes ergo:timo
rem domini hominibus suademus/deo au-
tem manifesti sumus. Spero autē & in con
scientijs vestris manifestos nos esse. Non
iterum cōmendamus nos vobis: sed occa-
sionem damus vobis gloriandi pro nobis.
vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur et
C non in corde.Siue enim mente excedimus/
deo:siue sobrij sumus/vobis. Charitas enī
CHRISTI vrget nos:estimātes hoc/ q̄m
si vnus pro omnibus mortuus est/ergo om
nes mortui sunt. & pro omnibus mortuus
est CHRISTVS: vt & qui viuunt / iam
non sibi viuāt/sed ei qui pro ipsis mortuus
est/& resurrexit. Itaq̄ nos: ex hoc neminē
nouimus secundum carnem.Et si cognoui-
mus secundū carnem CHRISTVM: sed
D nūc iā nō nouimus.Si qua ergo ĩ CHRI-
STO noua creatura:vetera transierunt.ec-
ce facta sunt omnia noua. Omnia autē ex
deo/qui nos reconciliauit sibi per CHRI-
STVM: & dedit nobis ministerium recō
ciliationis. Quoniam quidem deus erat in
CHRISTO mundū reconcilians sibi: nō
reputans illis delicta ipsorum. & posuit in
nobis verbum recōciliationis.Pro CHRI-
STO ergo legatione fungimur tanq̄ deo
exhortāte per nos.obsecramꝰ pro CHRI-
STO: reconciliamini deo.Eum qui nō no
uerat peccatum pro nobis peccatum fecit:

uati / eo q̄ nolumus exui sed su-
perindui / vt absorbeatur quod
mortale est/a vita.qui autem af-
ficit nos ad hoc ipsum: deus est/
& ad hoc ipsū dedit nobis arra-
bonē spiritꝰ. ¶ Qui igitur cōfidi- 22
mus sēper:& scimus q̄ præsētes ĩ
corpore / absētes sumus a domi-
no.Nam per fidem ambulamus:
non per speciem. confidimus au
tem & volumus magis absentes
esse a corpore: & præsentes esse
apud dominū. Propter quod ho
norifice cōtendimus:siue absen-
tes siue præsentes bene placere
ei.Omnes enim nos manifestari
oportet āte tribunal CHRISTI:
vt referat quisq̄ quæ per corpus/
ad quæ gessit siue bonū/ siue ma
lum. Scientes igitur timorē dei:
hominibus suademus. deo autē
manifesti sumus. spero autem &
in conscientijs vestris nos ma-
nifestos esse. ¶ Non enim rursus 23
nosipsos commendamus vobis:
sed occasionē damus vobis glo-
riationis pro nobis.vt illam ha-
beatis aduersus eos: qui faciete-
nus gloriantur/ & non in corde.
¶ Siue excellimus deo/siue mo- 24
deste sapimꝰ vobis: charitas cer
te CHRISTI vrget nos. discer-
nentes hoc: q̄ vnus pro omni-
bus mortem oppetijt. igitur om
nes oppetierunt.& pro omnibus
mortem oppetijt: vt viuētes iam
non sibi viuāt/ sed ei qui pro eis
mortem oppetijt / & resurrexit.
¶ Quare nos a modo nullum sci 25
mus secundum carnem.si autem
& secundum carnem nouimus
CHRISTVM:non tamen nunc
amplius cognoscimus. Itaq̄ si
qua in CHRISTO noua crea-
tura:vetera transierunt.ecce no-
ua facta sunt omnia. omnia au-
tem ex deo: qui recōciliauit nos
sibiipsi per IHESVM CHRI-
STVM & dedit nobis ministra-
tionem recōciliationis: vt q̄ de-
us in CHRISTO mundum recō
ciliauit sibi/ nō reputans eis de-
licta eorum/& posuit ĩ nobis ser-
monem reconciliationis. Pro
CHRISTO ergo oramus: tanq̄
deo exhortāte per nos. rogamus
pro CHRISTO:reconciliamini
deo. nam eū qui non nouit pec-
catum pro nobis peccatū fecit:

26 vt nos simus iustitia dei in eo.
At vero cooperãtes exhortamur:
ne in vanũ gratiã dei vos suscis
piatis. dicit enim. Tempore acce
ptabili exaudiui te:& in die salu
tis adiuui te. Ecce nunc tempus
acceptabile:ecce nunc dies salu=
27 tis. ¶ Nemini ne vllam quidem
damus offensionem/ vt non vi=
tuperetur ministratio nostra/ sed
ĩ re õni cõmẽdabiles exhibem9
nosipsos:vt dei ministri/in patiẽ
tia multa/in pressuris/ in necessi=
tatibus/ ĩ angustijs/in plagis/ in
carceribus/ in seditionibus/in la
boribus/in vigilijs/in ieiunijs/ ĩ
castitate/in cognitione/ in lõga=
nimitate/in benignitate/ in spiri
tu sancto/ in dilectione nõ ficta/
in sermone veritatis/in potentia
dei/ per arma iustitiæ secundorũ
& aduersorum / per honorem &
ĩhonorationem/ per diffamatio=
nem & bonam famam/ vt sedu=
ctores at veraces / vt ignoti sed
cogniti/vt morientes & ecce vi=
uimus/vt castigati at nõ morti=
ficati/ vt merẽtes semper autem
gaudentes / vt inopes at multos
locupletantes/ vt nichil haben=
28 tes sed omnia possidentes. ¶ Os
nostrum apertum est ad vos o
Corinthij. cor nostrum dilatatũ
est. non cõstringimini in nobis:
sed cõstringimini in præcordijs
vestris. Eadẽ asit repẽsione(tanq̃
filijs dico) dilatamini & vos.
29 ¶ Nolite variæ copulari infide=
libus. Nam quæ participatio iu=
stitiæ & iniustitiæ:& quæ cõmu=
nio lucis ad tenebras? quis etiã
consensus CHRISTI ad beliar?
aut quæ portio fideli cum ĩfide=
li? quæ autem conspiratio tem=
plo dei cum idolis? Vos autem
templum dei viui estis/ veluti ĩ=
quit deus, quoniam inhabitabo
in eis / & inambulabo:& ero il=
lorum deus /& ipsi michi erunt
populus. Propter quod exite de
medio eorum & separamini:di=
cit dominus. & immundum ne
tetigeritis:& ego suscipiam vos.
& ero vobis in patrem / & vos
eritis michi in filios & filias:
30 dicit dominus omnipotens.
Cum has igitur dilecti habeamus
promissiones: purgemus nos=
ipsos ab omni macula carnis

vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.
Adiuuantes autem exhortamur: ne inuacuũ A VI
› gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempo=
› re accepto exaudiui te: & in die salutis ad=
› iuui te. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce
nunc dies salutis. Nemini dantes vllam of=
fensionem:vt non vituperetur ministerium
nostrum. Sed ĩ omnibus exhibeamus nos=
metipsos sicut dei ministros:in multa patiẽ
tia/ in tribulationibus/ in necessitatibus/ in
angustijs/in plagis/ in carcerib9/ in seditio=
nibus/in laboribus/in vigilijs/ ĩ ieiunijs/ in
castitate/in scientia/in lõganimitate/in sua=
uitate/in spiritu sancto/ in charitate non fi=
cta/in verbo veritatis/in virtute dei. Per ar B
ma iustitiæ:a dextris & a sinistris. Per glo=
riam & ignobilitatem:per infamiam & bo
nam famam. Vt seductores & veraces. Si=
cut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes:
& ecce viuimus. vt castigati:& non mortifi=
cati. Quasi tristes:semper autẽ gaudentes.
Sicut egentes: multos autem locupletãtes.
Tanq̃ nichil habentes:& omnia possiden=
tes. Os nostrum patet ad vos o Corinthij. C
cor nostrum dilatatum est. Non angustia=
mini in nobis: angustiamini autem in visce
ribus vestris. Eandem autem habentes re=
munerationem: tanq̃ filijs dico / dilatami=
ni & vos. Nolite iugum ducere cum infide=
libus. Quæ enim participatio iustitiæ cum
iniquitate? aut quæ societas luci ad tene=
bras? Quæ autem cõuentio CHRISTI
ad belial? Aut quæ pars fideli cum infide=
li? Quis autem consensus templo dei cum D
idolis? Vos enim estis templum dei viui:si=
› cut dicit deus. quoniã inhabitabo in illis:&
› inambulabo inter eos. & ero illorũ deus:&
› ipsi erũt mihi populus. Propter quod exi=
› te de medio eorũ: & separamini dicit do=
› minus. & imundũ ne tetigeritis:& ego reci
› piã vos. & ero vobis in patrẽ: & vos eritis
› michi ĩ filios & filias/ dicit dñs omnipotẽs. A
Has ergo habentes promissiones charissimi: VII
mũdemus nos ab omni iquinamẽto carnis

& ſpiritus/ perficientes ſanctificationem
in timore dei. Capite nos. Neminem leſi-
mus: neminem corrupimus/ neminẽ circũ-
uenimus. Nõ ad condẽnationẽ veſtrã dico.
Prædiximus enĩ: ꝙ i cordibus noſtris eſtis
ad cõmoriendũ et ad cõuiuendum. Multa
michi fiducia eſt apud vos: multa mihi glo
riatio pro vobis. repletus ſum cõſolatione:
ſuperabundo gaudio in omni tribulatione
B noſtra. Nam & cum veniſſemus in Mace-
doniam: nullam requiem habuit caro no-
ſtra/ ſed omnem tribulationẽ paſſi ſumus.
Foris pugnæ: intus timores. Sed qui conſo
latur humiles: cõſolatus eſt nos deus/ i ad-
uentu Titi. Non ſolũ autẽ in aduẽtu eius:
ſed etiam in conſolatione/ qua cõſolatus eſt
in vobis/ referẽs nobis veſtrum deſyderiũ/
veſtrum fletũ/ veſtram emulationẽ pro me/
ita vt magis gauderem. Quoniam etſi cõ-
triſtaui vos in epiſtola: non me pœnitet. Et
ſi pœniteret: videns ꝙ epiſtola illa etſi ad
horam vos contriſtauit/ nunc gaudeo. non
quia cõtriſtati eſtis: ſed quia cõtriſtati eſtis
C ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſe-
cundum deum: vt in nullo detrimentũ pa-
tiamini ex nobis. Quæ enim ſecundũ deũ
triſtitia eſt: pœnitentiam in ſalutem ſtabilẽ
operatur. ſæculi autem triſtitia: mortẽ ope-
ratur. Ecce enim hoc ipſum ſecundũ deum
contriſtari vos: quantam in vobis operatur
ſollicitudinem/ ſed defenſionẽ/ ſed indigna-
tionem/ ſed timorẽ/ ſed deſyderiũ/ ſed emu
lationem/ ſed vindictam. In omnibus exhi
buiſtis vos: incontaminatos eſſe negocio.
Igitur etſi ſcripſi vobis non propter eum
qui fecit iniuriam/ nec propter eum qui paſ
ſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſollicitudi-
nem noſtram quam habemus pro vobis
D coram deo. Ideo conſolati ſumus. In cõſo-
latione autem veſtra abundantius magis
gauiſi ſuper gaudio Titi: quia refectus eſt
ſpiritus eius ab omnibus vobis. Et ſi quid
apud illũ de vobis gloriatus ſum: non ſum
confuſus. ſed ſicut omnia vobis in verita-

& ſpiritus/ conſumantes ſanctifi-
cationem in timore dei. Capite
nos: neminem iiuria affecimus/
neminem corrupimus/ neminẽ
circũuenimus. ❡Quod ad con- 31
demnationem nequaq̃ dictũ ve-
lim. Nam prędixi: ꝙ in cordibus
noſtris eſtis/ vt cõmoriar & con-
uiuam. multa michi fiducia ad
vos/ multa michi gloriatio pro-
pter vos. ❡Repleor conſolatio- 32
ne/ ſuperabundo gaudio in om-
ni preſſura noſtra. Nam cum nos
veniſſemus in Macedoniam: car
ni noſtræ nulla requies data eſt/
ſed in omni re preſſi ſumus. foris
pugnæ: intus pauores. ſed qui cõ
ſolatur humiles: cõſolatus ẽ nos
deus in aduentu Titi. nõ ſolum
autem in aduentu eius: ſed & in
conſolatione qua conſolatus eſt
a vobis/ referens nobis veſtrum
deſyderium/ veſtrum luctum/ ve-
ſtrum zelum pro me/ adeo vt po
tius gaudeã. ❡Quoniã et ſi cõ- 33
triſtaui vos in epiſtola: nõ ducor
pœnitudine/ & ſi me pœnituit.
Nam video/ ꝙ ſi & ad horã epi-
ſtola illa vos affecit triſtitia: nũc
gaudeo. nõ ꝙ triſtitia affecti fui-
ſtis: ſed ꝙ triſtitia affecti fuiſtis
ad pœnitentiam. triſtitiam enim
habuiſtis ſecũdum deum: vt ni-
chil detrimenti paſſi ſitis a no-
bis. nam triſtitia ſecundum deũ:
pœnitẽtiam in ſalutem quæ nul
lam habet pœnitentiam/ opera-
tur. mundi autem triſtitia: mor-
tem operatur. Ecce enĩ hæc ipſa
ſecundum deum triſtitia veſtra:
quãtam operata eſt in vobis di-
ligentiam/ ſed & purgationem/
ſed ĩdignationem/ ſed timorem/
ſed deſyderiũ/ ſed zelum/ ſed vi-
tionem. in omni re conſtituiſtis
voſipſos: vt puri eſſetis i nego-
cio. ❡Igitur & ſi nõ ſcripſi vobis 34
eius gratia q affecit iniuria/ neq̧
gr̃a eius qui iniuria affectus eſt:
ſcripſi tamen gratia manifeſta-
tionis diligẽtiæ veſtræ/ quæ pro
nobis ẽ apud vos i cõſpectu dei.
ob quam rẽ cõſolati ſumus. & in
cõſolatione veſtra multa abũdã-
tius gauiſi ſum⁹ q̃ i gaudio Titi:
ꝙ refocillat⁹ eſt ſpũs eius ab om
nib⁹ vobis. quia ſi quicq̃ apd eũ
propter vos gloriatus ſũ: nõ ſum
cõfuſus. ſed vt omnia in verita-

te locuti sumus vobis:sic & glo-
riatio nostra quæ fuit apud Titũ
veritas comperta est. & præcor-
dia eius abundantius ad vos fe-
runtur: quippe qui reminiscitur
omnium vestrum obedientiam/
quo pacto cum timore & tremo-
re excepistis eum. gaudeo: ꝙ in
35 re omni cõfidere possim ĩ vobis.
Notam autẽ facimus vobis fratres
gratiã dei:quæ donata est eccle-
sijs Macedoniæ. quia ĩ multa ꝓ-
batiõe pressuræ: superabũdantia
gaudij eorũ/& profunda inopia
eorum superabũdauit ĩ diuitias
simplicitatis eorũ. quia secundũ
vires/ testor etiã/supra vires spõ-
tanei fuere:multa cũ obsecratiõe
rogãtes nos/vt gratia & cõmu-
nio ministratiõis in sãctos fieret.
& nõ vt sperauerames:seipsos ta
mẽ dederũt/ in primis dño & no
bis per volũtatem dei. quamob-
rem rogauimus Titum: vt quẽ-
admodum ante cœpit/ sic etiam
hanc gratiã apud vos perficiat.
36 ¶ Verum vt in omni re abunda-
tis/ fide & sermone & cognitiõe/
& omni diligentia/& ea q̃ ex vo
bis ẽ erga nos dilectiõe: ita etiã
hac in gratia abũdetis. nõ secũ-
dum præceptũ dico:sed per alio-
rum diligentiam/dilectionis ve-
37 stræ generositatem tento. ¶ Co-
gnoscitis enim gratiam domini
nostri IHESV CHRISTI:quia
propter nos inops factus est cum
esset diues: vt nos illius inopia
diuites simus. Et sentẽtiam hac
in re do. hoc enim vobis condu
cibile est: qui non solum facere/
sed & velle cœpistis a superiori-
bus annis. nunc autem & facto
adimplete. vt quemadmodũ est
promptitudo volũtatis: hunc in
modum & adimpletionis ex eo
quod habetis. si enim prompti-
tudo adest secundum quod ha-
bet si qd habeat: bene accepta-
bilis est / nõ secundũ id quod nõ
38 habet. ¶ Nõ eni vt alijs requies
sit & vobis pressura: sed vt sit
æqualitas. ĩ præsenti tẽpore vr̃a
abũdãtia illorũ indigẽtiam sup-
pleat/vt & illorũ abũdãtia ĩ vr̃æ
indigẽtiæ sit supplemẽto. vt fiat
ęqualitas. sicut scriptũ est. q mul-
tum nõ abũdauit: & q paucũ nõ
39 minoratus ẽ. ¶ Sit autẽ grã deo:

te locuti sumus:ita & gloriatio nostra quæ
fuit ad Titũ/ veritas facta est. & viscera ei9
abundantius in vobis sunt / reminiscentis
omnium vestrum obedientiam: quomodo
cum timore & tremore excepistis illũ. gau-
deo: ꝙ in omnibus confido in vobis. A
Notam autem facimus vobis fratres gratiã VIII
dei:quæ data est in ecclesijs Macedoniæ. et
ꝙ in multo experimento tribulationis:abũ
dantia gaudij ipsorum fuit. et altissima pau
pertas eorum abũdauit: in diuitias simpli-
citatis eorum. Quia secundum virtutẽ/ te-
stimonium illis reddo: & supra virtutem
voluntarij fuerunt/cum multa exhortatio-
ne obsecrantes nos/ gratiam & cõmunica-
tionem ministerij quod fit ĩ sanctos. Et nõ
sicut sperauimus:sed semetipsos dederunt/
primum domino/ deinde nobis per volun-
tatem dei. ita vt rogaremus Titum:vt quẽ-
admodum cœpit / ita & perficiat in vobis
etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus B
abundatis fide / & sermone / & scientia / &
omni sollicitudine/ insuper & charitate ve-
stra in nos: vt & in hac gratia abundetis.
Non quasi imperans dico: sed per aliorum
sollicitudinem/ etiam vestræ charitatis inge
nium bonũ cõprobans. Scitis eni gratiã do
mini nostri IHESV CHRISTI: quoniã
propter vos egenus factus ẽ/cũ esset diues.
vt illius inopia:vos diuites essetis. Et cõsiliũ
in hoc do. Hoc eni vobis vtile est:qui nõ so-
lũ facere/sed & velle cœpistis ab anno prio
re. Nũc vero & facto perficite:vt queadmo
dũ prõptus est animus voluntatis/ita sit &
perficiẽdi ex eo qđ habetis. Si eni volũtas C
prõpta est:secundũ id qđ habet accepta ẽ/
& non secundum id quod non habet. Non
enim vt alijs sit remissio/ vobis autem tri-
bulatio: sed ex æqualitate. in præsenti tem
pore/ vestra abundantia illorum inopiam
suppleat. vt & illorũ abundãtia: vestræ ino-
piæ sit supplementũ. vt fiat æqualitas: sicut
scriptũ est. Qui multũ nõ abundauit. & qui
modicũ: nõ minorauit. Grãs autẽ ago deo:

qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis
in corde Titi.quoniam exhortationē quidē
suscepit:sed cum sollicitior esset/sua volūta-
te profectus est ad vos. Misimus etiam cū
illo fratrem nostrū:cuius laus est in euange
lio per omnes ecclesias.Non solum autem:
sed et ordinatus est ab ecclesijs comes pere-
grinationis nostræ in hanc gratiā/quæ mi-
nistratur a nobis ad domini gloriā/& desti
D natam voluntatem nostrā. Deuitātes hoc:
ne quis nos vituperet in hac plenitudine/
quæ ministratur a nobis in domini gloriā:
Prouidemus eni bona: nō solū coram deo/
sed etiam coram hominibus. Misimus au-
tem cū illis & fratrem nostrū/quem proba-
uimus in multis sæpe sollicitū esse: nunc au
tem multo sollicitiorem/ confidentia multa
in vobis.siue pro Tito qui est socius meus
& in vobis adiutor:siue fratres nr̄i apostoli
ecclesiarū gloriæ CHRISTI. Ostensionē
ergo q̄ ē charitatis vestræ & nostræ gloriæ
A pro vobis: in illos ostēdite i faciē ecclesiarū.
IX Nam de ministerio qđ fit in sanctos: ex abū-
dāti est michi scribere vobis. Scio eni prō-
ptum animū vestrū:pro quo de vobis glo-
rior apud Macedones.quoniā & Achaia
parata est ab āno præterito:& vestra emu-
latio prouocauit plurimos. Misimus autē
fratres:vt ne quod gloriamur de vobis eua-
cuetur in hac parte.vt quemadmodū dixi:
parati sitis:ne cū venerint Macedones me-
cum/& inuenerint vos imparatos:erube-
scamus nos/vt nō dicamus vos in hac sub-
B stantia. Necessariū ergo existimaui rogare
fratres: vt præueniant ad vos/ & præparēt
repromissam benedictionē hanc paratam
esse/sic quasi benedictionem/nō quasi aua-
riciam.Hoc autem dico.Qui parce semiat:
parce & metet.& qui seminat i benedictio-
nibus:de benedictionibus & metet. Vnus-
quisq; prout destinauit in corde suo: nō ex
tristitia aut ex necessitate. Hilarem eni da-
C torem:diligit deus. Potens est autem deus
omnem gratiam abundare facere in vobis:

qui dedit hanc diligentiam pro
vobis i corde Titi.quoniā & ex-
hortationis officiū suscepit:& di
ligētior factus/sponte sua ad vos
profectus est.Misimus autē & cū
eo fratrem: cuius laus est i euā-
gelio per omnes ecclesias.Et nō
id solum:sed & delectus est ab ec
clesijs comes noster/cū hac gra-
tia quæ ministratur a nobis ad
ipsius domini gloriam/& prom-
ptam voluntatem nostrā. id ca-
uentes ne quis nos repræhen-
dere queat in hac plenitudine:
quæ ministratur a nobis. ¶ Pro- 40
uidemus enim bona nō solū co-
ram domino:sed & coram homi
nibus. Misimus autem cum eis
fratrem nostrum: quem proba-
uimus in multis persæpe diligē
tem fuisse.nunc autē multo dili-
gentiorem/ob fiduciam multam
quam habet erga vos/ siue ꝙ Ti
ti loco familiaris meus sit/ & in
vobis cooperator/ siue ꝙ fratres
mei sint apostoli ecclesiarū/ qui
sunt gloria CHRISTI. indiciū
igitur dilectionis vestræ & glo-
riationis nr̄æ propter vos: erga
eos ostendite in facie ecclesiarū.
De ministratione profecto quæ fit 41
in sāctos: superuacaneū mihi est
vt ad vos scribā.scio eni prōpti-
tudinem vestrā.qua/propter vos
apud Macedonas glorior: ꝙ A-
chaia parata sit a supioribus an-
nis. & zelus qui est ex vobis cō-
plures prouocauit. ¶ Misi autē 42
fratres: ne gloriatio nostra pro-
pter vos/ hac in p̄te irrita cadat.
vt (quēadmodū dixi) parati sitis
ne si Macedones mecū veniāt &
inueniant vos imparatos: erube
scamus nos/ ꝙ vos in hac sub-
stantia gloriationis dicere non
possimus. Necessariū itaq; duxi
hortari fratres: vt præueniant &
præparent ante promissam hanc
vestrā benedictionem/sic in prō-
ptu fore vt benedictionem/ non
vt auariciā. ¶ Hoc autem ē. qui 43
parce seminat:parce & metet. &
qui seminat in benedictionibus:
in bn̄dictionibus & metet.vnus-
quisq; vt proponit in corde: non
ex tristitia/ neq; ex necessitate.
hilarem enim datorē diligit de-
us.Potēs est autē de9 omnē gra-
in CHRISTO colligēda. quę in
cœlis & quę in terra ſunt: in ipſo
ſunt. in quo etiam in hæredita-
tis conſortiū vocati ſumus: præ-
diffiniti ſecūdum propoſitū eius
qui omnia operatur per conſili-
um voluntatis ſuæ. vt nos ſimus
in laudem gloriæ eius: qui prio-
res ſperauimus in CHRISTO/
a quo & nos audiuim9 ſermonē
veritatis/ qđ eſt euāgeliū ſalutis
3 veſtræ. ❡ In quem & credētes ſi-
gnati eſtis ſācto promiſſiōis ſpū:

❡VVLGATA AEDITIO. ❡EPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS. A

PAulus apoſtolus CHRISTI IHESV per volūtatē dei: omnibus ſāctis qui ſūt epheſi/ et fidelibus in CHRISTO IHESV/ gratia vobis & pax a deo patre noſtro/ & domino IHESV CHRISTO. Benedictus deus & pater domini noſtri IHESV CHRISTI qui benedixit nos i omni benedictione ſpirituali i cœleſtibus in CHRISTO: ſicut elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionem/ vt eſſemus ſancti et imaculati in cōſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorū per IHESVM CHRISTVM in ipſum: ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ/ in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. in quo habemus redemptionē per ſanguinem eius/ remiſſionē peccatorū ſecundum diuitias gratiæ eius: quæ ſuperabūdauit in nobis in omni ſapiētia & prudētia. vt notū faceret nobis ſacramētū volūtatis ſuę/ ſecundū beneplacitū eius: qđ propoſuit in eo in diſpēſatione plenitudinis tēporū/ inſtaurare ōnia i CHRISTO/ quæ in cœlis & q̄ in terra ſunt in ipſo. In quo etiā & nos ſorte vocati ſumus: prædeſtinati ſecūdū propoſitū eius/ qui operat̄ omnia ſecundū cōſiliū volūtatis ſuæ. vt ſimus in laudem gloriæ eius nos: qui āte ſperauimus in CHRISTO. In quo & vos cū audiſſetis verbū veritatis euāgeliū ſalutis vrę. i quo et credētes ſignati eſtis ſpū promiſſiōis ſācto:

Margin: I (beside "Aulus a-"), B (beside "ſpectu eius in charitate"), C (beside "cœlis & q̄ in terra")

quí eſt pignus hæreditatis noſtræ in redē-
ptionem acquiſitionis in laudē gloriæ ipſi-
us. Propterea & ego audiens fidem veſtrā
q̄ eſt i CHRISTO IHESV/ & dilectio-
nem i omnes ſanctos:nō ceſſo gratias agēs
pro vobis/memoriam veſtri faciens in ora-
tionibus meis.vt deus domini noſtri IHE-
SV CHRISTI pater/ gloriæ:det vobis
ſpiritum ſapientiæ & reuelationis/ in agni-
tionem eius illuminatos oculos cordis ve-
ſtri/vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius/et
quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſan-
D ctis. Et quæ ſit ſupereminens magnitudo
virtutis eius in nos / qui credimus ſecun-
dum operationem potentiæ virtutis eius.
quam operatus eſt in CHRISTO IHE-
SV:ſuſcitans illum a mortuis/ & cōſtituēs
ad dexterā ſuam in cœleſtib⁹/ ſupra omnē
principatū & poteſtatē & virtutē & domi-
nationem/ & omne nomen quod nominat̄
nō ſolū in hoc ſæculo ſed etiam in futuro.et
ōnia ſubiecit ſub pedib⁹ eius.Et ipſū dedit
caput ſupra omnē eccleſiā: quę ē corp⁹ ipſi-
A us/& plenitudo ei⁹/qui oia in oib⁹ adiplet̄.
II Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis
veſtris:in quibus aliquando ambulaſtis ſe-
cundum ſæculum mundi huius/ſecundum
principē poteſtatis aeris huius ſpiritus qui
nunc operatur in filios diffidentiæ. in qui-
bus & nos omnes aliquando cōuerſati ſu-
mus in deſyderijs carnis noſtræ faciētes vo
luntatem carnis & cogitationū: & eramus
natura filij iræ ſicut & cæteri. Deus autem
qui diues eſt in miſericordia:propter nimiā
charitatem ſuam qua dilexit nos / & cū eſ-
ſemus mortui peccatis conuiuificauit nos
B CHRISTO:cuius gratia eſtis ſaluati. Et
conreſuſcitauit et conſedere fecit in cœleſti-
bus in CHRISTO IHESV:vt oſtende-
ret in ſæculis ſuperuenientibus/ abundātes
diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in
CHRISTO IHESV. Gratia enim eſtis
ſaluati per fidem:& hoc non ex vobis. Dei
enim donum eſt:nō ex operibus/vt ne quis

qui ē arrabo hæreditatis noſtræ
i redemptione acquiſitionis/ ad
laudem gloriæ ipſius. ¶ Propter +
quod & ego audiens fidem ve-
ſtram in domino IHESV/& di-
lectionem erga omnes ſanctos:
non ceſſo gratias agere pro vo-
bis/ memoriam veſtri faciens in
orationibus meis.vt deus glorię
domini noſtri IHESV CHRI-
STI pater:det vobis ſpiritum ſa
pientiæ/& reuelationis in cogni
tione ſui/illumiatos oculos cor-
dis veſtri ad hoc ipſū/vt vos ſci-
atis quæ eſt ſpes vocationis ei⁹/
& quæ diuitiæ gloriæ hæredita-
tis eius in ſanctis. & quæ ſuper-
excellens magnitudo poteſtatis
eius i nobis qui credimus ſecū-
dum operationem potentiæ for-
titudinis eius. quam operat⁹ eſt
in CHRISTO is/ qui ſuſcitauit
eum a mortuis/ & ſedere eū fecit
in dextra ſua i cœleſtibus/ ſupra
omnem principatum/& poteſta-
tem/& virtutem/ & domiationē/
& ōne nomē qd nominat̄ nō ſo-
lum in hoc ſæculo/ ſed & i futu-
ro/& omnia ſubiecit ſub pedibus
eius / & eum ſuper omnia caput
dedit eccleſiæ. quæ eſt corpus
eius / & plenitudo eius : qui per
omnia in omnibus impletur.
Et ſuper vos:cum ſitis mortui de- 5
lictis & peccatis veſtris in qui-
bus aliquādo ambulaſtis ſecun-
dum ſæculū mūdi huius/ ſecun-
dum pricipē poteſtatis aerei ſpi-
ritus/ qui nunc operatur in filijs
diffidentiæ.inter quos & nos om
nes cōuerſati ſumus aliquādo in
cōcupiſcentijs carnis noſtræ/ fa-
cientes volūtates carnis & cogi-
tationum: & fuimus natura filij
iræ ſicut & cæteri . ſed deus qui
diues eſt i miſericordia : propter
multam dilectionē ſuā qua dile-
xit nos / cum etiam nos mortui
ſimus delictis / viuificauit nos
cum CHRISTO. Gratia ſaluati
eſtis/& correſuſcitauit/& cōfide-
re fecit in cœleſtibus in CHRI-
STO IHESV / vt oſtēdat in ſæ-
culis ſuperuenientibus diuitias
gratiæ ſuæ in benignitate ſuper
nos in CHRISTO IHESV.
Nam gratia ſaluati eſtis per fi-
dem:& hoc nō ex vobis(dei do-
nū eſt)nō ex operibus : ne quiſq̄

gloriari possit. Nam eius sumus
factura / creati in CHRISTO
IHESV ad ea opera bona quæ
præparauit deus/ vt in eis am-
6 bulemus. ❡ Quapropter memē-
tote: ꝙ vos aliquādo gentes in
carne / qui dicebamini præpu-
tium ab ea quæ in carne circū-
cisio manufacta dicitur/ memē-
tote inquam ꝙ in tempore illo
eratis sine CHRISTO/ alieni
facti a legali gubernatione Is-
rael/ & extranei testamentorum
promissionis/ spem non haben-
tes/ & sine deo in mundo. nunc
autem in CHRISTO IHESV
vos qui aliquando eminus fui-
stis / cominus facti estis in san-
guine CHRISTI. ipse enim est
pax nostra: qui fecit vtraq; vnū.
& medium parietem clausurę/
inimicitias in sua carne soluēs:
legem præceptorum in edictis/
soluit/ vt duos creet in seipso in
vnum nouū hominem/ faciens
pacem/ & recōciliet ambos deo
in vno corpore per crucē inimi-
citias interficiens in seipso. &
veniens euangelizauit pacem
vobis qui lōge fuistis: & ijs qui
prope. quia per ipsum ambo
habemus accessum in vno spi-
7 ritu ad patrem. ❡ Ergo nō am-
plius estis extranei & aduenæ/
sed conciues sanctorum & do-
mestici dei/ superędificati super
fundamentum apostolorum &
prophetarum/ ipso summo an-
gulari existēte IHESV CHRI-
STO. in quo omnis ædifica-
tio coaptata crescit in tēplū sā-
ctū in dño/ in quo & vos coędi-
ficamini i habitaculū dei i spū.
Huius rei gratia ego Paulus vin-
ctus sū CHRISTI IHESV/ pro
vobis gētibus. audiuistis vtiq;
prouinciam dispensationis gra-
tiæ dei: quæ data est michi ad
vos. quia per reuelationem in-
notuit michi mysteriū: quēad-
modū paucis ante scripsi, quæ
legentes i intelligere potestis
intelligentiā meam in mysterio
9 CHRISTI. ❡ Quod i alijs ge-
nerationibus nō est notū factū
filijs hominū: vt nūc reuelatū
est sanctis apostolis eius & pro-
phetis in spū/ gētes esse cohęre-
des/ & cōcorpores & cōpticipes

glorietur. Ipsius enim sumus factura: creati
in CHRISTO IHESV in operibus bo-
nis/ quæ præparauit deus vt in illis ambu-
lemus. Propter qđ memores estote: ꝙ ali- C
quādo vos qui eratis gentes ī carne/ qui di-
cebamini præputiū ab ea quæ dicitur cir-
cuncisio in carne manufacta/ qui eratis illo
in tempore sine CHRISTO/ alienati a
conuersatione Israel / & hospites testamē-
torum / promissionis spem non habentes/
& sine deo in hoc mundo. Nunc autem in
CHRISTO IHESV vos qui aliquan-
do eratis longe: facti estis prope in sangui-
ne CHRISTI. Ipse enim est pax nostra:
qui fecit vtraq; vnū. & medium parietem
maceriæ soluens / inimicitias in carne sua
legem mandatorum decretis/ euacuans: vt
duos condat in semetipso in vno nouo
homine faciens pacem. vt reconciliet am-
bos in vno corpore/ deo: per crucem inter-
ficiens inimicitias in semetipso. Et veniens D
euāgelizauit pacem vobis qui lōge fuistis:
& pacem ijs qui prope. quoniā per ipsum:
habemus accessum ambo in vno spiritu/ ad
patrem. Ergo iam non estis hospites & ad-
uenæ: sed estis ciues sanctorum & dome-
stici dei / superædificati super fundamentū
apostolorum & prophetarum / ipso sum-
mo āgulari lapide CHRISTO IHE-
SV. in quo omnis ædificatio constructa:
crescit i tēplū sanctū in dño. In quo & vos
coędificamini: i habitaculū dei i spū sācto. A
Huius rei gratia ego Paulus victus CHRI III
STI IHESV / pro vobis gētibus: si tamē
audistis dispensationē gratiæ dei quæ data
est michi in vobis/ quoniam secūdum reue-
lationem notū michi factum est sacramen-
tū/ sicut supra scripsi i breui. prout potestis
legentes intelligere prudentiam meam in
ministerio CHRISTI. quod alijs gene-
rationibus non est agnitum filijs hominū:
sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis
eius & prophetis in spiritu/ esse gentes co-
hęredes/ & concorporales/ & cōparticipes

promiſſionis eius in CHRISTO IHE-
SV per euãgelium. Cuius factus ſum ego
miniſter: ſecundum donũ gratiæ dei / quæ
data eſt michi ſecundum operationem vir-
tutis eius. Michi enim omniũ ſanctorum
minimo / data eſt gratia hæc / in gentibus:
euãgelizare iueſtigabiles diuitias CHRI-
STI / & illuminare omnes quæ ſit diſpen-
ſatio ſacramenti abſcõditi a ſæculis in deo /
qui omnia creauit. vt innoteſcat principi-
bus & poteſtatibus in cœleſtibus: per eccle-
ſiam multiformis ſapientia dei / ſecundum
præfinitionem ſæculorum / quam fecit in
CHRISTO IHESV domino noſtro.
C In quo habemus fiduciam & acceſſum in
confidentia: per fidem eius. Propter quod
peto ne deficiatis in tribulationibus meis
pro vobis: quæ eſt gloria veſtra. Huius rei
gratia flecto genua mea ad patrem domini
noſtri IHESV CHRISTI: ex quo om-
nis paternitas in cœlis & in terra nomina-
tur vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ
ſuæ virtutem corroborari per ſpiritũ eius
in interiori homine: CHRISTVM habi-
tare per fidem in cordibus veſtris / in chari-
tate radicati & fundati. vt poſſitis compre-
hendere cum omnibus ſanctis: quæ ſit lati-
tudo & longitudo & ſublimitas & profun-
D dum. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ
charitatem CHRISTI: vt impleamini in
omnem plenitudinem dei. Ei autẽ qui po-
tens eſt omnia facere ſuperabundanter q̃
petimus aut intelligimus / ſecundum virtu-
tem quæ operatur in nobis: ipſi gloria in
eccleſia / & in CHRISTO IHESV / in
A omnes generationes ſæculi ſęculorũ Amẽ.
IIII Obſecro itaq; vos ego vinctus in domino: vt
digne ãbuletis vocatione qua vocati eſtis /
cum omni humilitate & mãſuetudine. cum
patientia ſupportãtes inuicem: in charitate
ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus / i vinculo
pacis. Vnũ corpus / & vnus ſpiritus: ſicut
vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.
B Vnus dominus / vna fides / vnũ baptiſma.

promiſſionis eius ĩ CHRISTO
per euangelium. Cuius factus
ſum miniſter ſecundum donum
gratiæ dei: quæ data eſt michi
ſecundum operationem pote-
ſtatis eius. michi minimo om-
niũ ſanctorum data eſt gratia
hæc: in gẽtibus euangelizare i
inueſtigabiles diuitias CHRI-
STI / & illũinare omnes q̃ ſit di
ſpẽſatio myſterij abſcõditi a ſę-
culis in deo / qui creauit omnia
per IHESVM CHRISTVM.
vt nunc nota ſit principibus &
poteſtatibus in cœleſtibus: per
eccleſiam multimoda ſapientia
dei / ſecundum p̃finitionem ſæ-
culorum / quam fecit deus in
CHRISTO IHESV domino
noſtro. in quo habemus auſum
& acceſſum in fiducia: per fidẽ
eius. ℭ Quapropter peto: vt nõ to
ſuccumbatis in preſſuris meis
pro vobis / quę eſt gloria veſtra.
huius rei gr̃a flecto genua mea
ad patrem dñi noſtri IHESV
CHRISTI / ex quo omnis pa-
ternitas in cœlo & in terra no-
minatur: vt det vobis ſecundũ
diuitias gloriæ ſuæ poteſtate
corroborari per ſpiritũ ſuũ. vt in
iteriori homine: habitet CHRI
STVS p̃ fidẽ in cordibus v̄ris.
vt i dilectione radicati & funda
ti: valeatis cõphẽdere cũ oĩbus
ſanctis / q̃ ſit latitudo & lõgitu-
do & p̃fuditas & ſublimitas: ac
cognoſcere ſupeminẽtẽ cogni-
tiõis CHRISTI dilectione / vt
repleamini õni plenitudine dei.
Ei autẽ qui ſuperpotẽs eſt om-
nia facere ſupabũdantius q̃ pe-
timus aut q̃ intelligimus: ſecũ-
dũ potentiã qua operatur ĩ no-
bis gloria in eccleſia in CHRI-
STO IHESV ĩ omnes genera-
tiones ſæculi ſæculorũ. Amen.
Obſecro igitur vos ego vinctus in ıı
domino: vt pro dignitate am-
buletis vocationis / qua vocati
eſtis cũ omni humilitate ſēſus
& mãſuetudine / cũ lõganimita-
te / vos inuicẽ ſupportãtes in di-
lectione / ſtudẽtes ſeruare vnita-
tem ſpiritus in vinculo pacis.
Vnũ corpus / & vnus ſpũs ſitis:
quẽadmodũ & vocati eſtis ĩ vna
ſpe vocationis veſtrę. vnus do-
min9 / vna fides / vnu baptiſma.

Vnus deus & pater omniũ : qui
ſuper omnes ẽ/ & per omnes/ &
12 in omnibus nobis. ¶Vnicuiq;
autem noſtrum data eſt gratia:
ſecundum menſuram donatio-
nis CHRISTI. quapropter di-
cit. Aſcẽdens in altum captiua-
uit captiuitatem : & dedit dona
hominibus. Quod autem aſcẽ-
dit/quid hoc eſt:niſi quia & de-
ſcendit primũ in inferiores par-
tes terræ/ qui deſcendit : ille eſt
qui & aſcẽdit ſup omnes cœlos/
13 vt impleat omnia. ¶Et ipſe de-
dit quoſdam quidem apoſtolos/
quoſdam autem prophetas/ hos
vero euãgeliſtas/ illos porro pa-
ſtores & doctores ad conſuma-
tionem ſanctorum/ in opus mi-
niſterij ad ædificationem cor-
poris CHRISTI. donec con-
curramus omnes in vnitate fi-
dei & cognitionis filij dei / in
virum perfectum / in menſura
ætatis plenitudinis CHRISTI:
vt non amplius ſimus paruuli
fluctuantes & qui circũferamur
omni vento doctrinæ in turba-
tione hominũ/in aſtutia ad in-
ſidias erroris. veritatem autem
ſectantes : in dilectione augea-
mus omnia/ in eo qui caput eſt
CHRISTVS.ex quo omne cor
pus coaleſcit & conſpirat p om-
nem iuncturam ſubminiſtratio-
nis/ ſecundũ functionẽ in men-
ſura cuiuſq; partis augmentum
faciẽs/ ad ædificatione ſuiipſius
in dilectione. ¶Hoc igit̃ dico
14 & teſtor in domino:nõ amplius
vobis eẽ ambulandũ/ quemad-
modũ & cæteræ gẽtes ambulãt
in vanitate mentis ſuæ/ obtene-
bratæ intelligentia. vt quæ ſunt
alienæ factæ a vita dei propter
ignorantiam quæ eſt in eis : ob
obſtinationem cordis earum.
quæ nil pertęſæ : ſeipſas tradi-
derũt impudicitię/ in operatio-
ne omnis imundicię in abũdã-
tia. vos autẽ nõ hoc pacto didi-
ciſtis CHRISTVM. eum vtiq;
audiſtis / & i eo edocti eſtis vt ẽ
veritas i IHESV: vobis depo-
nẽdũ eſſe prioris cõuerſationis
veterẽ hominẽ/ qui corrũpit̃ ſe-
cũdũ cõcupiſcẽtiarũ illecebras/
vt & renouemini ſpũ mẽtis ve-
ſtrę/ & iduamini nouũ hoiem q

Vnus deus & pater omniũ : qui ſuper om- B
nes & per omnia & i omnibus nobis. Vni-
cuiq; autem noſtrum: data eſt gratia ſecũ-
dum menſuram donationis CHRISTI.
Propter quod dicit. Aſcendens in altum
captiuam duxit captiuitatem : dedit dona
hominibus. Quod autem aſcendit : quid
eſt niſi quia & deſcendit primũ in inferio-
res partes terræ? Qui deſcendit: ipſe eſt &
qui aſcendit ſuper omnes cœlos / vt adim-
pleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidẽ C
apoſtolos/ quoſdã autem prophetas/ alios
vero euangeliſtas / alios autem paſtores &
doctores ad conſumationem ſanctorum in
opus miniſterij in ædificationẽ corporis
CHRISTI. donec occurramus omnes in
vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei: in virum
perfectum in menſuram ætatis plenitudi-
nis CHRISTI. vt iã non ſimus paruuli
fluctãtes & circunferamur omni vento do-
ctrinæ in nequitia hominum/ in aſtutia ad
circũuentionem erroris. veritatem autem
facientes in charitate: creſcamus in illo per
omnia qui ẽ caput CHRISTVS. Ex quo D
totum corpus compactum & connexum:
per omnem iuncturam ſubminiſtrationis/
ſecundum operationem in menſurã vniuſ-
cuiuſq; membri augmẽtum corporis facit/
in ædificationem ſui in charitate. Hoc igit̃
dico & teſtificor in domino: vt iam nõ am-
buletis ſicut & gentes ambulant in vanita-
te ſenſus ſui/ tenebris obſcuratum habẽtes
intellectum/ alienati a vita dei. per ignorã-
tiam quæ eſt in illis propter cęcitatẽ cordis
ipſorum. qui deſperãtes ſemetipſos: tradi-
derunt impudicitię in operationem immũ-
ditiæ omnis/ in auaritiam. Vos autem non
ita didiciſtis CHRISTVM: ſi tamen illũ
audiſtis & in ipſo edocti eſtis / ſicut eſt ve-
ritas in IHESV. Deponite vos ſecundum E
priſtinam conuerſationẽ veterem hominẽ:
qui corrumpitur ſecundum deſyderia erro-
ris. Renouamini autem ſpiritu mentis ve-
ſtræ : & induite nouum hominem qui

secundum deum creatus est in iustitia / &
sanctitate veritatis. Propter qđ deponen-
tes mēdaciū: loquimini veritatē vnusquisq3
cū proximo suo / quoniam sumus inuicem
mēbra.Irascimini & nolite peccare. Sol nō
occidat super iracundiā vestrā. Nolite locū
dare diabolo.Qui furabatur iā nō furetur:
magis autē laboret operando manibus suis
quod bonū est/ vt habeat vnde tribuat ne-
G cessitatē patiēti.Omnis sermo malus ex ore
vestro nō procedat:sed si quis bon⁹ ad ædi-
ficationē fidei/ vt det gratiam audientibus.
Et nolite contristare spiritum sanctum dei:
in quo signati estis in die redemptionis.
Omnis amaritudo/& ira/& indignatio/&
clamor / & blasphemia tollatur a vobis.
cū omni malicia.Estote autem inuicem be-
nigni/misericordes/donantes inuicem sicut
A & deus in CHRISTO donauit vobis.
V Estote ergo imitatores dei / sicut filij charissi-
mi:& ābulate in dilectione/sicut & CHRI
STVS dilexit nos/& tradidit semetipsum
pro nobis oblationē & hostiā deo in odorē
suauitatis. Fornicatio autē & omnis imun-
dicia/aut auaricia nec nomineť in vobis:si-
cut decet sanctos. aut turpitudo/aut stulti-
loquiū/aut scurrilitas quę ad rē nō pertinet:
B sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote
intelligētes: ꝙ omnis fornicator/aut imun-
dus/ aut auarus quod est idolorū seruitus/
non habet hæreditatē ī regno CHRISTI
& dei. Nemo vos seducat inanibus verbis.
propter hæc eni : venit ira dei in filios diffi-
dentię.Nolite ergo effici participes eorum.
Eratis eni aliquādo tenebræ/nūc autē lux ī
C dño:vt filij lucis ābulate. Fructus eni lucis
est: in omni bonitate/& iustitia/& veritate.
Probātes quid sit beneplacitū deo:& nolite
cōmunicare operibus īfructuosis tenebra-
rum/magis autē redarguite.Quæ eni in oc-
culto fiūt ab ipsis:turpe ē & dicere.Omnia
autē quæ arguūtur:a lumine manifestātur.
Omne eni quod manifestať:lumē est.Pro-
D pterqđ dicit. Surge qui dormis/ & exurge

secundū deū creatus est in iusti-
tia & sāctitatis veritate.❡Pro- 15
pter quod deponētes falsitatem:
loquimini veritatē vnusquisq3
cū proximo suo/quia sumus in-
uicē mēbra.irascimini:& nolite
peccare / sol non occidat super
iracundiā vestrā.❡Nolite locū 16
dare diabolo. Qui furabať: nō
āplius furetur/sed potius labo-
ret/operās manibus suis bonū.
vt habeat:quod cōtribuere pos-
sit indigētiā patiēti.Omnis ser-
mo marcidus ex ore vestro non
prodeat : sed si quis bonus ē ad
ædificationis vtilitatem/vt det
gratiā audiētibus. & nolite cō-
tristate spiritū sanctū dei: ī quo
signati estis/in die redēptionis.
Ois amaritudo/& furor/&ira/&
clamor&blasphemia tollať avo
bis: cū ōni vicio.estote autē iui
cē dulces/misericordes/cōdonā
tes vobis iuicē : quēadmodū &
de⁹ ī Christo cōdonauit vobis.
Estote igitur imitatores dei: tāq̄ 17
filij dilecti.& ambulate in dile-
ctione:vt & CHRISTVS dile-
xit nos/& obtulit seipsū pro no-
bis oblationē& hostiā deo/ in
suauitatē odoris. fornicatio aūt
& ōnis imūdicia / aut auaricia
ne quidē nomineť in vobis quē-
admodū decet sanctis: aut tur-
pitudo/ aut stultiloquiū/ aut fa-
cetię quæ nequaq̄ res sunt dicē-
tes/sed potius gratiosus sermo.
❡Hoc eni cognoscite : ꝙ ōnis 18
fornicator/aut imūdus/aut aua
rus q ē idololatra id est idolorū
seruus non habet hęreditatē in
regno CHRISTI & dei.❡Ne- 19
mo vos seducat vanis sermoni-
bus.Nā ꝓpter hęc venit ira dei
in filios diffuadentię.nolite igiť
cōpticipes eorū fieri. eratis eni
aliquādo tenebræ:at nūc lux in
dño . tanq̄ filij lucis ambulate.
Nā fructus spūs: est ī omni bo-
nitate & iustitia &veritate.pro-
bate:quid beneplacitū ē deo.&
nolite cōmunicare operibus ī-
fructuosis tenebrarū : at potius
redarguite. ❡Quę eni ī occul- 20
to fiūt ab ipsis:verecundū est &
dicere . ōnia autē q̄ redarguūť:
a luce manifestātur. Nā ōne qđ
manifestať:lux est. Quapropter
dicit.Surge q dormis/& resurge

ex mortuis:& illuiabit te CHRI
21 STVS. ¶ Videte quomodo ac=
curate ābuletis:nō vt insipiētes
sed vt sapientes.emite tempus:
quoniā dies mali sūt. Quapro=
pter nolite fieri īprudētes:sed ī=
telligentes q̄ voluntas sit dei. &
nolite īebriari vino ī quo ē in=
salubritas:sed replemini in spū/
loquētes vobisipsis ī psalmis/&
hymnis/& cāticis spūalibus/cā=
tātes & psallētes ī cordibus ve=
stris dño. gratias agētes semper
pro oibus:in nomine dñi nostri
IHESV CHRISTI deo & pa=
tri.subditi īuicē ī timore CHRI
22 STI. ¶ Vxores ꝓprijs viris sub
iectæ estote tanq̄ dño : quia vir
est caput vxoris / vt & CHRI=
STVS caput ecclesię/& ipse est
saluator corporis. Quēadmodū
igitur ecclesia subditur CHRI=
STO:hunc in modū & vxores
ꝓprijs viris in re omni. Viri di=
ligite vxores vestras:quēadmo=
dū & CHRISTVS dilexit ec=
clesiā/& seipsū obtulit pro ea vt
eā sctificaret/ purificās lauacro
aquę in verbo/ vt cōstitueret eā
sibiipsi gloriosā ecclesiā/nō ha=
bētē maculā / aut rugā/aut qcq̄
huiusmodi/sed vt sancta sit & i=
maculata. hūc in modū debent
viri suas vxores diligere tanq̄
sua corpora. qui diligit suā vxo=
rem:seipsū diligit. nullus enim
vnq̄ suam carnem odio habuit.
sed nutrit & fouet eā:quēadmo=
dum & dñs ecclesiā. quia mēbra
sumus corporis eius : ex carne
eius & ex ossib9 eius. ꝓpter hoc
reliquet homo patrē suū & ma=
trem/& adhærebit vxori suæ:&
erūt duo in carne vna. hoc my=
sterium magnū est. ego autē dico
in CHRISTO & ecclesia. atta=
mē & vestrū ad vnū vsq;:sic suā
quisq; diligat vxorē tāq̄ seipsū/
23 ita vt & vxor reuereatur virum.
Filij obedite parētibus vestris in
dño. Nā hoc iustū ē. Honora pa
trē tuū & matrē: qd est mādatū
primū in ꝓmissione/ vt bene ti=
bi sit/& sis lōgeuus sup terrā. Et
patres nolite ad irā ꝓuocare fi=
lios vr̄os: sed educate ipsos ī di
24 sciplia & admonitōe dñi. ¶ Ser
ui obedite dñis carnalib9 cū ti=
more & tremore:in simplicitate

, a mortuis: & illuinabit te CHRISTVS.
Videte itaq; fratres : quomodo caute ābu=
letis/nō quasi insipiētes sed vt sapiētes/ re=
dimentes tempus quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudētes:sed intel=
ligētes q̄ sit volūtas dei. Et nolite inebriari
vino in quo est luxuria : sed implemini spi=
ritu sancto/loquētes vobismetipsis in psal=
mis/hymnis/& cāticis spiritalibus/cantan=
tes & psallētes in cordibus vestris dño/gra=
tias agētes semper pro omnibus/in nomine
domini nr̄i IHESV CHRISTI deo &
patri. Subiecti inuicē:i timore CHRISTI
Mulieres viris suis subditæ sint/ sicut dño: E
quoniā vir caput est mulieris/sicut CHRI
STVS/caput ē ecclesie. ip̄e saluator corpo=
ris ei9. Sed sicut ecclesia subiecta ē CHRI
STO: ita & mulieres viris suis ī omnibus.
Viri diligite vxores vestras/sicut & CHRI F
STVS dilexit ecclesiā : & seipsum tradidit
pro ea/ vt illā sanctificaret mundās eā laua=
cro aquę in verbo vitę vt exhiberet ipse sibi
gloriosam ecclesiā nō habentē maculā aut
rugā aut aliquid huiusmodi/sed vt sit sācta
& imaculata. Ita & viri debēt diligere vxo=
res suas vt corpora sua. Qui suā vxorē dili=
git:seipsum diligit. Nemo eni vnq̄ carnē suā
odio habuit:sed nutrit & fouet eam sicut &
CHRISTVS ecclesiā. quia mēbra sumus
corporis ei9: de carne ei9 & de ossibus eius.
, Propter hoc relinquet homo patrē & ma= G
, trē suā:& adhęrebit vxori suæ. & erūt duo:
, in carne vna. Sacramētū hoc magnū ē. Ego
aūt dico i CHRISTO & i ecclesia. Verū=
tamē & vos singuli vnusquisq; vxorē suam
sicut seip̄m diligat:vxor aūt timeat virū suū. A
Filij obedite parētibus vestris i dño. Hoc eni VI
, iustum est. Honora patrem tuū & matrem
, tuam: quod est mandatum primū in pro=
, missione/vt bene sit tibi & sis lōgeuus super
terrā. Et vos patres nolite ad iracūdiā ꝓuo= B
care filios vr̄os:sed educate illos i disciplina
& correptione dñi. Serui obedite dñis car=
nalib9 cū timore & tremore: in simplicitate

cordis vestri sicut CHRISTO:nō ad ocu-
lū seruiētes/quasi hominibus placentes/sed
vt serui CHRISTI faciētes voluntatē dei/
ex animo cū bona volūtate seruiētes sicut
domino & nō hominibus.sciētes quoniam
vnusquisq; q̄dcunq; fecerit bonū : hoc reci-
piet a dño/siue seruus/siue liber.Et vos dñi
eadem facite illis/remittētes minas : sciētes
quia & illorū & vester dominus est i cœlis.
& personarū acceptio nō est apud deū. De
cætero fratres confortamini i domino: & in
potētia virtutis eius. Induite vos armaturā
dei:vt possitis stare aduersus isidias diaboli.
quoniā nō ē nobis colluctatio aduers⁹ car-
nē & sanguinē:sed aduersus pricipes & po-
testates/aduersus mūdi rectores tenebrarū
harū.cōtra spiritualia nequitię i cœlestibus.
Propterea accipite armaturā dei:vt possitis
resistere in die malo/& in omnibus perfecti
C stare.State ergo succincti lūbos vestros i ve-
ritate:& induti loricā iustitię/& calciati pe-
des in p̄parationē euāgelij pacis. In omni-
bus sumētes scutū fidei in quo possitis ōnia
tela nequissimi ignea extiguere. & galeā sa-
lutis assumite & gladiū spiritus:q̄d ē verbū
dei.Per omnē orationē & obsecrationē orā-
tes ōni tēpore in spū:& in ipso vigilantes in
omni instātia & obsecratione pro omnibus
D sanctis & pro me. Vt detur michi sermo in
apertione oris mei cū fiducia:notum facere
mysteriū euāgelij/ pro quo legatione fūgor
in cathena ista. ita vt in ipso audeam prout
oportet me/loqui.Vt autē & vos sciatis quę
circa me sunt/quid agā : omnia vobis nota
faciet Tychicus charissim⁹ frater & fidelis
minister in dño:quē misi ad vos i hoc ipsū/
vt cognoscatis q̄ circa nos sunt/& cōsoletur
corda vr̄a.Pax fratribus & charitas cū fide
a deo patre nostro / & domino IHESV
CHRISTO.Gr̄a cū omnibus:qui diligūt
dominum nostrum IHESVM CHRI-
STVM in in corruptione. Amen.
¶EPISTOLAE BEATI PAVLI A-
POSTOLI AD EPHESIOS FINIS.

cordis vestri tanq̄ CHRISTO:
nō ad oculū seruitio vt hoibus
placētes/sed vt serui CHRISTI
faciētes volūtatē dei/ ex aio cū
beniuolētia seruiētes tanq̄ dño
& nō hominibus. id nō ignorā-
tes:q̄ q̄dcunq; quisq; fecerit bo-
nū/hoc referet a dño/siue seruus
sit siue liber. Et domini paria re-
pendite erga eos/remittētes mi-
nas: cognoscētes q̄ & vr̄i ipsorū
dñs in cœlis est. & apud eū non
est personarū acceptio.¶Cęterū 25
fratres mei inualescite in domio
& in potētia fortitudinis eius. i-
duite oēm armaturā dei:vt possi
tis stare aduersus isidias diaboli.
quia nō est nobis lucta aduersus
carnē & sanguinē : sed aduersus
pricipatus/ aduersus potestates/
aduersus cosmocratoras tenebra
rū sęculi huius/ aduersus spūales
nequitias i cœlestibus. Quapro-
pter assumite ōnē armaturā dei:
vt possitis resistere i die mala/ &
stare per ōnia p̄fecti. state ergo
p̄cincti lūbos vestros i veritate/
& induti thoracē iustitiæ/& cal-
ciati pedes i expeditione euāge-
lij pacis:in omnibus assumentes
scutū fidei/ i quo possitis oīa tela
maligni ignea extiguere / & ga-
leā salutaris suscipere/ & gladiū
spiritus q̄d ē verbū dei. Per om-
nē orationē & obsecrationē/ orā-
tes omni tēpore in spū:& in hoc
ipso vigilātes in ōni seruitio & i-
tercessione pro oībus sāctis & pro
me. vt michi det sermo in aper-
tione oris mei / ad audēdū notū
facere mysterium euangelij/ pro
quo orator ago i cathena:vt i eo
audeā queadmodū decet me lo-
qui. ¶At vero vt sciatis & vos 26
quę apud me gerūtur/quid ago:
omnia vobis patefaciet Tychi-
cus dilectus frater & fidelis mi-
nister in dño.quē misi ad vos ob
idipsum : vt cognoscatis q̄ circa
nos sūt/& cōsolet corda vr̄a.pax
fratribus & dilectio cū fide a deo
patre & domino IHESV CHRI
STO.gratia cū omnibus qui di-
ligūt dominū nostrū IHESVM
CHRISTVM in incorruptibili-
tate. Amen.
¶SCRIPTA ROMAE. MIS-
SA PER TYCHICVM.
ELEMENTA 26.

¶ INTELLIGENTIA EX GRAECO. ¶ EPISTOLA BEATISSIMI PAV. APO. AD PHILIPPENSES.

1 Aul9 & Timo-
theus
serui
IHE-
SV
CHRI
STI/oi
busſā-
ctis in
CHRI
STO
IHE-
SV qui
estis
Philip
pis/cū episcopis/&diaconis/gra
vobis & pax a deo patre nostro
& dño IHESV CHRISTO.
2 ¶ Gratias ago deo meo semper
ī oimoda mēoria vestri/ī omni
oratione mea pro oibus vobis:
cū gaudio depcationē faciens
sup cōmunione vestra in euāge-
lio/ a pria die hucusq;. hoc ipsū
suasum habens: ꝙ qui cœpit in
vobis opus bonum / consuma-
bit vsq; in diē CHRISTI IHE
SV. quemadmodum par michi
est/ vt hoc sentiam de omnibus
vobis: ob idipsum ꝙ vos habeā
in corde/in vinculis meis/& in
defensione / & confirmatione
euangelij/ cum vos omnes cō-
participes mei ī gratia sitis. Te
stis eni michi est deus: quo pa-
cto desydero vos omnes in vi-
sceribus IHESV CHRISTI.
Atq; hoc oro: vt dilectio vestra
etiam magis ac magis abūdet
in cognitione & omni sensu: vt
vos probetis ea quę potiora sūt:
vt sitis synceri & irreprachensi-
biles in die CHRISTI / repleti
fructu iustitiæ per IHESVM
CHRISTVM in gloriā & lau-
3 dē dei. ¶ Nosse aūt vos velī fra
tres: ꝙ q̄ circa me sūt magis ad
ꝓmotionē euāgelij successerūt:
ita vt vīcula mea manifesta fue
rit ī CHRISTO: ī toto ꝑtorio:
et cęteris oibus. et cōplures fra
trum in domino cōfidentes ob
vincula mea: abundantius ausi
sūt/ itrepide sermonē dei loqui-

¶ VVLGATA AEDITIO. ¶ EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

A I
Aulus & Timothe us serui IHESV CHRI- STI: ōni bus sctis i CHRISTO IHESV qui sunt Philippis
cum episcopis & diaconibus/ gratia vobis
& pax a deo patre nostro/& domino IHE
SV CHRISTO. Gratias ago deo meo
in omni memoria vestri/semper in cunctis
orationibus meis pro omnibus vobis: cum
gaudeo deprecationē faciens super cōmu-
nicatione vestra in euangelio CHRISTI
a prima die vsq; nunc. cōfidens hoc ipsum:
quia qui cœpit vobis opus bonū/perficiet
vsq; in diē CHRISTI IHESV. sicut est
michi iustū hoc sentire pro omnibus vobis:
eo ꝙ habeam vos in corde/& in vinculis
meis/& in defensione & cōfirmatione euā-
gelij socios gaudij mei omnes vos esse. Te- B
stis enim michi est deus: quomodo cupiam
oēs vos esse in visceribus IHESV CHRI
STI. Et hoc oro: vt charitas vestra magis
ac magis abundet in omni sciētia & in om-
ni sēsu: vt probetis potiora. vt sitis syncęres
& sine offensa in diem CHRISTI: repleti
fructu iustitiæ per IHESVM CHRI-
STVM/in gloriam & laudem dei. Scire au
tē volo vos fratres: quia quæ circa me sunt
magis ad profectum venerūt euangelij. ita
vt vincula mea manifesta fierent in CHRI
STO / in omni prætorio & in cæteris om-
nibus: vt plures e fratribus in domino
confidentes in vinculis meis / abundanti-
us auderent sine timore verbum dei loqui.

Quidam quidem & propter inuidiã & cõ
tentionem:quidã autem & propter bonam
voluntatẽ CHRISTVM prędicant.qui-
dam ex charitate/scientes quoniam in de-
C fensione euãgelij positus sum. Quidã autẽ
ex contentione CHRISTVM annũciant
non syncere: existimantes pressuram se su-
scitare vinculis meis. Quid enim? Dũ om-
ni modo siue per occasionem siue per verita
tem CHRISTVS annũcietur: & in hoc
gaudeo/sed & gaudebo. Scio eni quia hoc
michi proueniet ad salutem: per vestram
orationem & subministrationem spiritus
IHESV CHRISTI/secũdum expecta-
tionem & spem meam. quia in nullo con-
fundar: sed in omni fiducia sicut semper &
nunc magnificabitur CHRISTVS i cor-
pore meo/siue per vitã/siue ꝑ mortẽ. Michi
enim viuere CHRISTVS est:& mori lu-
crum. Quod si viuere i carne hic michi fru-
D ctus operis est: & quid eligã ignoro. Coar-
tor autem e duobus: desyderium habens
dissolui & esse cũ CHRISTO multo ma-
gis melius/permanere autem in carne neces-
sarium propter vos. Et hoc confidens scio:
quia manebo & permanebo omnibus vo-
bis ad profectum vestrum & gaudiũ fidei.
vt gratulatio vestra abũdet ĩ CHRISTO
IHESV in me:per meum aduentũ iterum
ad vos. Tantum digne euangelio CHRI-
STI conuersamini: vt siue cum venero &
videro vos/siue absens audiã de vobis/quia
statis in vno spiritu/vnanimes collaborãtes
fidei euangelij.& in nullo terreamini ab ad-
uersarijs quæ est illis causa perditionis/vo-
bis autem salutis. Et hoc a deo. quia vobis
donatum est pro CHRISTO: non so-
lum vt ĩ eum credatis/sed vt etiam pro illo
patiamini. idem certamen habentes quale
A & vidistis in me: & nunc audistis de me.
II Si qua ergo consolatio in CHRISTO/ si
quid solatiũ charitatis / si qua societas spi-
ritus / si qua viscera miserationis: imple-
tæ gaudium meum / vt idem sapiatis /

quidam autẽ & propter inuidiã
& contentionem: quidam vero
propter bonã voluntatẽ CHRI
STVM prædicãt. Qui autẽ ex
contentione CHRISTVM an-
nũciant: id non caste/ cum exi-
stiment se pressuram vinculis
meis afferre. qui vero ex dilectio
ne: quia sciunt ꝙ ad defensionẽ
euãgelij positus sum. Quidnam
id est? nisi ꝙ omni modo siue
occasione siue veritate CHRI
STVS annũciat̃: & i hoc gau-
deo & etiã gaudebo. scio eni ꝙ
hoc michi cædet in salutem per
vestram orationem/& submini-
strationẽ spiritꝰ IHESV CHRI
STI: secundum expectationem
& spem meam/ ꝙ in nullo con-
fundar. sed i omni fiducia vt se-
per/etiam nunc magnificabitur
CHRISTVS in corpore meo:
siue per vitã/siue per mortem.
Michi enim vita CHRISTVS
est: mors lucrum. ꝙ si michi fue
rit vita in carne: hęc michi fru-
ctus operis est. & quid eligam/
sum nescius. cõprimor autem e
duobus: desyderium habens vt
dissoluar & sim cũ CHRISTO
lõge multo melius/ & ꝙ perma
neã i carne qd magis necessariũ
ẽ ꝓpter vos. ¶ Et hoc explora- 4
tũ habẽs: scio ꝙ manebo & cũ
oĩbus vobis ꝑmanebo ad pro-
motionẽ vestrã & gaudiũ fidei
vt gloriatio vestra abundet in
CHRISTO IHESV in me per
meã rursus pręsentiam ad vos.
solum pro dignitate euangelij
CHRISTI res gerite: vt siue
veniam & visitem vos/ siue sim
absens/ audiã q̃ erga vos/ ꝙ sta-
tis i vno spiritu/vno animo cõ-
certantes fidei euãgelij/ in nul-
lo cõsternati ab aduersarijs. qd
illis autem iudiciũ est perditio-
nis: vobis profecto est salutis.
& hoc a deo. quia vobis dona-
tum est pro CHRISTO: non
solum in ipsum credere / sed
etiam pro ipso pati / idẽ certa-
men habentes quale vidistis
in me / & nunc auditis de me.
Si qua igitur cõsolatio in CHRI 5
STO/si quod solatium dilectio-
nis/ si qua cõmunio spũs/ si qua
misericordia & miseratiões: iple
te gaudiũ meũ/ vt idẽ sentiatis/

eandem dilectionem habentes/
vnanimes/vnũ sentiẽtes. nichil
per cõtentionẽ aut inanẽ gloriã/
sed in humilitate sensus: arbitra
mini vobisipsis inuicem præemi
nere. non quæ vestra sunt quisq;
consyderate: sed & quisq; qđ ali-
orum. hoc enim sentite in vobis
quod & ĩ CHRISTO IHESV:
qui cum in forma dei esset nõ ra
pinam arbitratus est esse æqualẽ
deo / sed semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens/ in simi-
litudine hominũ factus/ & figura
inuẽtus vt homo. humiliauit se-
ipsũ/ factus obediẽs vsq; ad mor
tem: mortem autem crucis. Pro-
pter qđ & deus ipsũ exaltauit/ &
donauit ei nomẽ qđ est super om
ne nomen: vt ĩ nomine IHESV
omne genu flectatur/ cœlestium/
& terrestriũ/ & infernaliũ. & om-
nis lingua confiteatur ꝙ domi-
nus est IHESVS CHRISTVS:
6 ad gloriam dei patris. ¶ Quare
dilecti mei vt semper obedistis/
non vt in præsentia mea solum/
verum nunc multo magis in ab-
sentia mea: cũ timore ac tremo-
re/ vestram salutem operamini.
Nam deus est qui operatur in vo
bis & voluntatem & operationẽ
pro bona voluntate. Omnia fa
cite sine murmurationibus/ & di
sceptationibus: vt sitis irrepræ-
hensibiles & simplices filij dei/
ĩmaculati ĩ medio generationis
malignæ & peruersæ. In quibus
lucetis vt luminaria in mundo:
sermonem vitæ retinẽtes ad glo
riationẽ meã in die CHRISTI.
quia nõ in vanũ cucurri/ neq; in
vanũ laboraui. Sed etsi imolor
in sacrificio & obsequio fidei ve-
stræ: gaudeo & congratulor om-
nib9 vobis. Itidẽ autẽ & vos gau
dete & congratulamini michi.
7 ¶ Spero autem in domino IHE
SV/ me breui missurum ad vos
Timotheũ: vt & ego bono sim
animo/ certior factus eorũ q̄ cir-
ca vos gerũtur. Neminem enim
habeo æquiore aio: qui ingenue
ea q̄ circa vos sunt curatur9 sit.
nã oẽs quæ sua sint quærũt: nõ q̄
CHRISTI IHESV. Experimẽ-
tũ aũt eius cognouistis: quia tãq̃
cũ pře filius/ mecũ seruiuit ĩ euã
gelio. hũc igiť spero me missurũ

eandem charitatem habentes/ vnanimes/
idipsum sentientes. Nichil per contentionẽ
neq; per inanem gloriam: sed in humilita-
te superiores sibiinuicem arbitrantes. non
quæ sua sunt singuli consyderantes: sed &
ea quæ aliorum. Hoc enim sentite ĩ vobis:
qđ & in CHRISTO IHESV. Qui cũ
ĩ forma dei esset nõ rapinã arbitrat9 est esse
se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens/ in similitudinem
hominum factus/ & habitu inuẽtus vt ho-
mo. Humiliauit semetipsum fact9 obediẽs
vsq; ad mortem: mortem autẽ crucis. Pro- B
pter quod & deus exaltauit illum: & dona-
uit illi nomen quod est super omne nomẽ:
vt in nomine IHESV omne genu flecta-
tur cœlestiũ/ terrestrium/ & infernorum. &
omnis lingua confiteatur: quia dñs IHE-
SVS CHRISTVS in gloria est dei pa-
tris. Itaq; charissimi mei sicut semper obe-
distis: non vt in præsentia mei tantum/ sed
multo magis nunc in absentia mea cũ me-
tu & tremore vestram salutem operamini.
Deus est enĩ: qui operatur in vobis & velle
& perficere/ pro bona voluntate. Omnia
autem facite sine murmurationibus & hæ-
sitationibus: vt sitis sine querela/ & simpli-
ces filij dei/ sine repræhẽsione in medio na- C
tionis prauæ & peruersę. Inter quos lucetis
sicut luminaria in mundo: verbum vitæ cõ-
tinẽtes ad gloriã meã in die CHRISTI.
quia non in vacuũ cucurri: neq; in vacuum
laboraui. Sed etsi emulor supra sacrificium
& obsequium fidei vestræ: gaudeo/ & con-
gratulor omnib9 vobis. Idipsũ autẽ & vos
gaudete: & cõgratulamini michi. Spero au
tẽ in dño IHESV Timotheũ me cito mit-
tere ad vos: vt et ego bono aĩo sim/ cognitis
quæ circa vos sũt. Neminẽ enĩ habeo tam
vnanimẽ: q syncera affectiõe pro vobis sol-
licitus sit. Oẽs enĩ quę sua sũt q̃rũt: nõ q̄ sũt
IHESV CHRISTI. Experimentũ autẽ
ei9 cognoscite: quia sicut pȓi fili9/ mecũ serui
uit ĩ euãgelio. Hũc igiť spero me mittere ad

vos:mox vt videro quæ circa me sunt. Cō-
fido autem ī domino: quoniā & ipse veniā
D ad vos cito. Necessariū autem existimaui:
Epaphroditū fratrem & cooperatorem &
cōmilitonem meū/ vestrū autē apostolū &
ministrū necessitatis meæ/ mittere ad vos.
quoniā quidem omnes vos desyderabat:et
mestus erat/ propterea ꝙ & audieratis illū
infirmatū.Nā & īfirmatus est vsq ad mor-
tem:sed deus misertus est eius. Nō solū au
tem eius:verūetiā & mei/ ne tristitiā super
tristitiam haberē.festinātius ergo misi illū:
vt viso eo iterum gaudeatis/ & ego sine tri-
stitia sim.excipite itaq illum cū omni gau-
dio in domino: & eiusmodi cum honore
habetote.quoniam propter opus CHRI-
STI vsq ad mortem accessit:tradens ani-
mam suam/ vt impleret id quod ex vobis
A deerat erga meum obsequium.

III De cætero fratres mei gaudete ī domino.Ea-
dem vobis scribere michi quidem non pi-
grum:vobis autem necessarium. Videte ca
nes. videte malos operarios. videte conci-
sionem. Nos enim sumus circuncisio / qui
spiritu seruim⁹ deo:& gloriamur ī CHRI
STO IHESV/ & non in carne fiduciam
habentes/quanq̄ & ego habeam confiden-
C tiam in carne. Si quis alius videtur confi-
dere in carne:ego magis/ circuncisus octa-
uo die/ex genere israel/de tribu Beniamin/
Hebræus ex hebræis/ secūdum legem pha
risæus/ secūdum emulationem persequens
ecclesiam dei/secundum iustitiam quæ in le
ge est conuersatus sine querela. Sed quæ
michi fuerunt lucra: hæc arbitratus sū pro-
pter CHRISTVM detrimenta. Verun-
tamen & existimo omnia detrimētum esse
propter eminentem scientiam IHESV
CHRISTI domini mei: propter quem
omnia detrimentum feci.& arbitror vt ster
cora/vt CHRISTVM lucrifaciā:vt & i-
ueniar in illo. nō habēs meam iustitiā quæ
ex lege est: sed illā quæ ex fide est CHRI-
STI IHESV / quæ ex deo est iustitia.

confestim : vt videro quæ circa
me erunt. Confido autem in do-
mino : ꝙ & ipse cito veniam.
¶ Necessarium autem existima- 8
ui: mittere ad vos Epaphroditū
fratrem & cooperatorē & cōmili
tonem meū/ vestrum autem apo
stolum & ministrum indigentiæ
meæ:quoniā certe desyderio om
nium vestrū afficiebatur. & mo-
leste ferebat:ob idipsum ꝙ au-
dieratis eum aduersa valitudine
laborasse.enimuero proxime ad
mortem laborauit. sed deus mi-
sertus est eius:& non modo eius
sed & mei/vt tristitiā super tristi-
tiam nō sustinerem. Diligentius
igitur eum misi : vt vidētes eum
rursus gaudeatis/ & ego minus
sim tristis. Suscipite igitur eum
in domino/ omni cū gaudio: &
eos qui huiusmodi sunt hono-
rabiles habete.quoniam propter
opus CHRISTI ad mortē vsq
appropiquauit. Ex deliberatio-
ne positurus est animam:vt sup-
pleat qđ vobis deest officij mei.
Quod reliquū est fratres mei gau- 9
dete ī dño.Hæc vobis scribere:q̄
michi nō pigrum tam vobis se-
curū est.aduertite canes/ aduer-
tite malos operarios/ aduertite
concisionē.nos enim sumus cir-
cuncisio: qui spiritu/dei cultum
habemus & gloriamur ī CHRI-
STO IHESV/ & nequaq̄ in car
ne fiduciam habemus.q̄q̄ & ego
in carne fiduciam habere posse
videor. si quis alius videtur in
carne confidere posse : ego ma-
gis/circuncisus octaua die/ex ge
nere Israel/ de tribu Beniamin/
hebræus ex hebræis/ secundum
legem phariseus/ per zelum per-
secutus ecclesiam/ secundum iu-
stitiam quæ in lege est factus ir-
repræhensibilis. Sed quæ michi
videbāt lucra: hæc ego arbitrat⁹
sū dānū propter CHRISTVM.
Verūenimuero arbitror omnia
damnū esse:propter eminentiam
cognitionis CHRISTI IHE-
SV domini mei : propter quem
omnia flocciseci.& existimo ster
quilinia esse : vt CHRISTVM lu-
crifaciam & inueniar in eo non
habens meam iustitiam quæ ex
lege est/ sed eam iustitiam quæ
ex deo est per fidem CHRISTI.

vt in fide cognoſcam eum/ & po
teſtatem reſurrectionis eius / &
communicationem paſſionum
eius: conformatus morti eius/ ſi
quo pacto occurram ad reſurre-
10 ctionem mortuorum. ℂ Non q
iam compræhenderim / aut iam
perfectus ſim: ſed proſequor ſi &
id compræhendã in quo & com-
præhenſus ſum a CHRISTO
IHESV. Fratres ego nondum
meipſum autumo cõpræhendiſ-
ſe. vnũ tamen eſt: quæ retro ſunt
obliuiſcens/ ad ea vero quæ ante
ſunt/ me extendens: ſecundũ ſco
pum proſequor brauiũ ſupernæ
vocationis dei/ in CHRISTO
IHESV. Quicũq; igitur perfecti
ſumus: hoc ſentiamus. & ſi quid
aliter ſentitis: & hoc deus vobis
reuelabit. Verũtamen ad quod
peruenimus: eidem regulæ inni-
11 tamur/ idem ſentiamus. ℂ Imita
tores mecum eſtote fratres: & cõ
ſyderate eos qui ſic ambulãt / vt
nos habetis exemplũ. Nam mul
ti ambulant: quos ſæpe dicebam
vobis (nũc etiam & flens dico)
inimicos crucis CHRISTI.
quorum finis interitus. quorum
deus venter eſt: & gloria in con-
fuſione eorum/ qui terrena ſen-
tiũt. noſtra enĩ reſpublica ĩ cœlis
eſt: vnde etiã ſaluatorẽ expecta-
mus dominũ IHESVM CHRI
STVM. qui transfigurabit cor-
pus humilitatis noſtræ ad hoc:
vt ipſum conforme fiat corpori
gloriæ ſuæ ſecundum operatio-
nem potentiæ / qua ipſe poteſt
12 etiam ſibiipſi ſubiicere omnia.
Quare fratres mei dilecti & deſy-
derati/ gaudium & corona mea:
13 ſic ſtate ĩ domino dilecti. ℂ Euo-
diam rogo/ etiã Syntychen ro-
go: idem ſentire in domino. etiã
rogo & te ingenua coniunx: ad-
iuua eas quæ certauerũt mecum
in euangelio/ cũ & Clemente &
cæteris cooperatoribus meis.
quorũ nomina ſunt ĩ libro vitæ.
Valete in domino ſemper: iterũ
dico valete. Manſuetudo veſtra
nota ſit omnibus hominibus.
Dominus prope eſt. nichil ſol-
liciti ſitis: ſed in omni oratione
& obſecratione/ cum gratiarum
actione petitiones veſtræ notæ
ſint apud deum. Et pax dei quæ

in fide ad cognoſcẽdũ illũ/ & virtutẽ reſurre
ctionis eius/ & ſocietatẽ paſſionũ illius. Cõ C
figuratus morti eius: ſi quomodo occurrã
ad reſurrectionẽ quę eſt ex mortuis. non q
iam acceperi: aut iã perfectus ſim. Sequor
autem: ſi quomodo compræhendã in quo
& cõpræhẽſus ſum a CHRISTO IHE-
SV. Fratres ego me non arbitror compræ-
hendiſſe. Vnum autẽ/ quæ quidẽ retro ſunt
obliuiſcens/ ad ea vero quæ ſunt priora ex-
tendens meipſum: ad deſtinatũ perſequor/
ad brauiũ ſupernę vocationis dei ĩ CHRI
STO IHESV. Quicunq; ergo perfecti ſu
mus: hoc ſentiamus. & ſi quid aliter ſapitis:
& hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen D
ad quod peruenimus vt idem ſapiamus: &
in eadẽ permaneamus regula. Imitatores
mei eſtote fratres: & obſeruate eos qui ita
ambulant ſicut habetis formam noſtram.
Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam
vobis: nunc autẽ & flens dico/ inimicos cru
cis CHRISTI. quorum finis interitus.
quorum deus venter eſt: & gloria in confu-
ſione ipſorum/ qui terrena ſapiunt. Noſtra
autem cõuerſatio: in cœlis eſt. Vnde etiam
ſaluatorem expectamus dominũ noſtrum
IHESVM CHRISTVM: qui reforma
bit corpus hũilitatis noſtrę cõfiguratũ cor-
pori claritatis ſuæ/ ſecundũ operationẽ vir-
tutis ſuæ qua etiã poſſit ſubijcere ſibi õnia. A
Itaq; fratres mei chariſſimi & deſyderatiſſi- IIII
mi/ gaudium meum & corona mea: ſic ſta-
te in domino chariſſimi. Euchodiam rogo
& Syntychen depræcor idipſum ſapere in
domino. Etiam rogo & te germane com-
par: adiuua illas/ quæ mecum laborauerũt
in euangelio/ cum Clemente/ & cæteris ad-
iutoribus meis/ quorum nomina ſunt in li-
bro vitæ. Gaudete in domino ſemper: iterũ
dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit om-
nibus hominibus. Dominus enĩ prope eſt. B
Nichil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratione &
obſecratione/ cũ gratiarũ actione petitiões
veſtræ inoteſcãt apud deũ. Et pax dei quæ

exuperat omnē sensum:custodiat corda ve-
stra et intelligētias vestras in CHRISTO
IHESV. De cætero fratres quæcūq; sunt
vera/quæcūq; pudica/quæcūq; iusta/quæ-
cunq; sancta/quæcūq; amabilia/ quęcunq;
bonæ famę:si qua virt9/ si qua laus discipli
nę/hæc cogitate.quæ & didicistis & accepi-
stis/& audistis/& vidistis in me:hæc agite/
& deus pacis erit vobiscū. Gauisus sum au
tem in domino vehementer:quoniā tandē
aliquando refloruistis pro me sentire/ sicut
& sentiebatis.Occupati autem eratis.Non
C quasi propter penuriā dico. Ego enim didi
ci in quibus sum:sufficiens esse. Scio & hu-
miliari:scio & abūdare. Vbiq; in omnibus
institutus sum:& satiari/et esurire/ & abun
dare/et penuriā pati.Omnia possum:in eo
qui me confortat. Verūtamen bene fecistis
cōmunicantes tribulationi meæ. Scitis autē
& vos Philippenses: q; in principio euāge
lij quādo profectus sum a Macedonia/nul
la michi ecclesia:cōmunicauit in ratione da
ti & accepti/nisi vos soli.quia & Thessalo-
nicam: semel & bis in vsum michi misistis.
Non quia quæro datum: sed requiro fru-
D ctum abundantem in ratione vestra. Ha-
beo autē omnia:& abundo. Repletus sum
acceptis ab Epaphrodito: quæ misistis in
odorem suauitatis/hostiā acceptam/placē-
tem deo.Deus autem meus impleat omne
desyderium vestrum:secundū diuitias suas
in gloria/in CHRISTO IHESV. Deo
autem & patri nostro: gloria in sæcula sæ-
culorū. Amen. Salutate omnē sanctum in
CHRISTO IHESV. Salutant vos qui
mecū sunt:fratres.Salutant vos omnes sā-
cti: maxime autem qui de Cæsaris domo
sunt.Gr̄a domini nostri IHESV CHRI-
STI cum spiritu vestro. Amen.

¶EPISTOLAE BEATI
PAVLI APO. AD
PHILIPPENSES
F I N I S.

exuperat omnem mentem:custo
diat corda vestra & intelligen-
tias vestras in CHRISTO IHE
SV. ¶Qđ superest fratres quæ- 14
cunq; sunt vera/ quæcūq; hone-
sta/quæcūq; iusta/ quæcunq; ca-
sta/quæcunq; amabilia/quæcūq;
laudabilia/ si qua virt9/ & si qua
laus:hæc reputate. Quæ & didi-
cistis/& accepistis/ & audistis/ &
vidistis in me:hæc agite/& deus
pacis erit vobiscū. ¶Gauisus sū 15
autē in dn̄o magnifice:quia tan-
dem reuiruistis/ vt pro me senti-
retis.i quo & sentiebatis/at opor
tunitatē nondū habebatis. Nū-
quid quia indigerem dico? Mini
me. ego enī didici in ijs quæ as-
sunt: sufficientiā habere. scio &
humiliari/scio & abūdare in om
ni re:& in omnibus instructus sū
& saturari/& esurire/ & abūdare
& inopiā ferre. omnia possum in
CHRISTO: qui me validum fa
cit. ¶Attamen probe fecistis cō- 16
municātes pressuræ meæ. Scitis
autē & vos o Philippenses: q; in
principio euāgelij quando pro-
fectus sum a Macedonia/ nulla
michi ecclesia cōmunicauit i ra-
tione dationis & acceptiōis/nisi
vos soli. quia Thessalonicæ & se-
mel & bis ad necessitatē meā mi-
chi misistis. nō q; donū quærā:
sed copiosiorē fructū requiro i ra
tione vestra.recipio aūt omnia:
et abūdo.Repletus sum suscipiēs
per Epaphroditū ea quę a vobis
sunt:odorē suauitatis/ hostiā ac-
ceptabilem/ beneplacētem deo.
deus autē meus implebit omnē
necessitatē vestrā:secūdum diui-
tias suas i gloria/ i CHRISTO
IHESV.Deo aūt & patri nostro
gloria in sæcula sæculorū. Amē.
¶Salutate omnē sāctū i CHRI 17
STO IHESV. Salutāt vos/qui
mecū sunt:fratres. Salutant vos
omnes sancti: maxime autē qui
ex Cæsaris domo sunt. Gratia
domini IHESV CHRISTI cū
omnibus vobis. Amen.

¶AD PHILIPPENSES
SCRIPTA ROMAE.
MISSA PER EPA-
PHRODITVM.
ELEMEN-
TA 17.

¶ INTELLIGENTIA EX
GRAECO. ¶ EPISTOLA BE
ATISSIMI PAV. APOSTO
LI AD COLOSSENSES.

1 Aul9 a-
postol9
IHE-
SV
CHRI-
STI p
volūta-
tē dei /
& Ti-
mothe9
frater:
sāctis q
Colossis
estis / &
fidelib9
fratrib9
in CHRISTO / gratia vobis &
2 pax a deo patre nostro. ¶ Grati-
as agimus deo atq; patri dñi no
stri IHESV CHRISTI / semper
pro vobis orantes: cū audiuim9
fidē vestrā in CHRISTO IHE-
SV / & dilectionē erga omnes sā
ctos / propter spē repositā vobis ī
cœlis. quā ante audiuistis in ser-
mone veritatis euāgelij: qđ per-
uenit ī vos vt & in totū mūdū.
& fructificat atq; augetur: vt & ī
vobis a die qua audiuistis & co-
gnouistis gratiam dei in verita-
te. quēadmodum & didicistis ab
Epaphra dilecto cōseruo nostro:
qui est fidelis pro vobis minister
CHRISTI. qui etiam indicauit
nobis dilectionem vestrā in spū.
Quāobrē & nos a die qua audi-
uimus: nō cessauimus pro vobis
orare & postulare / vt impleami-
ni cognitione voluntatis eius in
omni sapiētia / & intelligētia spi-
rituali. vt digne āmbuletis ad om
ne placitū dni: in omni opere bo
no / fructificātes & crescētes in co
gnitione dei / in omni potestate
valentes secundū potentiā glo-
riæ eius / in omni patientia & lō-
ganimitate. cum gaudio gratias
agentes patri: qui nos suffecit in
partem sortis sanctorum in lu-
mine. qui liberauit nos ex po-
testate tenebrarum: & transtulit
in regnum filij dilectionis suæ.
In quo habemus redemptionem
3 & remissionē peccatorū. ¶ Qui ē
imago dei inuisibilis / primoge-

¶ VVLGATA AEDITIO. ¶ EPI
STOLA BEATIS. PAVLI APO-
STOLI AD COLOSSENSES. A

Aulus a- I
postolus
IHESV
CHRI-
STI per
volūtatē
dei / et Ti
motheus
frater: ijs
q sūt Co
lossis san
ctis & fi-
delib9 fratribus ī CHRISTO IHESV /
& propriis domibus. Nam qui be
ne ministrant: gradum bonũ sibi
vendicãt/ & multam fiduciam in
fide quæ est in CHRISTO IHE-
14 SV. ¶ Hæc tibi scribo: spe fretus
ꝙ ad te ocyus veniam. Si autem
tardauero: vt scias quo pacto opor
tet in domo dei conuersari/ quæ ẽ
ecclesia dei viuentis/ colũna & se-
des veritatis. Et pro confesso ma-
gnũ est hoc pietatis mysteriũ: deꝰ
manifestatus est in carne/ iustifica
tus est in spiritu/ visus est ab ange
lis/ p̄dicatus est in gẽtibus/ credi-
15 tus est ĩ mũdo/ assũptꝰ est ĩ gloria.
Spiritus autem eloquibiliter dicit:
ꝙ in posterioribus tẽporibus apo
statabũt nõnulli a fide/ attenden-
tes spiritibus erroneis & doctrinis
dæmoniorũ/ eorũ qui simulatione
mendacia loquũtur/ cauterio inu-
stam propriã habẽtes cõscientiã/
prohibentes nubere/ iubẽtes absti
nere a cibis quos deus creauit ad

primus formatus est: deinde Eua. & Adam
non est seductus: mulier autem seducta in
præuaricatione fuit. Saluabitur autem per
filiorũ generationẽ: si permanserit in fide &
dilectione & sanctificatione cum sobrietate. A
Fidelis sermo. Si quis episcopatum desyderat: III
bonũ opus desyderat. Oportet enĩ episcopũ
irrepræhẽsibilem esse: vnius vxoris virũ/ so-
briũ/ prudentẽ/ ornatũ/ pudicũ/ hospitalem/
doctorẽ/ non vinolentũ/ nõ percussorem: sed
modestum/ nõ litigiosũ/ non cupidũ/ sed suæ
domui bene prepositũ/ filios habentẽ subdi-
tos cũ omni castitate. Si quis aũt domui suæ
præesse nescit: quomodo ecclesiæ dei diligen-
tiã habebit? Nõ neophytũ: ne ĩ superbiã ela B
tus in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autẽ
& illũ testimoniũ habere bonũ ab ijs qui fo-
ris sũt: vt nõ in opprobriũ ĩcidat & ĩ laqueũ
diaboli. Diacones similiter pudicos/ nõ bilin
gues/ nõ multo vino deditos/ nõ turpe lucrũ
sectãtes: habẽtes mysterium fidei in cõsciẽn-
tia pura. Et hi autẽ probentur primũ: & sic
ministrent nullũ crimen habentes. Mulieres C
similiter pudicas/ non detrahẽtes/ sobrias/ fi-
deles ĩ omnibus. Diacones sint vnius vxoris
viri: qui filijs suis bene præsint/ & suis domi-
bus. Qui enim bene ministrauerint: gradum
bonum sibi acquirent/ & multam fiduciam
in fide quæ est in CHRISTO IHESV.
Hæc tibi scribo Timothee: sperans me ad D
te venire cito. Si autem tardauero: vt scias
quomodo oporteat te in domo dei conuer-
sari/ quę est ecclesia dei viui/ colũna et firma-
mentum veritatis. Et manifeste magnum est
pietatis sacramentum: quod manifestatũ est
in carne/ iustificatum est in spiritu/ apparuit
angelis/ prædicatum est gentibus/ creditum A
est in mundo/ assumptum est in gloria. IIII
Spiritus autẽ manifeste dicit: quia in nouissi-
mis tẽporibꝰ discedẽt quidã a fide/ attẽdẽtes
spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum:
in hypocrisi loquentiũ mẽdaciũ/ & cauteria-
tam habentiũ suã cõscientiã/ prohibentiũ nu
bere/ abstinere a cibis quos deus creauit ad

percipiendū cū gratiarū actione fidelibus/et
B ijs qui cognouerūt veritatē. Quia omnis cre-
atura dei bona est: & nichil reijciendū/quod
cū gratiarū actione percipitur. Sāctificatur
enim per verbū dei & orationē. Hæc propo-
nens fratribus: bonus eris minister CHRI-
STI IHESV/ enutritus verbis fidei & bo-
næ doctrinæ quā assecutus es. Ineptas autē
& aniles fabulas deuita. Exerce autē teipsū
ad pietatē. Nā corporalis exercitatio: ad mo
C dicū vtilis est: Pietas aūt ad omnia vtilis est:
promissionē habēs vitæ/quæ nūc est/ & futu
ræ. Fidelis sermo & omni acceptione dignus.
In hoc eni laboramus & maledicimur: quia
speramus ī deū viuū qui est saluator omniū
hominū/maxime/ fideliū. Præcipe hęc & do
ce. Nemo adolescentiā tuā cōtēnat: sed exē-
D plū esto fideliū in verbo/ in cōuersatione/ in
charitate/in fide/in castitate. Dū venio: attē-
de lectioni/ exhortationi & doctrinæ. Noli
negligere gratiā quæ ī te est: quæ data est ti-
bi per prophetiā/cū ipositione manuū pres-
byterij. Hæc meditare/ in his esto: vt profe-
ctus tuus manifestus sit omnibus. Attēde ti
bi & doctrinę: insta in illis. Hoc enim faciēs:
A & teipsum saluū facies/ & eos qui te audiūt.
V Seniorē ne increpaueris: sed obsecra vt patrē.
Iuuenes: vt fratres. Anus: vt matres. Iuuēcu
las: vt sorores ī ōni castitate. Viduas honora
q̄ vere viduæ sūt. Si qua aūt vidua filios aut
nepotes habet: discat primū domū suā rege-
re/& mutuā vicē reddere parētib9. Hoc eni
acceptū est corā deo. Quæ autē vere vidua ē
& desolata: speret in deū & istet obsecratio-
nibus et orationib9 nocte & die. Nā quæ in
delicijs est: viuēs mortua est. Et hoc præcipe:
vt irrepræhēsibiles sint. Si quis autē suorum
& maxime domesticorū curam non habet:
B fidem negauit/& est infideli deterior. Vidua
eligatur non minus sexaginta annorū/ quæ
fuerit vnius viri vxor operibus bonis testi-
monium habens: si filios educauit/ si hospi-
tio recepit/ si sanctorū pedes lauit/ si tribula-
tionē patiētibus/subministrauit/ si ōne opus

perceptionem cū gratiarū actione
a fidelibus/ & ijs qui cognouerunt
veritatē ꝙ omnis creatura dei bo-
na est/ & nichil excludendū qđ cū
gratiarū actione sumitur. sanctifi-
catur eni per sermonē dei & locu-
tionē. ❡ Hæc admonens fratres: 16
bon9 eris minister IHESV CHRI
STI/ enutriēs sermonibus fidei &
bona doctrina/ quā assequut9 es.
❡ Prophanas autē & aniles fabu- 17
las deuita. ❡ Exerce autē teipsum 18
ad pietatē. nā corporalis exercita-
tio ad paucū vtilis est. pietas autē
ad ōnia prodest: promissiones ha-
bēs vitæ cū præsentis tum futuræ.
❡ Fidelis sermo et ōni acceptione 19
dignus. in hoc eni & laboramus
& improperia sustinem9: quia spe-
rauim9 ī deo viuēte/ qui est salua-
tor omniū hominū/ maxime/ fide
liū. ❡ Præcipe hęc & doce. Facito 20
nullus tuā iuuētā cōtēnat: sed exē
plum esto fideliū in sermone/ in
cōuersatione/ ī dilectione/ in spū/
in fide/in castitate. ❡ Donec ve- 21
niam: intēde lectioni/ exhortatio-
ni/ doctrinæ. Noli negligere donū
qđ in te est: quod datū est tibi per
per prophetiam/ cum impositione
manuum presbyterij. Hæc medi-
tare: in his esto/ vt promotio tua
manifesta sit in omnibus. Attēde
tibiipsi/& doctrinæ immane apud
eos. hoc enim faciens: & teipsum
saluabis/ & eos qui te audierint.
S eniorem ne increpaueris: sed ob- 22
secra tanq̄ patrē. Iuniores tāq̄ fra-
tres. Anus vt matres. Adolescētu-
las vt sorores ī omni castitate. Vi-
duas honora: quæ veræ viduæ sūt.
❡ Si qua autē vidua filios aut ne- 23
potes habet: discāt primū ꝓprias
domos religiose curare/ & mutuā
vicē parētibus reddere. Nā hoc co
rā deo acceptabile ē. ❡ Vere autē 24
vidua q̄ sola relicta: sperauit ī deo
& imanet orationibus & obsecra-
tionibus nocte dieq;. ❡ Quæ autē 25
in delicijs degit: viuēs mortua est.
❡ Et hæc præcipe/ vt irrephēsibi- 26
les sint. Si quis aūt suis & maxime
domesticis nō prouidet: fidē nega-
uit/ & est ifideli deterior. ❡ Vidua 27
deligat̄ nō minus sexagita ānorū:
q̄ fuerit vnius viri vxor/ ī operib9
bonis habēs testimoniū/ si liberos
educauit/ si hospitalis fuit/ si sctōrū
pedes lauit/ si opp̄ssis subuēit/ si oī

28 bono operi iseruiuit. ¶Iuniores
autẽ viduas deuita. Nã quando
CHRISTO deliciatę fuerint: nu
bere volũt/ habẽtes iudicium ꝙ
primã fidẽ abiecerũt. simul autẽ
& ociosæ discũt circuire domos:
non solũ autẽ ociosæ/ sed & nu-
gaces/ & curiosæ/ loquẽtes q̃ nõ
29 decẽt. ¶Volo igitur iuniores nu
bere/ liberos procreare/ reifami-
liari præesse/ nullã occasionẽ da-
re aduersario/ cõuicij gr̃a. Nam
iam quędã abierũt retro post sa-
30 thanam. ¶Si quis fidelis aut si
qua fidelis habet viduas: ad suf-
ficientiã suppeditet eis. & nõ gra
uetur ecclesia: vt ijs quæ veræ vi
31 duæ sunt/ sufficere possit. ¶Qui
bene præsunt presbyteri: duplici
honore digni habeanť/ maxime
qui laborant i sermone & doctri
na. Dicit eni scriptura: nõ frena-
bis bouẽ triturantẽ. & dignus est
32 operarius mercede sua. ¶Aduer
sus presbyterũ accusationẽ non
admitte: pręterq̃ sub duobus aut
33 tribus testibus. ¶Peccãtes/ corã
omnibus redargue: vt & cæteri
34 timore quatiãtur. ¶Testor corã
deo & dño IHESV CHRISTO
& electis angelis: vt hęc custodi-
as/ sine priori iudicio nichil fa-
35 ciẽs per aduocationẽ. ¶Nemini
cito manus iponas: neqꝫ cõices
36 peccatis alienis. ¶Teipsũ castũ
37 serua. ¶Noli adhuc bibere aquã
sed pauco vino vtere propter sto
machũ tuũ/ & crebras ifirmitates
38 tuas. ¶Quorũdã hominũ pecca
ta præmanifesta sunt: præcedẽtia
ad iudiciũ. quosdã vero etiã sub-
sequũtur. Idẽtidẽ & opera bona
quædã præmanifesta sunt: & quę
39 aliter se hñt/ abscõdi nõ possunt.
Quicũqꝫ sub iugo sunt serui: pro-
prios dños omni honore dignos
arbitrẽtur/ ne nomẽ dñi & doctri
40 na blasphemetur. ¶Qui vero fi-
deles habent dños: nõ cõtẽnant
quia fratres sunt/ sed magis ser-
uiant quia fideles & dilecti q be-
41 neficiũ percipiũt. ¶Hæc doce &
exhortare. Si quis secus docet &
nõ accedit sanis sermonibus qui
sunt dñi nostri IHESV CHRI-
STI/ & doctrinæ q̃ secundũ pie-
tatẽ est: ianiter se iactauit/ nichil
sciẽs/ sed languẽs circa quæstio-
nes & pugnas verborũ. Ex qui-

bonũ subsecuta est. Adolescẽtiores autẽ vi-
duas: deuita. Cũ enim luxuriatæ fuerint: in
CHRISTO nubere volũt. habẽtes dam-
nationẽ: quia primã fidẽ irritã fecerunt. Si-
mul autẽ & ociosæ discunt circuire domos:
nõ solũ ociosæ/ sed & verbosæ/ & curiosæ/
loquẽtes quæ nõ oportet. Volo autẽ iunio- C
res nubere/ filios ꝓcreare/ matresfamilias
esse: nullã occasionem dare aduersario ma-
ledicti gratia. Iam enĩ quædã cõuersæ sunt
retro post sathanã. Si quis fidelis habet vi-
duas: subministret illis vt nõ grauetur eccle
sia/ vt ijs quæ vere viduæ sũt sufficiat. Qui
bene præsunt presbyteri: duplici honore di
gni habeanť/ maxime qui laborãt in verbo
& doctrina. Dixit enĩ scriptura. Non alli-
gabis os boui trituranti. Et dignus est ope-
rarius mercede sua. Aduersus presbyterũ D
accusationẽ noli recipere: nisi sub duob⁹ aut
tribus testibus. Peccãtes/ corã omnibus ar-
gue: vt & cæteri timorẽ habeãt. Testor co-
ram deo & CHRISTO IHESV et ele-
ctis angelis: vt hæc custodias/ sine præiudi-
cio nichil faciẽs/ in alterã partẽ declinando.
Manus cito nemini iposueris: neqꝫ cõmu-
nicaueris peccatis alienis. Teipsum castum
custodi. Noli adhuc aquã bibere: sed modi-
co vino vtere propter stomachũ tuũ/ et fre-
quẽtes tuas infirmitates. Quorũdam ho-
minum peccata manifesta sunt/ præceden-
tia ad iudicium: quosdam autẽ subsequun-
tur. Similiter & facta bona manifesta sunt:
& quæ aliter se habẽt/ abscõdi nõ possunt. A
Quicũqꝫ sunt sub iugo serui/ dños suos omni VI
honore dignos arbitrenť: ne nomen dñi &
doctrina blasphemeť. Qui autẽ fideles ha-
bẽt dños: nõ cõtẽnant quia fratres sũt/ sed
magis seruiãt quia fideles sũt & dilecti/ q.a
beneficij participes sũt. Hæc doce: & exhor
tare. Si quis aliter docet/ & nõ acquiescit sa
nis sermonib⁹ dñi nostri IHESV CHRI
STI/ & ei quæ secũdũ pietatẽ ẽ doctrinæ:
superbus/ nichil sciens/ sed languens circa
quæstiones & pugnans verborum. Ex qui-

bus oriuntur inuidiæ/cōtentiones/ blaſphe
miæ/ſuſpitiones malæ/conflictationes ho-
minū mēte corruptorū & q̄ veritate priuati
ſunt/exiſtimantiū quæſtū eſſe pietatē. Eſt
autē quæſtus magnus:pietas cū ſufficiētia.
Nichil enī intulimus in hūc mundū: haud
dubiū quia nec auferre quid poſſum9.Ha-
bentes autē alimēta & quibus tegamur:his
cōtēti ſimus.Nā qui volūt diuites fieri:inci-
dūt in tētationē/& ī laqueū diaboli/ & de-
ſyderia multa inutilia & nociua/ q̄ mergūt
homines ī interitū & perditionē.Radix enī
omniū malorū eſt cupiditas:quā quidā ap-
petētes errauerūt a fide/& inſeruerūt ſe do
C loribus multis. Tu autē o homo dei:hęc fu
ge.Sectare vero:iuſtitiā/pietatē/fidē/chari
tatē/patiētiā/māſuetudinē.Certa bonū cer
tamen fidei/ appręhende vitam æternam:i
qua vocatus & confeſſus bonā confeſſionē
corā multis teſtibus.Præcipio tibi corā deo
qui viuificat omnia/& CHRISTO IHE
SV qui teſtimoniū reddidit ſub pōtio Pila-
to bonā cōfeſſionē:vt ſerues mandatū ſine
macula irrepræhēſibile vſq; in aduētū dñi
noſtri IHESV CHRISTI.quē ſuis tem
poribus oſtēdet beatus & ſolus potēs/ rex
regum & dñs dominantiū:qui ſolus habet
īmortalitatem/ & lucē inhabitat inacceſſi-
bilem.quē nullus hominū vidit:ſed nec vi-
deri poteſt. Cui honor & īperiū ſēpiternū.
D Amen. Diuitibus huius ſæculi præcipe nō
ſublimæ ſapere:neq; ſperare ī incerto diui-
tiarū/ſed i deo viuo,qui præſtat nobis om-
nia abūde ad fruendū: bene agere/ diuites
fieri i bonis operibus/facile tribuere/ cōmu
nicare/theſaurizare ſibi fundamentū bonū
in futurū/vt appræhēdant verā vitā.O Ti
mothee depoſitū cuſtodi:deuitans propha
nas vocum nouitates / et oppoſitiones falſi
nominis ſciētiæ.quā quidā promittētes:cir
ca fidem exciderūt.Gratia tecū. Amen.

¶EPISTOLAE BEA.PAV. APO.
PRIMAE AD TIMOTHEVM
F I N I S.

bus oritur inuidia/cōtentio/ blaſ
phemiæ/ſuſpitiones malæ/cōfli-
ctationes hominū mente corru-
ptorū/& veritate deſtitutorū/exi
ſtimantiū quæſtū eſſe pietatem.
¶Procul eſto a talib9. Eſt certe 42
quæſtus ingēs:pietas cū ſufficiē-
tia.nā nichil intulimus in hunc
mundū:manifeſtū q neq; quicq̄
auferre poſſumus . habētes autē
alimēta & integumēta: eis cōtēti
ſimus. ¶Qui enī volunt diuites 43
fieri: incidunt i tentationē & la-
queū/& multas irrationabiles &
noxias cōcupiſcētias/quæ demer
gunt homines ī interitū/ & per-
ditionē.Radix enī omniū malo-
rū: pecuniæ cupiditas eſt. quam
qdā appetētes/ aberrauerūt a fi-
de:& ſeipſos īplicuerunt dolori-
b9 multis.¶Tu aūt o homo dei 44
hęc fuge.Proſequere iuſtitiā/pie
tatē/fidē/dilectionē/patiētiā/ mā
ſuetudinē.Certa bonū certamen
fidei.appræhēde vitā æternā:ad
quā & vocatus es/ & cōfeſſus es
bonā cōfeſſionē in cōſpectu mul
torū teſtiū.¶Præcipio tibi ante 45
deū viuificātē omnia/& CHRI-
STVM IHESVM qui teſtatus ē
ſub pontio Pilato bonā cōfeſſio-
nē:vt ſerues præceptū īmacula-
tū ſine repræhēſione/vſq; appa-
ritionē dñi nři IHESV CHRI-
STI.quam proprijs temporibus
oſtendet beatus & ſolus potens
rex regnātiū/ & dñs dominātiū:
qui ſolus habet īmortalitatē/ lu-
cē habitās inacceſſibilē/ quē ne-
mo vidit hominum/neq; videre
poteſt.Cui honor & poteſtas ęter
na.Amē.¶Diuitibus qui in præ 46
ſenti ſūt ſæculo/præcipe: vt non
alte ſentiāt/ neq; ſperēt ī incerti-
tudine diuitiarū / ſed i deo viuo
(q præbet nobis oīa opulēte ad
delectabilē vſū)vt bene agāt/vt
diuites ſint in bonis operibus/vt
facile cōtribuant. cōmunicatiui/
theſaurizātes ſibiipſis fūdamētū
bonū in futurum:vt(q̄ vere eſt)
vitā apprehēdāt.¶O Timothee 47
depoſitū cuſtodi/euertēs propha
nas vocū vanitates & oppoſitio
nes gnoſeos/falſo nomiatæ.quā
quidam promittētes: a fide aber
rauerunt.Gratia tecū.Amen.

¶AD TIMOTHEVM PRI-
MAE.SCRIPTA LAODICIE
ELEMENTA 47.

¶ INTELLIGENTIA EX GRAECO. ¶ EPISTOLA SECVNDA BE. PAV. APOSTOLI AD TIMOTHEVM.

P
Aul9 a-
1 postol9
IHE-
SV
CHRI-
STI p
volūta-
tē dei /
ad pro-
missio-
nē vitæ
i CHRI
STO
IHE-
SV: Ti
mo-
theo dilecto filio/gratia/miseri-
cordia/ & pax a deo patre/&
CHRISTO IHESV domino
2 nostro. ¶ Gratias ago deo/ quē
colo a progenitoribus in cōsciē-
tia pura: q̄ assiduam tui habeam
memoriam i orationibus meis/
nocte dieq; desyderans te vide-
re/recordat9 lachrymarū tuarū.
adeo vt gaudio implear : cū re-
miniscor dilectionis non fictæ q̄
in te est/ & fidei quæ primū ha-
bitauit in auia tua Loide / & in
matre tua Eunica/perspectū etiā
habeo q̄ in te. ¶ Quam ob cau-
3 sam admoneo te : vt exuscites
donum dei quod in te est per fi-
dem & impositionem manuum
mearum. non enim dedit nobis
deus spiritum timiditatis:sed po
testatis/ dilectionis/ & castimo-
niæ. Non igitur erubescas testi-
monium domini nostri/neq; me
vinctum eius: sed pariter insuda
euangelio / secūdū potestatē dei
qui saluauit nos/& vocauit nos
vocatione sancta. non secūdum
opera nostra:sed secundum pro-
priam voluntatem & gratiā quę
data est nobis in CHRISTO
IHESV ante tēpora sæcularia/
manifestata autem nunc per ap-
paritionē saluatoris nostri IHE-
SV CHRISTI. qui sustulit qui-
dem mortē/ illuminauit autem
vitam & incorruptibilitatem
per euangelium : in quo posi-
tus sum ego præco & apostolus
& doctor gentium. Ob quam

¶ VVLGATA AEDITIO. ¶ EPISTOLA SECVNDA BEA. P. APOSTOLI AD TIMOTHEVN. A I

P
Aulus a-
postolus
IHESV
CHRI-
STI per
volūtatē
dei secun
dū pro-
missionē
vitę quę ē
i CHRI
STO
IHESV : Timotheo charissimo filio/ gra-
tia & misericordia & pax a deo patre no-
stro & CHRISTO IHESV dn̄o nostro.
Gratias ago deo meo / cui seruio a proge-
nitoribus meis in conscientia pura: q̄ sine
intermissione habeam tui memoriā in ora-
tionibus meis/nocte ac die desyderans te
videre/memor lachrymarū tuarum/vt gau
dio implear. Recordationem accipiens eius
fidei quæ est in te non ficta: quæ & habita- B
uit primum in auia tua Loide & matre tua
Eunice/certus sum autē q̄ & in te. Propter
quam causam admoneo te:vt resuscites gra
tiam dei/quæ est i te per impositionem ma-
nuū mearum. Non enim dedit nobis deus
spiritum timoris: sed virtutis/& dilectionis
& sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimo
nium domini nostri/neq; me vinctum eius:
sed collabora euangelio secundum virtutē
dei. Qui nos liberauit & vocauit vocatio- C
ne sua sancta non secundum opera nostra/
sed secundū propositū suū & gratiā/q̄ data
est nobis i CHRISTO IHESV ante tē-
pora sæcularia. Manifestata ē aūt nūc p̄ illu
minationē saluatoris nr̄i IHESV CHRI
STI. q destruxit quidē mortē/ illuminauit
autem vitam & incorruptionem per euan-
gelium:in quo positus sum ego prædicator
& apostolus & magister gentium. Ob quā

causam etiam hæc patior:sed non confun-
dor. Scio eni cui credidi:& certus sum quia
potens est depositum meũ seruare in illum
diem. Formam habe sanorum verborum:
quæ a me audisti in fide & in dilectione in
CHRISTO IHESV.Bonũ depositum
custodi per spiritum sanctum : qui habitat
D in nobis. Scis enim hoc ꝙ auersi sunt a me
omnes qui i Asia sunt : ex quibus est Phy-
gellus & Hermogenes.Det misericordiam
domin⁹ Onesiphori domui:quia sæpe me
refrigerauit/ & catenam meã non erubuit.
sed cum Romam venisset:sollicite me quę-
siuit / & inuenit. Det illi dominus inuenire
misericordiam a deo in illa die. & quanta
A Ephesi ministrauit michi tu melius nosti.
II Tu ergo fili mi confortare in gratia quę est in
CHRISTO IHESV : & quę audisti a
me per multos testes hæc cõmẽda fidelib⁹
hominibus/qui idonei erũt & alios docere.
Labora sicut bon⁹ miles CHRISTI IHE
SV.Nemo militans deo/ implicat se nego-
cijs sęcularibus : vt ei placeat cui se proba-
uit. Nam & qui certat in agone:non coro-
nabitur nisi legitime certauerit. Laborãtem
agricolam oportet primũ de fructibus acci-
B pere.Intellige quæ dico:dabit enim tibi do-
minus in omnibus itellectum. Memor esto
dominũ IHESVM CHRISTVM re-
surrexisse a mortuis ex semine Dauid secũ-
dum euangeliũ meum/in quo laboro vsq;
ad vincula/quasi mala operãs : sed verbum
dei non est alligatum.Ideo omnia sustineo
propter electos:vt & ipsi salutem consequã
tur/quæ est in CHRISTO IHESV / cũ
gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nã si cõmor-
tui sumus : & conuiuemus.si sustinebimus:
& cõregnabimus.si negauerimus:& ille ne-
gabit nos. si non credimus : ille fidelis per-
manet / negare seipsum non potest. Hæc
C cõmone:testificans corã domino. Noli cõ-
tẽdere verbis. ad nichil eni vtile est:nisi ad
subuersionẽ audientiũ. Sollicite autẽ cura:
teipsum probabilẽ exhibere deo:operariũ

causam & hæc patior : sed non
confundor. ¶ Scio enim cui cre 4
didi: & exploratum habeo ꝙ po
tens est depositum meum serua-
re in illum diem. ¶ Informatio- 5
nem habe sanorum sermonum/
quos a me audisti in fide & dile-
ctione q̄ est in CHRISTO IHE
SV. Bonũ custodi depositũ per
spiritũ sanctũ:qui habitat in no-
bis. ¶ Hoc nosti ꝙ auersi sunt a 6
me omnes qui sunt in Asia: de
quibus ẽ Phygellus & Hermo-
genes. ¶ Det misericordiã dñs 7
Onesiphori domui:quia sępe me
refocillauit/ & catenã meam nõ
erubuit.sed cũ Romæ esset: dili-
gentius me perquisiuit/ & inue-
nit.det ei dominus iuenire mi-
sericordiam apud dominum : in
illa die. Et quãta michi Ephesi
ministrauit : tu melius nosti.
Tu igitur fili mi iualesce in gratia 8
quæ ẽ in CHRISTO IHESV/
& ijs q̄ audiuisti a me per mul-
tos testes. hæc cõmenda fidelib⁹
hoibus : qui sufficientes fuerit &
alios docere. ¶ Tu igiẽ fatigare: 9
vt bonus miles IHESV CHRI
STI. Nullus qui militat/ iplica-
tur negociationibus vitæ : vt ei
placeat qui ipsum ad militiã de-
legit.Si autẽ & pugil ẽ:nõ coro-
natur / nisi legitime certauerit.
Laborantẽ agricolã oportet pri-
mũ de fructib⁹ percipere.Intelli
ge q̄ dico . dabit eni tibi dñs in-
tellectũ in omnibus. ¶ Memẽto 10
IHESVM CHRISTVM ex se-
mine Dauid:suscitatũ a mortuis
secundũ euangeliũ meũ/in quo
desudo vsq; ad vincula quasi ma
leficus.verũ sermo dei nõ est al-
ligat⁹. Propter hoc oia sustineo
ob electos : vt & ipsi eã salutem
consequantur quæ est in CHRI-
STO IHESV/cũ gloria ęterna.
Fidelis sermo. nam si commor-
tui sumus: & vna viuemus. *Si*
patienter ferimus:& vna regna-
bimus. Si negamus : & ille ne-
gabit nos. Si ĩfideles sumus ille
fidelis manet / seipsum negare
non potest. ¶ Hæc admone : 11
contestatus coram deo / vt ver-
bis nõ pugnent ad nullam vti-
litatem/in subuersione audien-
tium. ¶ Stude teipsum proba- 12
bilem exhibere deo: operarium

fine verecũdia/recte tractãtẽ ser
13 monem veritatis. ¶ Prophanis
autẽ vocũ vanitatib9 obsistito:
alioqui magis proficiẽt ad im-
pietatẽ/& sermo eorũ vt cancer
pabulum habebit. e quibus est
Hymenęus & Philet9: qui a ve-
ritate aberrauerũt dicẽtes resur
rectionem iam factã esse/ & nõ-
nullorũ fidẽ subuerterũt. Atta-
mẽ CHRISTI solidũ stetit fũ-
damentum: signaculum hoc ha
bẽs. nouit dominus qui sui sũt.
14 ¶ Et absistat ab iniustitia: õnis
15 qui nominat nomen dñi. ¶ In
magna autem domo/non sunt
solũ vasa aurea & argentea: sed
& lignea & testacea. & illa qui-
dem sunt ad honorem: hæc ve-
ro ad inhonorificentiã. Si quis
igitur purgauerit seipsum ab il-
lis: erit vas ad honorẽ sanctifi-
catũ/& vtile dño/ad omne opus
16 bonũ aptatum. ¶ Iuuenilia au-
tem desyderia fuge. prosequere
vero iustitiã/fidẽ/ dilectionem/
pacem cũ omnibus qui ex puro
17 corde inuocant dñm. ¶ Stultas
porro & indisciplinatas q̃stiões
deuita: sciens ꝙ aggignũt pu-
gnas. seruũ autem domini non
decet pugnare: sed mitẽ esse er-
ga omnes/docibilẽ/ clemẽtem/
cũ mansuetudine corripientem
eos qui resistũt. ne forte det eis
deus pœnitẽtiã ad cognitiõem
veritatis/& resipiscãt a laquæo
diaboli. qui vincti tenebantur
18 ab eo: ad eius voluntatem.
Hoc autẽ cognosce: ꝙ in vltimis
diebus istabũt tẽpora difficilia.
nã erũt hoies amatores sui/pe-
cunię cupidi/ iactabũdi/ supbi/
blasphemi/parẽtibus inobediẽ-
tes/igrati/ nefãdi/sine dilectiõe
fœdifragi/calũniatores/ incõti-
nẽtes/immites/ bonorũ osores/
proditores/proterui/tumidi/ma
gis voluptatum amatores q̃
amatores dei/ pre se ferẽtes ef-
figiẽ pietatis/potestatẽ autẽ ei9
abnegãtes. & qui eiusmodi sũt:
19 deuita. ¶ Ex his eni sunt qui pe
netrãt domos & captiuas ducũt
mulierculas/oneratas peccatis:
q̃ varijs desyderijs agũt/q̃ sem
per discũt & nunq̃ ad cognitio-
nẽ veritatis peruenire possunt.
Quemadmodũ autẽ Iannes &

inconfusibilem / recte tractantem verbum
veritatis. Prophana autem & vaniloquia
deuita. Multum enim proficiunt ad impie-
tatem: & sermo eorum vt cancer serpit. Ex
quibus ẽ Hymenęus & Philetus: qui a ve-
ritate exciderunt / dicentes resurrectionem
esse iam factã / & subuerterunt quorũdam
fidem. Sed firmum fundamentum dei stat:
habens signaculum hoc. Cognouit domi-
nus qui sunt eius: & discedat ab iniquitate
omnis qui inuocat nomen domini. In ma-
gna autem domo: non solum sunt vasa au-
rea & argentea/ sed & lignea & fictilia. &
quædam quidem in honorem: quædam au
tẽ in cõtumeliã. Si quis ergo emundauerit D
se ab istis: erit vas in honorem sanctificatũ
& vtile dño/ ad omne opus bonũ paratũ.
Iuuenilia aũt desyderia fuge. Sectare vero
iustitiam/fidem/spem & charitatem/& pa-
cem cum ijs: qui inuocant dominũ de corde
puro. Stultas autem & sine disciplina quæ-
stiones deuita: sciens quia generant lites.
Seruum autẽ domini non oportet litigare:
sed mansuetum esse ad omnes / docibilem
patientem / cũ modestia corripientem eos
qui resistunt veritati. nequando deus det il-
lis pœnitentiam ad cognoscendam verita-
tem & resipiscant a diaboli laqueis: a quo A
captiui tenentur ad ipsius voluntatem. III
Hoc autem scito / quia in nouissimis diebus
instabunt tempora periculosa: & erunt ho-
mines seipsos amantes/ cupidi/elati/super-
bi/blasphemi/parentibus non obedientes/
ingrati/scelesti/sine affectione/sine pace/cri-
minatores/incontinentes/immites/sine be-
nignitate/ proditores/ proterui/ tumidi/ &
voluptatum amatores magis q̃ dei. haben-
tes speciem quidem pietatis: virtutẽ autem
eius abnegãtes. Et hos deuita. Ex his enim B
sunt qui penetrant domos: & captiuas du-
cunt mulierculas oneratas peccatis quæ du
cuntur varijs desyderijs: semper discentes/
& nunq̃ ad scientiam veritatis peruenien-
tes. Quemadmodum autem Iannes &

Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resi-
stunt veritati/homines corrupti mente/re-
C probi circa fidem/sed vltra non proficient.
Insipientia enim eorum manifesta erit in
omnibus: sicut & illorum fuit. Tu autem
assecutus es meam doctrinam/institutionē/
propositum/ fidem/ longanimitatem/ dile-
ctionem/patientiam/persecutiones/passio-
nes: qualia michi facta sunt Antiochiæ/
Iconij/Lystris/quales persecutiones susti-
nui/& ex omnibus eripuit me dominus. Et
omnes qui pie volunt viuere in CHRI-
STO IHESV: persecutionem patientur.
D Mali autem homines & seductores profi-
cient in peius: errantes/& in errorem mit-
tentes. Tu vero permane in ijs quæ didici-
sti/& credita sunt tibi: sciens a quo didice-
ris. & quia ab infantia sacras literas nosti:
quæ te possunt instruere ad salutem/per
fidem quæ est in CHRISTO IHESV.
Omnis scriptura diuinitus inspirata: vtilis
est ad docendum/ad arguendum/ad cor-
ripiendum/ad erudiendum in iustitia. vt
perfectus sit homo dei: ad omne opus bo-
A num instructus.
IIII Testificor coram deo & IHESV CHRI-
STO qui iudicaturus est viuos & mortu-
os/& per aduentū ipsius/& regnum eius:
prędica verbum. insta oportune/importu-
ne. argue/obsecra/increpa in omni patien-
tia & doctrina. Erit tempus cum sanam
doctrinam non sustinebunt: sed ad sua de-
syderia coaceruabunt sibi magistros pru-
rientes auribus/& a veritate quidem audi-
tum auertent/ad fabulas autem conuer-
B tentur. Tu vero vigila. In omnibus labora.
Opus fac euangelistæ. Ministerium tuum
imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor:
& tempus resolutionis meæ instat. Bonum
certamen certaui/cursum consumaui/fidē
seruaui. i reliquo reposita est michi corona
iustitiæ/quam reddet michi dominus: in il-
la die/iustus iudex. Non solum autem mi-
chi: sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

Iambres restiterunt Moysi: hūc
in modum & hi resistunt verita-
ti/homines corrupti mente/ re-
probi in fide. Verum non profi-
cient amplius. Nam amentia
eorum manifesta erit omnibus:
perinde atq; illorum fuit. ¶ Tu 20
vero sectatus es doctrinā meā/
viuendi normam/propositum/
fidem/longanimitatē/ dilectio-
nem/ patientiā/ persecutiones/
passiones: quæ michi factæ sunt
Antiochiæ / Iconij / Lystris.
quas persecutiones pertuli: &
ex omnibus/me liberauit domi
nus. Et omnes qui volunt pie
viuere in CHRISTO: persecu-
tionem patientur. mali autem
homines & malefici proficient
in deterius: seducentes & sedu-
cti. ¶ Tu autem persiste in ijs 21
quæ didicisti/ & quæ tibi credi-
ta sunt: sciens a quo didiceris/
& q ab ineunte ætate sacras li-
teras scieris/ quę possunt sapien
ter instituere ad salutem per fi-
dē quę est in CHRISTO IHE
SV. Omnis scriptura diuinitus
inspirata/etiam vtilis est ad do-
ctrinam/ad redargutionem/ad
directionem / ad institutionem
quæ est ad iustitiam: vt integer
sit homo dei ad omne opus
bonum consumatus.
Testor igit̃ ego corā deo & dño 22
IHESV CHRISTO q iudica-
re debet viuos & mortuos/per
apparitionem eius / & regnum
eius: prędica sermonē. incum-
be oportune/ importune. re-
dargue/increpa/obsecra: in om
ni patientia & doctrina. Nam
erit tempus quando sanam nō
sustinebunt doctrinam: sed se-
cūdum propria desyderia sibi-
ipsis doctores aceruabunt/ titil
lati auditum. & a veritate qui-
dem auditū auertēt: ad fabulas
autē cōuertēt. Tu vero inuigila/
in omnibus insuda/ opus fac euā
gelistę/ ministerium tuū imple.
¶ Ego eni iā libor: & tēpus meę 23
resolutiōis ppe ē. Bonū certa-
mē certaui/cursū cōsumaui/fidē
seruaui. quod reliquū ē: reposita
ē michi corona iustitię/quā red
det michi dñs iustus iudex ī die
illa. nō solū aūt michi: sed & oī
bus q diligūt apparitionē eius.

Diligentiam adhibe: vt ad me
venias cito. Nā Demas me re-
liquit/diligens præsens sæculū:
& profectus est Thessalonicen/
Cresces Galatiā Titus in Dal-
matiam. Lucas : solus mecum
est. Marcū assumens: duc tecū:
est eni michi vtilis i ministerio.
Tychicum vero misi Ephesum.
Phelonem quem dimisi Troade
apud Carpum / veniens affer &
libros : maxime autem mēbra-
nas. Alexander ærarius multa
mala michi ostendit. reddat ei
dominus secundum opera eius:
quem & tu obserua. valde enim
obstitit nostris sermonibus. In
prima defensione mea nullus
michi affuit : sed omnes me re-
liquerunt. non illis imputetur.
dn̄s autē michi astitit / & inua-
lescere me fecit : vt per me p̄di-
catio ipleat / & audiant omnes
gentes / & liberatus fui ex ore
leonis. & liberabit me dominus
ab omni opere malo : & salua-
bit me in regno suo cœlesti. cui
gloria in sæcula sæculorum.
24 Amen. ¶ Saluta Priscillam &
Acylam / & Onesiphori do-
mum. Erastus remansit Corin-
thi. Trophimū autem reliqui
Mileti infirmum. Diligenti-
am adhibe: vt ante hyemem
venias. Salutat te Eubolus/ &
Pudens & Linus & Claudia: &
fratres omnes. Dn̄s IHESVS
CHRISTVS cum spiritu tuo.
Gratia vobiscum. Amen.

Festina ad me venire cito. Demas enim me
reliquit/ diligens hoc sæculū: & abijt Thes-
salonicam. Crescens in Galatiā: Titus in
Damaltiam. Lucas est mecum solus. Mar-
cum assume: & adduc tecum. est enim mi-
chi vtilis in ministerio. Tychicū autem misi
Ephesum. Penulam quam reliqui Troade
apud Carpum/ veniens affer tecum & li- C
bros: maxime autem membranas. Alexā-
der ærarius multa mala michi ostendit: red
det illi dominus secundum opera eius/ quē
& tu deuita. Valde enim restitit verbis no-
stris. In prima mea defensione: nemo mi-
chi affuit/ sed omnes me dereliquerūt. non
illis imputetur. Dominus autem michi asti
tit/ & confortauit me: vt per me prædicatio
impleatur / & audiant omnes gentes. & li-
beratus sum de ore leonis. Liberauit me D
dominus ab omni opere malo: & saluum
faciet in regnum suū cœleste. cui gloria in
sæcula sæculorum. Amen. Saluta Priscillā
& Aquilam: & Onesiphori domum. Era-
stus remansit Corinthi. Trophimum au-
tem reliqui infirmum Mileti. Festina ante
hyemem venire. Salutant te Eubolus &
Pudens / & Linus / & Claudia: & fratres
omnes. Dominus IHESVS CHRI-
STVS cum spiritu tuo. Gratia vobiscum.
Amen.

¶ SECVNDAE AD TIMO-
THEVM SCRIPTA RO-
MAE CVM SECVNDO
PRAESENTATVS
EST PAVLVS NE
RONI CAESA-
RI ROMANO-
RVM. ELE-
MENTA 24.

¶ EPISTOLAE SECVN-
DAE BEATISSIMI
PAVLI APOSTOLI
AD TIMO-
THE-
VM.
F I N I S.

¶VVLGATA AEDITIO. ¶EPI-
A STOLA BEATI PAVLI APO-
I STOLI AD TITVM.

Paulus ser-
uus dei/a-
postolus
autem
IHESV
CHRI-
STI secū-
dum fidē
electorum
dei & agni
tionem
veritatis/
quæ secundum pietatem est in spem vitæ
æternæ/quam repromisit qui non menti-
tur deus ante tempora sæcularia/manife-
stauit autem temporibus suis verbum suū
in prædicatione quæ credita est michi se-
cundum præceptum saluatoris nostri dei:
Tito dilecto filio secundum communem
fidem/gratia & pax a deo patre & CHRI
B STO IHESV saluatore nostro. Huius
rei gratia reliqui te Cretæ:vt ea quę desunt
corrigas. & constituas per ciuitates pres-
byteros: sicut & ego disposui tibi. si quis
sine crimine est/vnius vxoris vir: filios ha-
bens fideles/non in accusatione luxuriæ/
aut non subditos. Oportet enim episco-
pum sine crimine esse/sicut dei dispensa-
torem: non superbum/non iracundum/
non vinolentum/non percussorem/ non
turpis lucri cupidum/sed hospitalem/be-
nignum/prudentem/sobrium/iustum/
sanctum/continentem/amplectentem eū
qui secundum doctrinam est fidelem ser-
monem. vt potens sit exhortari i doctrina
sana: & eos qui contradicunt arguere.
C Sunt enim multi etiam inobedientes/va-
niloqui & seductores: maxime qui de cir-
cuncisione sunt/quos oportet redargui.
qui vniuersas domos subuertunt: docen-
tes quæ non oportet turpis lucri gratia.

¶INTELLIGENTIA EX
GRAECO. ¶EPISTOLA
BEATISSIMI PAVLI APO
STOLI AD TITVM.

Paulus 1
seruus
dei/a-
posto-
lus au
tem
IHE-
SV
CHRI
STI
ad fidē
electo
rū dei
& co-
gnitio
nē ve-
ritatis/quæ est secundū pietatē
in spe vitæ ęternæ/quā ante tē-
pora sæcularia promisit nō men
dax deus/manifestauit autem
temporibus proprijs sermone
suo in pdicatione/cui secūdum
pręceptum saluatoris nostri dei
creditus sum ego: Tito peculia-
ri filio per cōmunem fidem/gra
tia/misericordia/pax a deo pa-
tre/& domino IHESV CHRI-
STO saluatore nostro. ¶Hu9 2
rei gratia reliqui te Cretæ: vt
delinquentia corrigas/& con-
stituas per ciuitatem presbyte-
ros/eo quo tibi ordinaui mo-
do/si quis ē isons/vnius vxoris
vir/filios habens fideles/non in
accusatione luxurię/aut non
subditos. Nam oportet episco-
pum insontem esse veluti dei
dispensatorem/nō pertinacem/
non iracundum/non vinosum/
non percussorem/non turpis
lucri sectatorem: sed hospita-
lem/bonorum amatorem/mo-
destum/iustum/sanctum/tem-
perantem/complectentem fide-
lem sermonem qui secundum
doctrinam est. vt potens sit &
exhortari i doctrina sana: & re-
darguere contradicentes. ¶Nā 3
sunt plærique etiam nō subditi/
vaniloqui/& mentiū seducto-
res/maxime autem qui sunt
ex circuncisione: quorum opor-
tet os reprimere. qui vniuer-
sas domos subuertūt: docētes q̄
nō oportet/turpis lucri gratia.

4 ❡Dixit quispiã ex ipsis proprius
eorum propheta. Cretenses sem
per mendaces/ malę bestiæ/ ven
tres pigri. Testimoniũ hoc ve-
rum est. Quã ob causam redar-
gue illos penitus: vt sani sint
in fide/ non attendentes Iudai-
cis fabulis / & præceptis homi-
5 nũ/ veritatem auersantiũ. ❡ Oĩa
quidẽ munda mũdis. ijs autem
qui inquinati sunt/ & infideles:
nichil mundũ est/ sed inquinã-
tur eorũ & mens & conscientia.
deum fatẽtur se nosse: operibus
autem negant / cum abhomi-
nabiles sint / & increduli / & ad
6 omne opus bonum reprobi.
Tu autẽ loquere q̃ sanam decent
doctrinã. Quod senes vigiles sint/
casti/modesti/sani fide/ dilectio-
7 ne/ patientia. ❡Anus identidẽ
sint i statu sacredecentes/ nõ ca
lũniatrices/ nõ multo seruiẽtes
vino/sint bonę magistrę: vt mo
deste sẽtire faciãt adolescẽtulas/
amatrices virorũ suorũ fore/ li-
beros diligere/ modestas/ castas
domi se cõtinẽtes/ probas/ subie
ctas proprijs viris esse/ ne sermo
8 dei blasphemet. ❡ Iuniores eo-
dẽ modo hortare modeste sẽtire:
in re omni teipsũ p̃bens exem-
plũ bonorũ operũ / in doctrina
incorruptibilitatẽ/ castitatẽ/ im-
mortalitatẽ / sermonẽ sanũ/ ir-
repręhensibilẽ. vt is qui aduer-
sarius est: confundatur nullum
habẽs qđ aduersũ nos loquatur
9 malũ. ❡ Serui proprijs dominis ĩ
oĩbus subditi sint beneplacẽtes
nõ cõtradicẽtes/ nõ fraudẽ faci-
entes/ sed omnẽ fidẽ bonã ostẽ-
dẽtes: vt doctrinã saluatoris no
10 stri dei ornẽt ĩ omnibus. ❡ Ap-
paruit enĩ gratia dei salutifera
omnibus hominibus/ erudiens
nos: vt abnegãtes impietatẽ &
sæcularia desyderia/ modeste/ &
iuste/ & pie viuamus in pręsenti
sęculo/ expectantes beatã spem
& apparitionem gloriæ magni
dei/ & saluatoris nostri IHESV
CHRISTI. qui dedit semetipsũ
pro nobis: vt redimeret nos ab
õni iniquitate/ & emũdaret sibi
populũ peculiarem/ imitatorem
11 bonorũ operũ. ❡ Hæc loquere/
& exhortare/ & redargue õni cũ
ipio: & facito nemo te cõtẽnat.

Dixit quidam ex illis proprius ipsorum
propheta. Cretenses semper mendaces:
malę bestię/ventres pigri. Testimoniũ hoc
verum est. Quam ob causam increpa illos D
dure: vt sani sint in fide / non intendentes
Iudaicis fabulis/ & mandatis hominũ auer
santium se a veritate. Omnia munda mun-
dis. coinquinatis autem & infidelibus: ni-
chil est mundum/ sed inquinatę sunt eorum
& mens & cõscientia. Confitentur se nosse
deũ: factis autẽ negãt/ cũ sint abominati &
incredibiles/ & ad õne opus bonũ reprobi. A
Tu autem loquere quę decent sanam doctri- II
nam. Senes vt sobrij sint: pudici/ prudẽtes/
sani in fide/ in dilectione/ in patiẽtia. Anus
similiter in habitu sancto: nõ criminatrices/
non multo vino seruientes/ bene docentes vt
prudentiam doceãt. Adolescentulas vt vi-
ros suos ament/ filios suos diligant: prudẽ- B
tes/ castas/ sobrias/ domus curam habẽtes/
benignas/ subditas viris suis/ vt nõ blasphe
metur verbum dei. Iuuenes similiter hor-
tare: vt sobrij sint. In omnibus teipsum pre-
be exemplum bonorum operum: in doctri-
na/ in integritate/ in grauitate/ verbum sa-
num/ irrepræhensibile. vt is qui ex aduerso
est vereatur: nichil habens malum dicere
de nobis. Seruos dominis suis subditos C
esse: in omnibus placentes / non contradi-
centes / non fraudantes. sed in omnibus
fidem bonam ostendentes: vt doctrinam
saluatoris nostri dei ornent in omnibus.
Apparuit enim gratia dei saluatoris no-
stri omnibus hominibus erudiens nos: vt
abnegantes impietatem & sæcularia de-
syderia / sobrie / & iuste / & pie viuamus
in hoc sæculo / expectantes beatam spem
& aduentum gloriæ magni dei & salua-
toris nostri IHESV CHRISTI. Qui D
dedit semetipsum pro nobis: vt nos redi-
meret ab omni iniquitate / & mundaret si-
bi populum acceptabilem/ sectatorem bo-
norum operum. Hęc loq̃re & exhortare: &
argue cũ omni imperio. Nemo te contẽnat.

III Admone illos pricipibus & potestatibus subditos esse/dicto obedire/ad omne opus bonum paratos esse/neminem blasphemare/non litigiosos esse sed modestos: omnem ostēdētes māsuetudinē ad omnes homines. Eramus eni aliquādo & nos isipiētes/ icreduli/ errātes/seruiētes desyderijs & voluptatibus varijs: in malicia & inuidia agē-
B tes/odibiles/odiētes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei: nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos/sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti quē effudit i nos abūde per IHESVM CHRISTVM saluatorem nostrum. vt iustificati gratia ipsius: hæredes simus secundū spem vitæ ęternæ. Fidelis sermo est. Et de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus
C preesse/qui credunt deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autē q̄stiones/& genealogias/& cōtentiones/& pugnas legis deuita. Sunt eni inutiles & vanæ. Hęreticū hominem post vnā & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est/& deliquit cum sit proprio iu-
D dicio cōdēnatus. Cū misero ad te Artemā aut Tychicū: festina ad me veire Nicopoli. Ibi eni statui hyemare. Zenā legisperitū & Apollo sollicite p̄mitte: vt nichil illis desit. Discāt autē & vestri bonis operib9 preesse ad vsus necessarios: vt nō sint ifructuosi. Salutant te: qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cū omnibus vobis. Amen.

¶EPISTOLAE BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI AD TITVM

F I N I S.

Admone illos magistratibus & po 12
testatibus subditos esse / obedire
principibus / ad omne opus bo-
nū paratos esse/ nullum blasphe-
mare/ absq; pugna eē/ clemētes/
omnē prę se ferentes mansuetu-
dinē ad omnes homines. ¶ Fui- 13
mus enim & nos aliquādo sine
intelligentia/ increduli/ aberran
tes / seruientes desyderijs & vo-
luptatibus varijs/ in nequitia/ &
inuidia degētes/ odibiles/ & nos
inuicem odientes. Cum autem
benignitas & humanitas appa-
ruit saluatoris nostri dei: non ex
operibus q̄ i iustitia fecim9 nos/
sed per suā misericordiā saluos
nos fecit per lauacrum regene-
rationis / & renouationis spūs
sancti/ quē effudit in nos copio-
se per IHESVM CHRISTVM
saluatorē nrm. vt iustificati gr̄a
ei9: per spē/ vitæ ęternæ hęredes
efficiamur. ¶ Fidelis sermo. Et 14
de his volo te cōfirmatū esse: vt
curent ij qui crediderūt deo/ bo-
nis operibus pręesse. Hæc sunt
bona & vtilia hominib9. ¶ Stul 15
tas autē q̄stiones/ & genealogi-
as/ & cōtentiones/ & pugnas le-
gis deuita. nam inutiles & vanę
sunt. ¶ Hæreticū hominē post 16
vnā & secundā āmonitionē de-
uita: sciens q̄ subuersus est qui
talis ē & peccat/ vt qui seipsum
condemnat. ¶ Quando mit- 17
tā Artemā ad te/ aut Tychicū:
festina venire ad me Nicopolin.
ibi eni decreui hyemare. Zenā
legisperitū & Apollo festinātet
pręmitte: vt nichil illis desit. Di
scāt autē & nostri: bonis operib9
p̄esse ad vsus necessarios: vt nō
sint ifructuosi. ¶ Salutāt te qui 18
mecū sunt oēs. Saluta eos qui
nos amant in fide. Gratia cum
omnibus vobis. Amen.

¶AD TITVM ECCLESIAE CRETENSIVM PRIMVM DELECTVM EPISCOPVM SCRIPTA NICOPOLI MACEDONIAE. ELEMENTA 18.

¶ INTELLIGENTIA EX GRAECO. ¶EPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTO. AD PHILEMONEM.

1 PAulus vinctus CHRISTI IHESV/& Timotheus frater: Philemoni dilecto & cooperatori nostro/ & Apphiæ dilectæ/& Archippo cōmilitoni nostro/ & domesticæ tuæ ecclesiæ/ grā vobis & pax a deo
patre nostro/& domino IHESV
2 CHRISTO. ¶Gratias ago deo
meo/ semper memoriam tui faciens in orationibus meis: cū audio dilectionem tuam / & fidem tuam/ quam habes erga dominum IHESVM / & erga omnes sanctos. a deo vt fidei tuæ communicatio efficax sit in cognitione omnis boni/ qđ i nobis est
3 in CHRISTO IHESV. ¶Gratiam eni habem9 multā/& cōsolationē in dilectiōe tua:quia per
te frater/viscera sanctorum refo-
4 cillata sunt. ¶Quapropter mul-
ta in CHRISTO fiducia fretus/ ꝙ tibi imperare possim quod fas est: obsecro magis propter dilectionem/ cū talis sim vt Paulus senex/& nunc etiā vinctus IHESV CHRISTI. Obsecro te pro meo filio/ quem genui in vinculis meis Onesimo: q tibi aliquādo inutilis fuit/ nunc autē tibi & michi probe vtilis. quem remisi.
Tu aūt illū/hoc est viscera mea/
5 suscipe. ¶Quem ego voluissem
apud me ipsum retinere / vt pro te michi ministrasset in vinculis euangelij: sed sine sententia tua nichil volui facere. ne velut ex necessitate bonū tuum esset : sed
6 ex voluntate. ¶Nam ideo forte
recessit ad horam : vt æternum illum reciperes/ non amplius vt seruum / sed super seruum / fra-

¶VVLGATA AEDITIO. ¶EPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTO. AD PHILEMONEM. A

I

PAulus vinctus CHRISTI IHESV et Timotheus frater:Philemoni dilecto adiutori nostro / &
Appiæ sorori charissimæ/& Archippo cō-
militoni nostro/& ecclesiæ quæ i domo tua
est/gratia vobis & pax a deo patre nostro/
& domino IHESV CHRISTO. Gra-
tias ago deo meo semper memoriam tui fa
ciens in orationibus meis:audiens charita-
tem tuam & fidē/quam habes in domino
IHESV & in omnes sanctos. vt cōmuni-
catio fidei tuę euidēs fiat: in agnitione om-
nis operis boni in CHRISTO IHESV.
Gaudiū eni magnū habui & consolationē
in charitate tua:quia viscera sanctorum re-
quieuerunt per te frater. Propter quod mul
tam fiduciā habēs in CHRISTO IHE- B
SV imperandi tibi quod ad rem pertinet:
propter charitatem magis obsecro/cum sis
talis vt Paulus senex/ nunc autē & vinctus
IHESV CHRISTI.obsecro te pro meo
filio quem genui in vinculis Onesimo : qui
tibi aliquādo inutilis fuit/nunc autē & mi-
chi & tibi vtilis/ quem remisi tibi. Tu autē
illum:vt mea viscera suscipe. Quem ego vo
lueram mecum detinere:vt pro te michi mi
nistraret in vinculis euangelij. Sine consilio
autem tuo/ nichil volui facere : vti ne velut C
ex necessitate bonum tuū esset/ sed volunta
rium. Forsitan enim ideo discessit ad horā
a te: vt æternum illum reciperes . iam non
vt seruum:sed pro seruo charissimum fra-

trem/maxime michi:quanto autem magis
tibi & in carne & i domino? Si ergo habes
me socium:suscipe illũ sicut me. Si autẽ ali-
quid nocuit tibi aut debet:hoc mihi iputa.
D Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddã:
vt non dicam tibi ꝙ & teipsum michi de-
bes. Ita frater ego te fruar in domino:refice
viscera mea in CHRISTO. Cõfidens in
obediẽtia tua scripsi tibi:sciẽs quoniã & su-
per id quod dico facies. Simul autem & pa
ra michi hospitiũ.nam spero per orationes
vestras donari me vobis. Salutat te Epa-
phras cõcaptiuus meus in CHRISTO
IHESV/Marcus/Aristarcus/Demas &
Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri
IHESV CHRISTI cum spiritu vestro.
Amen.

trem dilectũ/vel maxime michi:
quanto autẽ magis tibi & in car
ne & i domino? Si igitur me ha-
bes cõmunionis participem: su-
scipe illum tanq̃ me. ¶Si quid 7
autem iniuriæ tibi irrogauit/aut
si quicq̃ debet: illud michi impu
ta. Ego Paulus scripsi mea ma-
nu. Ego reddã: ne dicã tibi ꝙ &
teipsũ michi debeas. ¶Etiã fra- 8
ter ego te potiar in dño: recrea
viscera mea in dño. Confisus in
obediẽtia tua scripsi tibi: certior
fact9 ꝙ supra q̃ dico efficies. Si-
mul autem & præpara michi ho
spitium.nam ea spe ducor:ꝙ per
orationes vestras donabor vo-
bis. ¶Salutãt te Epaphras cõca 9
ptiuus meus i CHRISTO IHE
SV/Marc9/Aristarch9/Demas/
Lucas:q sunt cooperatores mei.
Gratia dñi nři IHESV CHRI-
STI cum spiritu vestro. Amen.

¶EPISTOLAE BEATIS-
SIMI PAVLI APO.
AD PHILEMO-
NEM.
F I N I S.

AD PHILEMONEM/SCRI-
PTA ROMAE. MISSA
PER ONESIMVM
FAMVLVM.
ELEMEN
TA 9.

ℭ INTELLIGENTIA EX GRAECO. ℭEPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI AD HEBRAEOS.

1 Vltiphariā/ multiſq; modis deus qui oli loquebatur patribus ī prophetis : nouiſſime diebus his locutus eſt nobis ī filio. quē po-
ſuit hæredem omniū / per quem
2 fecit & ſæcula. ℭQui cū ſit ſplē-
dor gloriȩ/ & character hypoſta-
ſeos eius/ferenſq; omnia verbo
poteſtatis ſuæ : cum per ſeipſum
purgationem peccatorū noſtro-
rum fecit/ ſedit in dextera maie-
ſtatis in excelſis. Tanto melior
angelis exiſtēs: quāto differētius
3 præ illis adeptus ē nomē. ℭCui
enim angelorū dixit aliquando:
filius meus es tu/ ego hodie ge-
nui te? Et rurſus. Ego ero ei ī pa
trem: & ipſe erit michi ī filiū. Et
iterū cū introduxit primogeni-
tum in orbem terræ dicit. Et ado
rent eū omnes angeli dei. Et de
āgelis quidē dicit. Qui facit an-
gelos ſuos ſpiritus : & miniſtros
ſuos flāmā ignis. Ad filiū autē.
Thronus tuus deus in ſæculum
ſæculi: virga rectitudinis virga
regni tui. Dilexiſti iuſtitiam / &
odiſti iniquitatē/ propterea vnxit
te deus/deus tu9 oleo letitiȩ præ
participibus tuis. Et tu in princi
pio domine terram fundaſti: &
opera manuum tuarū ſunt cœ-
li. Ipſi peribunt tu autem perma
nes: & omnes tanq̄ veſtimētum
veteraſcent. Et tanq̄ opertorium
conuolues eos / & immutabun-
tur : tu autem idem es / & anni
tui non deficient. Ad quem au-
tem angelorum dixit aliquan-
do: ſede a dextris meis. Donec
ponam inimicos tuos ſcabellum
pedum tuorum? Nonne omnes

ℭVVLGATA AEDITIO. ℭEPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI AD HEBRAEOS. A I

Vltipharie mulitiſq; modis oli deus loquens patrib9 in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio quem cōſtituit hæredem vniuerſorum/per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius/ portanſq; omnia verbo virtutis ſuȩ purgationem peccatorū faciēs: ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Tāto melior angelis effectus: quanto B
differētius præ illis nomē hæreditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorū: filius meus es tu/ego hodie genui te? Et rurſū. Ego ero illi in patrē: & ipſe erit michi in filiū. Et cū C
iterū introducit primogenitū in orbē terrȩ/ dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos flāmā ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in ſæculum ſæculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus/ deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio dn̄e terram fundaſti: & opera manuū tuarū ſunt cœli. Ipſi peribūt tu autē permanebis: & omnes vt veſtimētū veteraſcēt. Et D
velut amictū mutabis eos & mutabunt: tu autē idē ipſe es/ & anni tui non deficiēt. Ad quē autem angelorū dixit aliquādo: ſede a dextris meis/ quoadusq; ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorū? Nōne omnes

sunt administratorij spiritus: in ministeriū
A missi ꝓpter eos q̄ hęreditatē capiūt salutis.
II Propterea abundantius oportet obseruare
nos ea quæ audiuimus: ne forte pereffluamus.
Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tātam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum: ab eis qui audierunt, in nos cōfirmata est, contestante deo signis & portentis et varijs virtutibus, et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Nō enim angelis subiecit deus orbem terræ fu-
B turum: de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim ꝙ omnia ei subiecit: nichil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Eum autem qui modico q̄ angeli minoratus est, videmus IHESVM propter passionem mortis gloria & honore coronatū: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortē.
C Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios i gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum: per passionem consumari. Qui enim sanctificat & qui sanctificātur: ex vno omnes. Propter quā causam non confunditur fratres eos vocare: dicens. Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterū. Ecce ego & pueri mei: quos dedit
D michi deus. Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem. vt per mortē destrueret eū q̄ habebat mortis īperiū, id est diabolū: et liberaret eos qui timore mortis ꝑ totā vitā

sunt ministratorij spiritus: qui mittuntur in ministerium propter eos, qui hæreditate salutem sunt accepturi.
Quapropter oportet nos abundā- 4
tius attēdere ijs quæ audiuimus: ne forte effluere sinamus. Nam si sermo per angelos dictus factus est firmus, & omnis transgressio & inobedientia, iustam mercedis retributionē accepit: quomodo nos effugiemus, si tātam neglexerimus salutē? quę cū initium locutionis acceperit per dominum: ab ijs qui audierunt, in nobis confirmata est, contestante deo signis, & prodigijs, & varijs potestatibus, & spiritus sancti distributionibus secū-
dum suam voluntatem. ¶ Non 5
enim angelis subiecit orbē terræ futurū: de quo loquimur. Testatur autem alicubi quis: dicens. Quid est homo ꝙ memor es eius, aut filius hominis, ꝙ visitas eū? Minuisti eum paulominus a deo: gloria & honore coronasti eum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim ꝙ subiecit ei omnia: nichil dimisit, ei nō sub-
iectum. ¶ Nunc autem nondum 6
videmus omnia ei subiecta: videmus tamen IHESVM qui paulominus a deo minoratus est: gloria & honore coronatū, propter passionem mortis.. vt per gratiam dei: pro omnibus gu-
staret mortem. ¶ Decuit enim 7
eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriā adduxit: authorē salutis eorū, per passionē cōsumari. quādoquidē qui sanctificat & q sāctificātur: ex vno sunt omnes.
¶ Quam ob causam non erube- 8
scit, fratres eos vocare: dicens. Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et rursus. Ego ero confidens in eo. Et iterum. Ecce ego & pueri mei: quos dedit michi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum: & liberaret eos timore mortis, quicūq; per omnem vitā

9 obnoxij erant seruituti. ¶Non
enim vtiq; angelos appræhen-
dit: sed semen Abrahæ appræhē-
dit. Vnde debuit per omnia fra-
tribus assimilari: vt misericors
fieret & fidelis pontifex in ijs q̄
ad deum sunt. vt placabilia fa-
ceret peccata populi. In quo enī
passus est ipse ac tentatus: potest
10 & eis qui tentantur auxilio esse.
V nde fratres sancti/ cœlestis voca-
tionis participes: cōsyderate apo
stolum & pontificem confessio-
nis nostræ IHESVM CHRI-
STVM. qui fidelis est ei qui pre-
fecit eum: vt & Moses in tota do
11 mo eius. ¶Ampliore enim glo-
ria iste præ Mose dignus habitus
est: quanto ampliorem honorem
domo habet is/ qui condidit il-
lam. omnis enim domus ab ali-
quo conditur. qui autem condi-
12 dit omnia: deus est. ¶Et Moses
quidem fidelis fuit in vniuersa
domo eius tanq̄ seruus: in testi-
moniū eorum quę dicenda erāt.
CHRISTVS autem tanq̄ filius
in domo sua. cuius domus nos
ipsi sumus: si fiduciam & gloria-
tionem spei vsq; in finem firmā
13 retinuerim9. ¶Quapropter quē-
admodum dicit spiritus sanctus.
Hodie si vocem eius audieritis:
nolite obdurare corda vestra/ vt
in irritatione in die tentationis
in deserto. Vbi tentauerunt me
patres vestri / probauerunt me/
& viderunt opera mea. Quadra-
ginta annis/ ideo infensus fui ge
nerationi illi/ & dixi: sēper errant
corde. ipsi vero non cognouerūt
vias meas: vt iuraui in ira mea si
14 introibunt in requiē meā. ¶Vi-
dete fratres/ ne forte fuerit in ali
quo vestrū cor malum infidelita
tis ī discessione a deo viuēte: sed
adhortamini vosipsos singula
quaq; die / q̄diu hodie vocatur.
vt non induretur quisq̄ vestrum
deceptione peccati. CHRISTI
enim participes effecti sumus / si
tamen principium substantiæ ad
finē vsq; / stabile retinuerimus.
ob quod dicitur hodie si vocem
eius audieritis: nolite obdurare
corda vestra / vt in irritatione.
15 ¶Nam quidam qui audierunt
irritauerunt: sed nō omnes q per
Mosem ex Egypto educti sunt.

obnoxij erāt seruituti. Nusq̄ enim angelos
appræhendit: sed semen Abrahæ appræ-
hendit. Vnde debuit per omnia fratribus
similari: vt misericors fieret & fidelis pōti-
fex ad deum/ vt repropiciaret delicta popu
li. In eo enī in quo passus est ipse & tenta-
tus: potēs est & eis qui tentantur auxiliari. A
Vnde fratres sancti/ vocationis cœlestis par- III
ticipes/ consyderate apostolum & pontifi-
cem confessionis nostræ IHESVM: qui fi
delis est ei qui fecit illum / sicut & Moyses
in omni domo eius. Amplioris enī gloriæ
iste præ Moyse dignus est habitus: quanto
ampliorem honorem habet domus qui fa-
bricauit illam. Omnis nanq; domus: fabri-
catur ab aliquo. Qui autem omnia crea-
uit: deus est. Et Moyses quidem fidelis erat B
in tota domo eius tanq̄ famulus/ ī testimo-
nium eorum quæ dicenda erant: CHRI-
STVS vero tanq̄ filius in domo sua. Quę
domus sumus nos: si fiduciam & gloriam
spei vsq; ad finem / firmam retineamus.
Quapropter sicut dicit spiritus sāctus. Ho
die si vocem eius audieritis: nolite obdura-
re corda vestra/ sicut in exacerbatione secū-
dum diem tentationis in deserto. Vbi ten-
tauerunt me patres vestri: probauerunt &
viderunt opera mea. quadraginta annis.
Propter quod īfensus fui generationi huic: C
& dixi semper errant corde. Ipsi autem nō
cognouerunt vias meas: quibus iuraui in
ira mea si introibūt in requiem meam. Vi-
dete fratres: ne forte sit in aliquo vestrū cor
malum incredulitatis discedendi a deo vi-
uo. Sed adhortamini vosmetipsos per sin-
gulos dies: donec hodie cognominatur / vt
nō obdureť quis ex vobis fallacia peccati.
Participes enī CHRISTI effecti sumus:
si tamen initiū substantiæ eius vsq; ad finē
firmū retineamus/ dum dicitur/ hodie si vo
cē eius audieritis: nolite obdurare corda ve-
stra quēadmodū in illa exacerbatiōe. Qui- D
dā enī audiētes exacerbauerūt: sed nō vni-
uersi qui profecti sūt ab Egypto p Moysē.

Quibus autem infensus est quadraginta
annis? Nonne illis qui peccauerunt: quo-
rum cadauera prostrata sunt in deserto?
Quibus autem iurauit non introire in re-
quiē ipsius: nisi illis q increduli fuerunt? Et
videmus: quia non potuerunt introire in
A requiem ipsius propter incredulitatem.
IIII Timeamus ergo/ne forte relicta pollicitatio-
ne introeundi in requiem eius/ existimetur
aliquis ex nobis deesse. Eteni & nobis nū-
ciatum est quemadmodum & illis: sed non
profuit illis sermo auditus non admixtus
fidei ex ijs quæ audierūt. Ingrediemur enī
in requiem qui credidimus: quemadmodū
dixit. Sicut iuraui in ira mea: si introibunt
in requiem meam. Et quidem operibus ab
institutione mundi perfectis, dixit enim in
B quodam loco de die septima sic. Et requie-
uit deus die septima ab ōnib⁹ operibus su-
is. Et in isto rursum. Si introibunt in requi-
em meam. Quoniam ergo superest introi-
re quosdam in illam/& ij quibus prioribus
annunciatum est non introierunt propter
incredulitatem: iterum terminat diem quē-
dam/ hodie in Dauid dicendo/ post tantū
temporis sicut supradictū est. Hodie si vo-
cem eius audieritis: nolite obdurare corda
vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitis-
set: nunq̄ de alia loqueretur posthac die.
Itaq; relinquitur sabbatismus populo dei.
C Qui enim ingressus est i requiem eius: etiā
ipse requieuit ab operib⁹ suis/sicut & a suis
deus. Festinemus ergo ingredi in illam re-
quiem: vt ne in idipsum quis incidat incre-
dulitatis exemplum. Viuus est enim sermo
dei & efficax/ & penetrabilior ōni gladio
ancipiti: & pertingēs vsq; ad diuisionē ani
mæ ac spirit⁹/ cōpagū quoq; ac medullarū/
& discretor cogitationū & itētionū cordis.
D Et nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu
eius. omnia autē nuda et aperta sunt oculis
ei⁹: ad quē nobis sermo. Habētes ergo pōti
ficē magnū q penetrauit cęlos IHESVM
filium dei: teneamus spei nostræ cōfessionē.

Quibus autē infensus fuit qua-
draginta annis? Nonne ijs qui
peccauerunt: quorum membra
pessundata sunt in deserto? Qui-
bus vero iurauit q non intrarēt
in requiem suam: nisi ijs qui in-
creduli fuerūt? & videmus q nō
potuerūt intrare ob icredulitatē.
Timeamus igitur ne forte relicta 16
promissione intrandi in requiem
eius: videatur quispiam ex no-
bis postponi. quandoquidem &
nobis annunciatum est: quemad
modum & illis. sed non pro-
fuit eis sermo auditionis: vbi ij
qui audierunt/ fidei counti non
sunt. Ingrediemur enim in re-
quiem qui credidimus: quemad-
modum dixit. vt iuraui in ira
mea: si introibunt in requiē me-
am/ scilicet operibus a consti-
tutione mūdi peractis. Dixit enī
in quodam loco de die septimo
sic. Et requieuit deus die septi-
mo ab ōnibus operibus suis. Et
in hoc rursus. Si introibūt in re-
quiem meam. ❡ Quoniam igi- 17
tur relinquitur vt quidā intrent
in eam/ & ij quibus annuncia-
tum est prius/ ob incredulitatem
non introierunt: quendam rur-
sum determinat diem/ hodie in
Dauid/ post tantum tempus (vt
dictum est) dicens. Hodie si vo-
cem eius audieritis: nolite ob-
durare corda vestra. Nam si eis
requiem Iosue præstitisset: nunq̄
postea de alio die loqueretur. igi
tur relinquitur sabbatismus po-
pulo dei. ❡ Nam qui ingressus 18
est i requiem eius: & ipse requie-
uit ab operibus suis/ quemadmo
dū & a proprijs deus. Festinem⁹
igitur ingredi in illam requiē: ne
quispiam incidat in idem incre-
dulitatis exemplum. Viuus est
enim sermo dei & efficax/ & pe-
netrabilior omni gladio ancipi-
ti/ & pertingens vsq; ad diuisio-
nem animæ & spiritus/ compa-
gum quoq; ac medullarum/ & di
scretor cogitationum & medita-
tionum cordis/ & non est crea-
tura latens in cōspectu eius. sed
ōnia nuda sunt & detecta oculis
eius/ de quo nobis sermo. ❡ Ha- 19
bentes igitur pontificē magnum
qui penetrauit cœlos IHESVM
filiū dei: teneamus cōfessionem.

Non enim habemus pōtificem
qui non possit compati infirmi-
tatibus nostris:sed tentatum per
omnia pro similitudie absq; pec
cato. Adeamus ergo cū fiducia
thronum gratiæ: vt misericordi-
am accipiamus / & gratiam in-
20 ueniamus in auxilio oportuno.
Omnis enim pontifex ex homini-
bus sumitur: qui pro hominibus
constituitur in ijs quæ ad deum
sunt / vt dona & hostias offerat
pro peccatis. mediando compa-
ti valens ignorantibus & erran-
tibus: quia & ipse circūdatus est
infirmitate.& propter hanc: de-
bet queadmodum pro populo/
hunc in modum & pro seipso of
ferre pro peccatis. & non sibiipsi
quisq; sumit honorem:sed qui vo
catur a deo perinde atq; Aaron.
Sic & CHRISTVS nō seipsum
glorificauit / vt fieret pontifex:
sed qui locutus est ad eum/filius
meus es tu/ ego hodie genui te.
vt & alibi dicit.tu es sacerdos in
æternum: secūdum ordinē Mel-
chisedech. qui in diebus carnis
suæ preces & supplicationes ad
eum qui ipsum a morte saluare
poterat / cum clamore valido &
lachrymis obtulit: & exauditus
est pro pietate. Et sane cū filius
sit: didicit ex ijs quæ passus est/
obedientiam.& consumatus:fa-
ctus est omnibus sibi obedienti-
bus causa salutis æternę/ appella
tus a deo pontifex secundum or-
21 dinem Melchisedech. ¶De quo
multus nobis sermo/ & haud fa-
cile interpretabilis dicēdo : quo-
niam debiles estis audiendo.
Nam cum ob tempus magistri
esse deberetis: adhuc indigetis
vt vos doceamus/ quæ sunt ele-
menta principij sermonum dei.
& facti estis lacte egentes:& nō
solido cibo.Nam omnis qui par-
ticipat lacte : expers est sermo-
nis iustitiæ. Paruulus enim est.
Atqui perfectorum est solidus ci
bus: qui propter habitum/ exer-
citatos sensus habent ad boni
22 maliq; discretionem.
Quapropter omittentes principij
CHRISTI sermonem : ad per-
fectionem feramur. non rursum
fundamentum iacientes pœni-

Non enī habemus pontificē qui non possit
compati infirmitatibus nostris:tentatū au-
tē per omnia pro similitudine absq; pecca-
to. Adeamus ergo cū fiducia ad thronum
gratiæ eius: vt misericordiā consequamur
& gratiā inueniamus in auxilio oportuno. A
Omnis nāq; pontifex ex hominibus assum- V
ptus/pro hominibus constituitur in ijs quę
ad deum : vt offerat dona & sacrificia pro
peccatis.Qui condolere possit ijs qui igno-
rant & errant : quoniam & ipse circūdatus
est infirmitate. & propterea debet quēad-
modum pro populo : ita etiam pro semet-
ipso offerre pro peccatis. Nec quisq̄ sumit
sibi honorem : sed qui vocatur a deo tanq̄
Aaron.Sic & CHRISTVS non semet- B
ipsum clarificauit vt pontifex fieret:sed qui
locutus est ad eum . Filius meus es tu: ego
hodie genui te.Quemadmodū & in alio lo
co dicit.Tu es sacerdos in æternum: secun-
dum ordinem Melchisedech. Qui in die-
bus carnis suæ/preces/supplicationesq; ad
eum qui possit illum saluū facere a morte/
cum clamore valido & lachrymis offerens:
exauditus est pro sua reuerentia. Et quidē C
cum esset filius dei/didicit ex ijs quæ passus
est obedientiam : & consumatus factus est
omnibus obtemperantibus sibi/ causa salu
tis æternę/appellatus a deo pontifex iuxta
ordinē Melchisedech. De quo nobis grā-
dis sermo & interpretabilis ad dicendum:
quoniam imbecilles facti estis ad audien-
dum. Etenim cum deberetis magistri esse D
propter tempus : rursum indigetis / vt vos
doceamini quæ sint elementa exordij ser-
monū dei.& facti estis quib⁹ lacte opus sit:
nō solido cibo. Omnis enī qui lactis ē par-
ticeps:expers ē sermonis iustitię. Paruulus
enī est. Perfectorū autem est solidus cibus:
eorū qui pro ipsa consuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionē boni ac mali. A
Quapropter intermittentes inchoationis VI
CHRISTI sermonē/ad perfectionē fera-
mur : nō rursū iaciētes fundamentū pœni-

tentiæ ab operibus mortuis.& fidei ad de-
um/baptismatum doctrinæ/ impositionis
quoq; manuum / ac resurrectionis mor-
tuorum/& iudicij æterni. Et hoc faciemus:
si quidẽ permiserit deus. Impossibile enim
est eos qui semel sunt illumiati/ gustauerũt
etiam donũ cœleste/et participes facti sunt
spiritus sãcti/gustauerũt nichilominus bo-
num dei verbũ/virtutesq; sæculi venturi/&
prolapsi sunt: rursus renouari ad pœniten-
tiam/ rursum crucifigẽtes sibimetipsis filiũ
B dei/& ostentui habentes. Terra enim sæpe
venientem super se bibens imbrẽ/et germi-
nans herbã oportunã illis a quibus colitur:
accipit benedictionẽ a deo. proferens autẽ
spinas ac tribulos:reproba ẽ/ & maledicto
proxima/ cuius consumatio in cõbustione.
Confidimus autẽ de vobis dilectissimi me-
liora & viciniora saluti: tametsi ita loqui-
mur. Non enim iniustus deus/vt obliuisca-
tur operis vestri et dilectionis:quã ostendi-
C stis i nomine ipsius/qui ministrastis sanctis
& ministratis. Cupimus autem vnũquẽq;
vestrum eandẽ ostentare sollicitudinem/ad
expletionem spei vsq; in finẽ: vt nõ segnes
efficiamini/verum imitatores eorũ qui fide
& patientia hæreditabunt promissiones.
Abrahæ nãq; promittens deus: quoniam
neminem habuit per quem iuraret maiorẽ/
iurauit per semetipsum dicens/nisi benedi-
cens benedicam te: & multiplicãs multipli-
cabo te.& sic longanimiter ferens: adeptus
est repromissionẽ. Homines enĩ per maio-
rem sui iurant: & omnis controuersiæ eorũ
D finis ad confirmationem/ est iuramentum.
In quo abũdantius volens deus ostendere
pollicitationis hæredibus imobilitatem cõ-
silij sui:interposuit iusiurandũ. vt per duas
res immobiles quibus impossibile est men-
tiri deũ:fortissimũ solatium habeamus qui
confugimus ad tenendam propositã spem/
quam sicut anchorã habemus animæ tutã
ac firmam/& incedentem vsq; ad interiora
velaminis. vbi præcursor pro nobis introijt

tentiæ ex operibus mortuis/& fi
dei in deum/doctrinæ baptisma-
tum/ impositionisq; manuum/&
resurrectionis mortuorũ/ac iudi-
cij æterni. Et id quidem (si deus
annuerit) faciem9. nam impossi-
bile est eos qui semel illuminati
sunt/ qui & cœleste donũ gusta-
uerunt/ & spiritus sancti partici-
pes effecti sunt/ gustauerũt etiam
bonũ dei verbũ/ potestatesq; fu-
turi seculi/& prolapsi sunt:rursus
renouari ad pœnitẽtiã/ recruci-
figẽtes in seipsis filiũ dei/ & ex-
emplum ignominiæ facientes.
¶Terra eni sæpe super se veniẽ 23
tem bibens imbrem/ & proferẽs
herbam eis propter quos colitur
idoneam:accipit benedictionẽ a
deo.quæ autem profert spinas &
tribulos: reproba est/ & maledi-
ctioni proxima/ cuius finis in cõ
bustione est.¶ Confidimus autẽ 24
de vobis dilecti:& meliora & ma
gis attigua saluti/ q̃q̃ ita loqui-
mur. nõ eni iniustus est deus: vt
obliuiscatur operis vestri/& labo
ris dilectionis quam ostendistis
in nomine eius/ quam ministra-
stis sanctis & ministratis. ¶De- 25
syderamus autẽ vnũquẽq; vr̃m:
ipsam ostẽdere diligentiã ad ple
nariã certitudinẽ spei vsq; i finẽ.
vt nõ debiles efficiamini:sed imi
tatores eorũ qui per fidẽ & lõga-
nimitatẽ/ hæreditate accipiũt p-
missiones. Abrahę eni promittẽs
deus:quia nullũ habuit per quẽ
iuraret maiorẽ/iurauit per semet
ipsũ dicẽs. etiã benedicẽs bene-
dicam tibi: & multiplicans mul-
tiplicabo te. & sic longanimita-
te fretus : adeptus est promissio-
nem. ¶Homines quidẽ per ma- 26
iorem se iurant/ & ipsis omnis
controuersiæ finis ad confirma-
tionem iuramẽtum est. qua in re
volens deus hæredibus promis-
sionis/abundãtius ostendere cõ-
silij sui imutabilitatem: interpo-
suit iusiurandũ. vt per duas res
immutabiles/in quibus impossi-
bile est mendacẽ esse deum: for-
tem habeamus consolationem /
qui confugimus ad propositam
spem. quã veluti anchorã animę
tutã habemus ac firmã/ & ingre
diẽtẽ vsq; ad iteriora velaminis:
vbi p̃cursor pro nobis ĩgressus ẽ

IHESVS/ secūdū ordinē Mel-
27 chisedech pōtifex fact⁹ įęternū.
Hic enim Melchisedech rex salē/
sacerdos dei excelsi: qui obuia-
uit Abrahę reuertēti a cęde re-
gum/ & benedixit ei. cui & de-
cimam ex rebus omnibus im-
partitus est Abraham. primum
quidem interpretatur rex iusti-
tiæ/ deinde etiam & rex salem/
quod ē rex pacis/ sine patre/ si-
ne matre/ sine genealogia/ neq;
principium dierū/ neq; finem vi
tæ habens/ assimilatus autē filio
dei manet sacerdos ī perpetuū.
28 ¶ Contēplamini autem qualis
sit is/ cui & decimas ex p̄mitijs
dedit Abraham patriarcha: cū
& ij quidē q ex filijs Leui sacer
dotiū accipiūt/ mandatum ha-
beant decimas a populo id est
a fratribus suis secundū legem
accipere/ & quidē qui exierunt
ex lūbis Abrahæ. Is autem qui
nō est de genealogia eorū: de-
cimas accipit ab Abrahā/ & ei q
promissiones habebat: benedi-
29 xit. ¶ Absq; autem cōtrouersia:
quod inferius est a potiore be-
30 nedicitur. ¶ Et hic quidē homi
nes q decimas sumūt/ moriūtʳ
ibi autē testificatur ꝙ viuit. &
(vt sic dicam) qui decimas ac-
cipit: per Abrahā & Leui deci-
matus est. adhuc enim in lūbis
patris erat: cū obuiauit ei Mel-
31 chisedech. ¶ Si igitur cōsuma-
tio per Leuiticū sacerdotiū erat
(popul⁹ eni sub eo: legislationē
accepit) q̄ adhuc necessitas fuit
dici secundū ordinem Melchi-
sedech surrecturū sacerdotē/ &
non secundū ordinem Aaron/
translato enim sacerdotio: ex
necessitate & legis trāslatio fit.
32 ¶ De quo enim hæc dicuntur:
alia tribu participauit/ ex qua
nullus altari intēdit. Perspicuū
enim ē: ꝙ ex Iuda ortus sit do-
minus noster/ ad quam tribum
nichil de sacerdotio Moses lo-
cutus est. Et abundantius ad-
huc dilucidum est: si secundum
similitudinē Melchisedech sur-
git sacerdos alius/ qui non se-
cundū carnalis præcepti legē
factus est/ sed secundum pote-
statem indissolubilis vitæ. te-
statur enim/ quoniam tu es sa-

IHESVS secundum ordinem Melchise-
dech/ pontifex factus inæternum. A
Hic enim Melchisedech: rex salem/ sacerdos VII
dei summi/ qui obuiauit Abrahæ regresso a
cęde regum/ & benedixit ei/ cui & decimas
omniū diuisit Abraham. primum quidem
qui interpretatur rex iustitię/ deinde autem
& rex salem quod est rex pacis/ sine patre/
sine matre/ sine genealogia/ neq; initium
dierum neq; finem vitæ habens: assimila-
tus autem filio dei/ manet sacerdos in per-
petuū. Intuemini autem quantus sit hic: cui
& decimas dedit de pręcipuis Abrahā pa-
triarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdo-
tium accipientes/ mandatum habent deci-
mas sumere a populo secundū legem id est
a fratribus suis: quanq̄ & ipsi exierint de
lūbis Abrahæ. Cuius autem generatio nō
annumeratur in eis, decimas sumpsit ab
Abrahā/ & hūc qui habebat repromissio-
nes benedixit. Sine vlla autem contradi- B
ctione: quod minus est a meliore benedici-
tur. Et hic quidem decimas morientes ho-
mines accipiūt: ibi autem contestatur quia
viuit. Et vt ita dictum sit per Abraham &
Leui/ qui decimas accepit decimatus est.
Adhuc enim in lumbis patris erat: quādo
obuiauit ei Melchisedech. Si ergo cōsuma-
tio per sacerdotium leuiticum erat (popu-
lus enim sub ipso legē accepit) quid adhuc
necessarium fuit secundum ordinem Mel-
chisedech aliū surgere sacerdotem/ & non
secundum ordinem Aaron dici? Transla-
to enim sacerdotio: necesse est vt & legis
translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur/
de alia tribu est: de qua nullus altario præ-
sto fuit. Manifestum est enim ꝙ ex Iuda
ortus sit dominus noster: in qua tribu/ ni-
chil de sacerdotibus Moyses locutus est.
Et amplius adhuc manifestum est: si secun- C
dū similitudinē Melchisedech exurgat ali⁹
sacerdos/ qui nō secūdū legē mādati carna-
lis factus est/ sed secundū virtutem vitæ in-
solubilis. Contestatur eni: quoniā tu es sa-

cerdos inęternum/ secundum ordinē Mel-
chisedech. Reprobatio quidem fit præce-
dentis mandati: propter infirmitatem eius
& inutilitatem. Nichil enim ad perfectum
adduxit lex. Introductio vero melioris spei
per quam proximamus ad deum. & quan-
tum est: non sine iureiurando? Alij quidē
sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic
autem cum iureiurando per eum qui dixit
• ad illum. Iurauit dominus & non pœnite•
• bit eum: tu es sacerdos inęternum. Intan-
tum melioris testamenti sponsor factus est
D IHESVS. Et alij quidē plures facti sunt
sacerdotes/ iccirco ꝙ morte prohiberen-
tur permanere: hic autē eo ꝙ maneat inæ-
ternum/ sempiternum habet sacerdotium.
Vnde & saluare in perpetuum potest: acce-
dens per semetipsum ad deum/ semper vi-
uens ad interpellandum pro nobis. Talis
enim decebat/ vt nobis esset pontifex: san-
ctus/ innocēs/ impollutus/ segregatus a pec-
catoribus/ & excelsior cœlis factus. Qui
non habet necessitatem quotidie quemad-
modum sacerdotes: prius pro suis delictis
hostias offerre/ deinde pro populi. Hoc enī
fecit: semel se offerendo. Lex enim homi-
nes constituit sacerdotes infirmitatem ha-
bentes: sermo autem iurisiurandi qui post
A legem est/ filium inæternum perfectum.
VIII Capitulum autem super ea quæ dicūtur. Ta-
lem habemus pontificem: qui consedit in
dextera sedis magnitudinis in cœlis/ san-
ctorum minister/ & tabernaculi veri quod
fixit deus & non homo. Omnis enim pon-
tifex: ad offerendum munera & hostias
constituitur. Vnde necesse est & hunc ha-
bere aliquid quod offerat. Si ergo esset su-
per terram: nec esset sacerdos cum essent
qui offerrent secundum legem munera/ qui
exemplari & vmbræ deseruiunt cœlesti-
um. sicut responsum est Moysi: cum con-
sumaret tabernaculum. Vide inquit om-
B nia facito secundū exēplar: quod tibi ostē-
sum est in mōte. Nūc autē melius sortitus

cerdos inęternū: secundum or-
dinem Melchisedech. ¶ Abro- 33
gatio eteni fit præcedentis mā-
dati: propter eius debilitatem
& inuuamen. nam nichil per-
fecit lex. introductio vero erat
melioris spei: per quā appropin
quamus deo. Et quanto nō sine
iuramento est/ at illi sine iura-
mento sacerdotes facti sunt hic
vero cū iuramento per dicentē
ad eum/ iurauit dominus & nō
pœnitebit eum/ tu es sacerdos
inęternum secundum ordinem
Melchisedech: tanto melioris
testamēti factus est spōsor IHE
SVS. ¶ Et illi quidem plures 34
facti sunt sacerdotes/ propterea
ꝙ morte prohiberentur perma-
nere: hic autem quia manet in-
æternū/ sempiternum habet sa-
cerdotiū. Vnde & saluare ad p-
fectum potest eos/ qui per ipsum
accedūt ad deū: semper viuens
ad postulandū pro eis. ¶ Talis 35
enim conducebat nobis ponti-
fex/ sanctus/ innocens/ immacu-
latus/ separatus a peccatoribus/
& excelsior cœlis factus: qui nō
habet quotidianā necessitatem
(vt & pri9 sacerdotes) pro pro-
prijs peccatis hostiā offerre/ de-
inde pro populo. hoc enim fe-
cit semel: cum seipsum obtulit.
Lex enim homines constituit
sacerdotes infirmitate affectos:
sed sermo iusiurandi qd post le-
gē est/ filiū inęternū cōsumatū.
Summa autem in ijs quæ dicun- 36
tur: est. talem habemus ponti-
ficē: qui sedit in dextera throni
maiestatis in cœlis. sanctorum
minister est & tabernaculi veri:
quod fixit deus & non homo.
¶ Omnis enim pontifex ad of- 37
ferenda dona & hostias consti-
tuitur: vnde necessarium ē etiā
hunc/ habere quippiā quod of-
ferat. Sed si certe esset in terra:
nequaq̄ esset sacerdos vt sunt sa
cerdotes/ secundum legem do-
na offerētes. qui exēplo & vm-
bræ subseruiūt cœlestium. quē-
admodum cœpit Moses respō-
sum cum deberet perficere ta-
bernaculum. Vide enim inquit.
facies omnia secundum Typum
demonstratum tibi in monte.
¶ Nūc vero p̄stantius adeptus 38

est ministeriũ: quanto potioris
testamẽti mediator est/ quod in
melioribus promissionibus san-
citũ est.Nam si primũ illud fuis-
set irreprçhensibile : nunq̃ secũ-
di exquireretur locus.reprçhen
dens autem:eis dicit.Ecce enim
dies veniunt dicit dominus : &
consumabo super domum Isra-
el/& super domum Iuda testa-
mentum nouũ/non iuxta testa-
mentũ qđ feci patribus eorũ in
die qua apprçhẽdi manũ eorũ:
vt educerẽ eos ex terra Aegy-
pti.quia ipsi non permanserunt
in testamento meo / & ego ne-
glexi eos dicit dominus. quo-
niã hoc ẽ testamentũ quod di-
sponam domui Israel post dies
istos:dicit dominus.dabo leges
meas in mente eorum : & ĩ cor-
de eorum scribã eas.& ero ipsis
in deum : & ipsi erunt michi in
populum.& non docebit quisq;
ciuem suum / & quisq; fratrem
suũ/dicens:cognosce dominũ.
quia omnes scient me a paruo
eorum: ad magnũ vsq;/eorum.
quoniam propicius ero iniusti-
tijs eorum : & peccatorũ & ini-
quitatũ eorũ non recordabor.
In hoc q̃ dicit nouũ:inuetera-
uit primũ.quod autẽ iueteratur
39 & senescit:prope interitum est.
Habuit vtiq; primũ / iustificatio-
nes cultus & sanctũ mundanũ.
nam primũ tabernaculũ cõstru
ctũ:ẽ ĩ quo erant candelabra &
mẽsa & ꝓpositio panũ/ q̃ dicit
sãcta.post autẽ secũdũ velamẽ
erat tabernaculũ quod dicitur
sancta sanctorum / aureum ha-
bens turibulum/& arcam testa-
menti circuntectã vndiq; auro.
cũ qua vrna aurea habens mã-
na:& virga Aaron quæ germi-
nauerat / & tabulæ testamenti.
super eam etiam erant Cheru-
bim gloriæ obumbrantia pro-
piciatorium. de quibus non est
hic particulatim dicendum .
40 ¶ His autẽ sic extructis: in pri-
mũ quidẽ tabernaculũ sẽper in-
trabant sacerdotes/cultus pera-
gentes. in secundum autem:se-
mel quotannis / solus pontifex
non sine sanguine/ quem offe-
rebat pro seipso/ & ignorantijs
populi.hoc insinuãte spũ sãcto:

est ministeriũ:quãto & melioris testamenti
mediator est/qđ in melioribus repromissio-
nibus sancitũ est.Nã si illud prius culpa va
casset:non vtiq; secundi locus inquireretur.
Vituperãs enim eos dicit.Ecce dies venient C
dicit dñs:& consumabo super domũ Israel
& super domũ Iuda testamentum nouum/
non secundum testamentum quod feci pa-
tribus eorum ĩ die qua apprçhendi manũ
eorum vt educerem illos de terra Aegypti.
quoniam ipsi non permanserunt in testamẽ
to meo:& ego neglexi eos dicit dominus.
Quia hoc est testamentum quod dispo-
nam domui Israel post dies illos dicit do-
minus. dando leges meas in mente eorum
& in corde eorum/superscribam eas. & ero
eis in deum:& ipsi erũt michi in populum.
Et non docebit vnusquisq; proximum suũ
& vnusquisq; fratrem suum dicens:cogno-
sce dominum: quoniam omnes scient me
a minore vsq; ad maiorem eorum . quia
propicius ero iniquitatibus eorum: & pec-
catorum eorũ iam nõ memorabor.Dicẽdo
autem nouũ:veterauit prius.Quod autem
antiquatur & senescit:prope interitum est. A
Habuit quidem & prius iustificationes cultu- IX
ræ/& factum sæculare.Tabernaculũ enim
factum est primum:in quo erant candela-
bra/& mensa/& propositio panum/quæ
dicitur sancta. post velamentum autem se-
cundum: tabernaculum quod dicitur san-
cta sanctorum/aureum habens turibulum/
& arcam testamenti circuntectam ex omni
parte auro/in qua vrna aurea habẽs man-
na/& virga Aaron quæ fronduerat/& ta-
bulæ testamenti. super quæ erant Cheru-
bim gloriæ obumbrantia propiciatorium/
de quibus non est modo dicendum per
singula. His vero ita cõpositis ĩ priori qui- B
dẽ tabernaculo sẽper ĩtroibãt sacerdotes/
sacrificiorũ officia cõsumãtes.in secũdo au-
tem semel in anno solus pontifex:non sine
sanguine quem offerret pro sua & populi
ignorantia:hoc significante spiritu sancto/

nõdum propalatam eſſe ſanctorum viam/
adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.
C Quæ parabola eſt temporis inſtãtis:iuxta
quam munera & hoſtię offeruntur/quæ nõ
poſſunt iuxta conſcientiam perfectum fa-
cere ſeruientem/ſolũmodo in cibis/ & in po
tibus/ & in varijs baptiſmatibus/ & iuſtitijs
carnis vſq; ad tẽpus correctionis impoſitis.
CHRISTVS autem aſſiſtens pontifex
futurorum bonorum:peramplius & perfe-
ctius tabernaculum non manufactum id
eſt non huius creationis/neq; per ſanguinẽ
hircorum aut vitulorum/ſed per proprium
ſanguinem introiuit ſemel in ſancta/ ęterna
D redemptione inuenta. Si enim ſanguis hir-
corum & taurorum & cinis vitulæ aſperſus
inquinatos ſanctificat ad emundationem
carnis:quanto magis ſanguis CHRISTI
qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum ob-
tulit immaculatum deo / emundabit con-
ſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad
ſeruiendum deo viuenti.Et ideo noui teſta-
menti mediator eſt:vt morte intercedente/
in redemptionem earum preuaricationum
quæ erant ſub priori teſtamento repromiſ-
ſionem accipiãt qui vocati ſunt ęternæ hæ-
E reditatis.Vbi enim teſtamentum:mors ne-
ceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamẽtum
enim/in mortuis cõfirmatum eſt. Alioquin
nondum valet : dum viuit qui teſtatus eſt.
Vnde nec primum quidem : ſine ſanguine
dedicatum eſt.Lecto enim omni mandato
legis a Moyſe vniuerſo populo : accipiens
ſanguinem vitulorum & hircorum cũ aqua
& lana coccinea & hyſſopo/ipſum quoq;
librum & omnem populum aſperſit dicẽs.
Hic ſanguis teſtamenti : quod mãdauit ad
vos deus. Etiã tabernaculũ & omnia vaſa
F miniſterij : ſanguine ſimiliter aſperſit. Et
omnia pene in ſanguine ſecundum legem
mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non
fit remiſſio. Neceſſe eſt ergo exẽplaria qui-
dem cœleſtium his mundari : ipſa autem
cœleſtia melioribus hoſtijs q̃ iſtis. Non

nõdum manifeſtatam eſſe ſan-
ctorum viam / cũ adhuc primũ
tabernaculum ſtabilitatem ha-
beret.quæ ſimilitudo eſt:ad tẽ-
pus quod inſtitit. i quo dona &
hoſtię offerebãtur: quæ nõ po-
terant ſecundum conſcientiam
perficere colentem/ſolum in ci-
bis & potibus/ & diuerſis lotio-
nibus/ & iuſtificationibus car-
nis/ vſq; ad tempus emẽdatio-
nis appoſita. ¶CHRISTVS 41
autem aduenięns põtifex futu-
rorũ bonorũ/ per maius & per-
fectius tabernaculũ non manu-
factũ/ hoc eſt nõ huius ædifica-
tionis/ neq; per ſanguinẽ hirco-
rum/ & taurorũ:ſed per propriũ
ſanguinẽ introiuit ſemel in ſan-
cta/ æternã redemptionem inue
niẽs. ¶Si eni ſanguis taurorũ 42
& hircorum/ & cinis iuuencę aſ-
perſus iquinatos ſanctificat ad
carnis puritatem: quãto magis
ſanguis CHRISTI/ qui per ſpi-
ritũ æternũ/ ſeipſum obtulit im-
maculatũ deo/ purificat conſciẽ
tiã noſtrã ab operibus mortuis
vt colamus deũ viuẽtem/ ¶Et 43
ideo teſtamenti noui mediator
eſt:vt morte interueniẽte ad re-
demptionem earũ tranſgreſſio-
nũ quæ ſub primo teſtamento
erant/ promiſſionem accipiãt ij
qui vocati ſunt ad æternã hæ-
reditatẽ. ¶Vbi enim teſtamen- 44
tum eſt:mortem teſtatoris iter-
uenire neceſſe eſt. Nã teſtamen-
tum in mortuis ratum eſt.quia
nunq̃ validũ eſt: dum viuit qui
teſtatus eſt. Vnde neq; primum
ſine ſanguine initiatũ eſt. Nam
pronũciato ſecundũ legẽ omni
mandato a Moſe/ vniuerſo po-
pulo: capiens ſanguinem vitu-
lorum & hircorum cum aqua &
lana rubra / & hyſſopo/ ipſum
quoq; librum & populũ aſperſit
dicens. Hic eſt ſanguis teſtamẽ-
ti quod mandauit ad vos deus.
tabernaculum etiam & omnia
vaſa cultus: ſanguine ſimiliter
aſperſit. & fere ſecũdum legem:
omnia in ſanguine mũdantur.
& ſine ſanguinis effuſione: non
fit remiſſio. ¶Neceſſe igi. erat: 45
vt exẽpla eorũ q̃ i cœlis ſũt/ his
purgarẽtur. ipſa vero cœleſtia:
potioribus q̃ illis/ hoſtijs. Nõ

enim ĩ manufacta sãcta ad ve-
rorum typum effícta introiuit
CHRISTVS:sed in ipsum cœ-
lum/nunc apparendo faciei dei
pro nobis. Neqı vt frequenter
offerat seipsum : quemadmodũ
pontifex intrat in sancta quotã-
nis in sanguine alieno (alioqui
oportuit ipsum frequenter pati
a constitutione mundi)at nunc
semel ĩ consumatione sæculorũ
ad sublationem peccati/per ho-
stiam suã apparuit.& quẽadmo
dum hominibus impositum est
semel mori/& post hoc iudiciũ:
hũc ĩ modum & CHRISTVS
semel oblatus est ad multorũ
auferenda peccata. secundo ijs
qui sine peccato expectãt eum:
46 conspicietur ad salutem.
Lex enim vmbrã habens futuro-
rum bonorum/non ipsam ima-
ginẽ rerũ:his ipsis hostijs quas
quotãnis offerunt / nunq̃ potest
accedẽtes perficere. quia nunq̃
cessabant oblatæ: propterea ꝙ
nullam amplius habuissent cõ-
scientiã peccatorum / qui semel
cultũ facientes purgati fuissent.
Verũ ĩ ipsis:quotãnis rememo-
ratio peccatorum fiebat.impos-
sibile est enim sanguinem tau-
rorum & hircorum auferre pec-
cata. Ideo ingrediẽs in mundũ
dicit. hostiã & oblationem no-
luisti: corpus autem aptasti mi-
chi.holocaustomata etiam pro
peccato nõ acceptasti:tunc dixi
ecce venio. In capite libri scri-
ptum est de me : vt faciam vo-
luntatem tuã.Superius dicens/
ꝙ hostiam & oblationem & ho
locaustomata etiam pro pecca-
to noluisti neq; acceptasti quæ
secundũ legem offeruntur/tunc
dixit ecce venio vt faciam vo-
luntatem tuam : tollit primum/
vt secundum statuat. in qua vo
luntate sanctificati sumus: per
oblationem corporis IHESV
47 CHRISTI semel. ¶At omnis
quidem sacerdos assistebat in-
dies litans / & easdem frequen-
ter hostias offerens : quæ nunq̃
valent detrahere peccata. ipse
autẽ cũ vnã pro peccatis obtulit
hostiã:in ꝑpetuũ sedit in dexte-
ra dei.deinceps expectans: do-
nec ponantur inimici eius sca-

enim in manufacta sancta IHESVS in-
troiuit exemplaria verorum : sed in ipsum
cœlum / vt appareat nunc vultui dei pro
nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum: G
quemadmodum pontifex intrat in sancta
per singulos ãnos in sanguine alieno. Alio-
quin oportebat eum frequẽter pati ab ori-
gine mundi. Nunc autem semel in cõsuma-
tione sæculorum: ad destitutionem peccati
per hostiam suam apparuit. Et quẽadmo-
dum statutum est hominibus semel mori/
post hoc autem iudicium : sic & CHRI-
STVS semel oblatus est ad multorum ex-
haurienda peccata.secũdo sine peccato ap- A
parebit oĩbus expectãtibus se in salutem.
Vmbram enim habens lex futurorum bono- X
rum/non ipsam imaginem rerum: per sin-
gulos annos eisdem ipsis hostijs quas offe-
runt indefinenter/nunq̃ potest accedentes
perfectos facere/alioquin cessassent offerri:
ideo ꝙ nullam haberent vltra consciẽtiam
peccati:cultores semel mũdati. Sed in ipsis
cõmemoratio peccatorum per singulos an-
nos fit. Impossibile enim est:sanguine tau-
rorum & hircorum auferri peccata. Ideo
ingrediens mundum dicit. Hostiã & obla- B
tionem noluisti : corpus autem aptasti mi-
chi. Holocaustomata & pro peccato nõ ti-
bi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio. In ca-
pite libri scriptum est de me:vt faciam deus
voluntatem tuã. Superius dicens quia ho-
stias & oblationes & holocaustomata &
pro peccato noluisti/ nec placita sunt tibi
quæ secundum legem offeruntur/tunc dixi
ecce venio vt faciam deus voluntatem tuã:
aufert primũ vt sequens statuat. In qua vo-
luntate:sanctificati sumus per oblationem
corporis IHESV CHRISTI semel. Et C
omnis quidem sacerdos presto ẽ quotidie
ministrãs:& easdem sæpe offerens hostias/
quæ non possunt auferre peccata. Hic autẽ
vnam pro peccatis offerens hostiam:in sem
piternum sedet in dextera dei / de cætero
expectans donec ponãtur inimici eius sca-

bellum pedum eius. Vna enim oblatione:
consumauit in sempiternum sanctificatos.
Contestatur autem nos & spiritus sanctus.
• Postq̃ enim dixit. Hoc autem testamẽtum
• quod testabor ad illos post dies illos dicit
• dominus: dando leges meas in cordibus
• eorum/& in mẽtibus eorum superscribam
• eas. & peccatorum & iniquitatum eorum:
D • iam non recordabor amplius. Vbi autem
horum remissio:iam nõ est oblatio pro pec-
cato. Habentes itaq; fratres fiduciam in in-
troitu sanctorum ĩ sanguine CHRISTI/
quam initiauit nobis viam nouam & viuẽ-
tem per velamen id est carnem suam/& sa-
cerdotem magnum super domũ dei: acce-
damus cum vero corde ĩ plenitudine fidei/
aspersi corda a conscientia mala / & abluti
corpus aqua munda/teneamus spei nostræ
E confessionem indeclinabilem. Fidelis enim
est:qui repromisit. Et consyderemus inuicẽ
in prouocationem charitatis & bonorum
operum: non deserentes collectionem no-
stram sicut consuetudinis est quibusdam/
sed consolantes & tanto magis quanto vi-
deritis appropinquantem diem. Volũtarie
enim peccantibus nobis post acceptam no-
titiam veritatis: iam non relinquitur pro
peccatis hostia. terribilis autem quædã ex-
pectatio iudicij & ignis emulatio:quæ con-
sumptura est aduersarios. Irritam quis fa-
ciens legem Moysi: sine vlla miseratione
duobus vel tribus testibus moritur. quanto
magis putatis deteriora mereri supplicia:
qui filium dei conculcauerit / & sanguinem
testamenti pollutum duxerit/ ĩ quo sancti-
ficatus est/& spiritui gratiæ contumeliam
fecerit? Scimus enim qui dixit michi vindi-
F ctam: & ego retribuam. Et iterum. Quia
• iudicabit dominus populũ suũ. Horrendũ
• est incidere in manus dei viuẽtis. Rememo-
ramini autẽ pristinos dies in quibus illumi-
nati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ.
& in altero quidẽ opprobrijs & tribulatio-
nibus spectaculum facti: in altero autem

bellum pedum eius. vna enim
oblatione cõsumauit in perpe-
tuũ eos:qui sanctificãtur. ¶ Te- 48
stimoniũ autem nobis perhibet
& spiritus sãctus:cũ reuera post
prędixit. hoc testamẽtum quod
disponam ad vos/ post dies illos
dicit domin9: dabo leges meas
in cordibus eorum/ & in menti-
bus eorum scribam eas/ & pec-
catorum eorum/ & iniquitatum
eorum nõ recordabor amplius.
Vbi autem remissio eorũ est: nõ
est oblatio pro peccatis. ¶ Ha- 49
bentes igitur fratres fiduciã in
ingressu sanctorum in sanguine
IHESV / quam initiauit nobis
viam recentem & viuã/ per ve-
lamen / hoc est carnem suam &
sacerdotem magnũ super domũ
dei: accedamus cum vero corde
ĩ plenitudine fidei/ loti corda a
cõsciẽtia mala/ & abluti corpus
aqua munda. teneamus confes-
sionem spei ĩdeclinabilem. Nã
fidelis est qui promisit. & cogi-
temus inuicem ad prouocatio-
nẽ dilectionis & bonorũ operũ:
non derelinquentes congrega-
tionem nostram/ vt quibusdam
mos est. sed exhortantes: & tan-
to magis/ quãto videtis appro-
pinquantem diem. ¶ Volũtarie 50
enim peccãtibus nobis post ac-
ceptam cognitionem veritatis:
non ãplius relinquitur pro pec-
catis hostia/ sed terribilis quędã
expectatio iudicij / & emulatio
ignis qui consumpturus est ad-
uersarios. ¶ Quispiã spreuit le- 51
gem Moseos: absq; misericordia
sub duobus vel tribus testibus
moritur. quãto existimatis de-
teriore supplicio dign9 erit: qui
filium dei conculcauerit/ & san-
guinem testamenti communem
duxerit in quo sanctificatus est/
& spiritum gratiæ iniuria affe-
cerit/ scimus enim eum qui di-
cit/ michi vindicta : & ego re-
tribuam. Et rursus . dominus
iudicabit populum suũ. & hor-
rendum est incidere in manus
dei viuentis. ¶ Reminiscimi- 52
ni autẽ priores dies: in quibus
illuminati/ multiplex passionũ
certamen sustinuistis . in hoc
quidem opprobrijs & pressu -
ris theatro expositi: in illo vero

participes eorum qui ita cõuer-
ſabãtur/effecti. nam & vinculis
meis cõpaſſi eſtis / & rapinã fa-
cultatũ veſtrarũ cũ gaudio ſuſti
nuiſtis:cognoſcẽtes vos habere
meliorẽ ſubſtantiã in cœlis/ac
manẽtem. Nolite igitur fiduciã
veſtram abijcere: quæ ingẽtem
habet mercedis retributionem.
patientia enim opus habetis:vt
cum voluntatem dei feceritis/
accipiatis promiſſionẽ. Adhuc
eni modicũ quantulũcunq3/ ve
niens veniet : & non tardabit.
Iuſtus autem ex fide viuet.ꝙ ſi
ſubtrahetur : non complacebit
anima mea in eo.Nos autẽ non
ſumus ſubſtractiõis in pditionẽ:
53 ſed fidei in acquiſitionẽ animę.
Eſt autem fides eorum quæ ſperã
tur ſubſtantia/rerũ quæ non vi-
dentur argumẽtum. In hac enĩ
teſtimonium acceperunt ſenio-
54 res. ¶Fide intelligimus perfe-
cta ſæcula verbo dei : vt ex non
apparentibus facta ſint quæ vi-
55 dentur. ¶Fide abundantiorem
hoſtiam Abel q̃ Cain obtulit
deo.per quam teſtimoniũ ade-
ptus eſt:ꝙ ſit iuſtus/teſtimoniũ
ſuper munera eius perhibente
deo.& per eã defunctus adhuc
56 loquitur. ¶Fide Enoch trãſla-
tus eſt: vt non videret mortem.
& nõ inuentus eſt:quia trãſtulit
eum deus.Nã ante tranſlationẽ
ſuam : teſtimonium accepit pla
cuiſſe deo. ſine autem fide:pla-
cere impoſſibile eſt. accedẽtem
enim ad deũ:credere oportet ꝙ
eſt/ & ꝙ iis q requirũt deũ/mer-
57 cedis retributor ſit. ¶Fide Noe
reſponſum accepit de iis/ q̃ nõ-
dũ videbãtur. reueritus:ad ſalu
tẽ familiæ ſuæ arcã adaptauit/
per quã condẽnauit mundum.
& iuſtitiæ quę ex fide eſt:factus
58 eſt hæres. ¶Fide/qui vocatur
Abrahã/obediuit exire in locũ
quem accepturus erat in hære-
ditatem:& exiuit neſciens quo
iret. Fide aduena fuit in terra
promiſſionis vt in aliena.In tẽ-
torijs habitauit cũ Iſaac & Ia-
cob cohæredibus promiſſionis
eiuſdẽ.expectabat enĩ fundamẽ
ta habẽtẽ ciuitatẽ:cuius artifex
& cõditor de9 ẽ.¶Fide etiã ipſa
59 Sarra poteſtatẽ i ſucceſſione ſe-

ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam &
vinctis compaſſi eſtis/& rapinam bonorũ
veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis : cogno-
ſcẽtes vos habere meliorem & manentem
ſubſtantiam. Nolite itaq3 amittere confi-
dentiam veſtram:quæ magnam habet re-
munerationem. Patientia enim vobis ne-
ceſſaria eſt: vt voluntatem dei facientes/re-
portetis promiſſionem. Adhuc enim mo-
dicũ aliquãtulumq3:qui vẽturus eſt veniet/
& nõ tardabit. iuſtus autẽ meus: ex fide vi
uit.Qđ ſi ſubtraxerit ſe:nõ placebit animę
meę.Nos autẽ nõ ſumus ſubtractionis filij
in pditionẽ:ſed fidei i acquiſitionẽ animæ. A
Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia/re- XI
rum argumentum non apparentium . In
hac enim teſtimonium cõſecuti ſunt ſenes.
Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo
dei:vt ex inuiſibilibus viſibilia fierẽt. Fide
plurimam hoſtiam Abel q̃ Cain obtulit
deo: per quam teſtimonium conſecutus eſt
eſſe iuſtus/teſtimonium perhibente mune-
ribus eius deo / & per illam defunctus ad-
huc loquitur.Fide Enoch tranſlatus eſt ne
videret mortem/& non inueniebatur: quia
tranſtulit illum deus . Ante tranſlationem
enim : teſtimonium habuit placuiſſe deo.
Sine fide autẽ impoſſibile eſt placere deo.
Credere enim oportet accedentem ad deũ B
quia eſt: & inquirentibus ſe remunerator
ſit. Fide Noe reſponſo accepto de ijs quæ
adhuc non videbãtur:metuens aptauit ar-
cam in ſalutem domus ſuæ/ per quam dã-
nauit mundum.& iuſtitiæ quæ per fidem
eſt:hæres eſt inſtitutus. Fide qui vocatur
Abraham obediuit in locum exire quem
accepturus erat in hæreditatem : & exijt
neſciens quo iret. Fide demoratus eſt in
terra repromiſſionis tanq̃ in aliena:in caſu-
lis habitando cum Iſaac & Iacob cohære-
dibus repromiſſionis eiuſdem.Expectabat
enim fundamenta habentem ciuitatem:cu-
ius artifex & conditor deus. Fide & ipſa C
Sarra ſterilis virtutem in conceptione ſe-

minis accepit / etiam præter tempus ætatis quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Propter quod & ab vno ortí sūt:& hoc emortuo tanq̄ sydera cœli ī multitudinē/& sicut arena quæ est ad orā maris innumerabilis. Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti/non acceptis repromissionibus. sed a longe eas aspicientes & salutantes/ & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt: significant se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent de qua exierunt: habe-
D bant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt id est cœlestem. Ideo non confunditur deus:vocari deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. Fide obtulit Abraham Isaac:cum tentaretur. & vnigenitum offerebat ī quo susceperat repromissiones.ad quem dictum est/quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est deus. Vnde eū & in parabolam accepit. Fide & de futuris benedixit Isaac:& Iacob & Esau. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius. Fide Ioseph moriēs de profectione filiorū Israel memoratus est:& de ossibus suis mādauit. Fide Moyses natus / occultatus est mensibus tribus a parentibus suis:eo q̄ vi-
E dissent elegantem infantem/& non timuerunt regis edictum. Fide Moyses grandis factus/negauit se esse filiū filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei/q̄ tēporalis peccati habere iocunditatem/ maiores diuitias estimās thesauro Aegyptiorum improperium CHRISTI. Aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum:non veritus animositatē regis. Inuisibilem enim tanq̄ videns sustinuit. Fide celebrauit Pascha & sāguinis effusionē: ne qui vastabat primitiua / tangeret eos.
F Fide transierunt mare rubrū tanq̄ per aridam terram:quod experti Aegyptij deuorati sunt. Fide muri Hierico corruerunt

minis accepit:& contra tempus
ætatis concepit.quoniā fidelem
existimauit eum qui promisit.
Ideo & ex vno nati sunt. & ipsi
cum mortuus esset:vt stellę cœli
multitudine/& vt arena q̄ ē iux
ta litus maris inumera.Secūdū
fidem defuncti sunt hi omnes:
non accipientes promissiones/
sed a longe eas aspicientes/ &
salutantes.& cōfessi sunt: q̄ pe-
regrini & aduenæ essent ī terra.
Qui enī hæc dicunt:insinuant
q̄ patriam inquirunt. & siquidē
meminissent illius ex qua exie-
rant:habebant vtiq; tempus re-
uertendi. nūc autem potiorem
expetūt / hoc est cœlestē. Qua-
propter non veretur deus/deus
eorum vocari.parauit enim eis
ciuitatē. ¶ Fide obtulit Abra- 60
ham Isaac cū tētaretur:& vni-
genitum obtulit qui susceperat
promissiones.de quo dictum ē:
in Isaac vocabitur tibi semen/
reputās q̄ & ex mortuis potens
est suscitare deus. Vnde eum &
in similitudine accepit. ¶ Fide 61
de futuris benedixit Isaac : Ia-
cob & Esau. Fide Iacob moriēs/
vtrunq; filiorum Ioseph bene-
dixit: & adorauit in summitate
virgæ suæ. ¶ Fide Ioseph vitā 62
finiens/de egressu filiorū Israel
mentionem fecit : & de ossibus
suis mandatum dedit. ¶ Fide 63
Moses genitus : occultatus est
trimestri a parentibus suis quia
viderunt elegantem infantem/
& non timuerunt edictū regis.
¶ Fide Moses grandis factus/ 64
recusauit dicere filius sum filiæ
Pharaonis: potius eligens mo-
lestia affici cum populo dei/q̄
ad tempus habere peccati oble
ctamē/maiores diuitias thesau-
ris Aegypti improperiū CHRI-
STI arbitratus. aspiciebat enī
in mercedis remunerationem.
¶ Fide reliquit Aegyptum : nō 65
formidans furorem regis. nam
tāq̄ inuisibilē videns:tolerauit.
¶ Fide fecit Pascha & sangui- 66
nis effusionem:ne is qui interi-
mebat primogenita / tangeret
eos. ¶ Fide ptrāsierūt tāq̄ per 67
aridā mare rubrū:cuius experien
tiā tentātes Aegyptij/ absorpti
sūt. ¶ Fide muri Hierico ruerūt 68

69 circũdati ſeptem diebus. ¶Fide
Raab meretrix non periit cum
incredulis:ſuſcipiens explorato=
70 res in pace. ¶Et quid adhuc di=
cam? deſtituet eni me tẽpus nar=
rantem de Gedeone/ Barach/ &
Sãpſone/ & Hiephthe/ Dauidq̃/
& Samuele/ & prophetis:qui per
fidẽ vicerunt regna/ operati ſunt
iuſtitiam/ adepti ſunt promiſſio=
nes/obturauerunt ora leonũ/ ex=
tinxerunt potentiã ignis/ effuge=
runt ora gladij / cõualuerunt ex
infirmitate/ fortes facti ſunt ĩ bel
lo/ caſtra euerterũt/ mulieres ac=
ceperunt ex reſurrectione mor=
71 tuos ſuos. ¶Alij autem diſtenſi
ſunt/ non ſuſcipientes redẽptio=
nem: vt meliorẽ reſurrectionem
adipiſcerẽtur. Alij vero ludibria
& flagella experti ſunt / inſuper
autem vincula & carceres. lapi=
dati ſunt. ſecti ſunt. tentati ſunt.
in cæde gladij mortui ſunt. cir=
cuierunt ĩ velleribus/ in caprinis
pellibus/ egẽtes/ preſſi/ moleſta=
ti:quib⁹ dignus nõ erat mũdus/
in deſertis errãtes & montibus/
& ſpeluncis/ & cauernis terræ.&
hi omnes per fidem teſtimoniũ
adepti / non acceperunt promiſ=
ſionẽ:deo de nobis aliquid me=
lius prouidente/ vt non ſine no=
72 bis conſumarentur.
Igitur & nos tãtam habentes cir=
cumpoſitam nobis teſtium nu=
bem/ omnẽ deponentes molem/
& quod nos facile circũſtat pec=
catum : per patiẽtiam curramus
propoſitũ nobis certamen/ aſpi=
cientes in authorem fidei & con
ſumatorem IHESVM . qui pro
ſibi propoſito gaudio ſuſtinuit
crucem/ confuſionem aſpernat⁹:
& in dextera throni dei ſedit.
73 ¶Recogitate eni eũ qui talẽ ſu=
ſtinuit a peccatorib⁹ aduerſus ſe
cõtradictionẽ: vt nõ langueatis/
animis veſtris tabeſcẽtes. nondũ
aduerſus peccatum reſtitiſtis/ ad
ſanguinem vſq̃ concertantes.&
obliti eſtis adhortationis : quæ
vos tanq̃ filios alloquitur. Fili
mi noli paruipendere correptio=
nem domini. neq̃ defice cum ab
eo argueris. Quem enim dili=
git dominus : corripit. flagellat
autem omnem filium quem ſu=
ſcipit. in correptione ſuſtinete.

circuitu dierum ſeptem. Fide Raab mere=
trix non periit cum incredulis:excipiẽs ex=
ploratores cum pace. Et quid adhuc dicã?
Deficiet enim me tempus enarrantem de
Gedeon/ Barach/ Sampſon/ Hiepthe/ Da=
uid/ Samuel/ & prophetis: qui per fidẽ vi=
cerunt regna/ operati ſunt iuſtitiam/ adepti
ſunt repromiſſiones/ obturauerũt ora leo=
num/ extinxerunt impetum ignis/ effuga=
uerunt aciem gladij / cõualuerunt de infir=
mitate/ fortes facti ſunt in bello/ caſtra ver=
terunt exterorum / acceperunt mulieres de
reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem di G
ſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionẽ:
vt meliorem inuenirent reſurrectionem.
Alij vero ludibria & verbera experti: inſu=
per & vincula & carceres: lapidati ſunt/ ſe=
cti ſunt/ tẽtati ſunt/ in occiſione gladij mor=
tui ſunt. Circuierunt in melotis/ in pellibus
caprinis. Egẽtes/ anguſtiati/ afflicti: q̃bus di
gnus non erat mundus. in ſolitudinibus
errantes/ in montibus & ſpeluncis/ & in ca
uernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei
probati: non acceperunt repromiſſionem/
deo pro nobis melius aliquid prouidente/
vt non ſine nobis conſumarentur. A
Ideoq̃ & nos tantam habentes impoſitam XII
nubem teſtium: deponentes omne pondus
& circunſtans nos peccatum / per patien=
tiam curramus ad propoſitũ nobis certa=
men. aſpicientes in auctorem fidei/ & con=
ſumatorem IHESVM: qui propoſito ſi=
bi gaudio ſuſtinuit crucem/ confuſione con
tenta/ atq̃ in dextera ſedis dei ſedet. Reco=
gitate eni eum qui talẽ ſuſtinuit a peccato=
ribus aduerſũ ſemetipſũ contradictionẽ: vt
ne fatigemini animis vr̃is deficiẽtes. Nõdũ B
enim vſq̃ ad ſanguinẽ reſtitiſtis/ aduerſus
peccatũ repugnantes: & obliti eſtis cõſola=
tionis/ quæ vobis tanq̃ filijs loquit̃ dicens.
Fili mi noli negligere diſciplinam domini:
, neq̃ fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ eni
, diligit domin⁹ caſtigat: flagellat aũt omnẽ
, filiũ quẽ recipit. In diſciplina perſeuerate.

C Tanq̄ filijs vobis offert se deus. Quis enim
filius: quem non corripit pater? Q si extra
disciplinam estis / cuius participes facti sūt
omnes: ergo adulteri & non filij estis. De-
inde patres quidem carnis nostræ / erudito-
res habuimus: & reuerebamur eos. Num
multo magis obtemperabimus patri spiri-
tuum: & viuemus? Et illi quidem in tēpore
paucorum dierū secundum volūtatem suā
erudiebant nos: hic autem ad id quod vti-
le est in recipiendo sanctificationem eius.
Omnis autem disciplina in præsenti quidē
videt non esse gaudij / sed mœroris: postea
D autem fructum paccatissimum exercitatis
per eam reddet iustitiæ. Propter quod re-
missas manus & soluta genua erigite: &
gressus rectos facite pedibus vestris. vt nō
claudicās quis erret: magis autem sanetur.
Pacem sequimini cum omnibus & sancti-
moniam: sine qua nemo videbit deum. Cō
templantes ne quis desit gratiæ dei: ne qua
radix amaritudinis sursum germinans im-
pediat / & per illam inquinentur multi. Ne
quis fornicator aut prophan⁹ vt Esau: qui
propter vnam escā vendidit primitiua sua.
Scitote enim quoniam & postea cupiēs hæ
reditare benedictionem: reprobatus est.
E Non enim inuenit pœnitētiæ locum: quā-
q̄ cum lachrymis inquisisset eam. Non eni
accessistis ad tractabilem & accessibilem
ignem / & turbinē / & caliginem / et procellā /
& tubæ sonum / & vocē verborum: quā qui
audierūt excusauerūt se / ne eis fieret verbū.
Non eni portabant: qđ dicebatur. & si be-
stia tetigerit montē: lapidabitur. Et ita ter-
F ribile erat qđ videbatur. Moyses dixit. Ex-
territus sum & tremebūdus. Sed accessistis
ad Sion montē / & ciuitatē dei viuētis Hie-
rusalem cœlestem / & multorum miliū an-
gelorum frequentiam / & ecclesiam primi-
tiuorum qui conscripti sunt in cœlis / & iu-
dicē oīm deū / et spiritū iustorū perfectorū /
et testamenti noui mediatorē IHESVM /
& sanguinis aspersionem melius loquentē

Tanq̄ filijs vobis offertur deus.
Quis enim est filius: quem non
corripit pater? Si autē sine corre
ptione estis / cuius participes fa-
cti sunt omnes: ergo nothi estis
& non filij. Deinde patres quidē
carnis nostræ / habem⁹ correpto-
res / & reueremur: nonne mul-
to magis subdemur patri spiritu-
um & viuemus? Et illi quidē ad
paucos dies / secūdū quod vide-
batur eis corripiebant: hic autē
secundū quod vtile est ad susci-
piēdam sanctificationem suam.
Omnis autem correptio in præ-
senti quidē nō videtur esse gau-
dio sed tristitiæ: postea vero fru-
ctum pacificum per eam exer-
citatis / reddet iustitiæ. ⸿Qua- 74
propter remissas manus & disso-
luta genua erigite / & semitas re-
ctas facite pedibus vestris: ne qđ
claudū est / euertat / sanet autem
magis. ⸿Pacem & sāctificatio- 75
nem sine qua nullus videbit de-
um: cū omnibus prosequimini.
intendentes ne quis destituatur
a gratia dei: ne qua radix ama-
ritudinis sursum germinās per-
turbet / & per illā inquinētur mul
ti. ⸿Ne quis fornicator sit aut 76
īpurus vt Esau: qui pro vna esca
vendidit primogenita sua. scitis
autē q̄ & postea volens hæredi-
tatem suscipere & benedictionē:
reprobatus est. pœnitentię eni lo
cū nō inuenit. tametsi cū lachry-
mis exquisierit eā. ⸿Nō eni ac- 77
cessistis ad montē qui palpatur /
& ad ignē vrentē / & caliginē / &
tenebras / & turbinē / & tubæ so-
nitum / & vocē verborū: quā qui
audierunt / petierūt ne eis adde-
retur sermo. Non eni ferebāt: qđ
distinguebatur. & si bestia tāgat
montē: lapidabitur. Et sic terribi
le erat quod apparebat. Moses
dixit. Timebūdus sum & treme-
bundus. Sed accessitis ad mon-
tem Sion / & ciuitatem dei viuē-
tis Hierusalem cœlestem / & mul
torum milium angelorum con-
gregationem / & ecclesiam pri-
mogenitorum in cœlis conscri-
ptorum / & iudicem omnium de-
um / & spiritum iustorum perfe-
ctorum / & noui testamenti me-
diatorē IHESVM / & aspersio-
nis sanguinem melius loquentē

q̄ Abel. Videte ne recuſetis lo-
quentē. nam ſi illi non effugerūt
recuſantes eum qui ſuper terram
ſus dicebat: tanto magis nos /
q de cœlis auertimus eū/ cuius
vox mouit terram tunc. nūc au-
tem promittit dicens. adhuc ſe-
mel: ego mouebo non ſolum ter-
ram/ſed & cœlum. hoc autē ad-
huc ſemel: declarat eorum quæ
mouentur tranſlationē tanq̄ fa-
ctorum/ vt maneant ea quæ non
mouentur. Quāobrem imobile
regnum ſuſcipientes: habemus
gratiam/ per quam colimus be-
neplacentes deo cum reueren-
tia & religione. nam & deus no-
78 ſter: ignis conſumens eſt.
Amicitia fraternitatis perſeueret.
hoſpitalitatis nolite obliuiſci.
Nam per hanc latuerunt quidā:
qui angelos hoſpitio ſuſceperūt.
79 ¶ Mementote vinctorum/ tanq̄
ſimul vincti. Moleſtia oppreſſo-
rū: perinde atq; voſipſi corpora-
80 liter ſitis. ¶ Honorabiles ſint nu
ptiæ in omnibus/ & thorus ĩma-
culat9. Fornicatores autē & adul
81 teros iudicabit deus. ¶ Sit ſine
auaritia modus. cōtenti ſitis præ
ſentibus. Ipſe eni dixit: nō te de-
ſerā/ neq; derelinquā. vt & confi
dēter dicamus. Dn̄s michi adiu-
tor: & nō timebo quid faciat mi-
82 chi homo. ¶ Memētote præſidū
veſtrorū qui vobis ſermonē dei
locuti ſunt: quorū cōuerſationis
exitū intuētes/ imitamini fidem.
IHESVS CHRISTVS heri &
83 hodie: ipſe & in ſæcula. ¶ Doctri
nis varijs & peregrinis nolite
transferri. bonū eni eſt gratia cō
firmari cor: nō cibis. in quibus q
ambulauerunt: nequaq̄ profece-
rūt. Habem9 altare ex quo ede-
re poteſtatem non habēt: qui co-
lunt in tabernaculo. Quorū eni
animaliū ſāguis pro peccato in-
fertur in ſancta per pōtificē: eorū
corpora cremantur extra caſtra.
Quapropter & IHESVS vt per
propriū ſanguinē ſāctificaret po
pulū: extra portā paſſus ē. Exea-
mus igitur ad eū extra caſtra: i-
properiū eius portātes. Non eni
habemus hic ciuitatē permanen
tem: ſed futuram iquirimus. Per
ipſum igitur hoſtiam laudis ſem
per deo offeramus: hoc eſt fructū

q̄ Abel. Videte ne recuſetis loquentem. Si G
enim illi non effugerūt/ recuſantes cum qui
ſuper terram loquebatur: multo magis nos
qui de cœlis loquentem nobis/ auertimus.
cuius vox mouit terram tūc: nunc autē re-
promittit dicens. Adhuc ſemel: & ego mo-
uebo nō ſolum terram/ ſed & cœlū. Quod
autem adhuc ſemel dicit: declarat mobili-
um tranſlationem tanq̄ factorum / vt ma-
neāt ea quæ ſunt ĩmobilia. Itaq; regnū im-
mobile ſuſcipiētes/ habem9 gratiā: per quā
ſeruiamus placētes deo cū metu & reuerē-
tia. Etenim deus noſter ignis cōſumens eſt. A
Charitas fraternitatis maneat ĩ vobis: & ho- XIII
ſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim
placuerunt quidam angelis hoſpitio rece-
ptis. Mementote vinctorum tanq̄ ſimul vi-
cti: & laborantium tanq̄ & ipſi in corpore
morantes. Honorabile connubium in om-
nibus: & thorus ĩmaculatus. Fornicatores
enim & adulteros iudicabit deus. Sint mo
res ſine auaritia. contenti præſentibus. Ipſe
enim dixit. Non te deſeram neq; derelin-
quam: ita vt confidenter dicamus. Domi- B
nus michi adiutor eſt: non timebo quid fa-
ciat michi homo. Mementote præpoſitorū
veſtrorum/ qui vobis locuti ſunt verbū dei:
quorum intuentes exitum conuerſationis/
imitamini fidē. IHESVS CHRISTVS
heri & hodie: ipſe & ĩ ſæcula. Doctrinis va-
rijs & peregrinis nolite abduci. Optimum
eſt enim gratia ſtabilire cor: non eſcis quæ
non profuerunt ambulantibus in eis. Ha- C
bemus altare: de quo edere non habent po
teſtatē/ qui tabernaculo deſeruiunt. Quorū
enī animaliū infertur ſanguis pro peccato ĩ
ſancta per pōtificē: horū corpora cremant
extra caſtra. Propter qđ & IHESVS: vt
ſanctificaret per ſuū ſāguinē populū/ extra
portā paſſus eſt. Exeamus igit ad eū extra
caſtra: improperiū eius portantes. Non enī
habemus hic manentem ciuitatē: ſed futu-
ram iquirimus. Per ipſum ergo offeramus
hoſtiam laudis ſemper deo/ id eſt fructum

labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & cõmunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus. Obedite præpositis vestris: & subiacete eis. Ipsi enim peruigilãt quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciãt/ & non gemẽtes. Hoc eni nõ expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam cõscientiam habemus: in omnibus bene volentes cõuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium/ in sanguine testamẽti æterni

D dominum nostrũ IHESVM CHRISTVM: aptet vos in omni bono/ vt faciatis eius voluntatem/ faciens in vobis quod placeat coram se per IHESVM CHRISTVM. cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. Rogo autem vos fratres: vt sufferatis verbum solatij. Eteni perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cũ quo si celerius venerit/ videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros: & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

labiorũ cõfitentiã nomini eius.
¶Cæterũ beneficẽtię & cõmuni- 84
onis nolite obliuisci. talibus eni
hostijs placatur deꝰ. ¶Obedite 85
ijs qui præsunt vobis: & subiecti
estote. Nã ipsi vigilãt pro aiabꝰ
vestris tanq̃ rationẽ reddituri: vt
cũ gaudio hoc faciant/ & non ge
mẽtes. inutile eni vobis: hoc esset.
¶Orate pro nobis. Confidimus 86
enim ꝙ bonam cõscientiã habe-
tis: volentes in omnibus probe
cõuersari. Abundãtius autẽ pre-
cor: vt hoc faciatis/ quo celerius
restituar vobis. ¶Deus autẽ pa- 87
cis/ q reduxit ex mortuis pastorẽ
ouiũ magnũ in sãguine testamẽ
ti æterni dominũ nostrũ IHE-
SVM CHRISTVM/ perficiat
vos in omni opere bono: ad fa-
ciendam voluntatem suã/ faciẽs
in nobis quod beneplacitum est
in conspectu suo/ per IHESVM
CHRISTVM. cui sit gloria in
sæcula sæculorum. Amen. ¶Ob- 88
secro autem vos fratres: vt æquo
animo suscipiatis sermonẽ exhor
tationis. Eteni per pauca scripsi
vobis epistolã. ¶Cognoscite fra 89
trem nostrũ Timotheũ dimissũ:
cũ quo si cito veniat/ videbo vos
¶Salutate oẽs pręsides vestros/ 90
& omnes sanctos. Salutant vos
qui sunt de Italia. Gratia cu om
nibus vobis. Amen.

¶EPISTOLAE BEATIS.
PAVLI APOSTOLI
AD HEBRAEOS.
F I N I S.

¶AD HEBRAEOS. SCRI-
PTA EX ITALIA/ MIS
SA PER TIMOTHE
VM. ELEMEN-
TA 90.

Ro.

COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISS. PAVLI APOSTOLI LIBER PRIMVS / QVI EST IN EPISTOLAM AD RHOMANOS. CAP. I

PAVLVS deo dignus apostolus: i capite epistolæ suæ ad Rhomanos: sanctam præmittit salutationem/ nouem complectentem. Nomē suum primo loco ponit: vt fieri solet. se dicit seruum esse Ihesu Christi. vocatum apostolū. segregatū in euangelium dei. deum ante promisisse euāgelium per prophetas in scripturis sanctis de filio suo. filium dei incarnatū de semine Dauid. dominū nostrū Ihesum Christum definitum/ declaratūq; filium dei potestate/ spiritu sancto/ & ex resurrectione a mortuis. se gratiam accepisse a domino nostro Ihesu Christo filio dei & legationem pro nomine eius/ ad inducendam obedientiam fidei in gentibus. nono salutationem complet. Salutat igitur hoc pacto. ¶ Paulus seruus IHESV CHRISTI/ vocatus apostolus/ segregatus in euangelium dei/ quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo/ facto ex semine Dauid secundū carnem/ definito filio dei/ in potestate/ per spiritum sanctitatis/ ex resurrectione a mortuis/ IHESV CHRISTO domino nostro/ per quem accepimus gratiā & apostolatum pro nomine eius/ ad obedientiam fidei in omnibus gentibus/ in quibus estis & vos vocati IHESV CHRISTI: omnib⁹ qui estis Romæ/ dilectis dei/ vocatis sanctis/ gratia vobis & pax a deo patre nostro/ & domino IHESV CHRISTO. ¶ Quod perinde est ac si verbum dicit intelligatur ac dicatur. Paulus inquam seruus Ihesu Christi vocatus apostolus dicit: gratia & pax a deo patre nostro & domino nostro Ihesu Christo sit vobis omnibus Romę existētibus/ dilectis dei/ & ad sāctitatē vocatis. Sed age paucula ex illis nouē quæ in hac salutatione continentur/ disseratur. Primū de nomine Pauli. Paulū binomiū fuisse sensit Origenes. & quia Hebræus erat: nomen hebræū habuisse Saulū. quia vero ciuis Romanus etiam natus: nomen Romanū illi primo & hebræo satis vicinū habuisse Paulū. vt & de Ioāne Marco euenit. imo de vtrisq; in actis apostolorū legitur. fuit enim Ioannes & Saulus hebræa: Marcus vero & Paulus gentilitia. vt Marcus Regulus/ Marcus Antonius/ Paulus Emilius/ Paulus Sergius. Sic enim in actis habet Lucas. Assumpto inquit Ioanne qui cognominatus est Marcus. Et rursum. Saulus autē qui & Paulus: repletus spiritu sancto intuens in eū dixit. Igitur cū Paulus apostolū se cognosceret esse gentiū: ad eas scribens recte nomen gētile præponit & Paulū se nominat qui etiā nominabatur Saulus. ¶ Sed se dicit seruū Ihesu Christi. At qua in significatione sumitur hic seruus? Arbitror prope modū in ea qua vtūtur philosophi. Neq; eni Paulus philosophiæ aut cuiusuis humanę disciplinæ expers fuisse videtur aut ignarus. verū in diuina: spiritus sanctus eum cunctis fecit eminētiorē. In sacris eni eloquijs ille est Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Philosophi autē eum hominem vocare solent seruū: qui nō suus/ sed omnino alterius sit/ qui non sibi viuit/ nō sibi operatur/ nō sibi generat/ sed domino. Itaq; cū omniū hominū liberrim⁹ Paulus/ se seruū domini nostri Ihesu Christi dicit: testatur se non esse suum/ sed omnino Ihesu Christi/ se nō sibi viuere/ sed Ihesu Christo verę viuētiū vitę/ nō sibi operari/ nō sibi fideles filios generare/ sed Christo domino. & docet nos: in omnibus Christū dominū esse respiciendū/ & propter ipsum omne opus agendū. vt ipse in omnibus semper dominū respicit: & omnia propter ipsum semper agit. Et hæc Christi seruitus omnē superat libertatem: longe libertate regum eminentior. Et est per eminentiā boni dicta seruitus/ non per defectum: tanto libertate philosophica superior/ q̄to terrenus dominus terrenū superat seruum/ ac multo etiam magis. Et malem esse/ & vere dici posse Christi seruus: q̄ reuera esse/ dicīq; summus regnator Asiæ/ Africæ/ Europæ. Hæc seruitus: spiritualis est. at quam nouerunt philosophi: carnalis. hæc: illuminata. illa: cæca. hæc: cœlestis. illa: terrena. icirco nō ab re dictum est propemodum & in proportione/ hic seruitutis nomen significationem imitari philosophorum: quantum scilicet spiritus ad carnem proportionem ferre potest. At vero q̄ se (derelicta carne) ad spiritum transferre nescit: ineptus erit sacramentorum Pauli auditor. hæc enim est excellens nuncupatio: vbi libertas cū eminenti seruitute coincidit/ & Christiformi apostolo conueniens. At id aduertendum: cum se dicit

Paulus / Saulus

Joannes / Marcus

Seruus:

vocatum apostolum aut deinceps vocatos sanctos/ aut aliquid simile: vocatum nomi-
naliter sumi: hoc nomine κλητὸσ vtens perinde valête ac vocatum/ inuitatum/ accer
situm. Accersitus profecto in apostolatum fuit: quando dominus ei dixit. surge/ & ingre
dere ciuitatem: & tibi dicetur quid te oporteat facere. Et cum dictum est Ananię: quæ-
re in domo Iudæ Saulum/ nomine tarsensem. ecce enim orat. vade: quoniam vas ele-
ctionis est michi iste vt portet nomen meum coram gẽtibus/ & regibus/ & filijs Israel.
ego enim ostendam illi: quanta oporteat eum pro nomine meo pati. vocatus igitur tũc
est apostolus: ad portandum saluificum/ & animarum liquefactiuum superdulce no-
4 men Ihesu/ coram gentibus & regibus. Segregatus autem fuit in opus euangelij. Nam
duodecim fuerant Apostoli collecti/ & congregati in vna societate: dimissi in Iudæa
ad saluandos filios Israel per gratiam dei/ omnes saluare volentis. Paulus vero seor-
sum & separatim electus est: ad salutem gẽtium. tantum dei circa omnes pietatis opus
& miserationis solicitudo: qui errantes a se/ ac etiam fugientes/ vltro requirit/ & sacris
5 suis humeris impositos in æternitatis caulas reducit. At deum promisisse euangelium
per prophetas in scripturis de filio suo/ qui est Christus Ihesus superbenedictus: notum
est ijs/ qui legũt psalmos/ Esaiam/ Hieremiam/ & alios prophetas. In psalmis legimus.
Ecce dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. In Esaia. De Sion exi-
bit lex/ & verbum domini de Hierusalem: & iudicabit gentes/ & arguet populos mul-
tos. Et rursus. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia egoipse
qui loquebar ecce assum. q̃ pulchri super montes pedes annũciantis & prædicantis pa-
cem/ annunciantis bonum/ prædicantis salutem? Et Naum propheta. Ecce super mon-
tes: pedes euangelizantis & annũciantis pacem. Et Hieremias. Ecce dies veniunt di-
cit dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. & subdit dabo legẽ
6 meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam. & ero eis in deum: & ipsi
erunt michi in populum. Cæterum Christũ de Dauid secundum carnem fuisse: id ora-
culum testatur. De fructu ventris tui: ponam super sedem tuam. Et Matthæus in prin-
7 cipio euangelij sui: cum dicit. Liber generationis Ihesu Christi filij Dauid. Sed & de-
finitum & declaratũ filiũ dei in potestate: quis inficias ibit? Quis enim virtutes/ & si-
gna/ & potestates fecit: quæ ipse? per quæ etiam & dæmones: filium dei confitebantur.
procidebant enim (inquit Marcus) ei: & clamabant dicentes tu es filius dei. declara-
tus est per spiritum sanctum: cum visibiliter super eum descendit/ & vox patris into-
nuit/ hic est filius dilectus/ in quo michi complacui. declararus est & filius dei ex resur-
rectione a mortuis. quis enim seipsum propria virtute suscitauit a mortuis: nisi filius
dei/ qui dixit/ tollite templum hoc & in triduo excitabo illud? Et iterum. Ego pono
animam meam: vt iterum sumam eam. Nemo tollet eam a me: sed ego pono eam a
meipso. potestatem habeo ponẽdi eã: & potestatẽ habeo iterũ sumendi eã. Ecce igitur
quo modo ex potestate/ quo modo per spiritum sanctitatis/ id est spiritum sanctum/ &
quo modo ex resurrectione a mortuis: definitus/ declaratusq; est filius dei. Et hanc hu-
8 ius loci esse intelligentiam: sacer sensit Athanasius. Et per Christum: Paulum accepisse
9 gratiam & apostolatũ/ iam perspicuũ euasit. Sed de modo salutationis Pauli nõ nichil
attingere forsitan non fuerit absurdum. Solent enĩ philosophi/ etiam qui sunt peritio-
res: præponere pro salute bene agere. Paulus autẽ hic præfigit pro salute: gratia & pax
a deo patre nostro & domino Ihesu Christo. Philosophi homines respiciunt/ & homi-
num opera. Paulus: deum/ & in nobis dei opus. philosophi: præparationem. Paulus:
consumationẽ. bene agere enĩ: non est nisi se ad gratiã dei præparare. Philosophi respi
ciunt tenebrosum. Paulus luminosũ. magnũ profecto est quo ad nos: bene agere. At si
ad gratiã & pacẽ dei conferas: exiguũ/ etiam multo magis q̃ oculi dispositio minus est
q̃ lux quæ a sole diffunditur in oculũ. paruus igitur est modus salutandi philosophorũ.
Pauli autẽ magnus ac insignis. Et siue grãmatici/ siue rhetores/ siue philosophi salutã-
tes dicãt saluus sis/ salutem/ bene agere/ aut quippiam simile: modus salutãdi terrenus
est. Pauli aũt diuinus. Hęc igitur salutatio: omni alia salute & maior & eminẽtior. Post
quam quidẽ salutationẽ: aggreditur sanctã narrationẽ. q; gratias agat deo/ super bono
testimonio fidei Romanorũ q; in orationibus suis ad deũ pro eis iugiter oret/ & prece-
tur: vt sibi aliquando prospere cædat veniendi ad eos nõ cupiditate locorũ videndorũ/
non curiositate antiquitatũ Romanarũ (quid enĩ hæc vana cuperet qui raptus fuerat
ad tertiũ cœlũ/ & viderat spectacula mũdo maiora) sed vt gratiã spiritualẽ eorũ itereret
pectoribus/ & vna cũ eis sancta pace dei/ quam in salute eis optarat/ cõsolaretur in fi-
de Ihesu Christi. non enim hæc spiritualis gratia & pax: sine fide Ihesu Christi haberi
potest. At nũc audiamus Paulum hoc pacto narrationẽ suã incipientẽ. ¶ Primũ quidẽ 2

gratias ago deo meo per IHESVM CHRISTVM pro omnibus vobis:quia fides ve-
stra annũciatur in vniuerso mũdo.testis eni est michi deus/quem colo i spiritu meo in
euãgelio filij eius/ꝙ sine intermissione memoriã vestri facio sẽper in orationibus meis:
rogans si quo pacto tãdem/aliquando prosperer in voluntate dei: vt veniam ad vos.
desydero enim videre vos: vt aliquod spirituale donũ vobis impartiar ad cõfirmãdos
vos/hoc est vt cõsoler vobiscum per mutuã fidẽ/vestrãq; atq; meã. ¶ Sed age/cũ Pau-
lus dicit testis eni est michi deus: iurantis ne affectus est? Non arbitror: sed asserentis.
Quid est enim testis michi est deus:nisi testimoniũ michi præbet deus? Nunquid pu-
tas dominũ iurasse cum dixit iudæis: testimonium perhibet de me qui misit me pater?
Nequaq̃.sed sancte affirmauit.ita & Paulus/sancte affirmat cum dicit: testis eni est mi-
chi deus. Et quid sãcte affirmat? Qꝫ iintermisse orat pro Romanis & precatur:vt eos vi-
3 dere possit/& ꝙ eos quidẽ videre possit ad ipartiẽdũ aliquod spirituale donũ.Sed subdit
quid causæ est:cur adhuc eos nõ viderit dicẽs. ¶ Non velim autẽ vos latere fratres/ꝙ
frequenter proposui proficisci ad vos: & hucusq; prohibitus sum. proficisci inquam ad
vos:vt aliquem etiam fructũ habeam in vobis quẽadmodum & in cæteris gentibus/&
græcis/& barbaris.tam sapientibus q̃ insipientibus debitor sum: adeo vt & in me prõ-
ptitudo sit/vobis qui Romæ estis euãgelizare. ¶ In quibus prohibitus fuerit/id est im-
pedimento detentus:circa finem huius epistolæ amplius declarat:in prędicando vide-
licet euãgelio ijs/qui de Christo saluatore mundi/nondũ audierãt/ per circuitũ ab Hie
rusalem ad Ilyricum vsq;. Propterea inquit impeditus fui multis: venire ad vos. Et ꝙ
vult in Romanis aliquem habere fructũ vt in cæteris gentibus cum græcis tũ barba-
ris:hoc non sibi vult sed Christo domino cuius est seruus.seruus enim nõ sibi/ sed dño
4 suo fructificat.quod & in toto mundo faciebat Paulus. At quo modo fructificabat Chri
sto? Euãgelizãdo.Ideo ostendit:quid euangeliũ sit dicens. ¶ Non eni erubesco euãge-
liũ CHRISTI. Potestas eni dei est:ad salutem omni credẽti/ Iudæo primũ atq; genti-
li. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ:sicut scriptũ est. Iustus autem ex fide
viuet. ¶ Euangelium primo euãgelizatum est Iudæis:vt ex euangelij fide salutẽ/id est
vitam æternã consequerẽtur.secundo autem loco prædicatũ est gentibus. quẽadmodũ
& alio loco de Iudæis dicitur.vobis oportebat primũ loqui verbum dei:sed quoniã re-
pellitis illud/& indignos vos iudicatis æternæ vitæ/ecce cõuertimur ad gentes.hac de
re non absone dictum est euangelium diuinam esse potestatem ad salutẽ omni creden-
ti/Iudæo primum atq; gentili. Et ad quid iustitia dei in euangelio reuelatur ex fide in
fidem? Ad salutem/id est vitam æternã omni credenti.Ideo bene subiungitur cõfirma-
tio huius:iustus autem ex fide viuet.Qui enim adhuc fide ambulat nondum vitam il-
lam appræhendit/nondum vitam æternam viuit: sed viuet. sicut dominus ait. Nemo
est relinquens domũ/aut parentes/aut fratres/aut vxorem/ aut filium propter regnum
dei : qui non recipiat multo plura in hoc tempore / & in sæculo futuro vitam æter-
nam.consumata igitur ex fide vita:in futuro sęculo expectatur.At quæret quispiã:quo
modo iustitia dei in euangelio reuelatur ex fide in fidem? Iustitia dei: Christus domi-
nus est.qui ex fide i fidem: in euãgelio reuelatur.Nam patrem omnia posse:illic legis.
Abba pater(inquit) omnia tibi possibilia sunt.Creatorem cœli & terræ.Nam quid hoc
aliud: confitebor tibi pater domine cœli & terræ? Ihesum Christum filium dei cõceptũ
de spiritu sancto/natum ex Maria virgine:leges apud Lucam.Sed & filium dei vnicũ/
id est vnigenitum:apud Ioannem.& vidimus inquit gloriam eius tanq̃ vnigeniti a pa
tre/plenum gratiæ & veritatis.Passum sub pontio Pilato/crucifixum/ mortuũ & sepul-
tum:apud quatuor euangelistas.Descendisse ad inferos: apud Matthæum in parabola
ceti Ionæ.sicut enim (inquit)fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctib9:
sic erit filius hominis in corde terræ/ tribus diebus & tribus noctibus. Quid enim per
cetum qui & leuiathan dicitur: nisi infernus intelligitur? Quod & Paulus per spiritum
intelligens:ait.ꝙ autem ascendit:quid est nisi quia & descendit/ primum in inferiores
partes terræ.Tertia die surrexisse a mortuis: apud Matthæum / Marcũ/& Lucam. Ad
cœlos ascendisse & sedere ad dexteram patris: apud Marcum. assumptus est inquit in
cœlum:& sedet a dextris dei. Venturum iudicare viuos & mortuos: apud Matthæum.
Cum autẽ venerit(inquit)filius hominis in maiestate sua/& omnes angeli cum eo:tũc
sedebit super sedẽ maiestatis suæ/& cõgregabũtur ante eũ omnes gẽtes.& subdit. tunc
dicet rex ijs qui a dextris eius erũt:venite benedicti patris mei/possidete regnũ paratũ
vobis a cõstitutione mũdi.& deinde.& ijs q a sinistris erũt:discedite a me maledicti in
ignẽ æternũ/qui paratus est diabolo & angelis eius.Spiritũ sanctũ/sanctã ecclesiã vno
baptismate ablutã/ex hoc apud Matthęũ: eũtes ergo docete oẽs gẽtes baptizãtes eos/I

nomine patris & filij & spiritus sancti/ docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui
vobis.& ecce ego vobiscum sum vsq; ad consumationem sæculi. Sanctorũ cõmunio-
nem (illam enim voco sanctam Synaxin: vt & primitiui patres vocauere/ vt sacer Dio
nysius in ecclesiastica Hierarchia vbi ait. ἐριαίωσ ἀρηγόρευται κοιρωρίατε καὶ
σύραξισ ꝙ singulariter vniceq; vocetur cõmunio & synaxis. Sed & Paulus i prima ad
Corinthios epistola: cõmunionem vocat/ vt cap. 10 secundi horum cõmentariorũ libri
dicetur) sanctorum igitur cõmunionem: apud Ioannem. Nisi (inquit) manducaueritis
carnem filij hominis/ & biberitis eius sanguinẽ: nõ habebitis vitam in vobis. qui mã-
ducat meam carnem & bibit meum sanguinem: habet vitam æternam. Remissionem
item peccatorum: apud Ioannem. quorum inquit remiseritis peccata: remittuntur eis.
& quorum retinueritis: retenta erunt. Carnis resurrectionem & vitam æternã: apud eũ-
dem. omnes inquit qui in monumentis sunt: audient vocem filij dei. & procedent qui
bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerũt/ in resurrectionem iudicij.
Et alibi. Hæc est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium &
credit in eum habeat vitam æternam / & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Vides
igitur quomodo iustitia dei in euangelio reuelatur ex fide in fidem: ad salutem omni
credenti? Ex quo intelligere promptum est/ ꝙ si ex fide salutem & vitã æternã cõseque-
mur: ex infidelitate peribũt & morte ęterna mulctabũtur quicũq; infœliciter hunc mo-
mẽtaneæ probationis suæ cursum trãsigẽtes/ nõ intellexerũt/ vel potius intelligere no-
luerunt. quicunq; enim sine fide est: impius est. Sed esto fidem habeat ꝙ deus est/ scele-
rate tamen viuat: quid nam de talibus? Sane horum portio cum infidelibus. Ideo sub-
• dit Paulus. ¶ Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam 5
• eorum hominum: qui veritatẽ in iniustitia detinent. quia notitia dei: manifesta est eis.
• deus enim eis manifestauit. Nam inuisibilia eius: a conditione mundi/ operibus ipsis
• intellecta conspiciũtur/ id est sempiterna eius potestas ac diuinitas. ¶ Sed quæres quę
nam ira illa dei de cœlo/ quæ ostenditur super credentes deũ esse/ & eius sempiternam
potẽtiam/ & diuinitatem/ male tamen viuentes? Ira illa dei de cœlo: gladius/ fames/ pe
stis/ & huiusmodi vltrices plagæ: vt per Esaiam dicitur. Inebriatus est in cœlo gladius
meus. & per Hieremiam. Ecce ego mittam in eos gladium/ & famem/ & pestem. Et ve-
ritas dei/ agnitio & notitia dei est: quam cognoscentes & male operantes/ veritatem/ id
est notitiam dei in iniustitia detinent. Sed quis est qui non cognoscit? quis valebit ex-
cusari? cum potentia opificis & diuinitas ex ipsa mundi conditione/ fabrica/ & visibili
ornatu operibus ipsis declarentur intelligãturq; sufficiẽter? quẽadmodũ & alibi scriptũ
est. A magnitudine eni speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator eorũ videri.
• Quapropter subiungit Paulus. ¶ Vt sint inexcusabiles. quia cum cognouerint deum: 5
• non tanq deum glorificauerunt aut gratias egerunt/ sed euanuerunt in cogitationibus
• suis/ & obscuratũ est insipiens cor eorũ. dicentes se esse sapiẽtes: stulti facti sunt. ¶ Quid
est euanuerũt in cogitationib9 suis: nisi frustra & vane cogitationes & notitias de deo
habuerunt? quandoquidẽ finem quem debebant: assecuti nõ sunt. Hoc est enim frustra-
ri & euanescere. ad hoc eni cogitationes & notitiæ de deo nobis indultę sunt: vt ipsum
glorificemus/ & gratias (ꝙ nos cognitione sui dignatus sit) agamus. Verum nõ ita fe-
cerunt: sed prorsus a fine deflexerunt. Et quid nam fecerunt: subdit Paulus dicens.
• ¶ Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis 7
• hominis/ & volucrũ/ & quadrupedum/ & serpentũ. ¶ Magna profecto stultitia: trãsferre
gloriam & adorationis cultũ immortali deo debitũ/ in hominẽ mortalẽ. imo in minus
q in hominẽ (nam in simulacrũ hominis/ & in simulacra volucrum/ quadrupedum &
serpentũ) & dei nomen in illa transferre/ illaq; deũ appellare. Quod de Aegyptijs Ori-
genes i Celsum aperte denarrat. Apud inquit Aegyptios magnifica templa/ lucus/ pro-
pyleorũq; moles visuntur. delubra isuper admirãda tabernaculis obducta superbiori-
bus. vbi vero ad penetralia ipsa peruẽtum est: Crocodylũ/ canẽ/ Hyrcũ/ Simiam/ & hu-
iusmodi adorari conspiciũtur. vt & quidam sanctorum in notã eorum qui talia factita-
runt: hoc pacto scite cecinit.

Sunt qui quadriuijs breuioribus ire parati:
Vilia Niliacis venerantur holuscula in hortis.
Porrum & cæpe deos imponere nubibus ausi:
Alliaq; & Serapin cœli super astra locare.
Isis enim & Serapis/ & grandi Simia cauda
Et Crocodylus idem quod Iuno/ Lauerna/ Priapus.
Hos tu Nile colis: sed & hos tu Tibris adoras.

At qui hoc pacto deum dimittunt:nunquid æquũ est vt a deo dimittantur?vt proprijs
cõcupiscentijs inseruientes:ludibrijs dęmonũ quibus in huiusmodi figmẽtis derelicto
8 deo famulabãtur/dementarẽtur?propter hoc certe a deo derelinquũtur:vt & sic aperit
, Paulus. ℂPropter qđ & tradidit eos deus in desyderijs cordiũ eorũ in imũdiciam:vt
, ignominia afficiãt corpora sua in seipsis qui cõmutauerũt veritatẽ dei i mẽdaciũ/& ve
, nerati sunt/& coluerũt creaturã p̃termisso creatore/qui est benedictus in sęcula.Amen.
ℂQuid est & tradidit eos deus:nisi dimisit & pmisit eos deus?Et cũ deus sãctitas sit &
sũma puritas:quid restat nisi qui eũ dimittunt/impuri sint & imundi?& quanto magis
dimittunt:magis impuri & imundi sint & immũdiciam affectantes. quam quia natura
non prestat?est enĩ deus sanctus in omnibus operibus suis) eã in ijs quæ pręter natu-
rã sunt/maxime q̃runt. Et quia dæmones magis deũ dimiserũt/ideo imũdi magis & ma
gis immundiciã affectãtes/eã quidẽ maxime quam diximus esse pręter naturam. Non-
ne igitur qui deum deserunt/& similes dæmonibus sunt imundi erunt/& immũdiciam
9 eam amabunt quę præter naturam est?Profecto. Et hoc est certissimũ signum:ꝙ deum
, deseruerunt/& a deo derelicti sunt. Quod apertissime insinuat Paulus dicens. ℂPro-
, pter hoc tradidit eos deus in affectus ignominiæ. Nam & fœminæ eorum mutauerunt
, naturalẽ vsum:in eum qui est contra naturam. Similiter autem & mares dimittentes
, naturalẽ vsum fœminæ:exarserunt in cõcupiscentia sua in se inuicem/masculi in ma-
, sculos turpitudinem operantes/& mercedem erroris sui quam oportuit/in seipsis reci-
, pientes. ℂVide præcipitia & imundicias/in quas incidunt deum relinquentes:immo &
longe maiores quas scite apostolus reticuit.sciebat enim inter quos versabantur sancti
ad quos scribebat. Et quid est: ꝙ dæmon huius immundiciæ/dico quę pręter naturam
est præcipuus & autor & inuentor se succubum viris/& incubum fœminis interdum
miscet? Est ne id præter naturam? Et magis quidem q̃ si homo misceatur bruto. Et
propter admissionem incubi : temporibus nostris permisit deus omnes vnius claustri
virgines manifeste a dęmonibus torqueri. & id propter vnius delictum/cũ & ipse pro-
bę essent & illius sceleris prorsus ignarę:ostendens deus melius esse a dęmonibus tor-
queri/ q̃ peccato contra naturã consentire.ostendens pręterea de talibus arctissimam
& seuerissimam faciendam esse iustitiam:propter quos etiam insontes/tum cõmunita-
tes tum regiones puniuntur/aut etiam funditus euertuntur. propter hoc: terrę motus
vrbes diruunt/flãmę erumpunt omnia populantes/aut ignis de cœlo descendit/ fruges
terrę pereũt & pecora/& omnis labor colonorũ perit irrit9/ & post hęc aĩę suppliciũ su
beũt sempiternũ. O iudices vrbiũ vigilate/ne hoc inserpat malũ: maxime hoc tẽpore/
vbi tot & tanta monstra contingunt/quę portendũt nescio quid dirum/& vbi diabolus
videtur aliquid habere virium ad tã infandum & tam immane seminandum venenũ.
resecate dum nouum est:dum vires debiles sunt ad nocẽdum. Hydra est/Echidna est.
Hydram Hercules sustulit flãmis:ne creuisset in imensum. Videte si iustitiã non feceri-
tis:ne iustitia dei desuper/ vos perdat/quod in vniuersum perit/saluare nolẽtes.deum
habete ante conspectum:alioqui si non habueritis/fiet de vobis quod & de ijs factum
est qui dei prę se iugẽ memoriam habere noluerunt. Quid nam?Certe sicut dei obliti
10 sunt:ita deus oblitus est eorũ. Quod satis ex subsequẽtibus ijs verbis Pauli intellectui
, peruiũ est dicentis. ℂEt sicut non probauerunt/deum habere in notitia: tradidit eos
, deus in iprobam mentẽ faciendi quę non decẽt/repletos omni iniustitia/fornicatione/
, nequitia/auaritia/malignitate/plenos iuidia/ cęde/cõtẽtione/dolo/deprauata cõsuetu-
, dine / murmuratores/detractores/deo odibiles/ iniuriosos/ superbos/arrogãtes/ inuẽ-
, tores malorũ/parentibus rebelles/insipientes/incõpositos/sine dilectione/infidos/imi-
, sericordes.qui iustitiã dei cognoscentes/ ꝙ qui talia agunt digni sunt morte: non solũ
, hęc agunt/sed etiã consentiunt agentibus. ℂQuid est nõ probauerunt deũ habere in
notitia : nisi nõ tentauerũt/nõ studuerunt dei retinere notitiã/& deũ i oĩbus suis agẽ-
dis:habere p̃sentẽ?Ideo quasi ex opposito/eorũ oblitus deus/dimisit eis mentẽ iprobã/
id ẽ nichil recte tẽrantẽ/nichil experientẽ qđ bonũ sit. cũ id experiri noluissent: qđ sũ-
me erat eis bonũ. ergo ex opposito/qui i oĩbus suis agẽdis studẽt dei retinere notitiã/
ipsãq; sẽper prę oculis habere/ faciũt q̃ decent/iustitia pleni sunt/ fornicationẽ fugiunt
& omnẽ nęquitiã/ mũdi & boni/liberales sunt/ beniuoli/ amici insontes / pacifici/sim-
plices/bonorũ morũ/parentes/nemini detrahẽtes/pij deoq; amabiles/iusti/humiles/
nõ ambitiosi/bona procurantes/parẽtibus obsequentes/sapientes/modesti/dilectionẽ
habentes/fidi/misericordes/deũ bonorũ retributorem/& malorũ vindicem agnoscen-
tes/ac bonis & non malis acquiescentes. Signum igitur est ꝙ quis a deo non est sibi
derelictus: cũ in omnibus agendis suis memoria dei occurrit/& omnia sua agit veluti

ſpectatore deo/ qui re vera/ omnia videt & nichil eū latere poteſt. qui per miſericordiā ſuam nos nō deſerat/ nos nobiſipſis nō derelinquat: ſed dirigat in omnibus agendis. A vt ipſum ſolum glorificemus: & (vt par eſt) gratias ſemper agamus. Nunc autem ad literæ veniamus examinationem

1 ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. In ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundū carnē. qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum IHESV CHRISTI domini noſtri. ¶ Qui factus eſt ei: in Paulo ei non habetur. Et deſtinatus/ nō prędeſtinatus: potius eſt legēdū. Quod & notat interpres cōmentariorum Origenis in hanc epiſtolam. quis enim (inquit) in latinis codicibus & exemplaribus prędeſtinatus ſoleat inueniri: tamen quod interpretationis veritas habet/ deſtinatus ſcribendum eſt nō prędeſtinatus. Deſtinatur enim ille qui eſt: prędeſtinatur vero ille qui nōdum eſt. Et ſubiūgit prędeſtinari poſſunt illi qui nōdum ſūt. Ille autē qui eſt & ſemper eſt: nō p̄deſtinatur ſed deſtinatur. Hæc ille. quē credūt fuiſſe Hieronymū. Ex quo/ & innūeris alijs patet hāc æditionē nō eſſe Hieronymi ſed multo vetuſtiorem. Quod vetus interpres dicit in virtute: in poteſtate ſiue potētia dicere poſſumus. id enī vocabulū Pauli deſignat. Particula ſecundum ſpiritū ſanctificationis: rectius dici poteſt per ſpiritū ſāctitatis. idem enim vocabulum quod vetus iterpres ſāctificationis vertit: pſalmo 29 & pſalmo 144 ſanctitatis vertitur. & id quidem accōmode. At vero id ſpiritum ſāctum/ ſpiritum ſanctitatis/ ſpiritum ſanctificationis: idem volunt. Et quia hæc particula ex reſurrectione mortuorum/ interdum ſignificat ex reſurrectione eorum qui mortui ſunt (vt id ad Corinthios: ſtella a ſtella differt in claritate/ ſic & reſurrectio mortuorum) interdum vero ſignificat ex reſurrectione a mortuis/ qua in ſignificatione hic vtitur Paulus/ idem volens quod & eccleſiæ columen Petrus apoſtolus cum inquit benedictus deus & pater domini noſtri Iheſu Chriſti/ qui ſecūdum miſericordiam ſuā magnā regenerauit nos in ſpem viuam/ per reſurrectiōem Iheſu Chriſti ex mortuis: iccirco ne homonymia quēq̄ falleret/ exiſtimauimus ſatius eſſe ponēdum ex reſurrectione a mortuis. quod neq; homonymū/ neq; ambiguū eſt & quem ſenſum prætēdebat apoſtolus. Satius etiam eſt ablatiuo caſu dicere facto/ deſtinato/ ſiue definito filio dei Iheſu Chriſto domino noſtro. Nā & hac in intelligētia apud Paulum habetur. Et hæc omnia: ad id quod dixerat/ de filio ſuo/ referuntur. vt ita legamus. in ſcripturis ſanctis de filio ſuo facto ex ſemine Dauid ſecundum carnem/ definito filio dei in poteſtate per ſpiritum ſāctitatis: ex reſurrectiōe a mortuis Iheſu Chriſto domino noſtro. Nam cum vetus interpres caſum mutauit & dixit qui prędeſtinatus eſt ſecūdū ſpiritū ſanctificationis ex reſurrectiōe mortuorum Iheſu Chriſti domini noſtri: & ſententiam mutauit/ & minus aptū ſermonem fecit. debuiſſetq; ſubſequenter reliquos obliquos in rectos mutaſſe aut omnes in ablatiuo expreſſiſſe. Paulus. ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ, ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ¶ Vulgata æditio. Per quē accepimus gratiā & apoſtolatū ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. ¶ In Paulo habetur ad obediētiam fidei. & particula pro nomine eius refertur ad apoſtolatum. Ideo latina locutio intelligibilior: ſi illi continuo iūgatur/ euitando hyperbatū. ſenſus enim eſt per quem accepimus apoſtolatū pro nomine eius/ id eſt ipſius loco & nomine eiꝰ. eſtq; idē ſēſus ei quod dicit ad Corinthios pro Chriſto legatione fūgimur. Paulus δι᾽ οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, εἰς ὑπακοὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Et id aduertendum eſt: Paulum frequētibus vti ſolitum hyperbatis. quæ ſi interpretando obſeruentur: latinum ſermonem perturbant/ reddūtq; obſcuriorem ac minus intelligibilem. Quapropter vbi in ijs epiſtolis occurrerint: paululū verborū ordinem īmutabimus ad euitandam iuxta latinorum loquendi conſuetudinem hanc locutionis figurā. Quam ſi cōmode vitare non poterimus: interdum pręcedentis particulę vocabulū ad quod ſequens reuocatur particula/ reſumemus. ¶ Vulgata æditio. Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei/ vocatis ſāctis. ¶ Dicēdum potius omnibus qui eſtis Romæ. tum quia Paulus ad Romanos loquitur/ tum ex proxime pręcedente particula in quibus eſtis & vos vocati Iheſu Chriſti/ & proxime ſequēti gratia vobis. Sed cum Paulus per participium loquatur ac ſi dicamus omnibus exiſtentibus Romæ: vetus interpres participium per tertiam perſonam reſoluit/ quod debuit per ſecundam. & barbariſmum fecit: quem nunq̄ feciſſet Hieronymus/ ſi epiſtolam vertiſſet. Paulus. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. Vbi etiā aduerte:

vbi Paulus tā ſæpe reſumit vocatus/vocati/vocatis/nomē eſſe κλητὸς (vt & iā pręta
ctū eſt) nō participiū/deſignatq; id vocabulū accitos/accerſitos/atq; inuitatos. ℂ Vul
gata æditio. Gr̃a vobis & pax a deo patre & dño noſtro IHESV CHRISTO. ℂ Legē-
dum ex Paulo a deo patre noſtro & domino Iheſu Chriſto. Paulus. χάρις ὑμῖν καὶ
εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ὑμῶν κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. At hic addubitāt: an poti9
dicēdum a deo patre noſtro & domino Iheſu Chriſto/ an & domini Iheſu Chriſti. per-
inde ac diceremus: gratia vobis & pax a deo patre noſtro & patre dñi Iheſu Chriſti.
Verum Chriſti nomē ad bonæ imprecationis ſubintellectum verbum & præpoſitionē
eſſe hic referendum nō ad patrem/& dicēdum eſſe & domino Iheſu Chriſto: intelligere
debuerunt ex epiſtola prima ad Timotheum. vbi dicitur gratia & miſericordia & pax
a deo patre & Chriſto Iheſu domino noſtro. & ex epiſtola ad Titū. gratia & pax a deo
patre & Chriſto Iheſu ſaluatore noſtro. ℂ Vulgata æditio. Teſtis enim michi eſt deus: A
cui ſeruio in ſpiritu meo. ℂ Potius quē colo in ſpiritu meo. Paulus. μάρτυς γάρ μου 2
ἐστὶν ὁ θεὸς ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου. Vnde latreuo & latria potius colo
& cultus ſiue cultura interpretātur. & in ſacris literis ferme ſoli deo tribuūtur: vt apud
Lucam. Adorabis dominū deum tuum: & illi ſoli ſeruies. vbi habetur idem verbum
λατρεύσεις. Quod ſi nō peculiarem deo/ſed cōmunem ſeruitutem ſignificaret: nō di
ceret & illi ſoli ſeruies. quod perinde eſt: & illum ſolum coles. Quoties igitur Paulus
his vocabulis latreuo & latria vtitur quæ deo peculiaria eſſe debent: latine ponemus
colo/cultus aut cultura/ne ſeruitus quædam cōmunis intelligatur. cōmunis dico & ad
deum & ad homines: quæ in ſacris literis his vocabulis δουλεύω & δοῦλος, id eſt
duleuo & dulos ſignificatur. Hæc enim de deo & de hominibus dicuntur. de deo Ser-
uite dño in timore δουλεύσατε. Eteni ſeruus tuus cuſtodit ea ὁ δοῦλος. & Pau-
lus ifra. qui enim ſeruit Chriſto: placet deo. ὁ δουλεύων. Paulus ſeruus Iheſu Chri-
ſti. δοῦλος. De hominibus vero ad Timotheum. qui autem fideles habent dominos
non contēnant quia fratres ſunt/ſed magis ſeruiant. δουλευέτωσαν. Serui obedite
dominis carnalibus. οἱ δοῦλοι. Sic enim etiam interpretādo λατρεύω & λάτρεια
colo & cultus/& δουλεύω & δοῦλος ſeruio & ſeru9: euitatur equiuocationis phā-
taſia/ quæ in græco nulla eſt. Sed hæc vetus interpres plerūq; confundit: ex vno vo-
cabulo apud Paulū/ multa faciens apud latinos/ & ex multis Pauli vnicū latinis red-
dens. attamen multa multis & vnū vni/quoad fieri poteſt reddere ſtudere debuit. Non
tamen culpandi ſtudio aut carpendi id dictum putari velim. Arbitror enim veterē in-
terpretem ſanctum quendam virum in eccleſia fuiſſe/aut forte Chriſti martyrem: cuius
authoritas tantum potuit/ vt ne Hieronymum quidem aut alium quēq̄ illi præpoſuerit
eccleſia. ℂ Vulgata æditio. Obſecrans ſi quomodo tandem aliquando proſperum iter
habeam. ℂ In Paulo non proſperum iter habetur: ſed potius proſperabor aut proſpere
cędet/ vel ſi mauis conſuetudine latina ad ſubiūctiuū reducere/ proſperet/aut proſpere
cędat. ſic enī εὐοδῶ εὐοδῶμαι interpretari ſolent. Paulus. δεόμενος εἴπως ἤδη
ποτὲ εὐοδωθήσομαι ℂ Vulgata æditio. Vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritua- B
lis ad cōfirmādos vos/ id eſt ſimul cōſolari in vobis. ℂ Potius ex Paulo legēdū vt ali- 2
qd impartiar vobis donū ſpirituale. Et ratio latinę locutionis potius exigit dicendū/
id eſt ad ſimul cōſolādū in vobis/ reſoluēdo infinitiuū cōſolari in gerūdiuū/ quatenus
videat apte id exponere particulā ad cōfirmādos vos. & cū dicit ad ſimul conſolādū
in vobis pinde ē ac ſi dicamus vt ſimul cōſoler vobiſcū. ſed hoc vltimū: magis latinis
cōſuetū. proinde hac expoſitione vſi ſumus. Paulus. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν
πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι ἐν
ὑμῖν. ℂ Vulgata æditio. Sæpe ꝓpoſui venire ad vos/ſed prohibitus ſum vſq; modo: B
vt aliquem fructum habeam in vobis. ℂ Hic hyperbaton eſt. & particula vt aliquem 3
fructum habeam in vobis: referri debet in priorem particulam propoſui venire ad
vos. ad quod intelligēdū in itelligētia gręca illius prioris particulæ vltima verba re-
ſūpſi. vbi autē non reſumūt: poteſt particula & prohibitus ſum vſq; modo/ legi per pa
renthesin. πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ
δεῦρο, ἵνα τινὰ καρπὸν ἔχω. ℂ Vulgata æditio. Ita ꝙ & in me prōptum eſt: & vo-
bis qui Romæ eſtis euangelizare. ℂ Qd vetus interpres per concretū vertit prōptū eſt:
vertimus per abſtractum. ꝙ græci vt & Paulus frequenter concretis ſubſtantiuis neu-
tris/vtantur: loco quorum accōmodatius latini abſtractis vti ſolēt. vt ſequenti capite.
ignorās quoniam benignitas dei ad pœnitētiam te adducit: vbi τὸ χρηστὸν cocre-
tum eſt ſubſtantiuū neutrum/ac ſi dicas benignum/& pleriſq; alijs in locis. ſic hoc loco
τὸ πρόθυμον concretum ſubſtantiuū eſt atq; neutrum/quod in abſtractum iuxta lati-

norum consuetudinem cõuersum/ arbitratus sum clariorem facere intelligentiã. quod
& in sequentibus obseruabitur: cum mens Pauli hac loquẽdi forma existimabitur La-
tinis restitui lucidior. Paulus. οὕτως τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν ῥώμῃ
B εὐαγγελίσασθαι. ¶ Vulgata aeditio. Non eñ erubesco euãgeliũ. ¶ De Christi. Pau
4 lus. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata aeditio. Virtus
enim dei est. ¶ Maluimus dicere potestas q̃ virtus, cũ hic habeatur δύναμις: ne vide-
atur hic virtus id significare/ quod apud graecos dicitur ἀρετὴ. est enim euangelium
quaedam diuina potentia ad saluandum omnem credẽtem. Paulus. δύναμις γὰρ θε-
οῦ ἐστίν. ¶ Vulgata aeditio. Iudaeo primum et graeco. ¶ Malui hic dicere & gentili.
Nam ἕλληνα absolute dictum apte interpretari gentilem author est Sacer Hiero-
nymus/ in secundo cõmentariorum epistolae ad Galatas: vbi id exponit. quicũq; enim
in Christo baptizati estis: Christũ induistis. non est iudaeus neq; graecus. pro graeco in-
quit gentilem accipere debemus. quia ἕλλην & graecum & ethnicũ id est gentilem
vtrũq; significat. Sed & vetus interpres vbi ad Galatas legimus: sed neq; Titus qui
mecum erat cum esset gentilis cõpulsus est circuncidi. & ad Colossenses. Nõ est mascu-
lus & foemina gentilis & Iudaeus: vtrobiq; ἕλλην/ quem hic graecum dixit/ interpreta-
tus est gentilem. Dico absolute dictum. Nam ex adiectione: interdum speciale cogno-
scitur. vt cum prius dictum est graecis ac barbaris. ex hac adiectione ac barbaris voca-
bulo ἕλλην vt speciali nomine vsus est pro gente graeca: quae ob studium sapientiae/
& ob elegantiores mores/ a nationibus barbaris & ineruditis distincta fuit. Paulus.
ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλληνι. ¶ Vetus aeditio. Iustus autẽ ex fide viuit. ¶ Legen-
B dũ est viuet. Paulus. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ¶ Vulgata aeditio. Qui veri
5 tatẽ dei in iniustitia detinẽt. Dei in Paulo nõ habetur/ etsi intelligentiae non praeiudicet.
Paulus. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. ¶ Vulgata aeditio. Quia qd no
tũ est dei: manifestũ est in illis. deus enĩ eis manifestauit. ¶ Qd notũ est: concretũ neu-
trum est. quod (vt dictũ) intelligibilius et locutioni Romanae accommodatius per ab-
stractum vertitur. quod & nos quoq; fecimus. Notitia enim dei: respicit id quod prius
veritatem dixerat. & posterior particula: priorem declarat. Et quod cũ praepositione di-
ctum est in illis: vsus latinorum habet/ magis sine praepositione dici. Verum & quod
apud Paulum idem sit manifestum est illis/ & manifestum est in illis: innuit per sequẽ-
tem particulam vbi sine praepositione sic loquitur. deus illis manifestauit. Paulus. διό-
τι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσεν.
¶ Vulgata aeditio. Inuisibilia enim ipsius: a creatura mundi/ per ea quae facta sunt/
C intellecta conspiciuntur. ¶ Creatura mundi: conditionem/ fabricã/ mundanãq; opificij
5 ornatũ (authore Athanasio) hic significat. & quod vetus interpres dicit: per ea quae fa-
cta sunt/ dicendũ potius vno vocabulo operibus. Paulus. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ
κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. ¶ Vulgata aeditio. Sẽpiter
na quoq; eius virtus & diuinitas. Paulus. ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης:
hoc est. sempiternaq; eius potestas & diuinitas. & hic loquẽdi modus apud Paulum solet
esse expositiuus. exponit enim id inuisibilia dei. Et satius fuisset hoc pacto interpretari.
Nam cõiunctio/ q;: potius expositionem dicit q̃ quoq;. verum ne id ambigeretur: parti-
culam expositionis expressimus. ¶ Vulgata aeditio. Dicentes enim se esse sapientes: stul
C ti facti sunt. ¶ Eni & se in Paulo desunt. Et stulti facti sunt vno verbo dici potest: infa-
6 tuati sunt. Paulus. φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν. ac si diceremus dicentes
q; essent sapientes infatuati sunt. verum qui per infinitiuum exponunt: se adiectum cla-
riorem facit intelligentiam. Sed id ferme notatu indignum. ¶ Vulgata aeditio. In de-
syderia cordis eorum. ¶ Dicendum cordiũ eorum. Paulus. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν
καρδιῶν αὐτῶν. Sed & id perexiguum. ¶ Vulgata aeditio. Quia cõmutauerunt ve-
ritatem dei in mendaciũ. ¶ Dicendum qui non quia. Paulus. οἵτινες μετήλλαξαν
τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει. ¶ Vetus aeditio. Et coluerunt & seruierunt
creaturae potiusq; creatori. ¶ Magis dicendum & venerati sunt & coluerunt creaturam
pretermisso creatore. Paulus. ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν
κτίσαντα. id est & venerati sunt & coluerũt creaturã praeter eum qui creauit. σέβομαι
enĩ venerari/ & λατρεύω colere significat. & quid praeter eum qui creauit: nisi prae-
D termisso creatore? ¶ Vulgata aeditio. Tradidit illos deus in reprobũ sensum. ¶ Potius
10 in reprobam mentem/ siue improbam. Paulus. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδό-
κιμον νοῦν. & illud tradere: est deserere/ & permittere. Et vbicunq; Paulus vtitur hoc
nomine νοῦς: ponemus mentem/ non sensum. ne videatur Paulus αἴσθησιν habere:
quod vocabulũ proprie sensum significat/ illud vero proprie mentẽ. ¶ Vulgata aeditio.

Vt faciant quæ nõ conueniunt: repletos omni iniquitate/malicia fornicatione. ¶ Cum
vetus interpres mutaret infinitiuum facere in subiunctiuũ vt faciant: consequens erat
vt accusatiuos sequẽtes repletos/plenos/odibiles/ & reliquos mutasset in rectos ad re-
cte locutionis normam, iccirco æquius nobis visum est: vt infinitiuum mutaremus in
gerundium faciendi quod a natura infinitiui non desciscit/ aptiore loquẽdi seruata for-
ma. & in Paulo maliciæ nomen sequitur fornicationis nomen. Paulus. ποεῖν τὰ μὴ
κατήκοντα, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ. ¶ Vulgata æditio.
Qui cum iustitiam dei cognouissent: non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni
sunt morte/ non solum qui ea faciunt/ sed qui consentiunt facientibus. ¶ Hic vetus in-
terpres sententiam Pauli mutauit. & quod Paulus affirmat: ille quodam modo negat.
Nam Paulus habet qui iustitiam dei cognoscentes ꝙ qui talia agunt digni sunt mor-
te: non solum hæc faciunt/ sed & consentiunt agentibus. videre igitur promptũ est hãc
negationem non intellexerunt: in vulgata æditione adiectitiã. Nam Paulus in priori
illa particula: nichil negat/ sed affirmat. Sed quo modo iustitiam dei cognoscentes: nõ
intellexerunt ꝙ qui talia agunt digni sunt morte? pugnat profecto iustitiã dei cogno-
scere: & hoc ipsum non intelligere. quid enim iustitiam dei cognoscere: nisi legem dei
talia vetantem aut scriptam/ aut cordibus nostris insculptam intelligere? Et in hac par-
ticula non solum qui ea faciunt/ sed qui consentiunt facientibus: pronomen indefinitũ
qui/ bis superfluũ ẽ. Indefinit enim vetus interpres: quod Paulus definit. id est dicit in-
definite: quod Paulus definite. At quis hæc Hieronymo tribuat? Quare hæc tota litera
triplici obelo est confodienda. Paulus. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες ὅτι
οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλ-
λὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. At nunc ad reliqua transeamus. Cap. II.

SVnt qui iustitiam dei agnoscentes/ ꝙ qui indecentia quę supra nomi-
nata sunt agũt/ digni sũt morte: & nichilominus ea agũt & cõsentiũt
agẽtibus. & ipsi sũt iexcusabiles. Sed dices. Si qui ea agũt/ attamẽ nõ
cõsentiũt agẽtibus sed iudicãt/ accusãt & rephendũt: nũquid ij excu-
sabiles erũt? Minime. Sed in quo alios iudicãt dignos morte: se ipsos
11 simili ratione cõdẽnãt similis supplicij reos/ vt q eadẽ & similia agãt
ijs quos iudicãt. De qbus dicit Paulus. ¶ Propter qd inexcusabilis es
O homo: qcũqȝ es q iudicas. in quo eñi iudicas aliũ: te ipsũ cõdẽnas.
eadẽ eñi agis qui iudicas. ¶ Hic eñi ratio a simili cõuincit eos esse inexcusabiles. Sed
& syllogismo colligere eos inexcusabiles esse: nõ est difficile. Nã scimus in oẽs qui talia
agunt verũ dei iudiciũ esse/ iustãqȝ mortis condẽnationem. ipsi autẽ talia agunt. iuste
itaqȝ condemnantur in mortem. non igitur excusabiles. Quod & ex Paulo intelligis id
12 subiungente. ¶ Scimus autem ꝙ iudicium dei est secundum veritatem in eos/ qui talia
agunt. putas vero hoc O homo qui iudicas eos qui talia agunt/ & eadem agis: ꝙ tu ef-
fugies iudiciũ dei? ¶ Recte subauditur & colligitur non effugies. Sed forte dices. Deus
tolerat & non me punit. At ex hoc non sequitur: ergo effugies. verum potius ꝙ ex hoc
grauius punieris: nisi resipiscas. Nam ꝙ deus tolerat/ ꝙ te non punit/ sed punitionem
differt & expectat: signum est ineffabilis benignitatis eius/ quæ te perdere non vult sed
saluare/ & ad pœnitentiam adducere. tu vero diuitias benignitatis dei contẽnis. nescis
enim (quod & ipsa confitetur gentilitas) ꝙ lento gradu ad vindictam diuina procedit
ira: sed vindictæ tarditatẽ/ supplicij grauitate compensat. Qz si gentilem floccipendis:
13 audi saltem dei apostolum dicentem. ¶ An diuitias benignitatis eius/ & tolerantie/ &
longanimitatis contẽnis: ignorans ꝙ benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? se-
cundũ duritiam tuam & impœnitens cor: thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ & reue-
lationis/ & iusti iudicij dei. qui reddet vnicuiqȝ secũdum opera eius. ijs quidem qui per
patientiam boni operis quęrunt vitam æternam: gloriam/ & honorem/ & incorruptibi-
litatem. illis vero qui ex contẽtione sunt/ & qui sunt increduli veritati/ creduli autem
iniustitię: furor erit & ira. pressura erit & angustia super omnem animam hominis ope-
rantis malum/ Iudæi primum & gentilis. gloria autem & honor & pax omni operanti
bonum/ Iudæo primũ & gentili. non est enim personarum respectus apud deũ. ¶ Dies
iræ & reuelationis & iusti iudicij dei: est dies iudicij/ in qua omnes astabunt tribunali
Christi. de qua Sophonias propheta. Dies iræ dies illa/ dies tribulationis & angustiæ/
dies calamitatis & miseriæ/ dies tenebrarum & caliginis/ dies nebulæ & turbinis/ dies
tubæ & clangoris super ciuitates munitas/ & super angelos excelsos. Ecce dies iræ. Sed
eadem dicitur dies reuelationis. quia omnia nuda & aperta erunt. iudicium (inquit
Daniel) sedit/ & libri aperti sunt. Eadem dicitur dies iusti iudicij dei. Nam & propheta

clamat. Iustus es domine: & rectum iudicium tuum. tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua.
Et quæ reddit vnicuiq; siue bono siue malo: expressit Paulus. Nam boni erit gloria/ ho-
nor & īmortalitas & pacis indeficiens securitas: mali vero ex opposito/ erit confusio/
ignominia/ mors æterna/ & indeficiens flagellum. Et magna boni operandi/ & mali fu-
giendi debet nobis esse auiditas: cum quicunq; bonum operantur/ siue legem habeant/
14 siue non: mercede sui operis nō careāt apud deum. & cōtra/ si malū operantur: omnes
» exitium inueniant/ interitumq; sempiternū. Quod subdit Paulus dicens. ¶ Quicunq;
» enim sine lege peccauerunt: sine lege & peribunt. & quicunq; cum lege peccauerunt:
» per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores
» legis iustificabūtur. ¶ De lege scripta: hęc intellige. Sed quomodo qui legē nō habēt:
factores legis erunt? Ex eo sane: q quicunq; rationis vsus sunt capaces/ inscriptam ha-
bent in cordibus suis legem naturæ. Quid enim aliud est scripta lex/ decalogum præ-
ceptorum continens: nisi legis naturæ expressio? Quod ex iis quæ subdit Paulus etiam
facile intelliges. Verum id prius attendamus/ q cum dicit Paulus. non enim auditores
legis iusti sunt apud deum/ sed factores legis iustificabuntur: non intelligendum quēq̄
ex operibus iustificari posse. neq; enim dicit Paulus factores legis iustificātur/ sed iusti-
ficabuntur. nō enim opera iustificant quēq̄: sed opera si bona sunt/ pręparant ad dei iu-
stificationē suscipiendam. vt enī a sole illuminatio: sic a deo iustificatio/ glorificatio/
immortalitas/ & Christiformitas. Et vt reuelatio pupillę non est solis illuminatio/ sed
solum quædam præparatio ad illuminationem/ & ad quandam oculi soliformitatem:
ita bonorum operatio non est iustificatio/ sed pręparatio ad diuinam iustificationem
& diuiniformitatem. Et quemadmodum si quis non reuelat pupillam/ a sole nō illumi-
natur: hūc in modum si quis bona non operatur/ a deo nō iustificabitur. non q hic iu-
stificationis defectus a deo pendeat: sed a nobis/ cum aduersis tum impręparatis ad di-
uinam iustificationē suscipiendam. Si quis enim sponte a sole se auertit & oculos clau-
dit ne solis illuminationem spectet: hic illuminationis defectus non a sole/ sed ab eo
qui se auertit/ & reddidit incapacem procedit. quid enim sol aliud vult q̄ illuminare?
Et deus quid nam aliud q̄ iustificare: cum ipse nulla proportione magis iustus sit/ q̄ sol
lucidus? est enim ipsa per se iustitia. Verū & operum iustitia est/ & qui adimplet ea quæ
deus mandat/ iustus est: sed hæc iustitia (vt & ea de qua loquūtur philosophi) non est
nisi quædam eius (de qua loquitur Paulus) diuinæ iustitiæ perexilis vmbra. Et ex op-
posito etiam opera mala nullos faciūt extreme miseros: sed præparant ad extremam
exteriorū tenebrarū miseriā. vbi est stridor dētiū/ horror/ luctus/ horrendę demonū lar-
uæ ac deformitas/ & flammarum depastio. tum enim primum nouit diues ille quæ ex-
trema esset miseria: cum clamabat/ Pater Abraham miserere mei/ & mitte Lazarum
15 vt intingat extremū digiti sui ī aquā/ vt refrigeret linguam meam. quia crucior in hac
» flamma. Sed nunc ad Paulum. Subdit enim Paulus. ¶ Cum enim gentes quæ legem
» non habent/ natura ea quæ legis sunt faciāt: ipsæ legem nō habentes sibiipsis sunt lex.
» quæ ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis/ testimonium reddente cōscien-
» tia earum/ & cogitationibus inter se/ inuicem accusantibus aut etiam defendētibus/ in
» diem dum iudicabit deus occulta hominū/ secundum euāgelium meū per IHESVM
» CHRISTVM. ¶ Ecce quomodo quibus lex tradita nō est: ex mentis rectitudine opus
legis scriptum habent in cordibus suis. quod & ex testimonio conscientię cognoscitur/
& ex tacitis cogitationibus se inter se aut accusantibus aut defendētibus/ & id quidem
vsq; ad diem iudicii. accusantibus quidem si malum aliquod perpetratur: vt si parētes
inhonorātur/ si cōmissum adulterium/ si homicidium/ si falsum testimoniū/ testāte pro-
pria conscientia id esse malum. defendentibus etiam si perpetratum est bonum: vt sub-
uentio parentū & vicinorū/ & abstinētia a te qualibet aliena. In defensione: securitas ē
& letitia. ī accusatione: īsecuritas & tristitia. Ergo vt sēper securi & lęti simus: sēper agē-
dū bonū. Sed inquiet fortasse quispiā. Paulus inquit/ gloria autē & honor & pax omni
operāti bonum/ Iudæo primū & græco id est gētili. Et rursus. Cū enī gentes q legē nō
habent naturaliter ea quæ legis sunt faciant: ipsę legem nō habentes sibiipsis sunt lex.
quæ ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et cum omni genti ex ipsa cōdi-
tione mundi/ ipso ornatu/ & magnidecentia/ & diuina potestas/ & diuinitas conspecta
sit: putādum ne igitur est/ his etiam temporibus aliquos absq; tradita lege/ saluari pos-
se? Et si secreta dei iudicia/ soli deo sint relinquēda: respondeat tamen forsitan quispiā.
Si putamus quasdam ignoti orbis regiones ad quas nōdum euāgelium perlatum sit/
nōdum auditum/ vbi habitatores naturali lege deum diligant/ ex operum magnificē-
tia iam cognitum/ & proximos vt suos cōsimiles/ parentes officiose colant/ iniustitias

quas sibi fieri nolint ad alios vitent/& cætera quæ lex diuina (excepto cerimoniarum
ritu) mandat/faciant.ꝙ si euentu aliquo naturæ sancita trãsgrediuntur pœniteant/sus-
pirentq; ad eum quem parentem orbis & tanti ornatus & prouidentiæ credunt autho-
rem/naturaliq; instinctu veniam precẽtur: tales inquam credere saluãdos fore/neq; di-
uina pietate (cuius misericordia plena est terra) indignum/neq; apostolicæ sententiæ
aduersum. Verum cæteris existentibus paribus: gloriam saluandorum qui legem acce-
perũt/& circa quos diuini ritus rite peracti sunt/lõge fore eminentiorem: quemadmo-
dum gloria solis cæteris eminẽtior est astris. Cui si dixeris. Sine fide impossibile est pla
cere deo. Respondebit: eos fidem habuisse. vt qui ex operibus agnitum: deum glorifica-
uerunt. Si rursus adieceris: scriptũ esse. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit.
qui vero nõ crediderit: cõdemnabitur. Fatebitur. sed etiam scriptum esse. Euntes in mũ
dum vniuersum: prędicate euangelium omni creaturæ. & cõtinuo subiũctum esse quod
adductũ est. ergo primo eundũ est/primo prædicãdum est euangelium: & tũc vbi audi-
tum est/vbi prædicatum/proculdubio qui nõ crediderit cõdemnabitur. atqui in princi-
pio huius quæstionis suppositum erat: nondum ad eos quẽq̃ iuisse/nondum quẽq̃ prę-
dicasse. Verũ & forsitan addet. Si etiã in orbe ignoto/iam a multis sęculis iudaica sab-
bata & antiquas iustificationes quipiam obseruarent/neq; angelo/neq; propheta neq;
apostolo aliquo deus eis Mesian iam venisse significasset/ac veteris legis figuras ex ve
ritatis præsentia vt & tenebras ex præsentia lucis finem accepisse: ipsos adhuc iudaizã-
do/pietatis suæ fructu non priuãdos. Qz si adijcias. Ergo Tartari forsan hoc tempore
in lege naturæ saluantur. Protinus inficias ibit/Nam auditum euãgelium/& visa euã-
gelica signa respuerunt. Nõ autem sic esse oportuerit de orbe hactenus incognito: sed
in dies id oraculum in omnem terram exiuit sonus eorum/& i fines orbis terræ verba
eorum adimpleri secundum tempora visitationis/omnisciæ diuinæ dispensationis/quæ
nouit quod tempus cuiq; idoneũ. hinc temporibus his incognitas orbis plagas disco-
peruisse: vt Christus dominus rex omniũ sæculorum vbiq; annũcietur. Quapropter ro-
gare debemus omnes: vt i has nouas messes mittat apostolos/quibus & det vera apo-
stolatus signa facere. & nullus ex seipso hunc sibi arroget honorẽ: iuxta Christi domini
verbum inquientis. messis quidem multa est: operarij vero pauci. rogate ergo dominũ
messis: vt mittat operarios in messem suam. Et beati quos tãto dignabitur honore. cu-
ius laudes & Europa/& Asia/& Africa & õnes incognitæ terræ regiones iugiter decã-
tent: & decantãtes suam nobiscum consequãtur salutem. & nos & ipsi in virum mute-
mur spiritualẽ: qui nullis inuidet fœlicitatẽ. Sed nũquid qui mala faciẽtibus nõ cõsen-
tiũt sed reph̃ẽdũt/& nõ solũ reprẽhẽdũt sed & illuminati docẽt bona facere/mala tamẽ
16 faciũt: nũquid inquã excusabũtur/quales iudæi fuerũt: legis intelligẽtiã habẽtes. Ne-
quaq̃. ideo subiũgit Paulus. ¶Vide/tu iudęus nominaris & requiescis in lege/& glori-
aris in deo/& cognoscis voluntatẽ/& probas vtiliora instructus in lege/ cõfidis teipsũ
esse ducẽ cæcorũ/lumen eorũ qui in tenebris sunt/ eruditorem insipientiũ/magistrum
paruulorum/habentem formã agnitionis & veritatis in lege. Igitur qui doces aliũ: te
ipsum non doces/qui prędicas nõ furandum: furaris/qui dicis nõ mechãdum: mecha-
ris/qui detestaris idola: sacrilegium facis/qui in lege gloriaris: per transgressionẽ legis
deum inhonoras/nomen eni dei propter vos blasphematur in gẽtibus/sicut scriptũ est.
¶Oraculum quod hic citat Paulus: in Esaia scriptum est/vbi de populo iudaico ait.
Dominatores eius inique agunt dicit dominus: & iugiter tota die nomen meum blas-
phematur. Sed nũquid qui nunc euangelij intelligentiam habent/& lõge melius om-
nia q̃ iudæi sibi arrogare possunt: alios docentes/scelerate tamen viuẽtes/excusabũtur/
At quomodo/Nomen enim dei malo eorum exemplo magis blasphematur/magis vi-
lipenditur: q̃ olim exemplo iudæorum. videant igitur ne cum alijs lumen se esse confi-
dunt: sibiipsis tenebræ sint. Sed baptisma susceperunt: & in hoc gloriãtur. Verum tam
parum proderit eis baptisma male quidem viuentibus: q̃ parum circuncisio iudæis le-
17 gem transgredientibus. hæc his signum erat fidei & iustitiæ Abrahę: illud vero illis si-
gnum fidei & iustificationis Christi. Ideo de iudæo subdit Paulus. ¶Circuncisio quidẽ
prodest si legem obserues. si autem p̃uaricator legis sis: circũcisio tua prępputiũ facta est.
¶Præputium: est incircuncisio. Et per legem in hoc toto capite: præcepta legis intelli-
ge/quæ numero censentur denario/& non rituales cerimonias legis. sic & in euãgelio/
legis nomẽ audire debemus. Nam & cum legisperitus iterrogaret dominum: magister
quid faciendo vitam æternam possidebo/dixit ad eum dominus. In lege quid scriptum
est/quomodo legis/Ille respõdens dixit. Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo/
& ex tota anima tua/& ex omnibus viribus tuis/& ex omni mente tua/& proximũ tuũ

sicut teipsum. Ecce quomodo audito nomine legis: statim decalogi præcepta intellexit/
quæ & adduxit & subintulit dominus. Recte respondisti. fac hoc & viues. Sed forsitan
quæres/ quomodo circũcisio iudæo prodest si legem obseruet: cum Paulus alibi dicat/
si circũcidimini Christus nichil vobis proderit/ Gẽtili profecto non solum nõ prodest:
sed & noxia & prohibita est. & Galatas (qui gẽtes erant) prohibet Paulus cum inter-
minatione circuncidi. At neq; noxia neq; prohibita erat iudæis: quam etiam iuxta per-
missionem apostolorum in præsentem diem seruare potuissent in signum dũtaxat. in si-
gnum dico generis & fidei: q; descendisset de stirpe & fide Abrahæ/ & q; de sua gẽte se-
cundum carnem desyderatus cunctis gentibus descẽdisset Christus dominus. Et Chri-
stum quidem confitentibus & præcepta eius seruantibus: non modo illis non nocuisset
circũcisio/ sed etiam profuisset/ cum ad gloriam tum ad arctius euangelicæ vitæ obser-
uandæ incitamentum. vt qui signum haberent ĩ carne: q; ex eis/ id est ex sanctis patri-
bus eorum/ Christus super omnia benedictus descendisset. cognoscentes quidem q; nõ
per id signum saluabantur: sed per redemptionem saluatoris/ qui se pro omnium salute
tradidit immolandum. Verum nunc in litera circuncisionis occiduntur: non accipien-
tes eam pro signo/ sed rem putantes necessariã ad salutem/ magis in ea cõfidentes q̃ in
sanguine ablutionis testamenti æterni in sanguine Mesiæ tollentis peccata totius mũ-
di. Quapropter circuncisio non modo eis nihil prodest: sed obest etiam seruantibus le-
gem/ si in litera circuncisionis/ & non in spiritu ambulant. spiritus enim est intelligere
circuncisionem solum signum esse/ & in ea salutem non cõsistere. litera est credere in ea
salutem consistere/ & quia quis circuncisus ideo saluandus/ ac sine circũcisione saluari
non posse. I t qui adhuc ex iudæis nostra tẽpestate ad Christianismũ veniunt/ qui qui-
dem spiritu non viuificantur sed adhuc litera excæcantur & eorum obscuratæ sunt in-
telligentiæ/ superposito velamine legis: secreto iudaizãt/ & filios circuncidunt/ veritati
exemplarium non fidentes. est enim Christus/ & mysteria eius: omnium exemplarium
legalium veritas. signis hærent affixi tanq̃ veritatibus: & in illis solis se posse saluari/
aut non sine illis/ temerarie cõfidunt. Optimo igitur iure Christus rex æternus/ qui lux
vera est: in omni regione & regno per suos prohibet ne id faciant/ sed dimissa signorũ
18 stultitia / lucem hauriãt spiritumq; veritatis accipiant & viuant. Cum ergo circuncisio
» nichil sit nisi signũ: adijcit Paulus. ¶ Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nõ-
» ne præputium eius in circuncisionem reputabitur/ & id quod ex natura est præputium
» legem consumãs: iudicabit te/ qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis/
¶ Certe eius qui secundũ carnem incircuncisus/ secundum tamen spiritũ circuncisus:
incircuncisio reputabitur in circuncisionem/ & multo magis q̃ ea quæ secundum lite-
ram & in carne est circuncisio. & condẽnabit incircuncisio quæ secundum naturam est
(nascimur enim omnes incircuncisi/ & glandem genitalis organi cuticula contectum
habẽtes/ quæ præputium appellatur) carnalem circuncisionem. Et vbi perfrequenter
in Paulo præputium legis: si incircuncisum intelligis / nichil erras. Et cum dicit
& id quod ex natura est præputium legem consumans iudicabit te/ qui per literam
& circuncisionem præuaricator es legis: perinde est ac si dicat & incircuncisus natura
legem consumans/ iudicabit condẽnabitq; te/ legis per literam & circuncisionem trãs-
19 gressorem. sed hæc impendio nõ sunt intellectu difficilia. Mox duplicem esse iudæum/
» & duplicem circuncisionem: innuit apostolus dicens. ¶ Nõ enim qui in manifesto: iu-
» dæus est. neq; quæ in manifesto in carne: circuncisio. sed qui in abscondito: iudæus est.
» & circuncisio: cordis in spiritu/ non litera. cuius laus non ex hominibus/ sed ex deo est.
¶ Duplicem esse iudæum innuit. Vnus est iudæus: secundum carnem. Alter: secundum
spiritum. Secundum carnem is est: qui solum in manifesto/ & in carne circuncisus est.
Secundum vero spiritũ: qui in occulto/ & in secreto cordis est circuncisus. Et vt primus
modicam carnis particulam depositam habet/ & adhæret carni/ & carõ affectibus: ita &
secundus vniuersos carnis depositos habet affectus/ & adhæret spiritui/ & deo spiritus.
hic in sacris eloquijs: verus intelligitur iudæus. ille: solo nomine. hic spiritualis. ille:
carnalis. hic: in occulto. ille: ĩ manifesto. hic: deo. ille: hominibus. hic: cælestis. ille: ter-
renus. hic: corde & spiritu. ille: carne & litera iudæus appellatur. hũc Iudam iuxta Za-
chariæ oraculum elegit deus possessionem suam. possidebit (inquit) dominus Iudam
partem suam in terra sanctificata. illum secũdum Esaiam disperdidit deus. Ruit enim
inquit Hierusalem: & iudas concidit. quia lingua eorum & adinentiones eorum cõtra
dominum: vt prouocarent oculos maiestatis eius. hic: laudabilis. iuda inquit te lauda-
bunt fratres tui. ille: laudem nõ meretur. qui te beatum (inquit) dicunt: ipsi te decipiũt/
& viam gressuum tuorum dissipant. hic: videns. ille: cæcus. hic: confitens. ille: negans.

præuaricatione enim (ait dominus per Hieremiã) præuaricata est in me domus Israel
& domus Iuda. negauerunt dominũ: & dixerunt non est ipse. Cũ igitur Iuda & iudæus
confitẽs interpretetur/ & iuda & iudæus secundũ carnẽ neget dominũ/ Iuda autẽ & iu
dæus corde & spiritu dominũ cõfiteatur/ ac etiã iugiter in corde suo laudet: cõstat hũc
re ipsa & vere esse ac dici iudæũ/ illũ vero solo nomine iudæũ. Simili modo duplex est
circuncisio: hæc carnis/ illa cordis. Circũcisio carnis: cuticulæ/ glandi genituræ organo
prætensę/ resectio. Cordis: resectio carnaliũ affectuũ. Illa: carni hæret. hæc. spiritui. illa:
carnalis. hęc: spiritualis. hæc præcipitur & cõmendatur a deo. hãc sacrę literæ prædicãt
& intelligũt. de hac: dicitur in Deuteronomio. Circũcidet dñs deus cor tuũ/ vt diligas
dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo/ & in tota anima tua. & de eadẽ præcipit apud Hie-
remiã prophetã. Circũcidimini dño: & auferte præputia cordiũ vestrorũ. Hæc: in spiritu
circũcisio. illa: in litera. hęc: occulta. illa: manifesta. hæc: veritas. illa: huius signũ & vm-
bra. hęc: a deo fit. illa: ab homine. per hãc: filij dei secũdũ spiritũ cognoscimur. per illã:
secũdũ carnẽ filij Abrahæ. illa enĩ: filiationis hois est signũ. hæc: signũ filiationis dei.
illam habẽtes: terrã Cananæorũ possiderũt. habẽtes vero hanc: hæreditabũt regnũ cœ
lorũ. Et hic & ille iudæus/ & hęc & illa circũcisio adeo inter se differũt: vt spũs atq; ca-
ro/ cœlũ & terra/ lux & tenebræ/ nouũ & ãtiquũ/ vt & ferme ex opposito per totũ respõ-
deãt. spiritualibus tamẽ viris & q eloquia dei in luce euãgelij vident: carnalia/ spiritua
liũ manifeste sunt symbola. Et nos Christũ Ihesum sequẽtes: vere iudæi ĩ occulto & spi
ritu/ & vere circũcisi corde esse debemus/ & etiã tales vel soli esse possumus. Et q sequit
Christũ/ nullus incircũcisus & ĩmundus: sicut dicit Esaias propheta. nõ adijciet vltra: vt
pertrãseat per te incircũcisus & ĩmundus. quia cõsolatus est dñs populum suũ/ parauit
dñs brachiũ sanctũ suũ in oculis omniũ gẽtiũ: & videbũt oẽs fines terræ salutare dei
nostri. Cui sit honor & gloria in sæcula sæculorũ. Nũc ad literæ examinationem.

A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Propter quod in-
11 excusabilis es o homo omnis/ qui iudicas. ¶Quia omnis apud latinos vocante casu ca-
reat: accommodatius visum est/ vt per quicunq;/ hæc particula hoc pacto transferre-
tur. propter quod inexcusabilis es o homo quicunq; es qui iudicas. Paulus. Διὸ ἀνα-
πολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε. πᾶς ὁ κρίνων. ¶Vulgata æditio. Eadem enim agis
quæ iudicas. ¶Legendum qui masculinum singulare: non quæ neutrum plurale.
Paulus. τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Eadem enim agis iudicans/ id est qui iu-
A dicas. ¶Vulgata æditio. An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis con
13 temnis/ ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? ¶Potius legẽ-
dum est benignitatis & ignorans per participium. Paulus. ἢ τοῦ πλούτου τῆς
χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς,
ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; ¶Vulgata æditio. Thesaurizas
tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. ¶Legendũ: tibi ipsi in die iræ & re-
uelationis/ & iusti iudicij dei. Paulus. θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ
ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ. ¶Vulgata æditio.
B Ijs quidem qui secundum patientiam boni operis/ gloriam & honorem & incorru-
13 ptionem quærentibus vitam æternam. ¶Relatiuum qui superfluum/ cum non habeat
cum quo iungatur. & satis erat dicere/ his quidem secundum patientiam boni operis
gloriam & honorem/ & incorruptionem quærentibus vitam æternam. vbi in prima
particula subauditur ex continuo præcedenti/ verbum reddet. Et etiam ad vitandum
hyperbaton: potuisset vetus interpres id quærentibus vitam æternam/ continuo subiũ-
gere post his quidem/ & clarior fuisset intelligentia. q si relatiuum qui/ apponere vo-
luit: debuit & participium mutare in verbum. quod & fecimus. & ad vitandum hyper-
baton vt diximus: ad anteriora reuocauimus. Paulus. τοῖς μὲν καθ᾽ ὑπομονὴν ἔργου
ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν ζωὴν αἰώνιον. ¶Vulgata
æditio. Qui nõ acquiescũt veritati credũt autẽ iniquitati. ¶In Paulo qd vetus interpres
dicit non acquiescunt & credunt: idem vocabulum est/ hic positiuum/ illic priuatiuum.
quare & eodem vocabulo id solum differente/ vti debuit vetus interpres: vt sunt incre-
dulus/ & credulus/ dissuasus & suasus. id enĩ: vocabula Pauli significant. Paulus. ἀπει-
θοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ. ¶Vulgata æditio. Ira & in-
dignatio/ tribulatio & ãgustia. ¶Hic & in sequẽtibus/ verbũ erit expressimus: ne quis su-
spicaretur Paulũ mala illa ĩprecari/ & verbũ sit/ aut simile esse subintelligendũ. Asserit
enĩ/ non ĩprecatur: prædicit/ nõ optat. Paulus. θυμὸς καὶ ὀργή, θλῖψις καὶ στενο-
χωρία. ¶Vulgata æditio. Ipsi sibi sunt lex: qui ostẽdũt opus legis scriptũ in cordibus
suis. ¶Malumus dicere ipsæ & quæ: vt magis secundũ consuetudinẽ locutionis latinæ

intelligantur relatiua ipsæ & quæ referre gentes. vt & prius: vbi dixit. cum enim gen-
C tes quæ legem non habent. ¶ Vulgata æditio. Testimonium reddente illis conscien-
15 tia ipsorum/ & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium in
die cum iudicabit deus occulta hominum. ¶ In Paulo: cõscientia & cogitationum eo-
dem casu dicuntur. quare cum vetus interpres conscientia verterit septimo casu/ id est
ablatiuo absoluto: ita quoq; debuit ablatiuo dicere/ cogitationibus. quod & coniun-
ctionis copulatiuæ/ et: natura deposcebat. Sed & potius per accusatiuum/ diem dicẽdũ
existimaui iuxta latinorum consuetudinem: ad intelligendam successionem. Sic poeta.
Gallus cuius amor tãtum michi crescit in horas. Paulus. συμμαρτυρούσης αὐτῶν
τῆς συνειδήσεως καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ
D καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτά. ¶ Vulgata ędítio. Si
16 autẽ iudæus cognomiaris. ¶ Nõ si i Paulo: sed potius vide. excitat iudæos ad attẽtio-
nẽ. Paulus. ἴδε σὺ ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ. Verũ id euenisse arbitror: q; vetus inter-
D pres legit per diphthongum εἰδὲ/ non per iota ἴδε. ¶ Vulgata æditio. Nomen enim
18 dei per vos blasphematur inter gentes. ¶ Legendum est: propter vos/ non per vos.
Paulus. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι᾽ ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. ¶ Vul-
gata æditio. Et iudicabit id quod ex natura est præputium legem consumans te. ¶ Hy
perbaton in reductione te ad iudicabit. quod vitatur: si transfertur iudicabit proxime
ad te: qui mos latinæ locutioni magis consentaneus. Quapropter & id quoq; fecimus.
Paulus. καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα σε. quod per-
inde est ac si dixisset καὶ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, κρινεῖ
σε. sed hoc sine hyperbato: illud habens hyperbaton. Nũc ad sequentem literam trãs-
eamus.

CAP. III

Verum dices. Si vera circuncisio ea est/ quæ cordis est et in spiritu/ nõ au
tem ea quę carnis est et in litera: quid amplius factum est populo iudai-
co q̃ cæteris nationibus? et quæ vtilitas circuncisionis secũdum carnem
20 magis q̃ incircuncisionis? Hãc quidem quęstionem et mouet Paulus/ &
eandem diluit/ dicens. ¶ Quid igitur amplius iudæo? aut quæ vtilitas cir
cuncisionis? Multum omnimodo. Præcipue quidem: q; credita sunt elo-
quia dei. ¶ Magnum certe fecit deus populo iudaico: quando tradidit
ei sua eloquia/ et sui colendi ritus et cerimonias/ et præcepta vitæ. vt et
propheta testatur dicẽs. Nõ fecit taliter õni nationi: et iudicia sua nõ manifestauit eis.
Magnum profecto: q; dedit eis circuncisionem/ signum fidei et credulitatis. cæteris au-
tem nationibus/ nullum fidei signum adhuc dederat. Postmodum autem et eloquiorũ
lucem sancta euangelia dedit primum iudæis: deinde gentibus. et omnibus signum fi-
dei baptismum. Sic modis omnibus/ præhonorati sunt iudæi a deo. At dices. Tradita
sunt iudæis eloquia/ et eloquiorum lux/ et fidei signũ: sed non omnes crediderũt. Quid
tum? non minus vera/ non minus bona consilia & præcepta medici/ non minus fide-
21 lis medicus: tametsi nõ omnes recipiant/ tametsi non omnes sanentur. Propterea sub-
iungit Paulus. ¶ Quid enim si non crediderunt aliqui? nunquid incredulitas eorum
fidem dei tollet? Absit. esto autem deus verax: omnis autem homo mendax/ sicut scri-
ptum est. Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. ¶ Sic enim de-
us fidelis/ sic verax/ sic iustus: vt etiam infidelitas nostra ipsum fidelem/ mẽdacium no-
strum veracem/ iniustitia nostra iustum esse ostendant. Nonne enim infideles punit:
22 vt fidelis? mendaces: vt verax? & iniustos: vt iustus? Quapropter subnectit Paulus.
¶ Si autem iniustitia nostra iustitiam dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniu-
stus est deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. alioqui quomodo iudi-
cabit deus mundum? ¶ Iram: vindictam & vltionem significare iam dictum est. Et id
quod dicitur secundum hominem dico: intellige ac si diceremus/ secundum humanum
etiam iudicium loquendo/ absurdum est dicere deum esse iniustum/ qui vindictam im-
mittit in iniustos ac flagellum. Quin potius quia punit iiustos: cognoscitur iustus. et si
iustus non esset: quo modo iudicaret mundum? quid est enim iudicare: nisi cuiq; suum
tribuere/ quod iustitiæ & iusti officium est? Et mirabilis profecto est Paulus: qui (vt di-
ctum est) ex infidelitate nostra/ dei fidem probat & astruit. ex mendacio nostro: dei ve-
ritatem. & ex iniustitia nostra: dei iustitiam. ex infidelitate nostra: deũ fidelẽ agnoscit.
ex mendacio: veracẽ. ex iniustitia: iustũ. siquidem hæc/ infidelitatem dico/ mendacium
& iniustitiam: punit deus. Atqui cum punit infidelitatem: punit vt fidelis. cum men-
dacium: vt verax. cum iniustitiam: vt iustus. Nonne enim videmus ignẽ propellere &
exterminare frigida/ humida/ tenebrosa: sed frigus exterminat & propellit: vt calidus.

humiditatem:vt siccus.& tenebras:vt lucidus.verum ignis:calida sicca/& lucida/ nō
exterminat: sed amplectitur/ fouet/ saluat. hunc in modum deus plectit & exterminat
infideles/mēdaces/ & iniustos.at complectitur/fouet/atq; saluat:fideles/veraces/& iu-
stos.Fidelis igitur deus/ & verus & iustus. Et quanto magis abundat infidelitas/mē-
dacium/ & iniustitia:tanto seuerius plectit/ & suam deus abundantius fidelitatem/ ve-
ritatem/ & iustitiam aperit/ad suam quidem gloriam & ad eorum qui tam enormiter
delinquunt confusionem.& hoc:cum ipsi in sua sunt infidelitate/mendacio/ & iniusti-
tia pertinaces. Nam cum ipsi in eis ipsis non perseuerant/ sed supplices ad deum con-
uertuntur: gratiam eius experiuntur & benignitatem. & vbi abundauit delictum: su-
perabundat & gratia.sic enim benignitas dei & gratia se insignius abundantiusq; de-
clarant/malignos & ingratos suscipiendo: immo multum malignos/ multumq; ingra-
tos/ cum suam confitentur & detestantur maliciam pariter & ingratitudinem. Verum
cum hanc sententiam diuinus prætenderet Paulus/ & diceret iniustitia nostra iusti-
am dei commendat/ veritas dei in mendacio nostro abundat in gloriam eius: pleriq;
non intelligentes/dicebant Paulum blasphemare/ & eum execrabantur tanq̄ blasphe-
mum.& vt peccatorem his verbis accusabant: perinde esse ac si diceret faciamus ma-
la vt veniant bona/id est vt bonitas dei commendetur in nobis. Enimuero si facimus
mala: bonitas dei probatur/ostenditurq; in nobis/ siue benigne expectet/ siue vindex
puniat. At non dicit Paulus/ id esse ad nostram commendationem: sed ad dei glori-
am. qui sic bonus est vt nulla mala ferre possit: quin aut benignitate debeat/ aut vin-
dex puniat.& ita sentire ac dicere non est peccatorem esse/ non est blasphemare: sed
23 deo gloriam in omni bonitatis/fidelitatis/veritatis & iustitiæ eminētia tribuere. Pro-
inde subdit Paulus. ¶ Si enim veritas dei in meo mēdacio abundauit ad gloriam eius
quid adhuc & ego tanq̄ peccator iudicor? Et non est vt blasphemamur/& vt aiunt qui-
dam nos dicere:faciamus mala vt veniant bona.quorum condēnatio:iusta est. ¶ Non
est vt blasphemamur:non est vt execrabiliter loqui dicimur/ & vt quidam aiunt nos di
cere/scilicet faciamus mala vt eueniant bona.Nequaq̄ ita dicebat Paulus: sed in om-
nibus dictis suis/deum honorificabat/supereminentem dei bonitatem manifestam fa-
cere intendens. Verum q̄ prima lex/solis hebræis tradita sit/& q̄ primum eis prædica-
tum sit euangelium: nunquid iudæi q̄tum ex se est/ cæteris præstant hominibus? nun-
24 quid digniores & meliores cæteris fuere? Non profecto videtur ex sententia Pauli/ se
(cū iudæus natione esset) iudæis annumerantis: atq; hoc pacto subiungentis. ¶ Quid
ergo? Præcellimus? Non omnino. causam enim prædiximus:iudęos scilicet & gentiles
omnes sub peccato esse/quemadmodum scriptum est.quia non est iustus ne vnus qui-
dem. non est intelligens/non est requirens deum. Omnes declinauerunt/simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bonum/non est vsq; ad vnum. Sepulchrum patēs est gut-
tur eorum/linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum
os maledictione & amaritudine plenum est:veloces pedes eorum ad effundēdum san-
guinem.Contritio & infœlicitas in vijs eorum/ & viam pacis non cognouerunt: non
est timor dei ante oculos eorum. ¶ Ecce hæc peccata:iniustitia/ ignorantia dei/ negli-
gentia quærendi deum/auersio/inutilitas/proprijq; finis frustratis/voracitas/dolus lin
guæ/ proditio/ maledictio/ amaritudo/ ad fundendum sanguinem pronitas/ oppres-
sio/miseria/ignorantia pacis/timoris dei abiectio:hæc inquam peccata sunt/ quæ dicit
tam iudæis q̄ gentibus fuisse cōmunia.Qz igitur diuina eloquia iudæis sunt credita/q̄
primum eis annūciatum euangelium:non illa fuit iudæorum bonitas/sed dei erga eos
benignitas & gratia. Ergo laus illa & præcellentia deo debetur. Quo modo enī præ-
cellerent:qui æque & etiam magis (nam minus ex ignorantia) q̄ gentes delinquebāt?
Qz si iustificabantur ex peccatis/per eorum sacrificia/gentes autem non: hoc non erat
bonitas eorum/ sed dei circa eos benignitatis præcellentia. Laus igitur hæc omnis &
præcellentia in deum est referenda: non in iudæos. Qz autem multum fuit iudæis q̄ cir
cuncisionem acceperint/ & præcipue q̄ eis diuina credita fuerint eloquia: id multum/
idētidē deū respicit/q̄ ille eos in pricipio præ alijs & plus alijs honorauerit. Ergo laus
ea deo debetur:nō ipsis.& ea excellētia nō ab ipsis: sed a deo prouenit. & quidquid in
eis excellēs & honorificū:in illis honorandū/vt dei donū. nichil enī habent vnde glo
riari possint:qđ aliunde nō acceperint/& alterius non sit. At dicent forsitan iudæi.Non
imus inficias gētiles sub peccato fuisse/& de eis testimoniū psalmi tertijdecimi verū eē:
at de nobis intelligendū nō putamus.Quib9 dicēdū est:ea q̄ in lege eorū scripta sunt/
& legis sermonē/prio dirigi ad eos.ad alios aūt si dirigant:nō id prio/sed secūdo loco.

25 hic autem/ legis eorum ſermo eſt. ad eos igitur/ dirigitur: & etiam primo loco. Quod
innuit Paulus dicens. ¶ Scimus autem ꝙ quæcunq; lex loquitur: iis qui ſub lege ſunt/
loquitur. vt omne os obſtruatur: & obnoxius ſit omnis mundus deo. quia ex operi-
bus legis nõ iuſtificabitur omnis caro corã eo. per legem enim: cognitio peccati. ¶ Ob-
ſtruatur omne os. nullus: neq; iudæus/ neq; gentilis glorietur/ ex ſe & ſuis operibus fu-
iſſe iuſtificatum. Nam nullus eorum ex operibus legis/ neq; hi naturæ/ neq; illi ſcriptæ:
iuſtificati fuerunt. ſed per dei & gratiam & miſericordiã iuſtificantur/ & gentiles & iu-
dæi. vt omnis mundus deo ſit obnoxius/ debitor/ & obſtrictus. & non ſibi: ſed deo tribu-
at ſuæ iuſtificationis honorem. adiuuantibus enim operibus legis/ homo ſe præparat:
deus autem iuſtificationis eſt author. Opera enim legis: & iudæis/ & gentibus cõmu-
nia ſunt. ſed gentes illa ſolum in corde ſcripta habebant: iudæi etiam in tabulis legis
ſibi a deo tradita. vt neq; gentes/ neq; iudæi ea tranſgredientes: excuſationem præten-
dere valerent. Verum lõge minus iudæi. magis enim cognoſcebant: quæ peccata erãt.
Nam etiã per legẽ ſcriptã. per legem enĩ cognitio peccati: haud ſecus ac per præcepta
medici/ cognitio agginentiũ morbum. Et cum omnes in operibus/ illis tam iudæi ꝙ gẽ-
tiles ante deum inueniantur rei: nequaq̃ iuſtificabitur ex operibus legis in conſpectu
eius omnis caro. Sed eſto inquies: quiſpiã opera legis per vitã cuſtodierit. Ex illis quidẽ
operibus iuſtus erit: ſed legali iuſtitia. legali dico: aut legis naturæ/ aut ſcriptæ. Sed ex
hoc nondum iuſtificatus/ nondum iuſtitiam habens: ex qua vitam habere poſſit æter-
nam. ſolus enim deus eſt/ qui hanc iuſtitiam per fidem tradit: qui ſola gratia ad vitam
iuſtificat æternam. Iuſtitia illa: legis dicitur. hæc. fidei. illa: operum. hæc: gratiæ. illa: hu
mana eſt. hæc: diuina. illius: homo. huius: deus author eſt. Illa: ad terrena & trãſitoria.
hæc: ad diuina & æterna iuſtificat bona. Illa: pręparat. hæc: cõſumat. ergo illa: via. hęc
finis. illa: vmbratile veſtigium atq; ſignum. hæc: lux/ & veritas. illa facit cognoſcere
peccatum: ad ipſum/ mortemq; fugiendam. hæc/ gratiam: ad illam/ vitamq; proſequen-
dam. Studeamus igitur illam habere: ſed præcipue ad hanc ſuſpiremus. de hac (& ſi de
vtraq;) præcipue ſacri loquũtur authores/ de illa etiam philoſophi. hanc/ pauci: illam/
26 multi cognoſcunt & attendũt. Et in Paulo/ cum iuſtitiam & iuſtificationem audis: hãc
præſertim intellige. De qua & ipſe ſubdit. ¶ Nunc autem iuſtitia dei ſine lege manife-
ſtata eſt/ teſtificata a lege & prophetis. iuſtitia autem dei/ per fidem IHESV CHRI-
STI: in omnes & ſuper omnes qui credunt. non enim eſt diſtinctio. ¶ Nunc autem: id
intelligitur poſt Chriſti aduentum/ annũciatoq; Chriſto. Et hęc iuſtitia dei: in lege te-
ſtificata eſt. Nam iuſtitia dei: iuſtitia fidei eſt. de qua teſtimonium habemus in geneſi.
credidit inquit Abrahã deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Teſtificata & in prophe-
tis. vt id Eſaiæ/ ſecundum ſeptuaginta ędítionem. Ecce pono in Sion lapidem ſummũ/
angularem/ probatum/ electum/ precioſum. & qui crediderit in eum: non confundetur.
Et ad hanc iuſtitiam & iuſtificationem fidei: nichil refert iudæus ne ſit/ an gentilis grę
cus/ an barbarus. & hoc ex ſola dei miſericordia volentis omnes homines ſaluos fieri:
& ad agnitionem venire veritatis. & ſoli deo gloriam tribuere debent. Nam ex ſe &
27 ſuis operibus ſaluari nõ poſſunt: ex quibus etiam frequentius damnationẽ merentur ꝙ
ſalutem. Quod & hoc pacto aperit Paulus. ¶ Omnes enim peccauerunt/ & egent gloria
dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius/ per redemptionẽ quæ eſt in CHRISTO IHE-
SV. quem præpoſuit deus propiciatorium per fidem in ſanguine ipſius/ ad oſtenſionẽ
iuſtitiæ ſuæ/ propter remiſſionem præcedentium peccatorum/ in ſufferentia dei ad oſtẽ-
ſionem iuſtitiæ ſuæ in hoc tempore. vt ſit ipſe iuſtus/ & iuſtificans eum: qui eſt ex fide
IHESV. ¶ At quid eſt hoc/ quem præpoſuit deus propiciatorium per fidem: niſi quem
ante ſe poſuit deus placationem & pacem inter ſe & peccatores? Ipſe enim eſt pax no-
ſtra: vt nobis habentibus fidem redemptionis per ſanguinem eius/ iuſtitiam ſuam/ fi-
dei ſcilicet & gratiæ oſtendat/ dimittendo nobis peccata noſtra/ quæ ante fidem admi-
ſimus. quinimo & ſi fidem habentes malo errore delinquimus: non dimittũtur pecca-
ta/ niſi illo propiciatorio ante deum pro nobis poſito/ & intercedẽte pro nobis ſangui-
ne redemptionis/ in ligneo altari/ in magno ſacrificio fuſo. hæc omnia nobis gratis do
nantur: ipſe vero torcular calcauit ſolus. Et ſicut dicit Eſaias. ipſe languores noſtros
tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. poſuit dominus in eo iniquitatem omnium no-
ſtrũ. diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ: & liuore eius ſanati ſumus. Et quis eſt peccator ſi
ſe cõuertit ad tãtã dei benignitatẽ cogitãdã/ & ex corde inuocãdã: q tãto mediatore nõ
cõſequatur veniã? Et cũ dicit apoſtolus/ iuſtificãs eum qui ex fide eſt Iheſu: oſtẽdit hãc
iuſtitiam & iuſtificationẽ a deo eſſe/ & non ab hominibus. quare nullus in ſe & in ſuis

operibus gloriari debet tanq̄ ex eis saluari possit: sed in solo deo/ in liuoribus Christi/
28 & sanguine eius/ gloriandum est. Quapropter quasi per dialogum subiungit Paulus.
¶Vbi est ergo gloriatio? Exclusa est. Per quā legem? factorū? Non. sed per legem fidei.
Arbitramur igitur iustificari hominem sine operibus legis. An iudæorum tātum est de-
us? nōne autē & gentiū? Immo & gentiū. quandoquidem vnus est deus: qui iustificabit
circuncisionem ex fide: et præputium per fidem. Legē ergo destruimus per fidem? Ab-
sit. sed legē statuimus. ¶Ex fide Abrahæ iustificata est circuncisio/ id est iudęi. et per fi-
dem Christi iustificatum est prępputium/ id est gētes. sed q̄ Christus maior Abraham: tā
iustificatio per fidem Christi/ maior est iustificatione ex fide Abrahæ/ iustificans non so-
lum præputium/ sed et circūcisionem. Iustificatio Christi: vniuersalis. Abrahę: particu-
laris. illa: vera. hæc: vmbratilis. perfecta: illa. ista: imperfecta/ ab illa etiam iustificationē
recipiens. Iustificat enim fides Christi circuncisionem. non igitur perfecta erat iustifica-
tio eius ex fide Abrahę. At nunq̄ circuncisio iustificationi Christi quicq̄ addit. perfecta
enim est. At qui crederet necessariam ad iustificationem Christi/ iustificationem circun-
cisionis quæ quidem ex fide est Abrahæ: illam profecto Christi iustificationem/ crede-
ret imperfectam & indigam. quod nefas & impium est sentire. At inquies cum Paulus
dicat/ arbitramur igitur iustificari hominem sine operibus legis: quis vnq̄ sine operi-
bus legis/ aut scriptæ dico aut naturæ iustificatus est? Si etiam innumeros dixero: non
forte mentiar. Certum est de gentibus/ etiam publicanis ad baptismi gratiam confugiē-
tibus: solam fidem Christi habentes & sancti nominis eius confessionem/ vbi continuo
ex sancto lauacro emerserint iustificatas esse. & si continuo vbi emerserūt morerentur:
quis dubitat ad beatorum vitam sine etiam operibus euasuras? Idem & de paruulis ba-
ptizatis sentimus. Et quis nescit latronem sola fide iustificatum? qui cum firma fide cre-
deret Christum regem esse & dixisset/ domine memento mei cum veneris in regnū tuū:
continuo audiuit. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. At fortasse dicet quis-
piam. Si non iustificamur ex operibus legis: ergo frustra operamur. Nequaq̄ frustra.
Nam si non operamur vbi adest operandi facultas ac oportunitas: perdimus iustifica-
tionis gratiā. & multo magis/ si cōtraria & viciosa operamur. operādū igitur est quod-
cunq; bonum possumus etiam instanter: vt iustificationem retineamus. & non solum
retineamus: sed etiam augeatur in nobis. Si speculum ad solis iubar cōuersum solarem
suscipit effigiem: quanto magis expollitur & abstergitur/ tanto magis augetur susce-
pta solis effigies. q si negligitur/ si impurum sordidumq; redditur: solaris ille deperit
nitor. Sic & iustificatio in desidibus/ aut impuram degētibus vitam. Quapropter etiā
inquit apostolus: dum tempus habemus/ operemur bonum ad omnes. Neq; credas suf-
ficere vt continuo iustificatus sis: si fidem habes. Nequaq̄ ita est. Nam non quisq̄ sic ex
fide iustificatur: vt fides ipsa iustificatio sit/ vt neq; opera. Etenim credunt dæmones:
vt inquit Iacobus apostolus. sed ex fide iustificamur quemadmodum ex operibus: ex
his remotius/ ex illa vicinius. hæc minus: illa magis necessaria. Nam ex operibus sine
fide: nunq̄ quis iustificatur. At cōtra ex fide sine operibus: iustificatur quis/ vt iam ostē-
sum est. Neq; fides/ neq; opera iustificant: sed præparant ad iustificationem. quando-
quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionem ex fide: & præputium per fidem.
circuncisionem quidem prius (vt dictum est) ex fide Abrahæ: & præputium per fidem
Christi. nunc autem omnes ex fide & per fidem Christi. Opera igitur sunt vt præparan-
tia/ & purgantia viam: fides autem vt terminus & aditus quidam diuini ingressus. Et
ideo maiores nostri in primitiua etiam ecclesia catechizabant: id est instruebant neo-
phytos in fide/ quid ante regenerationis lauacrum/ & quid post facturi essent. vt ipsi
præparatum inuenirentur/ superuenientis trinitatis habitaculum: quod & amplius ab
ea sanctificatum: per sequentia bona opera in puritate & nitore conseruarent. Nam
sic & per propheram & per præconem suum mandauerat: qui vult iustificare omne ge-
nus humanum. præparate (inquit) viam domino: rectas facite semitas eius. Et ipse do-
minus aduentum suum pollicetur dicens. Si quis diligit me/ sermonem meum serua-
bit: & pater meus diliget eum/ & ad eum veniemus/ & mansionem apud eum faciem9.
decet igitur hospitium tanti hospitis/ æterni scilicet domini: & bonis operibus & fide
esse præinstructum. non igitur lex operum destruitur per fidem: sed ea lex statuitur/ cu-
ius fides summitas est/ & supremum ad iustificationem locum sibi vendicans. Quam
A nobis largiri dignetur author fidei Christus Ihesus/ i omnia sæcula benedictus. Amē.
20 Nunc autem ad examinationem literæ.
¶EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Primū quidem quia
credita sunt illis eloquia dei. ¶Hic præcipue aut præsertim dici malim q̄ primum: ne

primũ numerale intelligatur/& secunda aut quotacũq; deinceps causa requiratur/quã
non subnectit Paulus. Et relatiuũ illis post credita: superfluum est. non eñi habet: quid
referat. Q: si ad expressionẽ intelligentiæ adijcitur: videtur potius aut illi aut ei dicen-
dum/ vt apte referatur ad iudæum. Paulus. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ
A λόγια τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Nunquid incredulitas illorum fidẽ dei euacuauit?
21 ¶ Non per præteritũ sed per futurum dicendũ: euacuabit. Paulus. μὴ ἡ ἀπιστία αὐ-
τῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει. significatq; καταργέω euacuare/ tollere/ sol-
uere/ irritũq; facere. ¶ Vulgata æditio. Est autem deus verax. Per imperatiuum dicen
dum: esto autẽ deus verax. Paulus. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθής. ¶ Vulgata æditio.
A Si autem iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat: quid dicemus? Nunquid iniquus est
22 deus. ¶ Rectius: si autem iniustitia nostra iustitiam dei cõmendat. sic enim magis ex
opposito: iniustitia iustitiam respicit. Nam & nomen nomini: & res rei opponitur. & sic
in Paulo respondet. Item & rectius: nunquid iniustus est deus. Paulus. εἰ δὲ ἡ ἀδικία
ἡμῶν, θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεός; Verum hęc/
perparum curauit vetus interpres: quæ tamen faciunt & ad sermonis proprietatem/ &
apertiorem intelligentiæ lucem. ¶ Vulgata æditio. Alioquin quo modo iudicabit deus
hunc mundum? ¶ Satis est dicere: iudicabit deus mundum. Paulus. ἐπεὶ πῶς κρι-
B νεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον; ¶ Vulgata æditio. Et non sicut blasphemamur. ¶ Clarius/ si
23 verbum est exprimatur: & dicamus: & non est vt blasphemamur/ id est non est: vt exe-
crabiliter loqui dicimur. Atq; hac de causa verbum est express?. Paulus. καὶ μὴ κα-
B θὼς βλασφημούμεθα. ¶ Vulgata æditio. Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaq̃.
24 causati enim sumus iudæos & græcos/ omnes sub peccato esse. ¶ Relatiuũ eos super-
fluum est. nec est quicq̃: ad quod apte referatur. & præcausati potius q̃ causati dicendũ:
designatq; id causam prædiximus. Paulus. τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως. προ-
ητιασάμεθα ἰουδαίους τε καὶ ἕλληνας, πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. Sed vbi
prædixit gentes esse sub peccato? vbi iudæos? Gentes profecto/ ab hoc loco: qui cum co
gnouissent deum non tanq̃ deum glorificauerunt/ ad hunc vsq; locum/ vide tu iudæus
cognominaris/ vbi præcausatur & præostendit iudæos sub peccato esse. Verum & eius-
dem rei generalem ex psalmo 13 subnexuit approbationem. & non hic de originis: sed
C de transgressionis operum legis peccato/ est dictum. ¶ Vulgata æditio. Et subditus fiat
25 omnis mundus deo. ¶ Dici etiã potest ex Paulo: obnoxius sit siue fiat omnis mundus
deo/ quasi debitor obuinctus/ obstrictus/ obligatus: quippe qui iustificatus iustificatio-
nem suã deo debeat. non eñi ipse se/ aut opera eius ipsum iustificauerunt: sed deus/ sed
gratia & misericordia dei/ mediãte fide Ihesu Christi/ quam suscepit. Paulus. καὶ ὑπό-
C δικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ. ¶ Vulgata æditio. In omnes & super om-
26 nes qui credunt in eum. ¶ Particula in eum: ex græco superflua est. ad exactiorem ta-
men intelligentiã/ adiecta videtur: tametsi satis intelligeretur per id quod præmissum
est per fidẽ Ihesu Christi. non tamẽ adiecta: præiudicat. Paulus. εἰς πάντας καὶ ἐπὶ
D πάντας τοὺς πιστεύοντας. ¶ Vulgata æditio. Et egent gratia dei. ¶ Legendum
gloria. sunt etiam & vetusti codices/ qui habent gloria. & illud egent: priuationem di-
27 cit. ac si dicamus: & priuantur gloria dei. Paulus. καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ
θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Quem proposuit deus propiciatorem. ¶ Legendum propi-
ciatorium. verum & vetusti codices habent propiciationem/ quod & accõmodatius ad
id quod dicitur propiciatorium. vt idem vocabulum quo hic vtitur Paulus: cap. 9 ad
hebræos interpretatur. Paulus. ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον. ¶ Vulgata æditio.
In sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius. ¶ Rectius/ iustitiæ suæ: vt & Paulo ã-
te ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum. Et vo-
cabulum ἀνοχή quod vetus interpres hic vertit sustentationem: capite secundo ver-
tit patientiam/ vbi ait. An diuitias bonitatis eius/ & patientiæ/ & longanimitatis con-
temnis? verum vocabulum ἀνοχή propriæ sufferentiam tolerantiamq; significat/ qđ
& patientia. dicitur enim patientia a patior: vt idipsum quod fero & tolero significat.
Paulus. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. ¶ Vul-
gata æditio. Cum sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est IHESV CHRISTI.
¶ Paulus duntaxat hic habet: qui ex fide est Ihesu. deest autem Christi. Paulus. εἰς τὸ
εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως ἰησοῦ. ¶ Vulgata æditio.
D Vbi est ergo gloriatio tua. ¶ Deest tua græce. Verũ existimãt: ad iudæos hanc q̃stionis
28 suggillationẽ ptinere/ multũ ĩ operib9 legis & obseruatiõe cerimoniarũ gloriãtes/ qua-
si illi ãte deũ iusti essent/ & ipsi quoq; soli iusti/ vt q soli legẽ & cerimonias haberẽt. sed
hęc gloriãdi occasio/ sublata ẽ p legẽ fidei: p quã & ipsos & gẽtes iustificari oportet/ & p,

quam non minus gentes q̄ ipsi iustificantur. Et nō solū ipsis aduersus gentes/ sed & gē
tibus aduersus eos: gloriādi & cōtendendi occasio sublata est. Paulus. ποῦ ὀυρ ἡ καυ
• χησισ; ℂ Vulgata æditio. Quoniam quidē vnus est deus: qui iustificat circūcisionē ex
• fide/ & præputium per fidem. ℂ Coniūctione causali magis latini vtuntur quādoquidē
q̄ quoniam quidē. Et iustificabit dicēdum: nō iustificat. nō enī ilico fides/ neq; Abrahæ/
neq; Christi iustificat: sed fides præcedit/ seqtur autē iustificatio/ vt vult & nouit is solus
qui iustificat. cui soli debetur iustificationis gloria & gratiarum actio i sæcula. Paulus.
ἐπείπερ εἷσ ὁ θεὸσ ὃσ δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεωσ καὶ ἀκροβυστίαν διὰ
τῆσ πίστεωσ. Nunc ad sequentia transeamus. CAP. IIII.

PAulus: ad iustificationem/ primas & vicinas partes dat fidei. neq; esse
vult (quod aliqui putāt) in operibus cōfidendū/ tanq̄ possint ex illis iu
stificari/ & qui operatur ex operibus sit iustificatus/ quasi opera iustifi-
cent. Non ita est. sed iustificationis gloria: deo danda est qui iustificat/
non opera: illi se respiciunt. Paulus autem deū respicit. Illi: se glorifi
cant. Paulus: deum. Illi: in se gloriantur & tument. Paulus: in deo glo
riatur/ & se in se humiliat. Illi: profecto impij. Paulus: pius. Illi: carna
les. Paulus: spiritualis. illos: scientia humana degrauat carnali sēsui
innitentes. Paulum: diuina scientia eleuat suū quidem sensum deserentē/ & spiritui ini
29 tentē. omnia & omnem laudē: refert Paulus in deum. illi: in hominem. Proinde subdit
• Paulus. ℂ Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrū secundum carnem?
• Si enim Abraham ex operibus iustificatus est: habet vnde glorietur/ sed non apud de-
• ū. ℂ Nā Abrahæ qui operatus fuisset/ & quē propria opera iustificassēt/ hæc laus esset:
non dei. At cum dicimus deum ex fide iustificasse Abraham: hæc iustificationis gloria
dei est/ non Abrahæ. At forsitan hic dices. Attamen Iacobus apostolus ait: Abraham
ex operibus iustificatum. Inquit enim. Abraham pater noster: nunquid ex operibus iu-
stificatus est/ offerēs Isaac filium suum super altare? Nichil id ei quod spiritiloquus ne-
gat Paulus: aduersatur. Nam negat Paulus/ ex operibus Abraham iustificatum: vt cre-
dunt illi qui in operibus legis confidunt/ quasi ex operibus iustitia sit/ & opera ipsa
iustificent. sed eum dicit/ potius ex fide a deo iustificatum. Quod & diuinus sentit Ia-
cobus: qui ait. Omne datum optimū & donum perfectum de sursum est/ descendens
a patre luminū. Apud quē non est transmutatio: nec vertibilitatis adūbratio/ id est trās
mutationis vertibilitatisq; eius signum aliquod & indicium. Quis enim neget iusti-
ficationē donum esse perfectū? Et non vult ex operibus quenq̄ iustificari: vt ij quidem
volunt qui confidunt operibus/ tāq̄ opera iustificent. Sed ipse opera vt adminicula iu-
stificationis consequendæ aut conseruandæ: fidei adiungit. Inquit enim. Vides quoniā
fides cooperabatur operibus: & ex operibus fides cōsumata est? Et fidem quā nō præce
dūt/ comitātur/ aut sequūtur opera: mortuā appellat. vt eū hominē mortuū diceremus:
quē nulla comitatur operatio/ nullus sensus/ nullū spiraculū. At si quē operātē/ si quē sē
tiētem videmus: scimus q̄ viuit. & si aliquid spiritus/ id est spiraculi/ aspirationis & re-
spirationis percipimus: signū adhuc vitæ habemus. Ita opera fidei/ quę eadē sunt opera
regalis legis (sic enī eam appellat: quæ decē præcepta/ cōtinet) signa sunt fidei/ & viuæ
quidem fidei/ quā iustificatio sequitur/ vt oculum sanū ad solem cōuersum illuminatio:
iustificationēq; retinēt. Sed fallitur: qui ipsam oculi ad solare iubar cōuersionem/ dicit
esse illuminationē. & multo magis qui colyriorū opera/ & multiplices oculorū purifica-
tiones credit esse illuminationē. Hæc tamen illuminationi remotiora: illa vicinior. &
gratia & beneficiū solis est q̄ illuminātur oculi: nō conuersionis oculorū/ non operum.
hæc: in symbolo/ opera sunt legis. Illa: fides est. sed radius desuper a sole vibratus: iu-
stificatio est. Purgāt igitur opera legis/ fides cōuertit/ iustificatio illuminat. opera: tene
brosa purgatio. fides: applicatio. iustificatio: mundicia illuminans/ & omnia serenans.
Duæ sectæ olim erāt. Prima: cōfidentiū in operibus/ vt quæ/ sentētia eorū sufficerent ad
iustificandū. Secūda: cōfidentiū in fide/ nichil opera curantium. hanc: cōfutat Iacobus
apostolus. illā Paulus. Et tu (si spiritu sapis) neq; in fide/ neq; in operibus: sed in deo cō
fide. & primas partes assequēdæ a deo salutis: fidei tribue ex Paulo. & opera/ fidei adiū-
ge: ex Iacobo. sunt enim signū viuæ & fructiferæ fidei. At carentia operū: signum fidei
ociosæ & mortuæ. & cōtraria opera: vt fœtor quidā horribilis ex mortuo dudum cada-
uere iam exalās. Qui hoc modo intelliget/ spiritualiter intelliget: & vtrūq; apostolū cō
ciliabit/ ante suam etiā conciliationē conciliatū. Nam hæc sane discordia: nostra est &
carnis/ & nō spiritꝰ. caro enī & litera pleraq; facit discordia videri: q̄ māifeste/ spiritꝰ cō
cordia. Et q̄ priæ partes & potissię ad iustificationē: fidei tribuāt/ subdit Paulus dicēs.

¶Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo: & reputatum est illi ad iustitiã. 30
¶Fidem igitur & credulitatem Abrahæ: subsecuta est dei iustificatio. Sed ꝙ neq; ope-
ribus debeatur iustificatio: sequentibus declarat dicens. ¶Ei autem qui operatur: mer-
ces non imputatur secundũ gratiam/ sed secundũ debitũ. ei vero qui nõ operatur/ cre-
denti autẽ in eũ qui iustificat impiũ: reputatur fides eius ad iustitiam. quẽadmodum &
Dauid dicit/ Beatitudinẽ hominis cui deus reputat iustitiam sine operibus. Beati quo-
rum remissæ sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputa-
uit dominus peccatum. ¶Si hoc modo quis ex operibus iustificaretur: iustificatio de-
bitum esset/ & non esset dei donũ & gratia. Nam aliud est debitũ: aliud est gratia. Nam
gratia: sine quocunq; debito/ elargitum donũ est. At qui dicit iustificationẽ debitũ esse:
omnem a deo aufert gratiam/ facitq; homines erga deum ingratos/ & iccirco ĩdignos
iustificatione. Si enim fodis in orto/ & operis diurni mercedem nũmum recipis: quam
gratiam debes soluenti? soluit enĩ quod debuit. nullam gratiã tibi fecit. meritus eras.
qđ meritus eras: tibi tribuit. Nõ igitur dicamus nos hoc modo ex operibus iustificari.
qui hoc dicunt: seipsos respiciunt/ sibi meritũ tribuũt. debitum putãt: quod gratia est.
ingrati sunt/ inflati: & ex operibus gloriãtes. Sed dicamus/ ex fide quẽcũq; iustificari:
vt iustificationem videamus dei donũ & gratiam/ non debitũ. Cum enĩ impius a deo
iustificatur: quis non videt iustificationẽ dei donũ esse/ & gratiam? quæ nam opera fa-
cit impius: quibus iustificatio debeatur? Sed nõne qui dicebat/ dixi confitebor aduer-
sum me iniustitiã meam/ & tu remisisti impietatem peccati mei: credebat deum esse qui
iustificare poterat impiũ/ & iustificationem gratiã esse/ non operibus mercedem? Sane.
Et eodem 31 psalmo ad idem propositũ citat Paulus aliud testimoniũ. Et re vera siue
quis operetur/ siue non operetur/ propter offensam in deum admissam suspirans: ex cõ-
uersione ad deũ per fidem/ dei sola gratia est iustificatio. Qui hæc dicũt: non se/ sed deũ
respiciunt. non sibi meritum tribuũt/ non iustificationem debitam mercedẽ: sed vt ve-
re gratia est/ dicunt. non sunt ingrati: sed perpetuo flãmante affectu iustificanti deo gra
tias agentes/ pro tam ineffabili & quod a nullo mereri potest dono. non gloriantur/ nõ
tument: sed se ante deũ/ tota mẽtis & deuotionis prostratione humiliãt/ cui se in infini
tum gratiarũ actionũ debitores sciũt. Ad hãc pietatẽ agnoscẽdã/ ad hãc humilitatẽ ha
bendã/ ad nos non respiciendos sed dei beneficentiã: diuinus eleuat apostolus/ cũ dicit.
nos nõ ex operibus iustificari/ sed secũdũ propositũ gratiæ dei. vult enĩ nobis iustifica-
tiõis grãm a deo ĩpartiri: modo ad ipsum nos cõuertamus/ in nobisipsis nõ cõfidamus/
sed in sola eius bonitate/ & in dono gratiæ propositi & bonæ voluntatis eius. Dicit enĩ
per Esaiam. Quærite dominũ dum inueniri potest. Inuocate eum: dum prope est. De-
relinquat impius viam suã: & vir iniquus cogitationes suas/ & reuertatur ad dominũ:
& miserebitur eius. & ad deum nostrum: quia multus est ad ignoscendum. Qz si deus
dederit aliquibus bona operari: non se respiciant/ sed deum/ non se putent ex illis iu-
stificatos. sed cũ cuncta fecerint: dicant/ vt vere est. Serui inutiles sumus. quod debui-
mus facere: fecimus. Quid est iutiles sumus: nisi ĩmeriti? Bonitas domini est/ gratia do-
mini est/ misericordia eius est/ quod nobis facit: non est nostrum meritum/ non domini
debitum/ sed superexuberantis bonitatis eius donum/ & solũ donũ. & benedicta sit sem
per illa omni cogitatu inaccessa supereminens bonitas: quæ tanta est/ vt nichil debere
possit/ sed solũ dare. quid enĩ omnibonificũ & omnibeneficũ debere potest/ & cui om-
nia debẽt? quidquid enĩ vsq̃ habetur: ab eo habetur. nichil: a quoq̃ habet. nihil: omniũ
est. & omnia: sua sũt. Et si operibus legis deberetur iustificatio: paucissimorũ esse posset.
sed qui iustificationẽ gratiã dei esse intelligit qui nõ ex meritis iustificat. sed qui cordiũ
ad se cõuersorum peccata dimittit (ille enĩ solus intuetur cor omniũ) videt iustificatio-
nẽ ad q̃plurimos se extẽdere posse. Et qui ex operibꝰ iudicat: paucos saluat/ multos dã-
nat/ & temerarius efficitur iudex. ad ipsum enĩ nõ spectat iudiciũ: sed ad deũ. ille enim
solus est qui iustificat: & qui potestatẽ habet mittere in gehennã. Qui autẽ attendit gra
tiã dei: silet/ neq; iudiciũ facit. stultũ enim esset gratiã dei infinitã: humani iudicij/ vel
potius temeritatis concludere velle augustijs. ergo iustificatio quæ tam operantibus q̃
non operãtibus/ imo etiam cõtraria operibus legis perpetrãtibus cõmunis est: latissima
& ad q̃plurimos esse potest/ & tam ad circũcisos q̃ incircũcisos/ tam ad bonos q̃ ad ma
los/ a malitia per cordis suspiria resipiscẽtes. Proinde quærit Paulus. ¶Beatitudo igitur 31
hæc: in circũcisione/ an ne etiã in præputio est? Dicimus enĩ quia reputata est Abrahæ
fides ad iustitiã. Quo modo ergo reputata est: cũ ĩ circũcisione esset/ an præputio? Non
in circũcisione: sed in præputio. ¶Errabãt iudæi vehementer: sine circũcisione & ope-
ribus legis/ non credẽtes quẽq̃ iustificari posse. quos Paulus cõfutat: & illuminat. Nam

Abraham neq; circuncisus / neq; ex operibus legis : sed deo credens iustificatus est.
Nam cum Abraham nullam adhuc haberet sobolem: eduxit eum dominus foras/&
ait illi. Suspice cœlum : & numera stellas si potes. & dixit ei. sic erit semen tuum.
Credidit Abraham deo:& reputatum est illi ad iustitiam. Postea ex Agar genuit filium
in præputio cum 86 esset annorum. nam Abraham 99 erat annorum : quando circun-
cidit carnem præputij sui. Hæc ex historia geneseos nota sunt. Cõmunis igitur est iusti-
ficatio gratiæ tam circuncisis q̃ incircuncisis. Nec in tam paruis salus hominũ ex gra-
tia & dono dei (vt iudæi putabant) concluditur angustijs. Et circuncisio quam hebræi
putãt iustificare: non iustificat/sed signum est iustificationis ex fide. Similiter & opera
quæ fidem sequuntur: viuæ fidei signum sunt/ vt spiritus & halitus noster signum vitæ.
Iustificatio enim: vita fidei est. quæ si adest: viua est fides. & q̃ viuat: signa habet vita-
lia opera. Et ablutio circa nos materialis aquæ in baptismate/ non iustificat: sed signũ
est iustificationis ex fide Christi. sensibilia enim Symbola: spiritualium rerum & diui-
narum infusionũ sunt signa. & illorum sensus est: harum vero fides est. signum inquã
32 est huiusmodi ablutio: iustificationis ex fide Christi. vt & materialis circũcisio: signum
iustificationis ex fide Abrahæ. Et proinde de circũcisione ait Paulus. ¶Et signũ acce-
pit circuncisionis: signaculũ iustitię fidei/ q̃ fuit in præputio. vt ipse sit pater omniũ cre-
dentium per præputium : vt reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circuncisionis:
non ijs qui sunt ex circũcisione solum/ sed & ijs qui sectantur vestigia fidei/ quæ fuit in
præputio patris nostri Abrahæ. ¶Hęc claram arbitror gerere intelligentiã. Sed & alia
vtitur ratione. Quia iustificatio hinc est: vnde & promissio facta Abrahæ. atqui promis-
sio facta est Abrahæ deo credenti: vt cognoscitur ex genesi/ nõ autem ex operibus. Nã
septuaginta quinq; erat annorum Abraham/ cum dominus dixit ad eum. Egredere de
terra tua/ & de cognatione tua/ & de domo patris tui: & veni in terram quam monstra-
uero tibi/ faciamq; te in gentem magnam. & benedicam tibi: & magnificabo nomen
tuũ/ erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi: & maledicam maledicentibus
tibi. atq; in te benedicẽtur omnes cognationes terræ. Egressus est itaq; Abraham: sicut
præceperat ei dominus. Nonne egressio Abrahæ de terra eius/ & cognatione eius/ & e
domo paterna: signum est fidei eius/ sunt profecto opera: certa fidei indicia. Sed & de
terrena promissione: in eadem legitur geneseos historia. Credidit Abraham deo: & re-
putatum est illi ad iustitiam. dixitq; ad eũ. Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæo-
rum: vt darem tibi terram istam/ & possideres eam. Ecce quo modo Abrahę non est fa-
cta promissio ex operibus legis: sed solum deo credenti. verum qui dicit semen Abrahæ
terrenam hæreditatem accepisse ex operibus: fidem superuacuam facit/ & promissionẽ
tollit. Nam neq; fides neq; promissio aliquid facerẽt. siue enim fides fuisset siue nõ/ siue
promissio/ siue non: acciperet. Nã debitã operibus. Dicere igitur ex operibus legis ter-
renam hæreditatem semen Abrahæ accepisse/ pariter & iustificationem: est fidem irritã
33 facere/ & promissionẽ tollere/ quæ sacra cõmendãt eloquia. Sic enim id aperit Paulus.
¶Non enim per legem promissio Abrahæ/ aut semini eius/ vt ipse hæres esset mundi:
sed per iustitiam fidei. si enim qui ex lege/ hæredes sunt: exinanita est fides/ & sublata
est promissio. ¶Et tantũ abest vt & ex lege & operibus legis filij Abrahæ iustificatio-
nem / & mũdanã hæreditatem acceperint: vt etiam ex lege maledictionem & iram in-
currerint. & eam terram quæ fidei Abrahæ promissa erat perdiderint: dispersi & venti-
34 lati per omnes gentes. Non enim fecerunt legem/ sed transgressi sunt: quemadmodum
inquit Paulus. ¶Lex enim iram operatur. vbi enim non est lex: neq; præuaricatio.
¶Igitur consequens est/ vt ex iustificatione fidei/ & promissione facta Abrahæ/ ex do-
no & gratia / filij fidei Abrahæ: quicunq; hi sint/ iustificationem accipiant & promis-
sionem non solũ terrenæ hæreditatis & mundanæ (quæ figura erat cœlestis hæredita-
tis/ & terræ viuentium) sed ipsam viuentiũ terram/ & cœlestem habitationem. firma est
enĩ dei promissio: qui fidelis est & verax. & firma: gratia eius. & firma fuit fides Abra-
hæ. infirma autem lex: & nostra opera. Ampla est dei promissio. In te inquit benedicẽ-
tur omnes cognationes terræ. & rursus. in semine tuo benedicentur omnes gẽtes. Am-
pla dei gratia: qui diues est in omnes. & fides ad omnes fines terrę mãdata. lex & opera
legis angusta. iustificatio igitur infirma esset & angusta: si eẽt ex operibus legis. at nũc
35 cum sit ex fide/ gratia/ & promissione dei: firmissima est & amplissima. Quapropter non
ab re infert Paulus. ¶Ideo ex fide : vt secundum gratiam firma sit promissio omni
semini / non ei quod est ex lege solum/ sed & ei quod est ex fide Abrahæ/ qui pater est
omnium/ sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentiũ posui te ante deum cui cre-
didisti: qui viuificat mortuos/ & vocat ea quæ non sunt tanq̃ sint. ¶Ex 17 historiæ ge-

neseos hoc sumitur testimoniũ. Sed ꝙ Paulus aliter citat frequenter testimonia q̄ scri-
pta habeamus: existimant nõnulli Synedrorum secretiorẽ legis intelligentiã ab Esdra
fuisse scriptam. hanc autem & Paulum non ignorasse. & quia spiritũ literæ magis ape-
rit: & hic & in sequentibus ex ea nonnũq̃ inserere testimonia/ quæ diligẽtiores eloquio-
rum scrutatores latere non possent. Et Hieronymũ quidem Esdrã illos reliquisse libros
nõ latuisse/ at eos fortasse nõ vidisse: iccirco putasse apostolũ nõ citare testimonia ad li-
terã/ sed ad intelligẽtiã. Et verũ est ad itelligẽtiã apostolũ citare: sed etiã volũt intelligẽ
36 tiã illã scriptã fuisse/ etsi ad nos non puenerit scriptura illa/ sicut & pleraq; alia citata ab
apostolis. Et ꝙ firma fuerit fides Abrahę: subiũgit dicẽs. ¶ Qui cõtra spẽ i spe credidit:
vt fieret pater multarũ gentiũ/ secundũ qđ dictũ est: sic erit semẽ tuũ. Et nõ infirmatus
est fide: nec cõsyderauit corpus suum emortuum vbi centũ esset annorũ/ & mortifica-
tionem vteri Sarræ. In promissione etiam dei nõ hæsitauit diffidẽtia: sed iualuit fide/
dans gloriã deo/ etiã plene certior factus quia quod promisit potens est & facere. Ideo
& reputatum est illi ad iustitiam. ¶ Sic & nos (cum de iustitia & iustificatione incidit
sermo) de adeptione promissionis æternæ hæreditatis/ cum fideli Abraham fidem ha-
bere debemus: & dare gloriam deo/ cognoscentes hæc a deo esse/ non a nobis/ aut no-
stris operibus. laudantes omnium saluatricem gratiam eius/ omnipotentem eius veri-
tatem & fidelitatem: omne promissum gratiæ suæ vere & fideliter fidelibus implẽtem.
Quod enim dictũ est/ reputatũ est illi ad iustitiam: q̃uis de Abraham verum sit. nõ tamẽ
propter eum solum scriptũ est: sed & propter nos/ vt firmã in deo habeamus fidẽ/ intel-
ligentes eum sua gratia iustificasse Abraham. sed & nos credentes in eum: ex exube-
rãtia bonitatis suæ iustificaturũ/ & multo magis q̃ Abrahã. vt qui iam tradidit pro de-
lictis nostris expiandis vnigenitum filium suum: & eundem in immortalitatem suscita-
uit propter iustificationem nostram. Ante enim Christi aduentum: neq; peccata per-
fecte delebãtur/ neq; perfecte quisq̃ ad vitam æternam suscipiendam iustificabatur/ sed
37 solum præcedebant quædam præparatiua. hæc sanguis Christi & resurrectio: in verita-
te operata sunt. Quæ oĩa hoc pacto testatur Paulus dicẽs. ¶ Non scriptum est autẽ pro-
pter ipsum solum quia reputatum est illi: sed & propter eos/ quibus reputabitur creden-
tibus in eũ/ qui suscitauit IHESVM dominũ nostrũ a mortuis. qui traditus est propter
delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. ¶ Qui ante aduentũ Chri
sti fuerũt: ante eius aduentũ nondum redempti erant/ nondum plenariã/ consumatãq;
iustificationem adipisci valebant. Sed omnes qui post eius aduentũ/ post mortem eius
viuificã peccataq; tollentem/ & resurrectionem plenarie iustificantem/ hanc ingrediũ-
tur vitam: omnes redempti/ omnesq; plenariã consumatãq; iustificationẽ adipisci pos-
sunt. Authori igitur tãtorũ munerũ: laus & honor & gratiarũ actio in sæcula sęculorũ.
A ¶ EXAMINATIO nõnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Si enim Abraham ex
29 operibus iustificatus est: habet gloriam. ¶ Ex græco: potius gloriationem. Paulus.
εἰ γὰρ ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα Et vbicunq; vocabulum hoc
καύχημα ponetur: nos ad intelligentiam græcam adiicere malumus gloriationis
nomen. vbi vero δόξα: nomẽ gloriæ. ne ęquiuocatio in vocabulo latino fallat legẽtes/
A quæ minime habetur in gręco. ¶ Vulgata ędítio. Merces non imputatur secundũ gra-
30 tiam. ¶ Dici potuit non reputatur secundum gratiam: vt & vetus interpres paulo an-
te dixerat. Credidit Abraham deo: & reputatum est ei ad iustitiã. Et paulo post. Repu-
tatur eius fides ad iustitiã. nã & hic & ibi eodẽ Paulus λογίζομαι vocabulo vtit. Pau
lus. ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν. ¶ Vulgata æditio. Reputatur fides eius ad
iustitiam secundum propositum gratiæ dei. ¶ Hæc particula secundum propositum
gratiæ dei: in codicibus græcis nunc non habetur. nichil tamen officit intelligentiæ.
Paulus. λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. reputatur fides eius ad iustitiã.
Et continuo subiungit. καθάπερ καὶ δαβὶδ λέγει. sicut & Dauid dicit. ¶ Vulgata
æditio. Cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. ¶ Dicere potuit vetus interpres:
cui deus reputat iustitiam sine operibus. Nam idem vocabulum quod hic vetus inter-
pres transfert accepto fert: paulo ante per reputor transtulerat. quo Paulus nunc in pas-
siua/ nũc i actiua pro loci cõmoditate vti videtur significatione. Et vnius eiusdẽ voca-
buli interpretatione/ vetus interpres tam varie vtitur: vt nunc vertat imputatur/ nunc
reputatur/ nunc accepto fert/ & pleraq; alia. Verum cum id vocabulum occurret: non
variabimus circa græcam intelligentiam interpretationem/ vt neq; Paulus vocabulũ
variauit: ne videamur aliam inducere intelligentiam. Paulus. ὁ θεὸς λογίζεται δι-
B καιοσύνην χωρὶς ἔργων. ¶ Vulgata æditio. Beatitudo ergo hæc in circuncisione
31 tantum manet/ an etiam in præputio? Neq; tantum/ neq; manet/ in paulo habetur: sed

est/substantiuum verbum subintelligi potuit acsi diceremus. Beatitudo igitur hæc in
B circuncisione/ an etiam in præputio est? Paulus. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν
32 περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν. ¶ Vulgata æditio. Signaculum iustitiæ fi-
dei quæ est in præputio. ¶ Verbum in græco non exprimitur. quod si fuit exprimendũ:
potius id per præteritum q̃ per præsens faciendum fuisse videtur/ dicendumq; fidei quę
fuit in præputio. Paulus. σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ
ἀκροβυστίᾳ. ¶ Vulgata æditio. Non iis tantum qui sunt ex circuncisione. ¶ In paulo
particula tantum/ iungitur cum circuncisione non cum iis. vt intelligatur: non iis qui
sunt ex circuncisione tantum. Paulus. τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον. ¶ Vulgata
æditio. Sed iis qui sectantur vestigia fidei/ quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.
¶ Vt & prius præteritum potius q̃ præsens intelligendum/ aut per præteritum ad apertiorem latinæ locutionis intelligentiam exprimendum. nã in græco nõ exprimitur verbum: sed subauditur. Paulus. ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσιν ἴχνεσι τῆς πίστεως τῆς
ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἀβραάμ. Sed & iis qui sectantur vestigia fidei/ quæ in præputio patris nostri Abrahæ. Quod si exprimitur verbum fuit/
dicendo fidei quæ fuit in pręputio patris nostri Abrahę: id accommodatius videtur &
respondere ei quod intendit Paulus/ q fides reputata fuit Abrahæ ad iustitiam in pręputio/ non in circuncisione. Etiam & accõmodatius per præteritum explicamus ad designandum longo temporis interuallo eum iustificatum fuisse in pręputio/ anteq̃ dare-
C tur ei circuncisio. ¶ Vulgata ędītio. Vt hæres esset mundi. ¶ Quęres vbi Abrahę pro-
33 missa est mundi hereditas? Responderi posse videtur: geneseos 13/ vbi habetur. dixitq;
dominus ad Abraham postq̃ diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos & vide a loco
in quo nunc es ad aquilonem & meridiem/ ad orientem & occidentem: omnem terrã
quam cõspicis tibi dabo & semini tuo vsq; in sempiternum. faciamq; semen tuũ sicut
puluerem terrę. Omnes igitur plagæ terrę/ meridies & aquilo/ oriens & occidens: promissę sunt Abrahæ & semini eius/ mũdiq; hæreditas. Ex quo intelligitur semen Abrahę/ non solum iudæos dici qui iudæam incoluerunt: sed & omnes vbiuis gentium fideles. Verum hi/ filij fidei Abrahę sunt: illi/ filij carnis. Et non solum iudæa: terra promissionis est intelligenda/ sed & ea terra quam nos calcamus in Europa. Immo & vniuersus orbis est promissionis terra. Quod & mirifice intellexit & aperuit Paulus: cum dixit
Abrahæ promissam mundi hæreditatem. Quare qui student fideles reddere vbicunq;
locorum terræ degant homines: videntur diuinæ promissioni inseruire/ vt filijs Abrahæ obueniat mũdi hæreditas. Et q̃diu adhuc fideles non sunt: non sunt semẽ Abrahæ/
sed ex fide primum/ semen Abrahæ suscitantur. vt induratos iudæos & ĩfideles/ nõ vocabat Ioannes filios Abrahæ: sed dicebat. Dico enim vobis: quoniã potens est deus de
lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Ergo fides: vere facit filios Abrahæ/ non caro:
C ergo fidelitas: non carnalis affinitas. ¶ Vulgta æditio. Promissio õni semini nõ ei qui
35 ex lege solũ/ sed et ei qui ex fide est Abrahæ. ¶ Bis/ hic potius dicẽdũ erat ei qđ. Nã ei
& quod referũt semẽ: quod neutrũ est. Paulus ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι.
οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως ἀβραάμ. ¶ Vulgata æditio.
Et vocat ea quæ non sunt tanq̃ ea quæ sunt. ¶ Sic gręce καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. & qui vocat non existentia tãq̃ existentia/ siue qui vocat ea quæ non sunt
tãq̃ sint. Et hoc vocabulo, ὁ καλοῦν id est q vocat qđ a verbo καλέω descẽdit/ et deductitijs eius/ plerũq; vtitur Paulus: vt idẽ ac accersit/ ĩuitat/ et (vt sic dicã) quodã modo allicit/ significat. vt in epistola ad Galatas. cum autem placuit ei qui me segregauit
de vtero matris meæ/ et vocauit per gratiam suam. καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος
αὐτοῦ igitur secũdũ hãc significationẽ qui vocat ea quæ non sunt tanq̃ sint: id est accersit/ inuitat/ & exuberanti benignitate allicit res quæ non sunt tanq̃ sint. Non sunt
quidem in seipsis/ sed deo semper assũt: cui omnia semper præsentia sunt. Qui enim implet infinitatem: implet mundũ/ mũdo vbiq; præsens. Et qui iplet æternitatem: implet
et tempus vniuersum/ estq; vniuerso tempori/ cunctisq; temporalibus præsens. Et magna ac incõpræhẽsibilis dei benignitas: qui nos ad iustitiam suam vocauit/ accersiuit/
inuitauit anteq̃ etiã essemus/ tanq̃ prouidẽtiã nostri non deserens/ siue non essemus siue
essemus. Et cum mysteria ad primos patres nostros gerebãtur: nobis prouidebat/ nosq;
ad iustitiam suam inuitabat. Non est autẽ (inquit beatissimus Paulus) scriptũ propter
ipsum solũ quia reputatũ est illi ad iustitiã: sed et propter nos quibus reputabitur credẽ-
C tibus in eum qui suscitauit IHESVM dominum nostrum a mortuis. ¶ Vulgata æditio. Secundum quod dictum est ei. ¶ Particula ei abundat: neq; in græco habet̃. Pau-
36 lus. κατὰ τὸ εἰρημένον. ¶ Vulgata æditio. Sic erit semẽ tuũ sicut stellæ coeli/ et arena

maris. Et hoc quoq; totum sicut stellæ cœli & atena maris abundat: neq; in græco le
gitur. Paulus. ὄυτωσ ἔϛαι τὸ σπέρμα σου. sic erit semen tuum. et continuo subdit
καὶ μὴ ἀσθενήσασ τῆ πίϛει. Et nõ infirmatus est fide. Et si veteris interpretis græcũ
exemplar id non habuit/ ab aliquo ad supplẽdã intelligẽtiã idipsum adiectum est. q̃ȳ &
ex historia Geneseos/ ea erat requirenda. vbi sic legitur. Suspice cœlũ/ & numera stel
D las si potes. et dixit e:. Sic erit semen tuum. ℭ Vulgata æditio. Nõ est autẽ scriptũ tãtũ
37 propter ipsum. ℭ Paulus. ὀυκ ἐγράφη δὲ διάυτὸν μόνον. non scriptũ est autẽ pro-
ter ipsum solũ. vbi solum aperte cognoscitur addi ad ipsũ. Turbauit autem vetus iter-
pres: ambiguũ reddens an particula tantũ referẽda sit ad scriptũ est/ an ad ipsũ/ cũ nul
lũ in Paulo sit ãphibolũ. ℭ Vulgata æditio. Quia reputatũ est illi ad iustitiã: sed & pro-
pter nos. ℭ Particula ad iustitiã supflua est. Paulus. ὅτι ἐλογίσθη ἀυτῷ ἀλλὰ καὶ
διήμᾶσ. Et q̃ȳ etiã nichil officit intelligẽtiæ: satis tamẽ ex superioribus itelligebatur.
ℭ Vulgata æditio. ℭ Quibus reputabitur credẽtibus in eũ. Sic Paulus. δισμέλλει
λογίζεσθαι. quibus debet reputari. sed vt expressũ est/ in eandem recidit intelligẽtiã
& latinum loquendi morẽ magis obseruat. hanc igitur intelligentiam & hanc interpre
tãdi legem: cum veteri interprete secuti sumus. ℭ Vulgata æditio. Qui suscitauit IHE-
SVM CHRISTVM dominũ nostrũ a mortuis. ℭ CHRISTVM in græco non habet.
Paul⁹ ἐιγέιραντα ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. Cap. V

PEr mortem Christi deleta sunt peccata nostra/ id est Christo pro nobis
dimissa & cõdonata. et etiã nobis in eodẽ dimittũtur & donãtur/ quo-
ties delinquimus: & pœnitentia duce per verã fidem ad ipsum recurri
m⁹. & per resurrectionẽ eius: post peccatorũ dimissionẽ/ iustificatio no-
bis in eo donata est/ id est ei pro nobis. quã sequitur pax ad deum et
recõciliatio: vt æternã cum Christo accipiamus hæreditatem. quã in
hoc mundo in spe possidemus: in altero autẽ in æternorũ bonorũ frui
38 tiõe. i Christo eni: ẽ oim peccatorũ remissio. i Christo: ẽ oim iustificatio.
in Christo: est õniũ reconciliatio. Et ideo subifert Paulus. ℭ Iustificati ergo ex fide: pa
cẽ habemus ad deũ per dominũ nostrũ IHESVM CHRISTVM/ per quẽ habemus ac
cessum per fidem et gratiã istam: in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ dei. ℭ Ma-
gna profecto est gratia: iustificatio in nobis a Christo suscepta. in Christo enim maxi-
ma & vniuersalis: in nobis autẽ & vnoquoq; iustificato particularis/ in qua tamẽ nobis
maxime standum est. & magna gloriandi & in spiritu exultãdi occasio: expectatio glo-
riæ dei i vitæ imortalitate. sed Apostoli & Paul⁹ nõ solũ gloriabãtur i certa illa spe glo
riẽ dei: sed & i tribulationib⁹/ sicut scritpũ ẽ. Et illi qdẽ ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij
quoniã digni habiti sũt ꝓ nomie Ihesu cõtumeliã pati. Nã agnoscebãt: ꝙ tribulatiões
i ipsis faciebãt patiẽtiã illas ẹquo aio ac leto ꝓpter Christũ pferẽtes/ patiẽtia vero illos
faciebat probatos/ vt verũ ꝓbaẽ eẽ aurũ qđ ignis violẽtiæ nõ cedit sed sustinet/ pulchri
us & (vt sic dicam) lẹtius effectũ. Probatio autẽ illis multo magis augebat spẽ. Spes
enim nullã habet cõfusionis sequelã. vt eni desperatio perdit/ confundit/ & aufert vi-
tã/ mortẽ tribuẽs: ita spes saluat/ a cõfusione defẽdit/ & auferẽs mortẽ/ tribuit vitã. Ad-
de/ ꝙ et per hẹc Christiformes erãt Christiq; imitatores: qui tribulatus/ patientissimus/
probatus fuit/ & super õnes sperãs. Tribulatus. Conculcauit me (iquit) homo: tota die
ipugnãs tribulauit me. Patientissimus. Tu es (iquit) patientia mea domine: spes mea a
iuuentute mea. Probatus. Probasti inquit cor meũ/ & visitasti nocte: igne me examina
sti/ & nõ est iuẽta in me iiquitas. Itẽ sperãs. Ego autẽ (ait) semper sperabo: & adijciã su-
39 per õnẽ laudẽ tuã. Et iterũ. In te domine speraui: non confundar in ẹternũ. Atq; ideo
subnectit Paul⁹. ℭ Nõ id solũ autẽ: sed & gloriamur in tribulationib⁹. sciẽtes: ꝙ tribu
latio patiẽtiã operatur. patientia autẽ: probationem. probatio vero: spem. spes autẽ nõ
confundit. ℭ Hinc apud Paulũ mirabilis harum trium virtutum fides/ spes/ & chari-
tas: ordo. Fides: prima est. secunda: spes. et tertia: charitas. ex fide: spes. spes autẽ: cha
ritatem dei continuo habet asseclam. Si enim non credis/ non fidẽ habes: nõ speras.
si non speras: non diligis. At si & credis & speras: continuo diligis. Et charitas dei: re-
liquarum duarum fidei & spei perfectio & consumatio est. quẹ abũde apostolis/ & diui
40 no Paulo per spiritum sanctum diffusa est. Spes iquit nõ cõfundit. Et rationem subdit di
cens. ℭ Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum: qui datus
est nobis. ℭ Si esset spes sine charitate: inanis esset & confunderet. vt quẹ non vitã: sed
mortem inueniret. Ergo gloriosos apostolos imitemur/ fidẽ firmã habentes: quam con
sequitur spes gloriæ dei assequendẹ. in qua: mente exultemus. Et nõ solum in spe glorię
exultemus: sed et æquanimiter tribulationes perferendo/ probationẽ nostram ex patiẽ

tia agnoſcentes/ & augentes ſpem: cui charitatem ex ſpiritus ſācti dono adiūgi poſtu-
lemus. Et quo modo etiā nō ſperemus: quomodo charitatem dei nō habeamus? Quia
cum infirmi eſſemus et inualidi vt ad ſanitatem rediremus: per id tēpus/ pro nobis im-
pijs Chriſtus mortuus eſt. At vix alius quiſq̄ velit pro iuſtis viris mori: & ſi ſint qui pro
aliquo bono/ alicuiuſue boni conſequēdi gratia/ ſe audent mortis committere diſcrimi
ni. At neq; iuſti eramus: ſed iniuſti & impij. Neq; ſuū/ noſtrū bonū/ emolumentumq;
Chriſtus pro nobis moriens: quęrebat. Nullum eni ſibi emolumētum quęrebat: qui qđ
a patre habebat/ maius erat omnibus. Quod inquit dedit michi pater: maius eſt omni
bus. Et in hoc magnā & ineffabilē ad nos oſtendit ſuā dilectionē ad augēdam in no-
bis ſpem & charitatē: ꝙ cum adhuc eſſemus peccatores/ & eo quidē tēpore pro nobis
mortuus eſt. Quid igitur nunc: nonne nos (quos redemit/ iuſtificauit/ reconciliauit pa
tri) multo magis ſaluabimur per ipſum/ ab æterna dānatione erepti? Nōne multo ma-
gis ſperare debemus & charitate flagrare/ & exultare in deo per Chriſtum dominum
noſtrum: qui nos tantum dilexit/ & diligit & tam inexcogitata beneficia contu-
lit? Nonne ſi inimicos/ mors filij dei deo reconciliauit: multo magis vita eius imorta-
lis/ reconciliatos & iam factos amicos ſaluabit? Argumēta ſūt hæc a minori ad maius.
41 Sic enim habet Paulus. ¶ Adhuc eni CHRISTVS/ cum infirmi eſſemus ſecundū tem
» pus pro impijs mortuus eſt. Vix eni pro iuſto quis moritur. nam pro bono forſitā quis
» audeat mori. Commendat autē charitatem ſuā deus in nobis: quoniā cum adhuc pec-
» catores eſſemus/ CHRISTVS pro nobis mortuus eſt. multo igitur magis: nunc iuſtifi
» cati in ſanguine ipſius/ ſalui erimus ab ira per ipſum. Si eni cū inimici eſſemus recōci-
» liati ſumus deo per mortē filij eius: multo magis reconciliati/ ſalui erimus in vita ipſi-
» us. nō ſolum id autē: ſed et gloriamur in deo per dominum noſtrū IHESVM CHRI-
» STVM/ per quem nunc reconciliationem accepimus. ¶ Sed vnde reconciliationē ac-
ciperemus: niſi ex præcedente ad deum iimicitia? Vnde vero hęc inter nos & deū pen-
deret inimicitia: aperit id apoſtolus/ ex peccato fuiſſe. Nam per peccatum primi paren-
tis: mors introiuit in orbem terrarum. et cōſtituta eſt inter eum et deum inimicitia. Et
hunc in modū mors in ōnes homines: qui peccauerunt in eo quo peccauerūt ptrāſijt:
& ob propriū peccatū mortui ſunt. et in eos qui non peccauerūt identidem pertranſijt
mors: perinde ac ſi vt Adam præuaricati fuiſſent. Etenim et Abel et infantes qui non
peccauerunt: ſimiliter vt Adam mortui ſunt. Et peccatum ab Adam vſq; ad traditam le
gis traditionem regnauit: & regnat poſt traditam legem. Qui enim ante legem deum
& proximum non amabat/ et tanto magis ſi cōtemnebat aut odibat: peccabat. qui pa-
trē & matrē probro afficiebat et ihonorabat. qui homicidium perpetrabat. qui aliena
rapiebat: et id genus ſimilia. Hoc tamen itereſt: ꝙ peccatum ante legis traditionem
(etſi peccatum eſſet) non reputabatur peccatum. Poſt vero traditam legem: peccatum
reputatum et agnitum eſt eſſe peccatū. perinde atq; inſalubre ante præceptum medici
et poſt: inſalubre eſt. vt ſuſpectis lepræ: lacticinia/ piſces recentes/ et porcinæ carnes. At
hoc intereſt: ꝙ inſalubre ante præceptum non reputatur inſalubre/ & ſi noxium ſit &
inſalubre. poſt vero medici præceptum non ignoratur inſalubre/ ſed reputatur atq; co
42 gnoſcitur inſalubre. Et hæc vniuerſa inſinuat Paulus cū ait. ¶ Propterea ſicut p vnū
» hominem peccatum in mundum intrauit/ & per peccatum mors: ita in omnes homi-
» nes mors pertranſijt/ in quo omnes peccauerūt. vſq; ad legem eni peccatū erat in mū-
» do. peccatum autem nō reputabatur cum lex nō eſſet. ſed regnauit mors ab Adā vſq;
» ad Moyſen (etiā in eos qui non peccauerunt) in ſimilitudinē præuaricationis Adę/ qui
» eſt forma futuri. ¶ Duo fuerūt Adā. Prim9 pᵫuaricator præcepti dei: e paradiſo eiectus.
Secūd9/ mādati dei ppetuus obſeruator: ī paradiſū aſſūptus. prim9 peccati & mortis ho
minib9 author. ſecūdus: iuſtificatiōis et vitæ idultor. Prim9: vet9. Secūd9: nou9. Prim9
terren9. Secūd9 cœleſtis. Et terren9: cœleſtis fuit typ9/ id ē figura quædā & vmbratilis
ſimilitudo/ ipſū in aliquib9 directa proportionis & analogiæ lege repræſentās/ in mul
tis autē ex oppoſito. Qꝛ enim vetus Adam ex virginea terra ſumptus eſt et ſecūdus ex
virginea carne/ ꝙ inſpirauit deus in limū formatum in hominem ſpiraculum vitæ &
ſpiritum ſāctū virtus altiſſimi virgini obumbrauit/ ꝙ cū vetus Adam dormit in horto
ex eius latere formata eſt Eua et domino dormiente in cruce ex aperto eius latere for-
mata eſt eccleſia: hæc recta reſpondent Analogia/ et eſt primus Adam forma futuri/ id
eſt Chriſti & verbi dei incarnati. At ꝙ Adam tranſgreſſor Chriſtus inocens/ ꝙ ille ino-
bediens hic obediens/ ꝙ ille author mortis Chriſtus vitæ/ ꝙ ille terrenus hic cœleſtis/
ille typus et figura hic veritas/ & innumera huiuſmodi talia: oſtendūt primū Adam &

secundum ex opposito respondere. Quod et Pauli sententia exequitur. Nam primi Adę est delictum: secundi gratia et donum. Et hæc opposita: & ex opposito respondent. delictum enim (vt quod priuatio est/ negatio/ & non ens) debile & inefficax. gratia vero habitus/ affirmatio/ & ens valida & efficax. Quis igitur manifesto non videt argumento: si delictum primi Adæ infirmum & debile potuit multos ī mortem præcipitare/ multo magis gratiā & donū Christi domini/ secūdi & veri Adæ/ q̄ vera & viua dei imago ē/ gratiam inquā et donū Christi/ forte/ validum & efficax: posse pluribus vitam prestare? Confugiamus igitur ad gratiam Christi potentissimā ad saluandū/ & in infinitum potentiorem ad saluandum q̄ Adæ peccatū et q̄ nostrū possit ad dānandū. tāto enim potentior: quanto aliquid/ potentius q̄ nichil. Hæc spes nos animet/ nos cōuertat/ amore flagrantes ad eum: qui vult/ & tam potens est ad saluādum. Peccatū & donū (gratiam ei & donū: idē itellige) nō pares habēt vires. Nā peccatū p vnū q peccauit donū p vnū q peccatū nō fecit. Ex vno peccato/ iudiciū in cōdemnationē: sed donum ex multis peccatis in iustificationem. q̄ potens igitur donum/ q̄ potens gratia ad saluandū & iustificandum: cui inumera resistere non valent peccata? Non sunt igit̄ donū et pctm̄ paria. Aspiremus itaq; ad gratiā Christi: quę innumeris resistit peccatis. & quam q habet: īfinitis obluctari potest pctīs. queadmodū lux: īfinitas ꝓpulsare tenebras. q enī hāc grãe Xp̄i efficaciā non sentit: cæc⁹ est/ negās lucis potentiā in tenebras/ & credēs tenebrarū nichilipotētiam validiorem esse luce. Si igitur vnius delicto mors regnauit in multos per vnum? quomodo multo valentiore iure in multos/ abundantiā gratię/ doni & iustificationis habentes: non regnabit vita per vnum Ihesum Christum? hic siquidem: fortissim⁹. ille vero: quippe qui lapsus/ debilis & infirmus. gratia/ donum & iustificatio: valida. peccatum & mors: debilia et inefficacia. Et licet homo ex se & cum se respicit/ peccatum & mortē superare non possit/ vt neq; corpus propulsare tenebras: cum tamē gratiam Christi respicit/ videt non se quidem/ sed gratiā Christi in se/ tam et delictū & mortem effugare posse/ q̄ solare iubar ab opaco tenebras. Et omnes ratiocinationes Pauli facile intelliges: si anologiā ex opposito sequi noueris/ & partes valētiores (vt par est) Christo tribuere ad saluandum/ Adam debiliores ad damnandū. et certe tanto debiliores q̄tum homo minus potest deo. Et valentiores partes gratiæ ad viuificādū: debiliores autem peccato ad mortificandum. quæ certissima ratiocinatione apostolus colligit: quam nullus qui non fuerit bonæ dialecticæ prorsus rudis/ ignorabit validissimā. Sed
43 nūc quo pacto Paulus nullius disciplinæ/ neq; diuinæ/ neq; humanæ ignarus/ generose argumentetur: audiamus. inquit enim. ¶ Sed non sicut delictum: ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei & donum/ in gratia vnius hominis Ihesu Christi/ in plures abūdauit. Et nō sicut per vnum peccantem: donū. Nam iudicium ex vno in cōdemnationem: in gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnius delicto/ mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ/ & donatiōis iustitiæ accipientes/ in vita regnabunt per IHESVM CHRISTVM. Igitur sicut per vnius delictum in oēs hoīes in cōdemnationē: sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. sicut enim per inobedientiam vnius hominis/ peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius obedientiam/ iusti constituentur multi. ¶ Ecce delictum vnius: cui fortior vnius gratia opponitur. Ille vnus: Adam mortalis & terrenus. iste vn⁹: Christus īmortalis et deus. Delictum: mors
40 sequitur. ac multo magis vita gratiam. Delictum: condēnatio ōnium hominū ad mortem: gratiam: absolutio & iustificatio ōniū hominū ad vitā. Ecce vnius inobedientiæ: fortior obedientia opponitur. illius inobediētiā: multorum secutum est peccatū. huius obediētiā: multo magis multorū frequēter iustitia. Quæ si nō seq̄ret̄: hoc nō esꝫ ob īsufficentiā gratiæ/ iustitiæ & obedientiæ huius/ sed ob peruersitatem nostrā/ qui nolemus gratiæ tantæ/ tāq; potentis/ & iustitiæ/ & obedientiæ esse participes. perinde atq; si nōnulli captiuorum & in vincla coniectorum: aut diffiderent aut spernerent redemptiōis esse participes/ aliquo nichilominus veniēte/ qui ōniū copiosissimā haberet redemptionē. Ipse apud se ōniū nostrū habet redemptionem: nō solū nobis/ sed & īnumeris etiam redimendis mundis sufficientē. Et vt q̄ fortis & valida sit eius gratia cognoscatur: tūc data est/ cū delicta erant fortissima. Nā ante legem etsi delicta essent: non cognoscebātur esse delicta. At per legem: cognita sunt esse delicta. & non per ignorantiā: sed scientes peccabant homines/ atq; ideo grauius. Et lex data est primo atq; præcipue: vt cognita mala fugerent. secūdo vt eam non facientes: grauius peccarent. hoc occasionis: illud intentionis. Et ideo subdit Paulus. ¶ Lex autem subintrauit: vt abundaret deli-
44 ctum. vbi autem abundauit delictum: superabundauit & gratia. vt sicut regnauit pec-

catum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per IHESVM
CHRISTVM dominũ nostrum. ¶ Lex profecto subintrauit: vt (nõ ex intẽtione/ sed ex
occasione) abundaret delictũ. Dans legem: medicus. lex: præcepta/ omnia noxia & i-
salubria/ item & omnia quæ sanitatem adiuuant pandentia. Accipientes legẽ: valitudi
narij. Qui si sequũtur concupiscentias morbi/ admoniti multorũ noxiorũ & insalubriũ
quæ ignorabãt & quæ non cupiebant/ ea concupiscant et eis vtantur: ex occasione/ &
non ex intentione deterius ægrotabunt. Sic est de ijs qui transgrediuntur legẽ. sic pri-
mus parens peccauit; volebat enim deus illũ per præceptũ præmunire & saluare. scie-
bat enim futurum: vt hostis eũ alliceret ad edẽdũ de fructu sibi noxio/ aut forte p igno-
rantiã edere potuisset/ vnde mortem incurrisset corporalẽ/ & affectus incurrisset noxios.
non obediuit medico & deo: & ex occasione/ grauius deliquit. Arbur enĩ bona erat/ &
numerũ implebat vniuersi/ vt ignis bonus est/ vt cicuta bona suam implens speciẽ: sed
ignis tibi malus est/ si tangis. cicuta mala / si comedis. Et quando Paulus ex opposito
argumentãs plus in vna particula oppositionis addit q̃ in altera: si tantũdem in alte-
ra intelligis/ nichil erras. vt cum dicit. vt sicut regnauit peccatum in mortẽ: ita & gra-
tia regnet per institiã in vitam æternã per Ihesum Christum dominũ nostrũ. addit ĩ se
cunda particula per iustitiã/ per Ihesum Christum dominũ nostrũ: quorũ in prima nõ
apponũtur oppositiones. iccirco si totũ sic intelliges/ oppositiones exprimens/ vt sicut
regnauit peccatũ per iniustitiã in mortem æternam per Adam: ita & gratia regnat per
iustitiam in vitam æternam per Ihesum Christum dominum nostrum: non errabis/ &
videbis singula singulis conspectius opposita. regnum (nam tyrannicum) regno. pec-
catum: gratiæ. iniustitiã iustitiæ. mortẽ æternã: vitæ æternæ. Adã: Christo. Et qui ĩ cæte-
ris ita faciet: plurimum ad itelligẽtiã iuuabitur. Exprimit enĩ Paulus plerũq; paucio
ra/ plura itelligens. Et regnũ/ & gratiã/ iustitiã et vitã æternã/ magnificentiora ijs quę
sibi & nobis perdiderat Adam: reparauit Christus. Cui sit honor et gloria ĩ sæculorũ
secula. Nunc ad examinationem.
A EXAMINATIO nõnullorũ circa literã. Vulgata æditio. Iustificati ergo per fidẽ pacẽ
38 habeamus. ¶ Ex Paulo: dicẽdum potius habemus in præsenti idicatiui. Et de aposto
lis/ discipulis & seipso loquitur: vt ex processu patet/ cum dicit charitas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. et consequẽs est/ vt iustifi
cati deo reconciliati: sint pacem habentes/ non iam quam habent optantes. legẽdum
igitur habemus/ non habeamus. Paulus. Δικαιωθέντεσ ὄυν ἐκ πίστεωσ εἰρή-
νην ἔχομεν. ¶ Vulgata æditio. Et gloriamur in spe filiorum dei. ¶ Ex Paulo legẽdũ:
et gloriamur in spe gloriæ dei. Quare: filiorum adiectitiũ et superfluum. Quid enim est
in quo magis nos gloriari et exultare oporteat: q̃ in spe assequendæ gloriæ dei/ ex sola
quidem eius bonitate? Paulus καὶ καυχώμεθα ἐπὲλπιδι τῆσ δόξησ τοῦ θεοῦ
41 ¶ Vulgata æditio. Vt quid enim Christus cũ adhuc infirmi essemus secundum tẽpus.
¶ Non habet Paulus: vt quid sed adhuc siue etiam/ confirmans ex parte nostri magnã
charitatis dilectionisq; occasionem debere haberi/ licet nos illa immensa dei charitas
amando pręuenerit. Sed nonne illa publica mundi lux: oculos pręuenit vt videant? Ita
quoq; & diuinus amor nos: vt ipsum amemus. Et ex ipsa præuentionis benignitate: tã
to feruentius amare debemus. quę nos etiam cum omnino refugi essemus et auersi/ con
uertit: vt tantam agnosceremus bonitatem. quæ etiam inuitos saluat et prosequitur fu-
gientes ne pereant. Legendum igitur. Adhuc enim Christus. Et in eo quod sequitur
cum adhuc infirmi essemus: particula adhuc hoc in loco/ auferenda est: et legendum
Christus cum infirmi essemus. Nam sic Paulus. ἔτι γὰρ χριστὸσ ὄντων ἡμῶν
ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν. Adhuc enĩ Christus cũ essemꝰ nos infirmi/ siue existẽtibus no-
bis infirmis: nam illud adhuc (vt iam dictum est) in principio poni debuit/ loco huiꝰ vt
quid. Quod dicitur secũdum tempus: intellige/ per id tempus/ ad id quod sequitur adiũ
gens. vt sic intelligas per id tempus pro impijs mortuus est. ¶ Vulgata æditio. Cum ad-
B huc peccatores essemus secundum tempus. ¶ Hoc in loco particula secundum tempus
41 superflua est/ neq; gręce habetur. et si poneretur: in sequens (vt dictum est) referenda vi-
detur/ non in præcedens/ vt continuo legeretur secundum tempus Christus pro nobis
mortuus est. id est per id temporis/ et eo in tempore. Paulus. ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν
ὄντων ἡμῶν. et continuo subditur χριστὸσ ὑπὲρ ἡμῶν. Christus pro nobis. ¶ Vulga
ta æditio. ¶ Propterea sicut per vnũ hominem peccatum in hunc mundũ intrauit. ¶ Sa
tis erat dicere in mundum. Paulus. διὰ τοῦτο ὥσπερ δι᾽ ἑνὸσ ἀνθρώπου ἡ ἁμαρ-
τία εἰσ τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. ¶ Vulgata æditio. Et per peccatum mors: et ita in
omnes homines mors pertransijt. ¶ Et ita in omnes: coniunctio et superflua videtur/

et legẽdũ hoc modo. & per peccatũ mors:ita ĩ oẽs homines mors pertransijt. Paulꝰ.
καὶ Διὰ τῆσ ἁμαρτίασ ὁ θάνατοσ, ὄυτωσ ἐισ πάντασ ἀνθρώπουσ ὁ θάνα-
τοσ Διῆλθεν.critqꝫ hic/ ita ĩ oẽs hoĩes:cõparatiõis secũda particula.℄Vulgata ędi
tio . In quo oẽs peccauerũt. græce sic ἐφῷ πάντεσ ἥμαρτον.Illud ἐφῷ et in quo/
ãbiguũ ẽ an neutrũ sit : idẽ significãs ac ĩ eo in quo/ ĩsinuãs.sicut Adã ĩ pctõ quo pec
cauit/mortem icurrit & hic est primus mortis ingressus in mũdum:ita omnes qui pec-
cauerunt/ in eo in quo peccauerunt/ id est ĩ proprio peccato & ob proprium peccatum
mortem incurrerunt.neqꝫ videtur velle omnes peccasse:vt statim subiungit . regnauit
mors ab Adam vsqꝫ ad Mosen etiam in eos qui non peccauerunt. igitur qui non pec-
cauerunt & mortui sunt:non in quo peccauerũt mortui sunt/ sed in similitudinem præ-
uaricationis Adæ.Christus:fons iustificationis omnis. Adam:sentina præuaricationis
oĩs.Similitudo Christi : vita.Similitudo Adæ:mors. Omnes qui salutem adipiscũtur:
in similitudine Christi adipiscuntur.omnes qui moriuntur:in similitudine Adæ moriũ
tur.sunt tamẽ et qui in similitudine:et per proprium delictum moriuntur. Et hic sensus
magis ex intẽtione apostoli videtur. Alij intelligunt in quo masculine/ vt referat vnũ
hominem:et sic intelligunt.in quo/vno homine scilicet Adam/omnes peccauerunt .et
tunc nichil aliud est nisi peccatum Adæ vniuersale fuisse: obligans omnem suam poste
ritatem ad mortem.vt iustitia Christi vniuersalis est : omnem posteritatem suam sol-
uens a morte/ et vitæ restituens. Sic omnes filij Christi in Christo operati sunt iustitiã.
At ipsos ĩ Christo sic operatos iustitiam:non est ipsos aliquid esse operatos/ sed Christũ/
vniuersalem esse operatũ iustitiã. Sic õnes in Adam peccasse/ non est ipsos aliquid pec
casse: sed Adam vniuersalis obligationis admisisse noxam. Est ne vniuersalis:quæ et
Adæ et omnibus filijs eius communis est? Certe vniuersalis. Et iustitia Christi longe
vniuersalior:quanto capacitas cœli amplior est ꝙ terræ angustia. est enim peccatũ Adę
vt tota terra:iustitia Christi vt cœli amplitudo. O beati:qui in illa amplitudine recipi-
entur. et miseri:qui illam effugient. Et qui intellexerit hanc obligationem in posteri-
tate Adæ/ a plerisqꝫ nuncupari peccatum:difficilium locorum sumet intelligentiam. et
paucos ab hac obligatione videbit exemptos. Christum vnicum per naturam:reliquos
per gratiam/ hos maiorem/ illos minorem. vt Enoch/ Heliam/ virginẽ deiparam/ dile-
ctum discipulum. Et ꝙ Christus mortuus est/ non ex obligatione Adæ mortuus est:sed
cum non esset obligatus/ mortuus est pro obligatis:vt nos ab obligatione liberaret. Et
ꝙ virgo beatarũ beatissima mortua est:itõ ex obligatione primi parẽtis mortua ẽ/ sed
imitatione filij sui. vt et in hoc Christiformis esset:& consolaretur omnes iustos poste-
ros qui ex imitatione Christiformiter moriuntur/ & non amplius ex obligatione Adæ.
Et hæc est mors iustorum. in hoc ipso fœliciores:ꝙ Christi mortẽ imitantur/ futurę etiã
resurrectionis cõsortes. Et si Enoch & Helias morientur aliquando:non alia morte mo
rientur. Sed hic claudendi riui/ne in pelagus originalis peccati ruamus:et non ampli-
us apostoli/ sed alienam cogamur sequi sẽtentiam . latissimum sane est inter apostoli et
aliorum differendi modos:interstitium. ℄Vulgata æditio. Peccatum autẽ non impu-
C tabatur. ℄Pauli verbum ὀυκ ἐλλογεῖται.quod melius non reputabatur ꝙ imputa-
42 batur interpretatur/ vt vbiqꝫ ferme facit iterpres. Nam cum legitur peccatum autẽ nõ
imputabatur:intelligunt/ non imputabatur a deo. quemadmodum hoc in loco. Beatus
vir cui non imputauit dominus peccatum. At cum dicitur peccatum autẽ non reputa-
batur: statim succurrit intelligentia/ peccatum autẽ nõ reputabatur ab eis scilicet qui
peccabant esse peccatum/ tametsi peccatum erat et a deo imputabatur. vt is qui insa-
lubribus vtitur:peccat/ etsi se peccare ignoret / et ei medicꝰ iputat. sed multo magis im
putat post data præcepta et insalubrium vetationem. sic post datam legem ab anima-
rũ medico/ deo supermiserãte et superbono:peccãtes/ plagis vapulabunt multis. Pau
lꝰ.ἁμαρτία Δὲ ὀυκ ἐλλογεῖται ℄Vulgata æditio. Sed regnauit mors ab Adã vsqꝫ
ad Moysẽ. etiã ĩ eos q nõ peccauerũt:ĩ similitudinẽ ꝑuaricatiõis Adæ. ℄ Particula in
similitudinẽ ꝑuaricatiõis Adæ / per hyperbatõ dici videtur : et in anteriorẽ particulã
referenda hoc pacto. sed regnauit mors ab Adam vsqꝫ ad Moysem in similitudinẽ præ-
uaricationis Adæ/etiam in eos qui non peccauerunt. quæ si in suo loco maneat: paren
thesi intermedia discludatur. At sacer Ambrosius/ quia sine hyperbato et parẽthesi itel
lexit:alium adhibuit sensum/ volens etiam fortasse omnem hominem peccasse sed non
in similitudinem præuaricationis Adæ. Et refert hoc ĩ similitudinem præuaricationis
Adę:ad peccasse. Et loquitur de peccato Adæ:vt de peccato particulari. Sed quis alius
momordit in pomo paradisi/ꝙuis comparat idololatriæ:qua specie peccandi non om-
nes peccarunt. Verum quia Paulus loquitur de Adam ex opposito/ vt de Christo/ et de

peccato Adæ vt vniuersali/ vt iustitia Christi vniuersalis : icciro particula per hyper-
baton intellecta (cuius apud Paulum frequentissimus est vsus) intelligentiæ Pauli
quadrātior. Paulus. ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ ἀδὰμ μέχρι μωΰσεως
καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως
C ἀδάμ. ℭ Vulgata æditio. Et non sicut per vnum peccatum ita & donum. ℭ Legen-
43 dū/ nō vt per vnū peccantē/ donū. Paulus. καὶ οὐκ ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ
δώρημα. hoc enim ἁμαρτήσαντος masculinum peccantem / siue qui peccauit si-
gnificat. & sic in textu Ambrosiano: & non sicut per vnum peccantem. Et particula ita
&: superflua est quo ad interpretationē: adiecta tamen est ab interprete pro intelligen-
tia. quis & quod dicit Paulus/ non vt per vnum peccantem/ donum: intelligentiam ha
bere possit/ donū non est vt per vnum peccantem. peccans enim debilis & impotens/
& ab eo est delictum: sed donum est a iusto / qui neq; peccauit neq; peccare potuit. qui
non solum/ non impotens: sed & potens/ & omnipotens. Quid mirum igitur si gratia
vna contra delicta innumera: ad illa delenda efficax. tenebræ enim non possunt in lu-
cem: sed lux in tenebras. absentia tamen lucis: tenebræ se multiplicant. Est & alia cir-
ca literam ad sensum interpretis/ data intelligentia. ℭ Vulgata æditio. Nam iudicium
ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis. ℭ Poterat autem interpres dice-
re: donum autem ex multis/ vt magis & apertius præcedentis literæ declarationem in-
sinuaret/ vbi vocabulo donum vtimur. Nam & Paulus hic habet χάρισμα. quod pas-
sim interpres donum interpretatur. vt paulo ante. Sed non sicut delictum ita & donū.
Paulus. ἀλλ᾽ οὐκ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. Verum hæc qua-
tuor χάρισμα, δώρημα, δωρεὰ, χάρις/ quorum tria prima donum / quartum gra-
tia interpretari solet: apud Paulum pro eodem accipias. Paulus. τὸ μὲν γὰρ κρίμα
ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν. ℭ Vulgata æditio. Mul-
to magis abundantiam gratiæ/ & donationis/ & iustitiæ. ℭ Potuit hic interpres dice-
re/ gratię/ & doni iustitiæ/ sublata cōiunctione et. Paulus. τῆς χάριτος καὶ τῆς δω-
ρεᾶς τῆς δικαιοσύνης. quemadmodum paulo ante idem vocabulum / id est dorea
interpretatur donum/ cum dicit multo magis gratia dei & donum/ in gratia vnius ho-
minis Ihesu Christi. vbi Paulus habet. πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ
ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι ἑνὸς ἀνθρώπου ἰησοῦ χριστοῦ. ℭ Vulgata æditio. Ita & per
vnius obeditionem. ℭ Potuit interpres dicere obedientiam: vt accommodatius in vo-
cabulo faceret ex opposito respondere ei/ quod prædictum erat inobediētiam. Paulus.
οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνός. Et quare si hic παρακοῆς interpre-
tatur inobedientiam: non etiam ὑπακοῆς interpretatur obediētiam/ manifestam op-
positionem faciens/ vt Paulus? Adde quod idem vocabulum/ id est ὑπακοὴν/ quo hic
vtitur Paulus/ alibi vertit obedientiam: vt in hoc epistolæ ad Romanos. didicit ex ijs
quæ passus est obedientiam. vbi sic Paulus. ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθεν τὴν ὑπακοήν.
sed hæc forsitan leuiora videbuntur. Apte tamen loquendum esse: nulli leue (qui recte
sapiat) videatur. At nunc ad sequentia.

CAP. VI

PAulo antedixit beatus Paulus/ vbi autem abundauit delictum: super-
abundauit & gratia. non intelligentes vero dicere poterant / abundet
igitur in nobis delictum: vt in nobis superabundet gratia. perseuere-
45 mus in peccato: vt gratiæ abundantiam recipiamus. Hanc impietatis
insaniam excludit Paulus/ dicens. ℭ Quid ergo dicemus? manebimus
in peccato/ vt gratia abundet. Absit. ℭ Causam reddit: & sacramentū
aperit cū subdit. ℭ Qui mortui sumus peccato: quo modo adhuc viue-
mus in illo? An ignoratis ꝙ quicunq; baptizati sumus in CHRISTO
IHESV: in morte ipsius baptizati sumus. Sepulti igitur cum ipso sumus per baptis-
mum in morte: vt quo modo CHRISTVS surrexit a mortuis per gloriam patris/ sic &
nos in nouitate vitæ ambulemus. ℭ Duplicem habemus in hoc mundo natiuitatem:
vnam ab Adam/ & aliam a Christo. ex illa: nascimur filij carnis/ iræ/ peccati/ obliga-
tionis & mortis. ex hac: nascimur filij spiritus/ gloriæ/ gratiæ/ redēptionis & vitæ æter-
næ. ex illa: filij hominis sumus & serui. ex hac: filij dei & liberi. Adam & omnes filij
eius/ sunt vnum corpus peccati: Adam caput. Christus & omnes filij eius/ vnū corpus
iustitiæ: Christus caput. illic: mors obligationis/ & mors pessima regnat/ sicut scriptum
est. Mors peccatorum pessima. hic: mors imitationis et optima/ de qua dicitur. Preciosa
in conspectu domini mors sanctorū eius. Et hæc preciosa mors primo circa nos fit i sa-
cris velaminib9/ i sācto baptismate: vbi de corpore peccati trāsferimur i corp9 iustitiæ.

de corpore Adam:in corpus Christi.quod fieri nō potest:nisi moriamur peccato/ viua-
mus autem iustitiæ. Hæc autem mors in nobis fit per ablutionem lauacri: precio-
sissimum sanguinem mortis Christi/designantis. per cruces quibus signamur/crucem
Christi repræsentantes: quasi Christo cōmortui simus in mysterio/ & concrucifixi.ter
immergimur:triduanam cum Christo sepulturam insinuantes/Christo in mysterio cō-
sepulti.dæmum:omnino emergimus.hæc emersio: Christi/ & nostræ nouissimæ resur-
rectionis signum est/ tanq̄ cum Christo in vestigio iam surrexerimus/& in resurrectio-
nis veritate in fine resurrecturi simus. Et hæc est nostra secunda natiuitas. Prima:fuit
carnalis. hæc:spiritualis.Illa:antiqua.hæc:noua. & vita quam post hanc emersionem
& in hac natiuitate gerimus: vestigium esse debet & imitatio illius/ quam post nouis-
simam resurrectionem/ex dono dei expectamus. Sed quæ nam illa:nisi iugis illa dei
beatifica visio/ & laus ineffabilium bonitatum eius perennis? Sic igitur nostra hæc
post baptismum conuersatio:tota esse debet in dei contēplatione/& laude/ sed in ęnig-
mate & speculo.illa vero:in veritate.Et quia hæc regeneratio lauacri/ est in vestigio:
aliam esse oportet veriorem.& ea est de qua dominus dicit.In regeneratione cum se-
derit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos super sedes duodecim/ iu-
dicantes duodecim tribus israel. Non est igitur nobis refugiendum ad corpus pecca-
ti & mortis:tanq̄ apostatæ simus ac refugæ. quod faciunt qui post baptismum ad pec-
catum reuertuntur: non intelligentes factam circa se sanctam natiuitatem/ & lucidam
se esse dei habitationem.O si homines intelligerent magnum circa se pietatis peragi
sacramentum:viderent indies corpus peccati destrui/ cuius (vt reliquum facilius de-
strueretur) Christus dominus/ caput destruxit.Nam corporis peccati caput/ Adam fuit:
quem Christus victor ex regno mortis traduxit in regnum vitæ. cui captiuo non mo-
do pepercit:sed & destructo peccato/& restituta iustitia splendidam immortalitatis sto-
lam eum induit.Ergo corpus peccati nunc acephalum est/ & simile trunco sine capite.
Quo modo igitur/ non omnia membra currunt vbi caput est? Est autem apud Chri-
stum dominum: qui captiuā duxit captiuitatē.Illis tanta largitus est dona: vbi mor-
tui peccato per baptismum/qui est signum & repræsentatio mortis Christi inseruntur:
46 vt noua membra corpori iustitiæ Christi/ in se symbolum gloriosæ resurrectionis eius
ferentes.vt testatur Paulus/ dicens. ¶ Si enim complantati facti sumus similitudini
mortis eius:simul & resurrectionis erimus. hoc scientes/ quia vetus homo noster simul
crucifixus est:vt destruatur corpus peccati / vt vltra non seruiamus peccato. qui enim
mortuus est: iustificatus est a peccato. ¶ Vetus homo noster:est primæ natiuitatis ho-
mo/ & carnalis homo/ & homo peccati/atq; corporis peccati membrum.nouus autem
homo noster:est regenerationis ac secundæ natiuitatis homo/spiritualis/ & homo gra-
tiæ/atq; corporis iustitiæ membrum.ille:peccato viuit/ & mortuus est iustitiæ.hic con-
tra:mortuus peccato/ & iustitiæ viuens. & vt aer lumine coruscus dici potest viuens
luci & mortuus tenebris:ita nouus homo iustitiæ viuens & mortuus peccato.Qui igi-
tur mortuus est peccato: iustificatus est a peccato. vt aer mortuus tenebris:per lucem
purificatus a tenebris.Et vt aer/ q̄diu tenebras habet non potest dici mortuus tenebris
cum sole/ & simul cum sole luci viuere: ita si peccatum habemus/ non possumus dici
mortui cum Christo / & iustitiæ viuere cum Christo. quid enim est esse mortuum cum
Christo:nisi esse mortuum peccato/ & iustitiæ viuere? Et si volumus sacrorum circa
nos signorum æmulari veritatem:mortui semel peccato & iustitiæ viuētes/ nunq̄ post-
ea sinere debemus mortem nobis dominari.Nam Christus semel tantum mortuus est:
47 & vbi resurrexit/ nūq̄ postea moritur.mors illi/ nūq̄ dn̄atur. Vt hæc mysteria magnifice
insinuat Paulus dicens. ¶ Si autem mortui sumus cum CHRISTO: credimus quia
simul etiam viuemus cum CHRISTO. scientes q̄ CHRISTVS resurgens ex mor-
tuis non vltra moritur: mors illi non vltra dominatur. quod enim mortuum est pec-
cato:mortuum est semel. quod autem viuit: viuit deo.ita & vos existimate vos ipsos/
mortuos quidem peccato: viuentes autem deo in CHRISTO IHESV/ domino no-
stro. ¶ Certe qui mortui sunt peccato: viuunt deo in Christo Ihesu domino nostro/ in
corpore Christi Ihesu/ domini nostri.Nam mēbra corporis eius sunt. & vt manus in te
viuit:sic viuūt i Christo qui mortui sunt peccato/ iustitiæ viuētes atq; deo.Et si mortui
sunt peccato:carni mortui sūt/ spiritui viuētes.quo modo igitur operabūtur peccatū in
48 carne cui mortui sunt:& nō potius facient opera spiritus cui viuūt? Nimirū id cōtra hui9
sacræ natiuitatis naturā est/ preterq; rationē.& Proinde/subdit Paul9. ¶ Nō ergo regnet
peccatū in vestro mortali corpore:vt obediatis ei i cōcupiscētijs ei9.neq; exhibete mē-

» bra vestra arma iniustitiæ peccato : sed exhibete vosipsos deo tanq̃ ex mortuis viuen-
» tes/ & membra vestra arma iustitiæ deo. peccatum enim vobis non dominabitur. non
» enim estis sub lege: sed sub gratia. ❡ Qui sub lege erant/ membra erant corporis Adæ:
quod corpus peccati est/ & corpus mortis. & nondum tempus aduenerat gratiæ: & dif-
ficile erat vt peccatum non dominaretur eis / vt pote existentibus membra corporis
peccati. & lex eis data erat ad medicinam: si forte in illo corpore sanari possent / & a
morte liberari. At nos membra sumus corporis Christi: quod corpus gratiæ est/ & vi-
tæ ęternæ. Nos igitur sub gratia sumus/ nos dico qui peccato mortui sumus: & non su-
mus sub lege. sani enim sub medico non sunt. & si faciunt opera quæ medicus man-
dat ægris: non tamen sunt sub medico/ sed ægri sub medico sunt. Ita & membra corpo-
ris Christi si faciunt opera legis (faciunt enim) non ea faciunt tanq̃ sub lege sint (sunt
nanq; sub gratia) sed tanq̃ ij q omnino sani/ sana faciũt opera. & imitatione faciunt/ vt
ipsi sint Christiformes/ veriq; Christi imitatores: qui similia fecit opera. At qui sub le-
ge sunt: vt sani sint illa faciunt/ etsi illa/ perfecte sanare non possunt. sola enim dei gra-
tia: perfecta inducitur sanitas. sunt ea nichilominus ægris ad ipsam percipiendam di-
uinæ benignitatis gratiam quædam adminicula: & (vt sic dixerim) quædam præpa-
ramenta. his igitur opera legis necessaria sunt ad sanitatem: illis vero ad diuinã imi-
tationem & Cristiformitatem/ immo illi siue viuunt/ siue moriuntur Christum imitan-
tur. & passiones corporales/ morsq; ipsa corporalis nõ illis obuenit ex obligatione: sed
ex Christi imitatione. & ideo in pressuris gaudent : & in morte sunt consolati. Beati
49 qui hanc imitationem intelligunt: & beatiores qui secundum illam viuunt. Sed hu-
» ius sacræ imitationis annũciatorem/ audite nunc Paulum dicentem. ❡ Non enim sub
» lege estis: sed sub gratia. Quid ergo? peccabimus/ quoniam non sumus sub lege/ sed
» sub gratia? Absit. ❡ Aeger sub lege/ id est sub medico est : sanus non est. Atqui q̃ stul-
tum est dicere sano ægrotandum esse/ quia sub medico non est: tam sane absurdum est
dicere/ nobis esse peccandum quia sub lege non sumus. immo quia quispiam sanus est:
ideo non ægrotat / ideo sub medico non est. Identidem quia quisq̃ sub gratia est : illi
peccandum non est: ideo sub lege non est. Sed & sub gratia esse & peccare est impos-
sibile : neq; illa se simul admittunt/ vt neq; sanum & ægrum. Nam qui sub gratia est/
subest iustitiæ: vt qui sanus est/ sanitati. & qui peccat subditur peccato: vt qui ægrotat/
ægritudini. sed qui fieri potest vt simul quis subdatur iustitiæ & peccato? q̃ certe vt
quis simul subdatur sanitati & languori/ & idem simul sanus sit & æger/ immo simul
50 viuens & mortuus. est enim iustitia / vita : peccatum/ mors / aut aliqua illis affinia.
» Iccirco rationem hanc impossibilitatis: subdit Paulus/ inquiens. ❡ Nescitis quoniam
» cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis/ siue peccati ad
» mortem/ siue obedientiæ ad iustitiam? Gratia autem deo: q cum fuistis serui peccati/:
» obedistis ex corde in ea forma doctrinæ quæ tradita est vobis. liberati autem a pec-
» cato: serui facti estis iustitiæ. ❡ Peccatores omnes qui ad Christum venerunt: serui
fuerunt peccati. vbi autẽ a Christo in proprio eius corpore recepti sunt: liberati a pec-
cato/ serui facti sunt iustitiæ. vt qui ex graui veterno restituuntur sanitati: liberati a
morbo sanitati seruiunt. & hæc seruitus grata/ iucunda/ & desyderabilis : & quæ cum
libertate coincidit. alia autem/ vt seruire peccato / seruire morbo: dura/ tristis & intole-
rabilis/ & quæ solum seruitus/ & misera seruitus est. illam: vita sequitur. hanc: mors. illã:
gaudium/ & leticia / & nulla confusio. hanc : luctus & meror / & omnis erubescentia.
Et verecũdum est de hac loqui: & ad illã/ facere comparationem. Quia tamẽ qui infir-
mi fuerunt: melius propter suam infirmitatem/ ex operibus ægris norunt ex opposito
51 sanitatis dotes: iccirco Paulus præfatus veniam/ ex operibus seruitutis peccati manu-
» ducit ex opposito/ ad agnoscenda opera seruitutis iustitiæ/ inquiens. ❡ Humanum di-
» co: propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enĩ exhibuistis membra vestra seruire im-
» mundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusti-
» tiæ/ in sanctificationem. ❡ Hoc perinde est: ac si apertam faciens oppositionem dice-
ret. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ & iniustitiæ ad iniustitiam:
ita nunc exhibete membra vestra seruire mundiciæ & iustitiæ ad iustitiã. sed ex indu-
52 stria cõuertit sermonẽ. Quid enĩ diuinus nesciebat Paulus? Illud autẽ simplicius & hu
» milius. Et subdit. ❡ Cũ enĩ serui fuistis peccati/ liberi fuistis iustitia. Quẽ ergo fructũ ha
» buistis tũc in illis: i qbus nũc erubescitis? Nã finis illorũ mors est. Nunc vero liberati a
» peccato serui autẽ facti deo: habetis fructũ vestrũ in sanctificatione/ finẽ vero ĩ vitã æter
» nam. stipendia enĩ peccati: mors. gratia autẽ dei: vita æterna in CHRISTO IHESV

domino nostro. ¶ Qui serui sunt peccati : non sibi viuunt / non sibi fructificant / sed
peccato & morti / immunes iustitiæ. qui si resipiscunt ad iustitiam / sani facti / non aliter
prioris vitæ acta erubescunt et etiam multo magis / ac si aliquis ex graui amentia inco-
lumi vitæ restitutus / verecundatur facta sua in amentia. illius vitæ nullus fructus : sed
finis mors / & æternus interitus. Qui autē serui dei sunt et iustitiæ : deo viuunt / deo fru-
ctificant / fructus eorum sanctificatio / finis vita æterna. Quam donat deus in Chri-
sto domino nostro omnibus membris eius : vt quo modo caput gloriosum / membra sint
gloriosa / quo modo caput immortale / et membra sint immortalia. Ipsi igitur a quo & ī
quo nobis donantur omnia / regi nostro et capiti nostro : omnis honor & gloria in sæcu
lorum sæcula. Amen.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Qui enim mortui
45 sumus peccato. ¶ Enim superfluum est. Paulus. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ.
Et peccato datiuus est / cum hic tum alibi : quoties iungitur cum mortuus aut viuit. et
etiam alia : quæ cum illis verbis iunguntur. vt viuit iustitiæ / viuit deo. mortuus est iu-
stitiæ / mortuus est deo. viuit peccato / viuit morti. mortuꝰ est peccato / mortuus ē morti.
Siquidem qui viuit iustitiæ : mortuus est peccato. et qui viuit peccato : mortuus est iu-
stitiæ. qui viuit morti : mortuus est deo. et qui viuit deo : mortuus est morti. hic enī mo-
dus loquendi est Pauli : nec ineruditus quidem / nec irrationabilis. Nam peccatum / de-
lictū / mors : vt tyrāni sunt. Iustitia vero / gratia / Christus / deus : vt reges / immo verissime
reges & domini. Atqui aptissimo etiā sermone dicimus / datiuo casu : seruus mortuus est
domino suo. Ancilla mortua est dominæ suæ. & hoc : quando nulli āplius sunt eis vsui.
Seruus viuit domino / ancilla viuit dominæ : quando sunt eis vsui. et q̄to magis vsui :
tanto quoq; magis illis viuunt. Hunc in modum et in illis : apud Paulum dicimus. Et
vt optimus seruus domino viuens / sibi mortuus est (nam si sibi viueret : sibi operaretur /
sibi fructificaret / se respiceret / et propter se ageret) & optima ancilla sibi mortua / domi-
næ viuit : ita nemo potest esse bonus dei seruus / nisi sibi mortuus domino viuat. Nam
qui sibi viuit : domino mortuus est. & sic adinuicem pugnant sibi viuere / & domino vi-
uere : vt nunq̄ simul esse queant. At conueniunt sibi mori / & domino viuere : & hoc tunc
est iustitiæ viuere / deo viuere. et tandem æterne viuere. & hæc mors sui : preciosa mors
est in conspectu domini / quæ conspirat cum vita. Conueniunt etiam sibi viuere / & deo
mori : & hoc est tandem æterne mori / & vita cum morte conspirans. Sed age nunquid
si quispiam sibi mortuus sit : protinus deo viuit? Nequaq̄ oportet. Nam qui auaritiæ ser-
uit / qui seruit luxuriæ / qui cædibus gaudet / omnia propter auaritiam / propter intempe-
rantiam / propter cædes faciens : sibi mortuus / illis peccatis viuit / illis operatur / tandem
suorum tyrannorum stipendia percepturus supplicia æterna. Vnde fit vt sibi mori et
deo mori / non tantum inuicem pugnent : vt sibi viuere et deo viuere. Nam sibi mori &
deo mori se compatiuntur in seruis peccati : in ijs autem qui iusti sunt / aduersantur.
Fit etiam vt amator sui qui est sibi viuens : medius sit inter sibi mortuos qui viuunt / et
sibi mortuos qui re vera mortui sunt. Neq; fit vt si quis sibi mortuꝰ est : protinus colligi
possit / ergo mortuus est. Nam fieri potest vt is maxime viuat vt Petrus / vt Paulus sibi
mortui erant : at maxime viuentes. immo nullus maxime viuit : qui non sibi sit mor-
tuus. neq; etiam protinus colligitur : sibi mortuus est / ergo viuit. Nam iudas / pedibus
nudis incedens / nuda humo cum Christo sæpe recubans / et multa dura perferens : sibi
mortuus erat. At non viuebat. viuebat enim auaritiæ atq; morti. At hoc non est viue-
re : sed simpliciter interire atq; mori. Mors igitur quæ morti vt morti opponitur : vita
est. et vita quæ opponitur vitæ vt vitæ : mors. Mors autē peccati / morti iustitiæ oppo-
nitur : sed vt mors quæ opponitur morti vt morti. ergo mors peccati vita ē. Et vita pec
cati opponitur vitæ iustitiæ : sed vt vita quæ opponitur vitæ vt vitæ. Vita igitur pecca-
ti mors est. Et ex hoc cognoscitur mortem sui ijs qui iusti sunt : conspirare cum vita. Nā
opponitur morti iustitiæ. et viuere sibi : cōspirare cum morte. Nā opponitur vitæ iusti-
tiæ. In sceleratis autem mors sui : mors est / identidem vitæ opposita iustitiæ. Et qui hos
loquendi modos / & has oppositionis vices intelligit : longe facilius sacram penetrat
sermonum Pauli intelligentiam. Sed id insuper aduertendum est : non æque apte
eisdem verbis ablatiuos iungi / q̄ sicubi cōmode iungātur : mutari sententiā. Nam non
æque dicimus mortuū iustitia / vt mortuum iustitiæ : neq; viuens morte / vt viuēs morti.
quid enī id aliud : nisi quicq̄ albedine nigrum dici / aut nigredine album? Atqui nichil
albedine nigratur / neq; nigredīe albatur. Igitur neq; quicq̄ iustitia moritur : neq; morte
viuit. Quod si apte dicimus quēpiam iustitia viuere & morte mori : hæc causā dicūt / illud

formam / hoc formæ priuationem. ac si diceremus/ sexto casu: aer lumine illustratur/
& tenebris obscuratur. Et forte in regione lucis nichil referat beatos ipsos dici iusti-
tia viuere: & contra miseros in opacitate tenebrarum morte mori. Nam illic sum-
mæ vitæ quæ summa iustitia est vniti erunt/ eritq; illa in omnibus omnium vita/ sicut
scriptũ est. cum autẽ Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cũ ipso in
gloria. hic vero morte morientur. sicut oues inquit in inferno positi sunt: mors depa-
scet eos. Sed pro hac forsitan loquendi forma: ĩmorati sumus diutius. ¶ Vulgata ædi-
tio. An ignoratis fratres/ quia quicũq; baptizati sumus in CHRISTO IHESV. ¶ Fra
tres: superfluum est. nec nunc legitur in Paulo. Paulus. ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι. An igno
ratis/ q̃ quicunq;/ et reliqua. ¶ Vulgata æditio. Consepulti enim sumus cũ illo per bap-
tismum in mortem. ¶ Legendum potius/ sepulti igitur sumus cum illo. Paulus. συν-
ετάφημεν οὖν αὐτῷ. Et quod sequitur per baptismum in mortẽ: potuit dicere inter-
pres in morte vt paulo supra / cum dixit. In morte ipsius baptizati sumus. Nam vtro-
B biq; Paulus idem habet. εἰς τὸν θάνατον. ¶ Vulgata æditio. CHRISTVS resurgẽs
47 ex mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur. ¶ Potuit interpres æqui-
us dicere Christus resurgens ex mortuis non vltra moritur/ mors illi non vltra domina-
tur in præsenti/ non in futuro. Nam vbi ponit iam non/ et vltra nõ: idem Paulus habet
vocabulum οὐκέτι. Adde quod & ἔτι paulo supra interpretatur vltra vbi ait: vt vl-
tra non seruiamus peccato. significat enim ἔτι etiam/ iterum/ amplius/ adhuc/ aut
quippiam simile. Paulus. ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει. θάνατος αὐ-
τοῦ οὐκέτι κυριεύει. ¶ Vulgata æditio. Quod enim mortuus est peccato: mortuus
est semel. ¶ Vetus interpres/ bis barbarismum fecit: si ita converterit. Nam quod: in
Paulo/ indefinitũ neutrum est. quare adiectiuum bis ei reddendum neutrum/ & dicen-
dum/ quod enim mortuum est peccato/ mortuum est semel. Paulus. ὃ γὰρ ἀπέθανε
τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ. ¶ Vulgata æditio. Ita et vos existimate vos mor-
tuos. ¶ Potuit interpres dicere: vos ipsos mortuos. Paulus. ἑαυτοὺς νεκρούς. ¶ Vul
gata æditio. Viuẽtes autem deo in CHRISTO IHESV. ¶ Hic deest domino nostro.
Paulus. ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Viuentes autem
B deo in Christo Ihesu domino nostro. ¶ Vulgata æditio. Non ergo regnet peccatum in
48 vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscentijs eius. ¶ Dicendum potius erat: vt
obediatis ei in cõcupiscẽtijs eius. vbi ei refert peccatũ/ et eius corpore. Nam ei fœminũ
ĩ græco: vt hamartia / id est peccatũ. & eius: neutrũ. Paulus. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ
ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπι-
C θυμίαις αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Sed neq; exhibeatis membra vestra. ¶ Sed:
48 superfluum. Et exhibete: potius dicendum. Nam & regnet & exhibete imperatiuum
est apud Paulum. Verũ & cũ paulo post dicat/ sed exhibete vos deo: debuit etiam di-
xisse exhibete. Paulus. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio.
C Sed exhibete vos deo. ¶ Potuit interpres dicere: vosipsos deo. Paulus. ἑαυτοὺς τῷ
50 θεῷ. Sed hęc minutula sunt. ¶ Vulgata æditio. Siue peccati ad mortem/ siue obeditio-
nis ad iustitiam. ¶ Potuit & hic quoq; dici obedientiæ: vt prius dictum est ὑπακοή.
Et hoc dicitur de obedientia fidei. siquidem serui inobedientiæ fidei: sunt serui pec-
cati ad mortem. & serui obedientiæ fidei: sunt serui iustitiæ ad vitam æternam. oppo-
sitionẽ partim expressit: & partim texit apostolus. ¶ Vulgata æditio. Gratias autẽ deo:
q̃ fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua tra-
diti estis. ¶ Potius gratia autem deo. Paulus. χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι
τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον δι-
δαχῆς. Gratia autem deo/ nominatiuo singulari. Quod autem reliquum est: sic habet
Paulus. sed apud latinos accõmodatior est sermo: vt transferatur. gratia autem deo q̃
cũ fuistis serui peccati/ obedistis autẽ ex corde secundũ eam formam doctrinæ quæ tra
dita est vobis. atq; hunc sensum vult Paulus. Non enim gratiarum actionem agit deo
q̃ serui fuerint peccati. quid est enim seruum esse peccati: nisi deo inimicum/ Sed gra-
tias agit: q̃ cum fuerint serui peccati/ obedierunt ex corde secundum regulas fidei si-
bi traditas. Non enim apte simpliciter dicerem: gratias ago deo q̃ adulterasti/ furtum
fecisti/ parentes inhonorasti. sed id quidem apte: gratias ago deo q̃ cũ adulteraueris/
furtum feceris/ parentes inhonoraueris/ ex corde per pœnitentiam ad deũ redieris se-
cundum sanctæ ecclesiæ institutionem/ quæ monstrata est tibi. Id sane cõsuetudine la-
tina accõmodatius dicitur: obedistis ex corde in ea forma/ siue secundũ eã formã do-
ctrinæ quæ tradita est vobis/ parũper cõuerso sermone/ q̃ hoc pacto. obedistis ex corde ĩ

eam formam doctrinæ: in qua traditi estis. Et id attendere debent interpretes/ vt sententiam non mutent: sed secundum linguæ proprietatem in qua vertunt/ sermonem conuertant. Nam plerumq;/ qđ in vna lingua accommode dicitur: si seruata illius linguæ phrasi in aliam conuertas/ ineptũ erit & inaccõmodatum. vt hoc in loco quod græce accõmodatum: latine non vsq; adeo/ nisi fuerit ad morẽ linguæ reductũ. Quod non ignorãt: qui Hieronymi de optimo genere interpretãdi legerint libellum. ¶ Vul-
D • gata æditio. Cum enim serui essetis peccati/ liberi fuistis iustitiæ. ¶ Dicere potuit inter-
25 pres: cum enim serui fuistis peccati/ liberi fuistis iustitia/ ablatiuo casu. Nam vbi dixit essetis et fuistis: Paulus vtrobiq; idem verbum habet ἦτε quod et interpres paulo supra fuistis interpretatus est. vbi dixit gratias autem deo ꝙ fuistis serui peccati ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας. et liberi hic priuationem designat. estq; iustitiæ datiuus: q ĩ ablatiuũ lege sermonis latini/ verti debet. Et perĩde est liberi fuistis iustitia: ac si dicamus imunes et ĩparticipes fuistis iustitię. Et liberum/ priuationem designare: satis aperte insinuat Paulus. cum paulo post subnectit. nunc vero liberati a peccato. Et quid est liberati a peccato: nisi soluti a seruiture peccati? Quid liberi iustitia: nisi liberati a iustitia/ soluti et imparticipes facti seruitutis iustitiæ? et totam illã sententiam: sic habet Paulus. ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. ¶ Vulgata æditio. Finem vero vitam æternã. ¶ Potius dicendũ in vitam æternam. Paulus εἰς ζωὴν αἰώνιον. ¶ Vulgata æditio. Gratia autem dei: vita æterna. ¶ Potius/ donum autem dei: vita æterna. Paulus. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος. Sed diximus et donum et gratiam idem significare. Nunc autem ad explanationem literæ nobis redeundum.

CAP. VII.

Synagoga sponsa fuit: & virum habuit Mosen. Lex Moseos: lex ipsa erat/ qua synagoga astringebatur viro suo. Ancilla erat congregatio gentium quæ non habebat virum: sed deserta/ nulla lege astricta ad virum/ mœchabatur & fornicabatur. relicto enim deo: idolis iũgebatur. Sed miseratio dei ancillam purgauit: & ex ancilla/ fecit liberam. & ex ea/ magna ex parte facta est ecclesia: quæ sponsa est/ & sponsum habet Christum. Lex vero euangelica: lex Christi qua sponsa ecclesia astringitur sponso suo Christo. Verum quia ancilla non potuit habere virum nisi moreretur/ & in meliorem & incontaminatam surgeret vitam: ideo priusq̃ Christum sponsum habere possit/ in baptismate moritur/ & pariter omnes priscæ cõsuetudinis labes absterguntur. & ex morte in nouam & candidissimam resurgit vitam. non amplius ancilla: sed libera. non amplius serua: sed domina/ quæ sponsum habet. Et ideo alterius vitæ peccata: nullo modo ei reputantur. nullum illius signum habet/ nullum vestigium. ꝙ si ancilla iustitiæ/ serua iustitiæ/ ancilla Christi/ serua Christi dicitur: hæc est vera libertas/ & dominatio vera/ et eam reuera esse liberã & dominam. Sed quia adhuc adolescentula et tantilla est: educatur in lege viri sui/ vsq; dũ adulta de angustijs mundi huius in amplissimum cœli thalamum occurrat viro suo. vbi fruatur spõso suo: in delicijs paradisi. fruatur inq̃ sponso suo: cuius visio beatificat/ cuius amplexus summa castitas/ attactus summa puritas/ et vnio vita ęterna. Verum cũ synagoga virũ haberet: obnoxia fuit legi viri/ et hoc/ aut q̃diu vir vixit/ aut q̃diu ipsa viueret. Sed esto Moses vir synagogæ/ legi carnis vixerit vsq; dum Christus domin9 et carnem et carnis legem mortificauit in cruce/ vsq; dum descendit ad inferos/ et Mosem suæ resurrectionis comitẽ habuit quẽ habuit et transfigurationis: tunc certe Moses non ãplius legi carnis vixit/ sed legi iustitiæ. Qꝫ si tunc nõ vixit legi carnis: mortuus illi fuit. quare ex eo tẽpore synagoga vidua fuit/ et absq; viro: neq; ãplius/ vlli astricta viro. Et licebat ei plane: relicta lege viri/ alteri viro nubere/ qui etiã lõge erat Mose nobilior. Sed o stulta vidua: q̃ credit habere virũ/ cũ nõ habeat. Esto habeat. Si ipsa morit̃/ et ex morte redeat ĩ vitã: non amplius obligatur primo/ non amplius legi eius obstringitur/ sed libera est accipere quem velit. Sed quẽ potius malit: q̃ qui omnes eius sordes abstersit/ q̃ qui eã ex morte suscitauit ad vitam/ q̃ eum qui ĩmortalis est et omnia valet et potest. cuius prior spõsus/ gauisus etiam fuisset: posse summa vestigia pedum adorare. Hic sponsus est immortalis: et sponsam immortalem facit. Et ideo hæc lex: inter sponsum et sponsam est indissolubilis. Sed Moses sponsus erat mortalis: et synagoga sponsa mortalis. & ideo lex: inter synagogam et Moysen/ solubilis/ nunc ex alterutra parte/ nunc ex vtraq;. Et certe nunc soluta est ex parte viri: neq; iudæi amplius legi carnis astringuntur/ licet astringi se credant/ quia credunt adhuc Mosen legi viuere. ꝙ si adhuc legi vi-

ueret: mortuus esset. at quia viuit: legi mortuus est/ legi (inquam) carnis. Hoc Beatus
non ignorauit Paulus. & synagogæ viduitatem agnoscēs: in analogia mulieris cuius
vir mortuus est eam ad alium sponsum vocat Christum dominum/ & dulciter quidem
53 » in magna charitate vocat/ dicens. ¶An ignoratis fratres (scientibus enim legem lo-
» quor) q̄ lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mu- »
» lier: viuente viro alligata est legi/ si autem mortuus fuerit vir: soluta est a lege viri. igi-
» tur viuente viro: vocabitur adultera/ si fuerit alterius viri. Si autem mortuus fuerit vir:
» liberata est a lege/ vt non sit adultera si fuerit alterius viri. ¶Noluit aperte dicere sy-
nagogæ: Moses sponsus mortuus est. quare/ legi eius: non amplius es obnoxia. ne pas-
sibiliter intelligens mœrore sponsa conficeretur: & preciosam mortem non intelligens/
lugeret/ vnde præcipue illi gaudendum erat. sed de viro & muliere/ in parabola(vt vi-
sum est) id ei contexit. Qui enim hoc pacto moritur: viuit/ & etiam plus q̄ viuit. Inquit
enim saluator. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. & omnis qui viuit &
credit in me: non morietur in æternum. Et relicto sermone de viro/ id est sponso & Mo
se in parabola/ qui per gratiam iam saluatus/ legi mortuus erat: transit ad mortem spō-
sæ quæ iam baptismū susceperat/ & ideo mortua erat & peccato & legi per corpus Chri
sti. de corpore quidem Adæ/ peccati/ & legis: translata in corpus Christi / gratiæ/ & spi-
ritus. & de ea morte redierat ad vitam spiritus scilicet & gratiæ. & ideo non amplius
54 obnoxia erat legi prioris viri: tum ratione viri qui mortuus erat/ tum ratione sui quæ
» ex morte/ in nouam trāsierat vitā. Iccirco subdit/ dicens. ¶Itaq; fratres mei & vos mor
» tificati estis legi per corp9 CHRISTI: vt vos sitis alterius qui ex mortuis resurrexit/ vt
» fructificem9 deo. ¶Sub lege: fructificabant Mosi/ carni/ corpori Adæ & peccati/ ac de-
niq; morti. omnes enim: ex lege ad inferos descendebant. Sub gratia autem fructifi-
care debent deo/ spiritui/ corpori Christi & iustitiæ/ & demum vitæ æternæ. Nam om-
55 nes sub hac gratia (vt par est) viuentes: in cœlum vitæ perpetuæ sedem/ conuolant.
» Quod his verbis detegit sacerrimus Paulus. ¶Cū eni essemus in carne: affectus pecca-
» torum qui per legem erant / operabantur in membris nostris/ vt fructificarent morti.
» nunc autem soluti sumus a lege/ in qua morientes detinebamur: vt seruiamus in noui-
» tate spiritus/ & non in vetustate literæ. ¶Nouitas spiritus: lex gratiæ & spiritualis. ve-
tustas literæ: lex vetus & carnalis. Quam qui intelligit ad literam/ quasi figura nō sit:
carnaliter incedit. qui autem allegorice/ figuraliter/ & vt alterius typum: spiritualiter
incedit/ & intelligit. & videt cum lege gratiæ conspirare: sed vt vmbram cum sua ve-
ritate. Et affectus peccatorum/ id est noxiæ & irrationabiles concupiscentiæ: occa-
sionabiliter per legem excitabantur in membris nostris/ vt p̄ p̄cepta medici multa ve-
tantis ægrotanti/ plerūq; occasionaliter infirmo excitātur affectus ad ea deperitius ap
petēda quæ vetantur. Vnde & multo magis contingit ipsū ægrotare & quādoq; mortē
oppetere. Sed nūquid iccirco præcepta medici mala? Nō simpliciter/ sed occasionaliter
mala. non ex eo qui dedit: sed eius occasione qui accepit. Ille enim qui dedit præce-
pta illa: dedit ad sanitatem & vitam/ etsi ille qui accepit/ sibi ea occasionem fecit ad
grauiorem infirmitatem ac mortem. Ita quoq; est de lege. Nam bona est: & boni gra-
56 tia sed īfirmis carne & occasionaliter noxia/ ea quæ mala sunt/ mala esse ostendens. Vt
» & probe aperit Paulus dicens. ¶Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. sed pec
» catum non cognoui: nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam: nisi lex dice-
» ret/ non concupisces. occasionem autem accipiens peccatum: per mandatum opera-
» tum est in me omnem concupiscentiam. ¶Dans legem: vt medicus. Suscipiens: vt
æger. Lex: vt præcepta medici / salubria & insalubria ostendentis/ hæc vetantis & illa
præcipientis. Peccatum: vt morbus. Lex itaq; simpliciter bona/ & valde bona est. quod
confitetur: qui dixit. Bonum michi lex oris tui: super milia auri & argenti. sed & occa-
sionaliter malam esse: insinuat dominus per Ezechielē dicens. Ego dedi eis præcepta
non bona: & iudicia in quibus non viuēt. Itaq; lex data est eis ad salutem. Sed quia
lex carnis erat/ vt scilicet infirmitates carnis sanarentur/ & ipsi erant carne infirmi:
ideo occasionaliter affectus infirmitatis carnis per legē augebātur. perinde ac si medi-
cus hydropico præcipiat / ne bibat: tanto magis ex præcepto augetur bibendi appe-
titus. vt videatur ex præcepto/ quod nichilominus illum vetat: ei messe ille ap-
petitus. Ita & affectus peccatorum videbantur illis per legem inesse: & id quoq; oc-
casionaliter verum est / sed præcipue & causaliter a peccato sunt / & a carnis infirmi-
tate. Lex igitur suapte natura ad salutem: nō q̄ perfectam possit facere salutem. Nam
perfecta salus per gratiam est: non per legē/ ac legis opera. Qui tamen opera legis fa-
ciebant: vt scriptū est/ viuebant ī eis. Custodite inquit leges meas atq; iudicia: quæ fa-

uiens homo viuet in eis. At illud viuere legi/ viuere in eis: nõ perfecta vita/ sed quædã
inchoatio ad vitã perfectiorem / similis vitæ seminis ad vitam plantæ. quã/ vt hæc sit:
desinere & (vt sic dicã) emori oportet. nisi (inquit veritas) granũ frumenti cadens in
terrã mortuũ fuerit: ipsum solũ manet. si autẽ mortuũ fuerit: certũ est plantã surgere/ &
multum afferre fructum. Sic qui viuit legi/ qui facit opera legis viuens in eis: legi mori
oportet vt gratia viuat quæ est cõsumata vita/ & quã solus deus dat/ nõ lex/ nõ opera.
ergo viuere in illis: dispositio quędã est ad consumatã vitam. vt vita grani: ad consu-
matã vitam quæ est in planta. & vt vita grani/ opaca est & humo suffossa: ita & vita q̃
ex lege & operibus ẽ opaca est & qui ea vita & in eis viuebãt: descendebãt ad inferos.
hanc tamen opacã vitã/ quasi sub humo viuebant: nullam apud manes penã sentiẽtes.
sed meliorem & lucidã expectantes vitam: quã Christus sæculorũ rex & dominus illis
attulit. Desieruntq; protinus illa vita legis viuere: lucida iam viuẽtes vita/ & ea quæ
ex gratia est/ & regionis lucis. Quo modo enim opaca simul viuerẽt & lucida? Sed nõ-
ne attendis: quando nõ est opus præcepto medici/ q̃ infirmitas nulla est? Sic quando
peccatũ nullũ est: lege nõ est opus. vt pueris lege nõ est opus: quia nondũ habent pec-
catum/ nõdum carne ægrotãt. sed vt Adam: primũ incipient carne ægrotare/ cũ sensũ
boni & mali habebunt. tũc cõcupiscẽtię infirmitatis suæ surgent. tũc opus est lege: quæ
mala vetet & bona pręcipiat. quã si sequentur: viuẽt legi/ vitam subinde gratiæ opti-
mam percepturi. si nõ sequentur: lex quę bona erat/ occasionaliter erit eis ad mortem
legis/ & subinde ad mortẽ exteriorũ tenebrarũ/ quæ optimę opponitur vitæ. Ergo ante
57 tempus legis mortui erãt peccato/ & peccatũ in eis mortuũ. Cũ autẽ aduenit tẽpus quo
opus est lege: peccatum suscitatur. Quæ insinuat Paulus dicens. ¶ Sine lege enim
peccatum mortuum erat: ego autem viuebam sine lege aliquando. sed cum venisset
mandatum: peccatum reuixit. ego autem mortuus eram. & inuentum est michi mã-
datum quod erat ad vitam: hoc fuisse ad mortem. Nam peccatum occasionem accipi-
ens: per mandatum seduxit me/ & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta: & man
datum sanctum et iustum & bonum. Quod ergo bonum est: michi factũ est mors? Ab-
sit. sed peccatũ vt appareat peccatũ: per bonũ michi operatũ ẽ mortẽ/ vt fiat supra mo-
dum peccãs peccatũ per mãdatũ. ¶ Morbus se maxime declarat esse morbum: quanto
magis nititur ĩ vetita/ & fugit commendata/ & occasionem accipit a præceptis medici
quæ bona & salutaria erant/ vt citius interficiat/ & fiat (vt sic dicam) morbidior mor-
bus. & sic est de peccato. Sed cum morb9 vt febris calefaciat: quid nã iubebit lex febris
data a medico? Procul dubio: infrigidare. si frigefaciat vt paralysis: nõne oportet cale
facere? Et cum peccatum infirmitas sit carnis: lex peccati ab eo data qui delicta intelli-
git/ qualisnã erit? nonne spiritualis? Spiritus enim & caro contraria: vt calefacere & ĩ-
frigidare. & sic spiritus infirmitatem carnis sanat: vt calefaciẽtia gelidã paralysin. Et vt
calor/ vitæ amicus/ & frigus/ mortis amicum: ita spiritus/ semper amicus vitæ/ caro au-
tem mortis amica. Et vt frigus innatis viuere/ sine calore mors est: ita caro in ijs q ad
tempus spiritus peruenere/ sine spiritu mortua est. peccatum habitat in carne: spiritus ĩ
mẽte. peccatum inquam habitat in carne: sed in ea carne quę terra est/ Adæ maledictũ
sentiens. quæ autem maledictum nõ sentit: non germinat spinas/ & tribulos/ & noxias
concupiscẽtias. ergo vt peccatũ est carnis infirmitas: ita spiritus est sanitas mentis. hęc
a deo omni menti insita: illa ab Adam omni carni quã benedictio non præuenit/ ĩsęmi
nata. Christus enim carnem accepit: sed sine Adæ infirmitate. Nam eã quę in virgine/
omni fuerat præuenta benedictione. Et quẽadmodũ caro quę spiritum sequitur & men
tem/ curatur ab Adæ infirmitate: sic spiritus nõ oblectatus infirmæ carni perit/ & mens
cõtagione carnis/ ægrotat. Caro quæ sequitur spiritum/ Christi carni assimilatur: q̃ cõ-
cupiscentiarum nõ sensit aculeũ/ solas experiens innocuas passiones. vt sitim/ famẽ/ fri-
gus/ calorem/ lassitudinẽ/ dolorẽ de malis/ letitiã de bonis/ & huiusmodi: quæ etiam in
nobis non ex ĩfirmitate carnis procedunt/ sed ex Christi imitatione. Et in huiusmodi si
caro/ carnis Christi gerit similitudinẽ: tanto magis spiritus spiritui/ qui gratia et spiritu
Christi viuit. Sed quomõ tãta pugna est iter legẽ carnis quæ nichilomin9 spiritualis est/
& nos: quib9 ad sanitatẽ data est? Vnde hoc accidit? Quia nos carnales sum9/ negocia-
ti/ cõcepti/ geniti/ & (vt sic dicam) acquisiti a parentibus sub peccato/ sub cõcupiscen-
tijs, quę a peccato ac infirmitate carnis ortum habent. quia caro non intelligit bonum
neq; vult (nam hæc mentis sunt & spiritus) & nos carne operamur: & non quod
mens intelligit. bonum voluntas suapte natura vult. nos carne operamur/ sed in-
firma: & vbi infirmitas potius operari videtur q̃ caro. Nam caro sana/ & carnis Chri
sti emula: nunq̃ simile operaretur. vt mulier sana nunq̃ simile operaretur: vt ex foetu

ægra/carbones/cretam aut crudas fortasse carnes rodens. At nūc audiamus Paulū de
58 hac infirmitate loquentē ac dicentē. ¶ Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem
carnalis sum/negociatus sub peccato. ¶ Sed age nūquid si quispiā negociatus sit sub
peccato/vt ex viro & muliere eius sit natiuitas/quæ sine cōcupiscentia vix intelligi po-
test nōne protinus qui nascetur carnē habebit peccati? Non crediderim oportere. Nam
ex maledictione quā incurrit Adam: carnis prouenit infirmitas. erit (inquit) maledicta
terra in opere tuo. Ergo sanitas ex benedictione erit. Si igitur terrā ex qua alicuius su-
mitur caro benedicat deus etiā anteq̄ cōcipiatur: sane ille sine quacunq̄ infirmitate/&
concipietur/& nascetur. Infirmitate dico quacūq̄ & potentiali & actuali. Sed nunquid
potentior maledictio/vt nullus concipiatur vir sine peccato: q̄ benedictio/ vt aliquis
cōcipiatur sine peccato? Id minime videtur. Nam benedictio cū esse quod omne potest:
& maledictio cū non esse qđ nichil potest cōspirat. Sed nōne mundi saluator quando
venit in mundū/& voluit carnē sine peccato sumere: benedixit terram suā anteq̄ etiam
caro illa formaretur vnde suā sumeret carnē? sicut multo ante per prophetam prædixe-
rat dicētē. benedixisti domine terrā tuā. Qui sic credūt: ex parte benedictiōis credūt/be-
nedictionē attendētes/& filios arbitror benedictionis esse. Qui vero secus: oculos in te-
nebris maledictionis figunt. Et hæc virgo benedictionis filia & omnis benedictionis
mater / futurū videns vt nōnulli cōtra benedictionē eius infœlix problema agitarent:
Paulo anteq̄ id accideret/ præuenit benedictam conceptionē suā/ per angelū celebrari
indicens/ multa benignitate ad salutē multorū infausto errori qui futurus erat/ occur-
rens: qui vt turbo multos esset implicitūrus. In cuius rei (vt arbitror) signū: sedatus est
vehemētissimus maris turbo. erepti sunt a iamiam eminēti & proximo mortis fato: qui
nunciarent hanc sanctā celebrandā conceptionem. factū memoriæ mādauit Anselmus
vir sanctus / fidelis Cātuariensium antistes. hæc igitur virgo: neq̄ filia fuit obligatio-
nis Adæ sed gratiæ Christi/neq̄ infirmitatis Adę/sed benedictionis dei. Non itaq̄ si q̄s
negociatus est sub peccato/si quis ex viro & muliere conceptus: protinus fit vt carnem
habeat peccati/sed quos benedictio nō sanauit. Vt certe filij leprosi/cū lepra concipiū-
tur & nascūtur sed potentiali/quæ se suo tēpore manifestat & fit actualis: sic omnes filij
Adam cū peccato carnis & concipiūtur & nascūtur: nō actuali sed potentiali/quod suo
tempore suas vires in corpore promit/ & multiplices cōcupiscentias cōtra spiritū susci-
tat. omnes dico filij Adam: quos benedictio & gratia aut omnino nō præuenit/ aut nō
sanauit. Sed qui hāc carnis infirmitatē adhuc habēt & secūdū eam operātur/quomodo
59 se habeāt: audi Paulum aperientē cū inquit. ¶ Quod enim operor nō cognosco. nō enī
quod volo hoc ago: sed quod odi illud facio. si autē quod nolo illud facio: cōsentio le-
gi q̄ bona est. nunc autē etiam nō operor illud: sed qđ habitat in me peccatū. scio enī
quod nō habitat in me/hoc est in carne mea: bonū. Nam velle adiacet michi: operari
autem bonū nō inuenio. ¶ In analogia infirmi/mēte sani sed corpore vehemēter ęgro-
tantis/ & ex intelligentia circa hanc literā adiecta: quæ hæc dicit Paulus facile intelli-
guntur. quæ alioqui difficilē præ se ferunt intelligentiā. Intellige igitur per bonū: sanū.
per malū: ægrum. per legē dei/ & legē mentis: præcepta medici. per legem peccati quæ
est in membris: ea quæ mandat & petit infirmitas. per interiorē hominē: sanā mentē. p
exteriorem: ægrum corpus ac deinde mentis compotē sed grauiter corpore laborantē
60 & infirmitati corporis parentē: quæ præcesserūt dicere/ & etiā hæc quæ sequūtur. ¶ Nō
enim quod volo bonum/facio: sed nolo malū/ hoc ago. Si autem quod nolo ego illud
facio non iam operor illud/sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legē mi-
chi volenti facere bonum: q̄ michi malū adiacet. condelector enim legi dei secundum
interiorem hominem: video autem aliā legem in membris meis repugnantem legi mē-
tis meæ /& captiuantē me in lege peccati/quæ est i membris meis. Infœlix ego homo:
quis me liberabit de corpore mortis huius? ¶ Paulus in se figurat carnalē hominē & i-
firmitatē carnis sentientem/legēq̄ membrorum captiuantem mentem ad desyderia car-
nalis infirmitatis id est peccati/adimplenda: cum minime talis esset / sed secundum spi-
ritum prorsus viuens. Sed infirmis se transfigurat in infirmium. vt ifirmos lucrifaciat.
Verum & ipse aliquando ifirmus fuerat: & nouit a quo sanatus fuerat. & gratias agit
deo per dominum saluatorem omnium a quo medelā consequutus est/ & liberatus hac
corporis morte i vitam spiritus innouatus/ ostendens vnicuiq̄ per illum posse saluari.
& si seruiant carne: seruient legi peccati & mortis quæ est in membris. si autē seruiant
61 spiritu & mente: seruient legi & vitæ. atq̄ ait. ¶ Gratias ago deo per CHRISTVM do-
minū nostrū. Igitur ego ipse mente seruio legi dei: carne autem legi peccati. ¶ Qui ser-
uit mēte & spiritu/seruit legi dei: qui seruit carne/seruit legi peccati. Sed fieri ne potest:

vt vnus et idem/ simul seruiat mēte & carne/ legi dei/ & legi peccati? Nequaq̄. Nā deus et peccatum/ esse & non esse/ vita atq; mors: contraria sunt. & ipossibile est duobus tam cōtrarijs dominis simul seruire. Id igit̄ ego ipse mēte seruio legi dei/ carne autē legi peccati: conditionem in sua ītelligentia claudit. Et de lege peccati quæ in mēbris est intelligit̄, nō de lege peccati: quæ ē data cōtra peccatū/ qualis lex est Mosaica. sūt eni hæ cōtrariæ. Verbi causa q̄spiā irascit̄: lex hu9 cōcupiscētiæ q̄ ex pc̄ō & ifirmitate carnis nascit̄: ē vlcisci & sumere vidictā. lex Moysi/ nō q̄ras vltionē/ nec memor sis iniuriæ. quis formosam mulierem videt/ & ex infirmitate carnis concupiscentia surgit: lex huius cōcupiscentiæ est cōmisceri & fornicari. Lex Moysi/ contra: non fornicaberis. Nam si cōcupiscentiæ legē sequeris: consumatur peccatum. peccatum autem cum consumatum fuerit: generat mortem. perinde ac si febre intolerabiliter estuas: huius intolerabilis estus lex est algida bibere. si bibis: morbum cōsumas/ & parit tibi mortē. Et ita de alijs concupiscentijs: quæ carnis infirmitatem & morbū sequuntur. & ideo ægrę sunt concupiscentiæ circa bonorū & salutariū cōsecutionē: vt febrientium concupiscentiæ ægræ sunt circa prosecutionem salubriū. Hac de re nōnulli philosophorū huiusmodi concupiscentias/ non absone ægrimonias nominauerūt: quæ quanto vehemētiores/ tanto piculosiores & maiorem ostendunt carnis infirmitatem. At forsitan hic petes: nonne etiā erit mentis infirmitas/ vt & carnis? Non ex primo parēte. sed ex proprio arbitrio & ꝓpria eius incuruatione: nō esse negauerim/ vt est infidelitas/ hæresis/ & huiusmodi. quæ a primo parente nulli mortaliū sunt insæminata. Non eni animam ab Adam: sed a deo accepimus. Omnis igitur anima/ a deo recta tradita: arbitrium habet vt āgelus/ quo se incuruare potest. et carni Adæ vt seruili sponsę copulata: seruitutis subit conditionem/ obligationis obnoxia. non enim est in quo creetur: nisi in carne Adæ/ & carne quidem lesa & infecta/ nisi deus/ animæ domiciliū benedictione præueniat/ anteq̄ etiā animam creet. Ab hac tamen seruitute & obligatione: gratia Christi liberat. & in sua carne: infirmitatem & peccatum nostræ carnis mortificat. Cui sit omnis honor & gloria & gratiarum actio: in sempiterna sæcula. Nunc ad literæ examinationem.

A EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Si autē mortuus fue-
53 rit vir eius: soluta ē a lege viri. ¶ Superfluit ei9. nichil tamē ītellīgētiæ obest. Paulus.
ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. si autē mortu9 sit vir: soluta est a lege viri. ¶ Vulgata æditio. Si autē mortu9 fuerit vir eius: liberata est a lege viri. ¶ Nec eius/ nec viri habent̄ in Paulo. Nichil tamē intelligentiæ officiūt. Paul9. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι. Si autē mortuus sit vir: libera ē a lege/ vt nō sit/ & reliqua. Et ꝙ liberata pro libera positū ē: nichil absonū. id eni aptiorē facere videtur latinā locutionē. ¶ Vulgata ędi tio. Si fuerit cū alio viro. Bis vetus interpres ita vertit qd̄ Paul9 īterdū dicit ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, interdum γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ si sit alteri viro: siue latine consuetius/ si sit alterius viri. Quo pacto et interpres accommodatius vertere debuisset: vt respōdisset ei qd̄ paulo post iterpretatur/ vt sitis alterius q̄ ex mortuis resurrexit. vbi habetur εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι. Alioqui
B dicere debuerat vt prius/ vt sitis cum alio qui ex mortuis resurrexit. ¶ Vulgata editio.
55 Passiones peccatorū. ¶ Paulus τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. sunt qui malūt hic παθήματα interpretari affectus/ qui mentem & animam perturbant & obnubilant quæ & alij πάθη appellant/ idq; latinius esse. quibus neq; nos dissentimus: et nunc παθήματα affectus/ nunc passiones pro oportunitate loci conuertendum. vt hic affectus. sequenti autem capite passiones. vbi Paulus habet λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ. existimo enim ꝙ non dignæ sunt passiones præsentis temporis. est enim πάθημα apud græcos homonymum vocabulū: & pro loco & subiecta materia accipiendum/ atq; ita a nobis interpretandum. ¶ Vulgata æditio. Nunc autē soluti sumus a lege mortis. ¶ Ex Paulo legendū morientes/ non mortis. Paulus. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου ἀποθανόντες. nunc autem soluti sum9 a lege moriētes. duplex sēs9 esse potest. vn9/ nos moriētes carni ac peccato: soluti sum9 a lege. & hic circa literā intelligi potest. Alius vt morientes in sequentem particulam reducatur/ & sit sensus. nunc autem soluti sumus a lege in qua morientes detinebamur. & hunc intellexit vetus interpres. Quid est enim lex in qua morientes detinebamur: nisi lex mortis: gratia cuius & in sequētem etiā particulā reduximus. ¶ Vulgata æditio. Occasione autem accepta/ peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. ¶ Paulus habet/ occasionem autē accipiēs peccatum. Paulus. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία. Et id minus ambiguū q̄ si dicimus occasione accepta: ne quis

male intelligens/ putet eum qui dedit legem/ occasionem accepisse per legem vt homi
nes induceret ad peccandum. hic enim impius error. sed cũ dicitur/ occasionẽ autẽ acci
piens peccatum: manifeste cognoscitur hæc occasio peccati esse/ neq; dubiũ est a quo
sit hæc occasio. cum enim deus bonam arborẽ fecit/ cũ Adę præceptũ dedit/ & bonum
quidem & vitale præceptum: non dedit ei occasionem peccandi. sed næquitia serpẽtis
antiqui hinc occasionem accepit: vt induceret Adam ad peccandum. Sic est de lege po
B stea lata. ¶ Vulgata ędítio. Ego autem mortuus sum. ¶ Legendũ potius: ego aũt mor
55 tuus erã. Paulus. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. Quod verum est. mortuus enim erat peccato:
cum paruulus erat/ & sine lege viuebat. potentialem tamen in carne gerebat infirmita
tem/ quæ suo tempore exitura erat in actum: nisi legis obedientia/ & præcipue dei gra
C tia sanaretur. ¶ Vulgata æditio. Nam peccatum occasione accepta. ¶ Legendum po
57 tius vt prius dictum est: nã peccatum occasionem accipiens. Paulus. ἡ γὰρ ἁμαρτία
ἀφορμὴν λαβοῦσα. cur hoc q̃ illo mõ potius/ causa dicta ẽ. ¶ Vulgata æditio. Vt fiat
supra modũ peccans peccatum. ¶ Peccans nominaliter sumitur. Paulus ἵνα γένηται
καθ᾽ ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία. quasi dicat vt fiat per excessum peccatrix
peccãtia/ idq; auxesin & grauitatem significat. ac si dicatur supra modũ infirma infir
C mitas/ & modũ excedẽs graue peccatũ. ¶ Vulgata ędítio. Venũdatus sub peccato. Pau
58 lus habet. πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. quod significat negociatus sub pecca
to. Verum quia negociatores vendunt/ emunt/ acquirunt: interpres venundatus dixit.
potuisset forte intelligibilius dicere: acquisitus. Enimuero propheta qui dicebat/ ecce
C in iniquitate conceptus sum: dicebat se negociatum sub peccato et acquisitũ. illud ve
56 ro venundatus: obscuriorem facit sensum. ¶ Vulgata æditio. Non enim quod volo bo
num hoc ago: sed quod odi malum id facio. ¶ Bonum & malũ apud Paulũ non habẽ
tur: nichil tamen intelligentiæ obsunt. Paulus. οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω, ἀλ
λ᾽ ὃ μισῶ τοῦτο ποιῶ. ¶ Vulgata æditio. Nunc autem iam non ego. ¶ Quod hic
interpres et inferius dicit iam non: Paulus habet οὐκ ἔτι. quod diximus prius/ interp̃
tari solere/ non etiã/ aut aliquid simile. Paulus. οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό.
¶ Vulgata æditio. Nã velle adiacet michi: perficere autẽ bonũ non inuenio. ¶ Qđ hic
interpres dicit perficere: Paulus habet κατεργάζεσθαι quod verbũ paulo post vertit
interpres operari. Vbi dicit/ iã non ego operor illud. Paulus οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζο
μαι αὐτό. ergo & prius dicere potuerat: operari autẽ bonũ non inuenio. ¶ Vulgata
D æditio. Gratia dei per IHESVM CHRISTVM dominũ nostrũ. ¶ Dicendũ esset: gra
61 tia deo/ vel potius gratias ago deo/ vt habet Paulus. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ ἰησοῦ
χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. est enim εὐχαριστῶ verbũ significans gratias ago. Nũc
ad sequentia aptemus stilum.

CAP. VIII.

SI spiritu/ si mẽte viuimus: legi dei seruimus. si autẽ carne: seruimus legi
62 peccati. At qui seruit legi dei: in quo condemnari potest? Certe in nul
lo. Ideo subdit Paulus. ¶ Nulla ergo nunc condẽnatio est ijs: qui in
CHRISTO IHESV nõ secũdũ carnẽ ãbulant/ sed secundũ spiritum.
¶ In Christo Ihesu dicit. quia nullus spiritu viuere potest: nisi id gra
tia Christi consecutus. Et ideo si spiritu/ si mente viuere vis: attende
Christum & eius gratiã/ non te ipsum/ nõ tua opera/ etsi pro virili tua
etiã operari debeas. tua tamen opera ab infirmitate carnis nõ te libe
rabunt etsi præparabunt: sed gratia Christi/ & lex spiritus vitę/ gratiæ eius. Lex enim
Moysi præcipiebat: spiritum autẽ & gratiã conferre nõ poterat. Ideo debilis erat ad sa
nandum: propter carnis infirmitatẽ. Lex autem Christi: & opera præcipit/ & insuper spi
63 ritum dat & gratiam/ longe ad sanandum/ operibus valentiorem. Nam opera admini
culantia sunt: gratia autem perficiens & cõsumãs. Ideo subdit Paulus. ¶ Lex enim spi
ritus vitæ in CHRISTO IHESV: liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod im
possibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filiũ suum misit in similitudiẽ
carnis peccati/ & de peccato dãnauit peccatũ i carne. vt iustificatio legis impleretur
in nobis: qui non secundum carnem/ sed secundum spiritum ambulamus. ¶ Christus
carnem in similitudinem carnis peccati sumpsit: sed non habentem carnis infirmitatẽ/
id est vllo modo peccatum. nos autem habemus carnem peccati/ & sentientẽ peccati
infirmitatem. & hæc vera caro: sed Christi caro verior. vt caro õnino sana: verior q̃ ca
ro oĩno aut aliquo modo viciata atq; ægra. sed cũ efficimur mẽbra corporis Christi: per
gratiam suã & per carnem suam cui vnitur caro nostra/ mortificat peccatum/ id est car
nis infirmitatem in carne nostra. Sed dices. Quomodo carni eius vnitur caro nostra?
Certe quoties sacrosanctum eius corpus sumimus: caro carni/ & spiritus eius spiritui no

ftro vnitur/vt vnum corpus & vnus spiritus in eo simus/& non secundum carnem sed
secundum spiritum ambulemus. Attamen si secundum carnẽ Christi ambulas/id est se-
cundum affectus innocuos & passiones innocuas:non peccas. vt tribulationes corpo-
ris patienter ferens/necessario vestitu nuditatẽ/& ledentia defendẽs/cibo & potu neces-
sario vitã conseruans/lassitudines corporis somno(quod par est)refouens ac reparans.
Si autẽ in his superfluitatem aut curiositatem addis: hæc nõ ad carnem corporis Chri-
sti/sed ad carnẽ peccati pertinent. Et cum audis carnem simpliciter nominari: vt pluri-
mum intellige carnem peccati quæ spiritui aduersatur/& cuius prudentia prudentię spi-
ritus contraria est/&lex contraria legi dei. Nam prudentia eius est: diligenter media
inuenire/ad ea exequẽda ad quæ propria cum concupiscentijs suis impellit infirmitas,qđ
64 est peccatum. prudentia vero spiritus:illa facere quæ deo placita sunt/& ad quæ diuina
mouet virtus. Quapropter subnectit Paulus. ¶ Qui enim secundũ carnem sunt:quę car
nis sunt sentiunt. qui vero secundũ spiritum:quæ spiritus. Prudẽtia enim carnis:mors.
prudentia vero spiritus:vita et pax. Ideo prudentia carnis:inimica est deo. legi eni dei
non est subiecta. neq; autem potest. qui autẽ in carne sũt: deo placere nõ possunt. ¶ Si
prudentia spiritus vita & pax in spiritu:prudentia carnis mors/& continuum in carne
bellum. et si prudentia carnis deo inimica est:prudentia spiritus deo est amica. Ceterum
si spiritus/legi dei subiectus est:caro/legi dei subiecta esse nõ potest. obedit eni spiritus
legi dei:caro autem nequaq̃. Et si qui in carne sunt/qui carne viuunt: deo placere
non possunt. placebunt profecto deo:qui in spiritu sunt/& qui spiritu viuunt. Qui locos
non ignorant dialecticos: hæc ita esse oportere statim vident/& innumera talia quæ in
diuino Pauli philosophandi modo/ex opposito respondent. Et quomodo caro subie-
cta esset legi dei:quę subiecta est legi peccati/lex enim dei/lex spiritus/lex vitæ est/lex
sanorum. et videmus ægros/qui lege sanorum viuere non possunt: donec ipsi sanẽtur.
sic et caro donec sanetur:lege dei viuere non potest/illiq; subiecta esse & obediens. sed
qui in carne non sunt sed spiritu/qui non carne viuunt sed spiritu:subiecti legi dei sunt/
& deo placent. & viuunt spiritu per gratiã & iustitiam Christi/& mortui sũt corpore ꝓ-
pterea ꝙ peccato subiacuit/spiritũ Christi habentes & corpus mortuũ/factum tamen
membrũ Christi. quod et i veritate suscitabit Christus a mortuis conforme corpori suo
65 ad vitæ imortalitatem. Quales erant fideles Romani in primitiua ecclesia:ad quos hęc
loquitur Paulus. ¶ Vos autẽ in carne non estis sed in spiritu:siquidem spiritus dei ha-
bitat in vobis. Si quis aũt spiritũ CHRISTI nõ habet:hic nõ est eius. Si autẽ CHRI-
STVS in vobis est:corpus quidẽ mortuum est propter peccatum. spirit⁹ vero vita:pro-
pter iustitiã. Q; si spiritus eius qui suscitauit IHESVM ex mortuis habitat i vobis:qui
suscitauit CHRISTVM a mortuis/viuificabit & mortalia corpora vestra ꝓpter ihabi-
tãtẽ spiritũ eius i vobis. ¶ Sed age corpora nostra/facta membra Christi: viuũt ne ali
quo modo/Viuere debent in similitudine resurrectionis Christi. Quod quia resurrexit
spiritualẽ:ideo in se & corporaliter mortuum esse debet. imitatione autem & spiritua-
liter viuere:quia est in resurrectionis imitatione/redituuum. Verum quia hæc imitatio
est/et nondum resurrectionis veritas:ideo potentialis adhuc peccati remanet infirmi-
tas/quæ nisi ad spiritum & gratiã dei conuersio sit/redit ad actum. & iterũ carni & pec-
cato misere seruimus/et deterius carne morimur:quæ et imitatione peccato mortua
erat/& resurrexerat ad vitam spiritus. debebamus igitur omnia spiritui & nulla carni:
quæ non in se viuebat sed in spiritu. Nam caro in se:mors. vt spiritus in se:vita. Et ideo
66 & Rhomanos et in Rhomanis nos preco magni dei hoc pacto exhortatur Paulus.
¶ Ergo fratres debitores sumus non carni:vt secundum carnem viuamus. si enim secũ
dum carnem vixeritis:moriemini. Si autem spiritu/corporis actus mortificaueritis:vi-
uetis. Quicũq; enim spiritu dei aguntur:hi sunt filij dei. non enim accepistis spiritũ ser
uitutis iterum i timore:sed accepistis spiritũ adoptionis/in quo clamamus abba id est
pater. ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro:ꝙ sumus filij dei. ¶ Ipse enĩ
spiritus. De spiritu sancto/hoc intellige:qui discipulos et apostolos mouebat ad deum
inuocandũ nomine patris. Qui per euangelistam dicit. Quotquot autẽ receperũt eũ:
dedit eis potestatem filios dei fieri/qui credũt in nomine eius/qui nõ ex voluntate car-
nis/neq; ex volũtate viri/sed ex deo nati sũt. Sed et ipse domin⁹ dedit nobis hãc/deũ
vocãdi patrem fiduciam. Acceperũt ergo spiritum libertatis & venerationis. filij enim
seu natura seu adoptione:liberi sunt/& venerationem parenti debent non seruilem ti-
morem. In veteri certe lege spiritus nõ mouebat patres:vt deũ nomine patris adirẽt/
sed vt eum inuocarent dominum. in quo designantur fuisse serui/et seruitutem accepis-
se in timore. cum enim dominum cogitabant: imperium cogitabant/& potentiam non

facientibus infligentem pœnam.sic ex odio flagellorũ & pœnarum: timor dei in illis
oriebatur.& hic est seruilis timor:qui a spiritu Christi non oritur neq; a Christo nobis
est datus.Sed Christus a seruitute/ & timore illo seruitutis:nos liberauit . & seruitutem
in filialẽ adoptionẽ commutauit:& timorem seruitutis in amorem venerationis cõuer-
tit.Ergo deum timeamus:sed hic timor ex amore procedat.si deum cogitas patrẽ : q̃d
aliud cogitas/ q̃ eius ineffabilem circa te benignitatem / sũmam curam tui & summã
prouidentiam gerentem/ et ipsum te velle sui esse hæredẽ & Christo cohęredẽ/qui natu
ra est filius:tu vero adoptiuus.Quomodo igitur tanta æterni patris benignitate consy
derata/ illum non amas:& ex amoris vehementia illum non offendere times/& nõ om
nia libenter eius gratia perfers/ siue prospera sint siue sint aduersa / Quomodo si ille q
natura filius/ et in quo tu adoptaris sic ad patrem se habuit/ pro cuius amore tot et tan
67 ta pertulit/ & vt tu adoptareris:nõ imitaberis verũ/ & ex natura dei filiũ/ siue lęta erũt/
» siue dura erunt & aduersa quæ cõtingent/ Propterea subiunxit Paulus. ¶ Si autẽ filij:
» & hæredes.hæredes quidem dei:cohęredes autẽ CHRISTI/ si tamen simul patimur
» vt & simul glorificemur.existimo enim q non sunt condignæ passiones huius tempo-
» ris: ad futuram gloriam quæ reuelabitur ĩ nobis. ¶ Oportet enim adoptiuos filios ve-
rum filium imitari:qui non venit facere voluntatem suam/ sed voluntatem patris. qui
non venit ministrari: sed ministrare.qui non venit ad honores & delicias huius mun-
di:sed ad inhonorationes & molestias perferendas. Vidimus(inquit) eum:& nõ erat
aspectus.et desyderauimus eum despectum/& nouissimũ virorũ/ virum dolorum & sciẽ
tem ĩfirmitatem. Sed hos despectus/ hos dolores/ has infirmitates:secuta ẽ æterna glo
ria.Sic et si eius imitatione voluntatem nostrã non fecerimus sed patris/ nõ velim9 do
minari et nobis ministrari/sed propter ipsum ministrare/ si contemptus /dolores & mũ
di pressuras/ eius imitatione perferre gaudio afficiamur: hanc modicam terrenæ habi
tationis peregrinationem / consimilis cum filio consequetur gloria. Qđ si aliter vixe-
rimus:hunc nostrum modicũ & momentanei temporis incolatũ æterna sequetur cõfu-
sio.Sed q̃ magna dei circa nos benignitas/qui cœlum/ solem/ lunã/stellas/ elemẽta/ &
vniuersam mundi sensibilem machinã/ nobis seruire facit/ tamdiu vanitati id est mota
tioni & corruptioni obnoxiam:donec filij adoptiui in ĩmortalitate regnũ dei accipiãt.
Quod fiet dũ numerus impletus erit saluãdorum: et omnes in immortalitate surgent/
& mortalia immutabuntur in immortalitatem.tũc & ipsa rerum machina immutabit̃.
& de corruptibili et mutabili statu : mutabitur in incorruptibilẽ et immutabilẽ/ & de sẽ
sibili in spiritualẽ.Et sicut machina sensibilis seruiuit sensibiliter & passibiliter filijs dei
dũ sensibiles & passibiles erant/ immo & vero dei filio sẽsibili & passibili: sic et filijs dei
spitritualibus/impassibilibus/ & immortalibus/ machina mundi spiritualis et impassibi
lis effecta/ erit ĩ gloria cõditoris.et õni mortali fũcta officio:glorioso ĩ fine quiescet.Tũc
implebitur quod in sanctæ reuelationis mysterio dictum est. Vidi cœlum nouũ et ter-
rã nouã. Primum enim cœlum:et prima abijt.Et rursum.Et dixit qui sedebat in thro
no:ecce noua facio omnia..Hæc est expectatio sẽsibilis machinæ: cuius oĩs pars quasi
ingemiscere & dolorẽ tamdiu perferre videtur/ donec statui optimo/ spirituali / et ĩmu
tabili restituatur. Et hæc expectatio diuinæ ordinationis:vt spes ẽ. longa autem dila-
tio:vt tristis quædam affectio ipsi machinæ/et inspontanea.spontanea tamen in expe
ctatione et obedientia dei: qui eam ad hoc/ corruptioni subiecit ad tempus.Quomodo
igitur condignæ essent passiones huius temporis:ad futuram gloriã quæ reuelabitur/
68 Quam(vt diuinus & diuinorum conscius Paulus ait)vniuersa expectat mundi machi
» na:id subiungens. ¶ Nam expectatio creaturæ:reuelationem filiorum dei expectat.va
» nitati enim creatura subiecta est / non volens : sed propter eum qui subiecit in spe .
» quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis:in libertate gloriæ filiorum
» dei.Scimus eni q omnis creatura cõgemiscit et cõparturit vsq; adhuc. ¶ Et parum est
omnem sensibilem creaturam angustiari & labores perferre ad hoc vt filii dei perfecto
partu ędantur in vitæ immortalitatem:sed et sancti omnes/ & sanctorum animæ inge-
miscunt & suspirant ad illam nouissimã & perfectissimã ĩmortalitatis natiuitatẽ.hinc q̃-
rulas illas sanctarum animarum voces illuc tendere creditur. Vsquequo domine sãct9
& verus nõ iudicas & nõ vidicas sãguinẽ nostrũ:de ijs q habitãt ĩ terra/Quib9 dictũ
est:vt requiescerẽt adhuc tempus modicũ/ donec compleãt cõserui eorũ & fratres eorum.
69 Quæ enim natura suopte instinctu in optimo suo statu esse nõ afficit̃/ Nõ ergo sola sẽsi
» bilis machina ad hunc optimũ statũ afficitur:sed vt inquit Paulus. ¶ Non id quidẽ so
» lum.Sed et ipsi primitias spiritus habentes:nos inquam ipsi intra nos ipsos gemimus
» adoptionẽ expectantes/ redẽptionẽ corporis nostri. ¶ Et quia q sperat & certã et indu-

bitatam ſpem habet: iam in ſpe habere videtur quod indubitato expectat. Beatiſſimus
70 apoſtolus diuina illa ſpe fretus: in ſpe iam videt ſe corpus habere immortale & i ienar-
rabili ſanctorum gloria eſſe. Et ideo ſubdit. ¶ Spe eñi ſaluati ſumus. Spes autẽ quæ vi-
det: non ẽ ſpes. quod enim videt quis: qd & ſperat? ¶ Quod ſperatur: futurũ. ſẽſibilis au-
tem viſus: ſolum præſentia videt. non igitur videt quod ſperatur. nichil igitur prohibet
æterna ſperari: vt corpora ſpiritualia & imortalia/ & ſenſibilis machinæ in immutabilẽ
ſtatum immutatio/ & ineffabilia gaudia. quæ ſi viderentur & adeſſent: non ſperarentur.
Sed quid hæc certa & beata ſpes operatur? Patientiã cunctis in rebus: donec illa boni-
tatis ſuę mirifica dona/ deus operetur. Sed in hac expectatione deficeremus/ & maxime
ſancti qui illã inouationẽ q̃ ardentiſſime optant (quo enim ardentius optamus quod nõ
71 habemus: eo vehementius affligimur) niſi bonitas eius/ nos ſpiritu ſuo adiuuaret. Proĩ
de dicit Paulus. ¶ Si autem quod non videmus/ ſperamus: per patientiã expectamus.
Similiter autẽ et ſpiritus adiuuat ĩfirmitates noſtras. Nam quid oremus vt oportet / ne
ſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis/ gemitibus ineffabilibus. ¶ Cum vir ſanctus
orat et intelligit quod orat: parua eſt hæc poſtulatio. ſed cum orat/ & ſubito rapitur in
ingentem gemitũ ad deũ/ & gemitus ille ingens illi eſt ineffabilis/ neq; ſcit/ neq; intelli
git quid petere vult: adiuuatur tunc in oratione a ſpiritu ſancto. neq; ille eſt qui tã ꝓfũ
dum ſe creat gemitum: ſed ſpiritus ſanctus eſt / qui illũ facit/ et qui illo orat pro eo qui
vt oportet orare neſcit/ neq; poteſt. pro ineffabilibus enim bonis: ſpiritus ille ſuperbo-
nus/ ineffabilem illi inſpirat poſtulationẽ. & ex illo gemitu: multũ lętus ſurgit. & ſine cõ
paratione multo magis conſolatus: q̃ quando orauit quod intellexit. optimũ enim ſẽſit
pro ſe poſtulatorem. Et quidem ſpiritus ſanctus illam fecit in eo orationem: quam opti
me intellexit (a quo ſpiritus ille bonus proceſſit) ſpirituũ pater/ & ieffabiliũ cognitor.
Sed nullus hanc dulcedinẽ orationis guſtat: niſi in quo ſpiritus dei habitat. habitat au
tem deus in ijs: qui in hoc mundo ſtudent ſe Chriſto conformare dum vixit in mun-
do/ & qui conformes erunt gloriæ eius. Gloria enim in hoc mũdo/ eſt Chriſto aſſimilari
dum vixit in hoc mundo: ſicut gloria in altero erit/ Chriſto aſſimilari glorificato. Hæc
eſt conformitas filij dei/ in qua deus ſuos glorificat: ſiue i hoc/ ſiue in altero ſæculo. Nũ-
quid enim glorioſum eſt: Chriſto eſſe conformes/ imo eſſe Chriſtiformes? Hi ſunt præ-
72 cogniti/ hi ſunt prædiffiniti/ hi vocati/ hi iuſtificati/ hi glorificati. Hæc diuina arcana
nobis reſerãs Paulus: dicit. ¶ Qui autẽ ſcrutatᷓ corda: ſcit q̃ hæc prudẽtia ſpiritus. quia
ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. ſcimus autem quoniã diligentibus deum/ omnia
cooperatur in bonum: qui ſecundum propoſitum vocati ſũt. quia quos prægnouit: hos
& prædiffiniuit conformes fieri imaginis filij ſui. vt ſit ipſe primogenitus in multis fra
tribus. quos autem ꝓdiffiniuit: hos & vocauit. & quos vocauit: hos & iuſtificauit. quos
autem iuſtificauit: hos & glorificauit. ¶ Propoſitum: prænotio/ et præſciẽtia dei eſt. de
qua et vberius: in ſequenti capite. Sed quomodo Chriſtus eſt primogenitus inter mul-
tos fratres? Id ſane intelligendum eſt: tres eſſe natiuitates. Prima eſt carnis. Secũda ſpi
ritus. Tertia immortalitatis. Prima fit: cum quiſq̃ naſcitur in mundo. Secunda: in ba-
ptiſmo. Et tertia: in reſurrectione nouiſſima. Prima natiuitate: natus eſt Chriſtus in iu-
ſtitia originali. et ſecundum hanc non eſt primogenitus. Nam et Adã in iuſtitia origi-
nali natus eſt: & Eua/ & virgo glorioſa. Nec ſecũdum hanc: Chriſtus frater dicitur/ ſed
filius Adã/ & filius itemeratæ virginis. Secunda natiuitate: natus eſt in Iordane/ teſti-
moniũ patris accipiens (hic eſt filius meus dilectus in quo michi complacui) & ſpiri-
tusſancti in eum deſcendentis & immanentis. & ſecundum hanc natiuitatẽ: primoge-
nitus eſt inter multos fratres/ primus õniũ in ſpiritu ſancto regenitorum. ſecundũ hanc
frater dicitur/ & regenitæ virginis Mariæ frater/ & apoſtolorũ/ & diſcipulorum/ & õniũ
vbiuis gentiũ ſacro baptiſmatis lauacro renatorum. quibus enim filius dei frater dice-
retur: niſi filijs dei? hac eñi natiuitate ſola: filij dei dicuntur õnes. Et hęc Chriſti nati-
uitas/ hæc baptiſmatis regeneratio: omnium aliarum continet veritatem/ ſanctificatq;
omnes. Eſt etiam primogenitus ex mortuis. Nam primus õnium i vitæ imortalitatem
ſurrexit/ tertiã & vltimam natiuitatem in reſurrectiõe pleniſſime aſſecutus. & ſi alij cũ
eo ſurrexerunt: ille tamen primatum tenet/ & primiciarum honorem. Sed dices Iohã-
nes multo ante Chriſtum/ baptizabat? Verum dicis: in aqua/ in figura/ et ſymbolo veri
baptiſmatis. Chriſtus autem: in ſpiritu ſancto & veritate. Ergo qui baptiſmate Iohãnis
baptizabãtur: nõdum renaſcebantur. Ego quidẽ (iquit Iohãnes) aqua baptizo vos: ve-
niet autem fortior me/ cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum eius:
ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto et igni. Et dominus. Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua et ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Et ſi quis dicat: ſpiritus ſãctus

descendit in deiparā virginē ātēq̄ Christus nasceretur/ sicut scriptū est. Spiritus sanctus
superueniet in te:& virtus altissimi obumbrabit tibi.& plena erat gratia / & benedicta
inter omnes mulieres.& dominus semper cum ea. Hæc nos ingenue fatemur: sed non
per regenerationem. Verum post Christum regeneratorum omnium primum: hæc bea
tissima & fœlicissima virgo/ & vt semper virgo semper sancta/ex aqua & spiritu sancto
regenita est. Vides igitur quomodo Christus sine controuersia primogenitus est in mul
tis fratribus (vt sacerrimus aperuit Paulus) quos in præscientia vocauit/ prediffiniuit/
iustificauit/ glorificauit. magna profecto gloria est esse filios dei/ esse fratres Christi: qui
hæc ingentia dei beneficia circa se non ignorāt. nullus sibi quicq̄ ascribat/ nullus se re-
spiciat sed deum:nullus in se / sed ī solo deo confidat. hæc dei beneficia sunt. est deus q̄
vult nos. Et quomodo in eo non cōfidemus q̄ vult nos/ q̄ diligit nos/ q̄ nobis vult da
re omnia: qui nobis donauit proprium filium/ & voluit pro nobis omnibus illum imo-
73 lari/ Quapropter subiungit Paulus: vehemens benignitatis dei in nos interpres & ora
» tor dicēs. ¶ Quid ergo dicemus ad hęc? Si deꝰ pro nobis: quis cōtra nos? qui etiā pro-
» prio filio non pepercit/ sed pro nobis omnibus tradidit illū: quomodo non etiā cū illo
» omnia nobis donabit? Quis eos accusabit: qui aduersus electos dei sūt? Deus qui iustifi
» cat. Quis condemnabit? CHRISTVS IHESVS. qui mortuus est/ immo magis qui &
» resurrexit/ qui et est in dextera dei/ qui et postulat pro nobis. ¶ Magnæ dilectionis
dei in nos argumentum est/ etiam certissimum: q̄ proprium filiū tradidit pro nobis om
nibus/ q̄ aduersarios electis accusat & increpat/ q̄ Christus Ihesus qui pro ōnibus mor
tuus est/ immo qui pro gloria omnium surrexit/ aduersarios cōdemnat. Sed & suam er
ga nos dilectionem charitatemq̄ declarās: pro nobis in dextera patris/ iugiter vt me-
diator/ intercedit/ postulat/ interpellat.& quomodo nunc non interpellaret: cum in ter-
ris existēs quicquid faciebat/ qcquid rogabat/ nobis faciebat/ nobis rogabat? Etiā tūc
pro nobis patrem interpellabat/ patrem rogabat dicens. Pater sancte/ serua eos in tuo
nomine/ quos dedisti michi: vt sint vnum sicut & nos. Et rursus. Non pro eis autē rogo
tantum: sed & pro ijs qui crediturí sunt per verbum eorum. vt omnes vnum sint: sicut
tu pater i me/ & ego in te. vt et ipsi in nobis vnum sint. O īfinitum charitatis pelagus:
nō quo deum diligimus/ sed quo deus pater & filius diligunt nos. Quid igitur diffidis/
74 quid times: ne deus te diligat? times certe: ne maris vnda deficiat. Hāc igitur ineffabi
» lē dei et Christi charitatē intuens: Paulus exclamat. ¶ Quis nos separabit a charita-
» te CHRISTI? tribulatio/ an āgustia/ an persecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculū /
» an gladius? sicut scriptum est. quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus si-
» cut oues occisionis. sed in his omnibus superamus: per eū qui dilexit nos. ¶ Noli igi
tur timere/ ne deus diligat te: siue es in tribulatione/ siue in āgustia siue in persecutio-
ne/ siue fame/ siue nuditate/ siue periculo/ siue gladio. semper enim diligit te. & q̄ vicis
& superas: hoc facit amor eius ad te. non amor quo ipsum diligis: debilis enim est & ī-
firmus omnis amor creaturæ: deo tamen placens et acceptus est: sed amor dei efficax
et fortissimus. superamus inquit: per eū qui dilexit nos. Ecce nō suā respicit: sed Chri-
sti & dei dilectionē. illā laudat/ illam extollit/ illam honorat. O stulti/ et incuruata men-
te: discite deū respicere/ nō vos: et tūc deus operabitur ī vobis. vos recta operabimini.
vos recte diligetis. recte itelligetis oīa/ et nō oblique. Quid īfirmitati tuæ tribuis: quod
diuinæ debetur fortitudini/ in diuino confide amore: non in tuo. Nunquid deum supe
rare potes amando? q̄ enim amas & fœliciter quidem amas: amoris eius scītilla par-
ua est. immo & cum tu peccas & auerteris & fugis: ille te amat. amor eius nunq̄ te de-
serit. vt superinfusus diuina luce sacer Dionysius ait. A se auersos ac resilientes ama-
torie sequitur: contenditq̄ ac deprecatur ne se deserant ij quos tanta vi amoris inqui
75 rit. Nōne igitur nimiū vere: dicere potest Paulus? ¶ Certꝰ sū enī: quia neq̄ mors/ neq̄
» vita/ neq̄ angeli/ neq̄ principatus/ neq̄ virtutes/ neq̄ præsentia/ neq̄ futura/ neq̄ alti-
» tudo/ neq̄ profūditas/ neq̄ aliqua creatura alia poterit nos separare a charitate dei/ q̄ ē
» in CHRISTO IHESV domino nostro. ¶ Charitas dei qua quidē diligit nos in Chri-
sto Ihesu filio suo superbenedicto: omnia vincit/ omnibus fortior est/ & angelis omni-
bus / siue summis / siue medijs / siue imis / fortior infernis/ vt quæ ea spoliarit & in-
dies spoliet/ fortior mundo & omni creatura. Ergo tanti erga nos amoris/ Christus ra
tio est: & propter ipsum tā insuperabili/ tā ieluctabili amore a deo amamur. Cor igitur
nostrum/ totum paremus ad ipsum redamandum qui nos tātum diligit/ & propter quē
nos tantum amamur. Ei igitur omnis amor/ omnis honor/ & gratiarum actio ī sempi-
ternum. Nunc ad examinationem se præsens conuertat labor: et dulcis quidem inspira
tore deo/ labor.

A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. Vulgata æditio. Qui nunc secundum
62 carnem ambulant. ¶Totum id sed secundum spiritum: hic deest continuo subiun-
gendum. Paulus. μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. ¶Vul-
A gata æditio. Lex enim spiritus vitæ in CHRISTO IHESV. ¶Et id quidem recte: sed
63 spiritus genitiuus est. Paulus. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν χριστῷ
A ἰησοῦ. ¶Vulgata æditio. Qui eni secũdũ carnẽ sunt: quæ carnis sunt sapiunt. qui ve-
64 ro secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus sentiunt. ¶Sentiunt: hoc ĩ loco superflu-
um. Nã post spiritus nullũ habetur verbũ. Et accommodatius poneretur superius lo-
B co verbi sapiũt. Paul9. οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν. οἱ
65 δὲ κατὰ πνεῦμα τὰ τοῦ πνεύματος. ¶Vulgata æditio. Si tamen spiritus dei
habitat in vobis. ¶Ambiguitatem facit interpres: vbi Paulus suum dictum confir-
mare videtur non dubitare. Nam paulo ante dixerat: vos autem in carne nõ estis/ sed
in spiritu. et subdit. εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. siquidem/ certe/ spiritus dei
habitat in vobis. ¶Vulgata æditio. Spiritus vero viuit propter iustificationem. ¶Di-
cere potuit interpres: propter iustitiam. Paulus. διὰ δικαιοσύνην. et solet vbiq; iter
pres δικαιοσύνην conuertere iustitiam. et δικαίωσιν iustificationẽ. Sed id parum
refert: nisi quod prestat in conuertendo se exhibere vniformem. ¶Vulgata æditio. qui su-
C scitauit IHESVM CHRISTVM a mortuis. ¶Ihesum hic non habetur in Paulo: sed
66 Christum duntaxat. Paulus. ὁ ἐγείρας τὸν χριστὸν ἐκ νεκρῶν. ¶Vulgata æditio. Si
autem spiritu: facta carnis mortificaueritis. ¶Legitur nunc actus corporis. Paulus.
εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος. sed hæc nichil obsunt intelligen-
tiæ. ¶Vulgata æditio. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater. ¶Adoptionis filiorum: vno vocabulo dicitur υἱοθεσίας. & satis est inter-
pretari adoptionis. Hoc enim vocabulum satis filij intelligẽtiam latinorum consuetu
dine monstrat. Et quod dicitur abba pater: hic pater nominatiuus est/ & non vocatiu9/
estq; expositiuũ eius quod dicitur abba. Paulus. ἀλλ᾽ ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας
67 ἐν ᾧ κράζομεν ἀββᾶ ὁ πατήρ. ¶Vulgata æditio. Si tamẽ compatimur: vt & glo-
rificemur. ¶Potest & hoc esse assertiuum. & satius forte fuisset sic interpretem vertisse.
siquidem simul patimur: vt et simul glorificemur/ siue vt et conglorificemur. Ac si dicat
certe ad hoc cum Christo patimur: vt et cum Christo glorificemur/ quãuis nichil esti-
mandæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.
Paulus. εἴπερ συμπάσχομεν ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Et maluissẽ dicere vet-
tendo simul patimur quam compatimur (vt dictum est) quia cõpatior apud latinos/ mise-
reor significat. quam significationem hic non intendit Paulus. Non enim de compas-
sione et affectu dicit: sed de pressuris & tribulationibus/ quas pro Christo & Christi imi
tatione perferebant. hoc enim est cum Christo pati. quãuis has pressuras et persecutio-
D nes/ quas pro Christo ferebant: nichili facerent ad futuram gloriam quam dei dono ac
68 gratia expectabant. ¶Vulgata æditio. Nam expectatio creaturæ. ¶Idẽ hic vocabulũ
κτίσις quod supra a creatura mundi: quod pro fabrica ista visibili/ diuino sẽsibili opi-
ficio accipi diximus. quam intelligentiam si cepisset Origenes: non ĩ tam futiles circa
D hunc locum suspitiones incidisset. Quas prestat in libro de principijs non vidisse quam vi-
69 disse. ¶Vulgata æditio. Non solum autem illa. ¶Superfluit illa & si nichil officit intel
ligentiæ. Paulus. οὐ μόνον δέ. ¶Vulgata æditio. Et ipsi intra nos gemimus/ adoptio-
nem filiorum dei expectantes. ¶Filiorum dei superfluum est. Paulus. καὶ ἡμεῖς ἐν
E ἑαυτοῖς στενάζομεν υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι. et nos ipsi in nobis ipsis suspira-
71 mus adoptionem expectãtes. ¶Vulgata æditio. Similiter autem & spiritus adiuuat in-
firmitatem nostram. Paulus pluratiue dicit infirmitates nostras. Paulus. ταῖς ἀσθε-
E νείαις ἡμῶν. ¶Vulgata æditio. Qui aũt scrutatur corda: scit quid desyderet spirit9. Pau-
72 l9 habet ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδεν τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος.
Scrutans autem corda scit quæ prudentia spiritus/ mouentis scilicet hoc pacto ineffa-
biles et ineloquibiles gemitus in cordibus electorum. nouit enim quid hoc artificium
spiritus significet/ & quid sibi velit. ¶Vulgata æditio. Scimus autem quoniam diligen
tibus deum omnia cooperantur in bonum. Paulus habet cooperatur singulariter συν-
εργεῖ. Et referri potest ad spiritum: de quo paulo superius locutus fuerat. vt sit sẽsus di-
ligẽtibus aũt deũ spiritus oia cooperatur in bonum. prædixit eni spiritus adiuuat infir
mitates nostras. spiritus postulat pro nobis/ gemitus in nobis suscitans ineloquibiles.
spiritus secundum deum postulat pro sanctis. Et quid facit spiritus? Sane diligẽtibus
deũ spiritus cooperatur õnia in bonũ. adiuuat ĩfirmos/ adiuuat orãtes. & quicquid bo
ni facim9/ sic nos adiuuat: vt ipse potius quam nos facere videatur. sic nos ducit/ sic nos mi

stat in agendis: vt nutrix anniculum infantem/ quæ potius incessum q̄ infans facere vi-
detur. Non negauerim etiã: si omnia/ recti casus esse intelligatur posse pluratiue verti co
operantur. Nam neutra pluralia/ verbis singularibus apud græcos apte iungũtur. quē
sensum vetus intellexit interpres: & post eum q̄plurimi alij. Verũ qui superior dictus
est: ex consequentia sermonis trahi videtur/ & ille quoq; diuinior & Paulo dignior.
¶ Vulgata æditio. Ijs qui secundũ propositum vocati sunt sancti. ¶ Superfluit sancti.
F Paulus. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. ¶ Vulgata æditio. Nam quos præ-
72 sciuit & prædestinauit. ¶ Dicere potuit: quia quos prægnouit & prædiffiniuit. Paulus.
ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισεν. ¶ Vulgata æditio. Quos autē iustificauit illos &
magnificauit. ¶ Vertere potuit: hos & glorificauit. Paulus. τούτους καὶ ἐδόξασεν.
F ¶ Vulgata æditio. Qui etiam proprio filio suo non pepercit. ¶ Suo: superfluũ est. Nam
73 proprio: perinde est ac suo. nec in Paulo habetur. Paulus. ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ
ἐφείσατο. ¶ Vulgata æditio. Quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit.
¶ Dicendum potius donabit. Paulus. χαρίσεται. ¶ Vulgata æditio. Quis accusabit
aduersus electos dei. ¶ Et si sic sermo græcus repræsentet: ad intelligentiã tamē latinã
exprimendũ aliter videtur/ hoc pacto. Quis accusabit aduersantes electis dei? aut alio
simili modo/ paucis ad intelligētiam adiectis. non eni deus accusat electos: sed eos qui
eis aduersantur. ¶ Vulgata æditio. Quis est q condēnet? ¶ Dicere debuit interpres cō
demnabit vt prius dixerat accusabit. vel quis condēnans vt græce. Paulus. τίς ὁ κα-
τακρίνων. Et tunc subauditur verbum erit. ¶ Vulgata æditio. Qui est ad dexterã dei:
qui etiam interpellat pro nobis. ¶ Legendum qui & est ad dexteram dei. Paulus. ὅς
καὶ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ. Et quod dicit interpellat: superius dixit postulat. est
enim idem hic & illic verbum apud Paulum. ἐντυγχάνει. Et melius forte postulat:
quod intercedere/ patrocinari/ & rationabiliter petere significat. interpellare enim ma-
gis est sermonem interrũpere. siue tamen dicamus postulat/ siue interpellat: idem sem-
G per cum Paulo intelligamus. ¶ Vulgata æditio. Quis ergo nos separabit a charitate
74 CHRISTI. ¶ Ergo superfluũ est. Paulus. τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης
τοῦ χριστοῦ. Sunt qui putant hæc de charitate Pauli ad deum/ quasi i extasi positi:
dicta esse. Verum est: magnam Pauli ad deum fuisse charitatem. At non suam hic: ve-
rum dei erga nos videtur cōmendare charitatem. in his omnibus (inquit) superamus
per eum qui dilexit nos. & hic sensus est diuinior. Et etiã si dectio tam extatico amore
loqueretur: non se iungeret alijs dicēdo. quis nos separabit? sed potius dixisset: quis me
separabit. se enim Paulus respicere non solet. Q̃ si se aliquando respicit: de se nō subli-
miter/ non imodeste/ sed humiliter loquitur. Et qui hoc intelligit: magna ex parte illu-
minatus est ad incedēdum per scripta eius/ secundũ magnã & solitam eius erga deum
pietatē. Alioqui qui secus faciũt: seipsos decipiũt/ de Paulo humane sentientes/ de quo
longe fuerat diuine & supra humanũ sensum sapiēdum. Deus igitur (intercessore Pau
lo) nos illuminet: non humane/ sed diuine/ non carnaliter/ sed spiritualiter (vt par est
& decet) has sanctas epistolas intelligere. ¶ Vulgata æditio. Tribulatio/ an angustia/
an fames/ an nuditas/ an periculũ/ an persecutio/ an gladius. ¶ Vocabula sunt hic im-
mutata. Nam persecutio in Paulo ponitur ãte fames. Paulus. θλίψις, ἢ στενοχωρία,
ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; Tribulatio/ an angu
stia/ an persecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculum/ an gladius. ¶ Vulgata æditio.
Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. ¶ Legendum est. per eum
qui dilexit nos. & sic Paulus habet. Paulus. διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. ¶ Vul-
G gata æditio. Neq; instantia/ neq; futura/ neq; fortitudo/ neq; altitudo/ neq; profundũ.
75 ¶ Superfluit fortitudo: neq; vllum habet responsum. Paulus. οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε
μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος. neq; præsentia/ neq; futura/ neq; altitudo/
neq; profundum.

CAP. IX.

CHaritatem dei & Christi ad nos tam mirabilem/ tam insepara-
bilem & insuperabilem consyderans Paulus/ & insuper consyderans
se Christi tam benigni/ tamq; vehementer amantis fuisse persecutorē
zelo fratrum suorum secundum carnem/ adeo vt pro illis & traditio-
nibus paternis voluerit esse anathema a Christo: non potest non ma-
xima affici tristitia/ ac dolore cordis cōtinuo/ vt qui se erga tantã be-
nignitatem tantũ cogitat fuisse ingratũ. Nō ergo Pauli charitas est q̃
sic inseparabilis & isuperabilis est ab õni creatura: sed Christi ad nos.
qui etiam amatorie requisiuit persequentem: & amplexatus est aduer

76 ſantem. Et hoc magna & ingenti atteſtatione atteſtatur Paulus: dicẽs. ¶ Veritatem di-
co in CHRISTO IHESV non mentior teſtimonium michi perhibente conſcientia
mea in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia michi eſt magna/ & cõtinuus dolor cordi meo.
¶ Et quæ cauſa eſt tã magnæ triſtitiæ & cõtinui doloris: ſubnectit dicẽs. ¶ Optaui enĩ
egoipſe anathema eſſe a CHRISTO pro fratrib9 meis/ cõſanguineis meis ſecũdũ car
nem/ qui ſunt Iſraelitæ. ¶ Et in alio loco: cum triſti recordatione de ſe memoratur. Nõ
ſum dignus vocari apoſtolus: quoniã perſecutus ſũ eccleſiã dei. gratia autẽ dei ſõ id qđ
ſum. Et non ſolum deplorat ꝙ ex ignorãtiæ zelo voluerit eſſe anathema a Chriſto: ſed
77 ꝙ Iſraelitæ fratres ſui ſecundum carnem/ erga tantam dei beneficẽtiam & dilectionem
ſint ingrati. Qđ & ſubdit hoc pacto dicẽs/ nam Iſraelitæ ſunt. ¶ Quorũ adoptio et glo-
ria/ & teſtamẽta/ & legiſpoſitio/ & cultus/ & promiſſiones. quorum patres etiam ſunt: ex
quibus CHRISTVS eſt ſecundum carnẽ/ qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſæ-
cula. Amen. ¶ Magnus dei amor & beneficentia erga iudæos: ꝙ voluit ipſos ado-
ptare & glorificare. Et in nulla alia gente dominus corporaliter apparuit: vt ipſe dice-
ret/ non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Teſtamenta ſunt eis pa-
cta. De veteri quidem dicit ſcriptura. Dominus noſter pepigit nobiſcũ fœdus in Oreb.
De nouo vero. Feriam domui Iſrael & domui iuda fœdus nouum: non ſecundum pa-
ctum quod pepigi cum patribus veſtris. Et prima legiſlatio eis data eſt a Moſe. Se-
cũda a Chriſto. ſicut ſcriptum erat/ de Sion exibit lex: & verbum domini de Hieruſalẽ.
Latria id eſt cultus eis datus eſt: vt qui verum deum colerent/ cæteri autem nõ deũ/ ſed
dæmonia. omnes (inquit) dij gentium dæmonia. Et promiſſiones eis factas eſſe: om-
nes ferme prophetæ ſunt teſtes. Patres autem eorum fuerunt Abraham/ Iſaac/ &
Iacob: ex quibus ſecundum carnem deſcendere voluit Chriſtus dominus. ſe-
cundum enim diuinitatem: æternum a patre habuit ortum. Et ſi cætera parua vi-
dentur: hoc tamen magnum erga eos amoris argumentum/ ꝙ Chriſtus qui deus eſt ſu-
per omnia benedictus/ ex eis carnem aſſumere dignatus eſt. Sed dices. Si promiſſiões
de Chriſto factæ ſunt ad ipſos/ & non receperunt eum ſicut ſcriptum eſt/ in propria ve-
nit & ſui eum non receperunt: ergo ſermo dei irritus factus eſt. Nequaq̃. Nam filij pro-
miſſionis illi intelliguntur: qui fidem Abrahæ emularentur/ non autẽ ij ſolum qui ex
78 Abraham ſecundum carnem deſcenderent. & illi veri ſunt Iſraelitæ/ & filij/ & ſemen
Abrahæ: non carne/ ſed ſpiritu. Ideo ſubiungit Paulus. ¶ Non autem ꝙ exciderit ſer-
mo dei. Nam non omnes qui ſunt ex Iſrael/ ij ſunt Iſrael. neq; quia ſemen Abrahæ:
omnes filij. ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen/ id eſt non qui filij carnis: ij filij dei. ſed
qui filij ſont promiſſionis: reputantur in ſemine. promiſſionis enim ſermo iſte. ſecun-
dum hoc tempus veniam: & erit Sarræ filius. ¶ Hoc ex hiſtoria Geneſeos notum
eſt. Sed & ꝙ Rebecca mater Iacob/ vxor Iſaac/ promiſſionis ſermonem acceperit
ex vno filiorum ſcilicet Iacob: eadem ſacra manifeſtat hiſtoria. Perrexit inquit
Rebecca vt conſuleret dominum. qui reſpondens ait. duę gentes ſunt in vtero tuo/ &
duo populi ex ventre tuo diuidentur/ populuſq; populum ſuperabit: & maior ſeruiet
79 minori. ecce promiſſio ꝙ ipſe Eſau ſeruiret Iacob. non ſolũ ergo verbum promiſſionis
habuit Sarra: ſed & Rebecca. Ideo ſubdit Paulus. ¶ Non ſolum id quidem. Sed & Re-
becca ex vno: quæ cubile habebat/ Iſaac patris noſtri. ¶ Ex vno (intellige filio)
ſermonem promiſſionis habuit. Et ꝙ Iacob & populus qui ex eo deſcendit factus eſt
dominus/ Eſau autem & populus eius factus eſt ſeruus: hoc non ex electione huma-
næ ſcientiæ/ ſed ex electione diuinæ pręſcientiæ factum eſt. non humana voluntate:
ſed diuina. non operibus eorum: ſed diuina miſericordia & iuſtitia. q̃ enim diuina ſciẽ-
tia noſtræ præferenda: tam dei electio noſtræ. et diuina voluntas: noſtræ voluntati.
Et iuſtũ eſt: vt immenſa illa dei ſapientia/ & imẽſe bona voluntas ſint regula omniũ/
omnia ordinẽt/ præhonorẽtur & præuenerẽtur in omnib9. Qꝫ Iacob diligitur: ratio eſt
diuina ſapiẽtia/ & illa ſupereminẽter bona dei volõtas. Nũquid opera Iacob tanta eſſe
poſſent: vt eſſent deo ratio amãdi? Nunquid præferes illa: per ſe bonitati/ & infinitæ mi-
ſericordiæ? Equidem nõ inficior opera Iacob fuiſſe bona/ & bonã eius fuiſſe volũtatem:
ſed miſericordiã dei/ & dei ſuperbonã voluntatẽ cauſam facio. Et ꝙ Eſau odio habetꝰ:
ratio eſt diuina iuſtitia. Eſau etiã non nego mala opera fuiſſe/ & malã voluntatẽ. verũ
& id malum volõtatis & operũ/ nõ a deo/ ſed a ſeipſo & ſua ſponte habuit. vtrũq; enim
deus & adiuuabat/ & illuminabat ad bonũ: vt qui ab eiſdẽ parentibus/ & ſanctis quidẽ
vtriſq; parẽtibus ad beatã vitam inſtituerẽtur. Et ille: ſua ſpõte bonus & obediẽs eua-
ſit. Hic vero: ſua ſpõte malus/ reluctãs/ & inobediẽs. Et hęc ſẽper deus prægnouit: & illi

dilexit: hunc vero odio habuit. Sed horũ dilectionis & odij/ nõ opera causæ: sed illius
pſcientia illa eterna & misericordia/ huius vero pſcientia & iustitia. illius dico dilectio-
nis causa pręscientia & misericordia dei: qui semper vult misereri bonorum. sicut scribi-
tur. gratia dei & misericordia in sanctos eius. huius vero id est odij præscientia & iusti-
80 tia dei causa est: qui odit & punire vult iniustos. sicut scriptum est. iniusti punientur: &
» semen impiorum peribit. Propterea addit Paulus. ¶ Cum enim nondum nati fuissent/
» neq; egissent quicq̃ bonum aut malũ: vt secundũ electionẽ/ ꝓpositũ dei maneret non ex
» operibus/ sed ex vocante dictum est ei/ quia maior seruiet minori. Sicut scriptum est. Ia-
» cob dilexi: Esau autem odio habui. ¶ Dictũ est ei/ id est Rebeccæ maior seruiet minori.
Et hæc est promissio. & scripta est (vt dictum est) in Genesi. Sed quod adiũgitur/ Iacob
dilexi/ Esau autem odio habui: scriptum habetur in principio Malachię prophetæ. Sed
nunquid iccirco si deus ex prothesi & præscientia/ Iacob dilexit/ & Esau odio habuit:
iniquus & iniustus est/ Nequaq̃: sed in vtroq; iustus. In Iacob qui bonus fuit/ suam ostẽ
dens misericordiam. in Esau qui durus fuit & agrestis/ & suorum affectuum sequax/ suã
iustitiam. in illo suum amorem: vt omnes ad bonum conuerteret & pietatem. in hoc su
um odium: vt omnes deterreret a malo. Et semper homo/ deum adiutorem habet ad bo
num. quidquid agat/ siue bonum/ siue malũ. sed cum bonum operatur: cooperatur deo.
cũ vero malũ: operatur sine deo/ & contra auxilium diuinũ. Nõ secus/ ac si bonus quis-
piam pater/ duos filios suis facultatibus adiuuat/ eruditione/ consilijs/ & adhortationi-
bus ad beate viuendum: & vnus patri obsequẽs bonum operetur/ alter vero inobediẽs/
malum. qui bonum operatur: cooperatur bono patri. Et qui malum: sine patre/ & con-
tra auxilium patris operatur. Sic et multo amplius deus: tã Iacob q̃ Esau omnia dede-
rat ad bonum/ & dat vnicuiq; mortaliũ. Sed qui dat/ & ad hoc dat: nonne quo ad se ad-
iuuat/ Verum cum quis operatur bonum & a deo acceptatur. non ex opere/ non ex volũ
tate sua/ sed ex dei miseratione/ & volũtate acceptatur. est eni dei voluntas infinite bo-
81 na: nostra autem finite/ & (vt sic dicã) nullius bonitatis. æquum est igitur: vt ex volũ-
» tate dei õnis sit acceptatio/ & õnis iustificatio. Quæ insinuat Paulus dicens. ¶ Quid er-
» go dicemus/ Nunquid iniustitia apud deum/ Absit. Moysi enim dicit. Misereor cuius
» misereor: & miserabor quẽ miseror. igitur non volentis/ neq; currentis: sed miserentis est
» dei. ¶ Hoc testimonium ad Mosen. nunc sic in exodo scriptũ inuenitur. Miserebor cui
voluero: & clemens ero in quem michi placuerit. Ecce quomodo volũtati diuinæ & be
neplacito/ misericordia & miseratio tribuenda: non operibus non voluntati nostrę. Sed
& si misericordia & miseratio ad voluntatẽ diuinã sunt referenda: nonne etiã iustitia &
vltio/ & vt misericordia & miseratio adiuuant iustos ad bonũ: ita iustitia dei et digna
82 vltio non impediunt impios a malo/ quid enim aliud vult: quod subiungit Paulus/ di-
» cẽs. ¶ Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia ad hoc ipsum excitaui te: vt ostendam in te
» potentiam meam/ & vt annuncietur nomen meũ in vniuersa terra. Ergo cuius vult mi
» seretur: & quem vult indurat. ¶ Quid enim est/ quem vult indurat: nisi quem vult dere-
linquit/ in quem vult vlciscitur/ & iustitiæ suæ potentiam manifestat/ & ad hoc non im-
pedit eos operari iuxta voluntatem eorum. Ad hoc enim & angelis & hominibus libe-
rum fecit arbitrium: vt ex libertate bene operãtibus/ misericordia eius & gratia eius co
gnita sit. male autem operantibus: cognita sit iustitia & potentia. Et testimoniũ de Pha
raone: ex historia exodi sumptum est. in qua nunc sic legimus deum Pharaoni nunciã-
tem. Nũc enim extendens manum/ percutiã te/ & populũ tuum peste: peribisq; de ter-
ra. Iccirco autem posui te: vt ostendam in te fortitudinem meam/ et narretur nomẽ me-
um in omni terra. Adhuc retines populum meum: & non vis eũ dimittere. Ad hoc enĩ
deus cum posset (quid enim non potest) nõ impediebat Pharaonem/ secũdum propriã
animi libidinem operari & suæ de dimittendo populo reniti voluntati: vt iustitia sua &
iuste vlciscẽdi potẽtia illi nota esset/ & deus in vniuerso orbe nosceretur iustus esse/ atq;
potẽs. Qz si Pharao ei paruisset (quod quidẽ poterat. nam si deũ/ non se respexisset) eius
misericordia illi nota fuisset. Ergo vnicuiq; datur arbitrium ad duo: ad misericordiam
& ad iustitiam. Ad misericordiã quidem: facienti bonum/ ad quod semper diuinũ habet
auxiliũ. Ad iustitiã vero: faciẽti malũ/ qđ qdẽ ex se et respectu sui accidit. Vt eni cęra so
li cõuersa liquescit/ amota aũt ex se & in se idurat ac rigescit: sic q ad deũ cõuertit molle-
scit ad bonũ q autẽ se auertit/ i se & ex se frigescit & iduratur. Est eni mẽs õnis cæra: et
deus sol. Qz si deus eos qui se auertunt indurare dicitur: perinde idest/ vt cum sol indu-
rat cæram. Vtrũq; enim absentia & per accidens a deo et a sole fit: per se autem ab eo
quod induratur. est igitur quo ad deum indurare: derelinquere, quo vero ad eum qui

induratur:propria volũtate in malo firmari. Sed cũ cæra molescit:id per se a sole fit. ita
& cũ bonũ operamur :deus per se operatur/ & nos emollit ad bonũ. verũ & cærã ad li-
quescendum/ & nos ad bonum operandum: habiles fecit deus. sed neq; cæra ex se li-
quescere:neq; nos ex nobis bonum operari sufficimus: vt nõ nos glorificemus sed de-
um a quo omne bonum. Sed dices. Si deus cuius vult miseretur/ & quem vult indu-
rat:quid igitur amplius accusantur indurati? id enim voluntas dei est:cui nichil resi-
stere potest. imo cur puniuntur:cũ id sint quod deus vult? Hoc argumentum impie-
tatis est/ & audentiũ insurgere contra deum factorem suũ/& dicere cur nos sic fecisti?
Et deterret Paulus rudes & stultos ab huiusmodi impia contra deum cõtentione.nam
sapientes & probos non oportet/ qui tales cogitatus nõ admittunt/ aut continuo ene-
cant tanq̃ venenosos serpentes.sunt enim afflatus serpentis antiqui: animã corrumpẽ-
83 tes.deterret inquam Paulus ex proportione figuli & vasorum figuli ad figulum/dicẽs.
¶ Dicis itaq; michi:quid adhuc accusatur? volũtati eni eius quis resistit? Quinimo. O
homo tu quis es:qui contra respõdeas deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui finxit: quid
me fecisti sic? An nõ haber potestatem figulus luti:ex eadem massa facere/hoc quidem
vas ad honorem/illud vero ad inhonorationẽ? ¶ Hæc est prima Pauli maxime ad ru-
des questionis dilutio: sic scilicet contra deum non esse altercandum impie/ siue hunc
ad misericordiam/& illum ad iustitiam suam facit. Et placet deo misereri:& placet deo
punire. sed vita in voluntate eius:& ira in indignatione eius. immo et cum punit mi-
sericors est:& cum miseretur iustus. Sed tu cũ peccas:non vis accusari/non vis puniri.
verum ideo accusaris:quia sponte tua peccas/ & paratum erat diuinum auxilium vt in-
firmitatem tuam adiuuaret ne peccares. & ideo puniris:quia deus iustus est/ ne'q; eius
ipsius/ sed tua volũtate peccas. Vult eni te bonum esse:& semper ad hoc te adiuuat. &
tua voluntas/tui peccati & tuę indurationis per se causa est:& non dei volũtas/ nisi for
te per accidens & permissiue causam dicere velis/sed hoc nõ est esse causam. Vult enim
deus omnes homines saluos fieri:& multo magis q̃ pater proprios filios/quippe qui fe
cit/& creauit nos. Et quo modo vellet nos peccare:cum de eo dicat diuinus sermo/nõ
deus volens iniquitatem tu es? Si igitur peccas:contra eius voluntatem peccas. si autẽ
bene agis:secundum voluntatem eius agis. vult enim te bene agere. sed libere. ideo nõ
inducit tibi ad bene agendũ necessitatẽ:et multo minus ad male agẽdũ. Quo modo igi
tur contra deum dicit impius/si cuius vult miseretur et quem vult indurat volũtati eius
quis resistit? quasi si malus sit: velit eum deus necessario peccare. cum neq; velit eum:
neq; necessario/neq; libere peccare. & quasi si quis bonus sit:velit eum necessario bonũ
esse. id sane non vult: vult tamen eum libere esse bonum/& ad hoc ipsum adiuuat. Cur
igitur aliquos deus indurat/cur derelinquit/cur vult indurare/cur derelinquere? Sane
vt pater inemendabiles filios/post longuam expectationem tandem deserit/ & in illis
ostendit suam potentiam/dignamq; vltionem:sic & deus in obstinatis & pertinacibus/
quos & ideo etiam tandem deserit. quia expectatio nichil prodesset eis: quin potius eis
accresceret ad pœnam. Et aliorum miseretur/vultq; misereri:vt pater filiorum obedien
tiæ/aut eorum qui ex inobedientia resipiscunt. Sic & deus obedientium & resipiscenti-
um misereri vult:vt ostendat in eis diuitias gloriæ suæ/ vt in vasis quæ præparauit ad
gloriã suã. & hinc dei misericordia:illinc vero dei iustitia & potentia cognoscitur. Et
84 hæc secũda dilutio est:quã questioni adhibet Paulus. de induratione: hoc pacto dicẽs.
¶ Siquidem volens deus ostendere iram & notam facere potentiam suam:tolerauit in
multa patientia vasa iræ aptata in interitum. ¶ Et de miseratione hoc modo subnectẽs.
¶ Et vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ suæ/quæ pręparauit ad
gloriam nos inq̃ quos & vocauit non solum ex iudæis/sed & ex gentibus. quemadmo
dum in Osee dicit. vocabo non populum meum populum meum:& non dilectam dile-
ctam. & erit in loco vbi dictum est eis/non populus meus vos: ibi vocabuntur filij dei
viuentis. ¶ Sic nunc legimus in Osee propheta. Miserebor eius quæ fuit absq; miseri-
cordia. & dicam non populo meo populus meus es tu:& ipse dicet deus meus es tu. &
rursũ. Et erit i loco vbi dicetur eis/non populus meus vos:dicetur eis filij dei viuẽtis.
Et ex hoc loco Osee/vocabo non populum meum/populum meum/ & non dilectam di
lectam: tertia profundior/ & pro eruditioribus intelligitur apud Paulum questio-
nis dilutio. Quia in deo velle & nolle absolute coincidũt. quare & electio & non ele-
ctio/ scientia & nescientia. neq; aliquam hæc in deo mutationem dicunt/sed in nobis.
Cõuerte enim te perfecta fide ad deũ quicũq; peccator sis/et9 implorãs opẽ/cognoscẽs
te per solã ipsius volũtatẽ posse saluari/& id posse inquã saluari non esse i tua volũtate/
potestate/aut tuis operib9/sed i volũtate/potestate & bonitate ei9:& ipse elegit te/vult

te/nouit te/& præscitus ac prædiffinitus es.& de te id verum erit/ nõ populus meus po
pulus meus/& nõ dilecta dilecta.Nam si prius non populus/ nõ electus / & postea po-
pulus/electus: ergo sine aliqua dei mutatione/ nõ electio & electio tui in deo. imo non
electio & electio coincidunt:neq; aliud & aliud sunt. Vides ne igitur nõ aliud fuisse in
deo dilectionẽ qua dilexit Iacob/& odium quo Esau odio habuit? Si certe Esau se con
uertisset ad deum sicut Iacob:odiũ illud/erat dilectio.idem enĩ in conuersis appellatur
dilectio:in auersis odium.Neq; Iacob quia voluit aut cucurrit id est operatus est/iusti-
ficatus est:sed iustificationis illius causa/sola dei bona voluntas/ miseratio/& clemen-
tia.vt solus sol illuminationis causa:nõ oculi ad solem se conuertẽtes.et si cooperẽtur:
aliud tamen q̃ illuminationem operantur.cooperatus etiam est Iacob se conuertens/ et
hanc deo gloriam donans/sicut scriptura dicit.date gloriam deo super Israel.id est ma
gis etiã q̃ Israel:qui credunt ex operibus iustificari.In nobis igitur non electio/ electio
et contra/in iudæis electio nunc nõ electio/et vocatio abiectio dicitur.& hęc mutatio-
nem circa nos & circa eos:nullam vero in deo dicũt.Q; iudæorũ electio fuerit:testatur
ad eos Moses dicens.Te elegit dominus deus tuus:vt sis ei populus peculiaris de cun
ctis populis/qui sunt super terram.Et de abiectione ait Hieremias.Proiciens repulisti
nos:iratus es cõtra nos vehementer.& sic eos repulit/ proiecit/abiecit:vt si etiã multi-
plicabuntur sicut arena maris/paruæ quædã reliquiæ saluẽtur.quia pauci nũc ad Chri
85 stum veniunt:iustitiam dei vnde oporter eos saluos fieri cognoscentes.Vt de ipsis Pau
» lus vaticinium Esaię adducit:dicens.¶ Esaias autem clamat pro Israel.Si fuerit nume
» rus filiorum Israel tanq̃ arena maris:reliquiæ saluæ fiẽt.Nam est qui sermonem consu-
» mat et abbreuiat i iustitia. quia sermonem abbreuiatum faciet dominus super terram.
» Et vt prædixit Esaias.Nisi domin9 sabaoth reliquisset nobis semen:sicut Sodoma facti
» essemus/& sicut Gomorra similes essemus. ¶ Qui consumat et abbreuiat verbum in iu
stitia:Christus dominus.Verbum abbreuiatum:euangelium/& lex spiritus.Semẽ reli-
ctum iudæis / ob quod non funditus deleuit eos deus : Christus superbenedictus/
qui ex eis/secundum carnem nasci dignatus est. & adhuc propter Christum/quem ta-
men vt possunt persequuntur & blasphemant: cõceditur eis vita in gentibus/ sicut scri
ptum est.Spiritus oris nostri Christus dominus:captus est in peccatis nostris . cui dixi-
mus:in vmbra tua viuemus in gẽtibus. Magna Christi dignatio/& iudæis incompara
bilis honor:si intelligerẽt.Ecce iudęi olĩ electi:nũc abiecti.olĩ populus:nũc nõ popul9
Ne igit̃ dicas:q electi9 est perdi nõ potest.et qui abiectus:non potest saluari.Electus iu
das:perijt.Nonne (inquit dominus) vos duodecim elegi? Et abiecta in ciuitate pecca-
trix:saluata ẽ.Nam abiectio/in te auersionem:et electio conuersionem dicit. in deo au
tem coĩcidẽtiam/vnum & idem/ & bone & omnisaluificę volũtatis dei ĩmutabilitatem.
electio in deo:necessitas est.In te:contingentia.electio & reprobatio in te:latam oppo-
sitionem dicunt/& nunq̃ coincidere possunt. At (vt dictum est) in deo secus . Et qui sci-
uerit ad coincidentiam ex non coincidentibus/et ex contractis ad absolutam notionẽ
surgere:apertum habet campum ad pie de præscientia & præfinitione dei philosophan
dum.Sed nostri intelligendi modi/contractionis alteritas:absolutionem illam attige-
re non potest.in hoc tamen inattingibili attactu:perfectius cognoscit quacunq; cõtra-
cta intellectione.& hic/ignoratio:scientia superior est.Et in æternitate nõ est quod de-
us præsciuit aut prædiffiniuit prius & posterius/sed semper eodem modo & immutabi-
liter scit & diffinit:neq; aliter vnq̃ q̃ nũc. Et si dicitur pre/prius/ anteq̃/ aut aliquid simi
le/vt priusq̃ te formarem in vtero/noui te:non dei duratio / sed creaturæ prioritas aut
posterioritas respicitur. scit igitur & pręscit in deo penitus idem:& definit & prædefinit
& reliqua id genus. Et ꝙ qui olim præsciti/prædiffiniti/ & electi erãt/ nunc ignoti sunt/
reprobi/ & abiecti:error eorũ facit & auersio.Sed sic eos miseratio diuina reuocat.Re-
uertere aduersatrix Israel dicit dominus:& non auertam faciem meam a vobis.quia sã
ctus ego sum dicit dominus:& non irascar in perpetuum.verum qui primo cogniti fu-
erunt/medio tempore ignoti/vltimo tempore cogniti erunt:& reuertentur ad dominũ/
sicut de eis in Osee scriptum est.Dies multos sedebũt filij israel/sine rege. et sine princi-
pe/& sine sacrificio/& sine altari/& sine Ephot/& sine theraphi:& post hæc reuertentur
filij Israel & quęrẽt dominũ deũ suũ/& Dauid regem suum.& pauebunt ad dominum
& ad bonum eius in nouissimis dierum. Et cur medio tempore abijciantur : ignoran-
tia eorum facit/quã auersio & infidelitas comitantur . credunt enim ex operibus legis
se iustitiã assequi posse/& fidem negligunt.gentes autẽ ex operib9 iustitiam dei asseq nõ
posse/sed dei gratiã & misericordiã largiri crediderũt:iustitiã grãæ dei cõsecutę.& credũt
& operantur : non ꝙ illa iustificent/sed ꝙ ille iustificet cui obediunt / qui mandat cre-

86 dere & operari/ fides tamen (vt dictũ est) iustificationi vicinior q̃ opera. Qđ hoc pacto
innuit Paulus. ¶Quid ergo dicemus? Q̃ gentes quæ non sectabantur iustitiam: ap-
præhẽderũt iustitiã/ iustitiã quidẽ quæ ex fide. Israel autẽ sectãs legẽ iustitiæ: in legẽ iu-
stitiæ nõ peruenit. Quare? Quia non ex fide/ sed quasi ex operibus legis. Repulerũt enĩ
lapidem offensionis / quẽadmodũ scriptũ est. Ecce pono in Sion lapidẽ offensionis &
petram scãdali: & omnis qui credit in eũ/ non cõfundetur. ¶Hoc oraculũ ex Esaia de-
sumptũ est: etsi paulo aliter nũc legitur. Hic lapis/ & hæc petra: Christus dominus. la-
pis quidẽ offensionis & petra scandali: ijs qui repellũt/ ijs qui non credũt. lapis vero sa
lutis & petra gloriæ: ijs qui recipiunt & credũt. Sed nõne iudæi repulerunt quãdo cla-
mauerũt: tolle/ tolle/ crucifige eũ? sanguis eius super nos & super filios nostros? Nonne
repulerunt quãdo Pilatus interrogabat eos. Regẽ vestrũ crucifigam? & furibunde cla-
mauerũt: nõ habemus regẽ nisi Cæsarem? Nõne repellunt indies & abnegant? nullum
tamẽ repellit ad se venientẽ: sed offẽsionis õnis & iniuriæ ĩmemor recipit in filiũ. Quo
modo igitur qui ad tantũ misericordiæ pelagus reuertitur/ etsi prius destinabatur ad
mortẽ: non destinatur ad vitã? At non quia velis/ prædestinaris ad vitã: sed quia deus
vult. est enĩ illa infinite bona volũtas: tuæ vitæ causa/ & tuæ electionis/ & destinatiõis.
Et hoc intelligere magna mẽtis est trãquillitas: & mens in sua salute quiescit deũ attẽ-
dẽs/ & seipsã nõ respiciens. est enĩ illa immẽse bona dei volũtas: omniũ salus/ & trãquil
lissimus gẽtis port9/ grãæ largitrix oĩs & vitæ. Cui honor & gloria ab oĩ creatura. Amẽ.
A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Optabam enĩ ego
79 ipse anathema esse a CHRISTO pro fratribus meis. ¶Nichil refert: si optaui vel op-
tabam dicitur. Nam latini: præterita illa græcorum/ nũc per imperfectũ/ nũc per præ-
teritum perfectũ interpretari solent/ quatenus magis intelligentiæ quadrare videntur.
Et sunt/ qui id a Paulo ex zelo dictum putant: quasi optaret ipse carere consortio Chri
sti/ & nõ modo cõsortio Christi/ sed execrari a Christo (id enĩ anathema significare vi-
detur) dũ modo sui fratres secundum carnem conuerterentur/ agnoscerent/ & confite-
rentur Christum. sic Mosen anathema esse a deo/ optasse ex zelo pro fratribus suis: cum
dicebat. Dimitte eis hanc noxam: aut si non facis/ dele me de libro tuo quem scripsisti.
Verũ videtur potius Paulus causam suæ tristitiæ reddere/ vt expositum est: q̃ scilicet
voluerit anathema esse a Christo. Et Hieronymus ait: anathema proprie esse hebræũ.
& græci anathematizo dicunt pro deuoueo & execro. Vnde certum est anathema de-
testationem/ & execrationẽ significare. Paulus. ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθε-
A μα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ. ¶Vulgata æditio. Quorum adoptio est filiorum. ¶Sa-
77 tis est dicere: quorum adoptio est. Paulus. ὧν ἡ υἱοθεσία. ¶Vulgata æditio. Et testa-
mentum/ & legislatio/ & obsequium/ & promissa. ¶Pluraliter dicendum: testamenta.
Et dici etiam non minus accõmode potest: cultus & promissiones. Paulus. καὶ αἱ δια-
B θῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. ¶Vulgata æditio.
78 Non autem q̃ exciderit verbũ dei. ¶Paulus habet. οὐκ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν
ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Non sic autem q̃ exciderit sermo dei. ¶Vulgata æditio. Non
enim omnes qui ex Israel sunt: hi sunt Israelitæ. neq̃ qui semen sunt Abrahæ: omnes fi
lij. ¶Ex Paulo legendũ. non enĩ omnes qui ex Israel sunt: hi sunt Israel. neq̃ quia se-
men sunt Abrahæ: omnes filij. Paulus. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ ἰσραὴλ, οὗτοι ἰσ-
C ραὴλ. οὐδ᾽ ὅτι εἰσὶν σπέρμα ἀβραάμ, πάντα τέκνα. ¶Vulgata æditio. Non so-
79 lum autem illa: sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. ¶Illa: su-
perfluit. Ex vno intelligitur filiorum. Non haber Paulus concubitu sed κοίτην/ id est
cubile/ siue thorum habens. & illud participium habens per præteritum imperfectum/
non absone interpretari potest. vtrũq̃ enim & præsens/ & præteritum imperfectum de-
signat. & q̃ κοίτη cubile significet: sic psalmo quarto. In cubilibus vestris compungi-
mini. ἐπὶ ταῖς κοίταις. & psalmo 35 iniquitatem meditatus est in cubili suo. ἐπὶ
τῆς κοίτης αὐτοῦ. Et psalmo 149 letabuntur in cubilibus suis. ἐπὶ τῶν κοίτων
αὐτῶν. Lucas 11. & pueri mei mecum sunt in cubili. καὶ τὰ παιδία μου μετ᾽ ἐμοῦ
εἰς τὴν κοίτην εἰσίν. Sed & vetus interpres paulo post 13: idem vocabulum inter-
pretatur cubile. vbi Paulus habet non in cubilibus & impudicitijs μὴ κοίταις καὶ
ἀσελγείαις. Mirum igitur/ q̃ hic & intelligentiam confuderit: & non iungenda
iunxerit. non enĩ ἐνὸς κοίτην genitiuus & accusatiuus iungi poterãt. Insuper Paulus
a talibus locutionibus abstinet: quæ non possint ex ore virgineo prodire/ multum san-
cte & pudice vbiq̃ loquens. sic hanc totam sententiam habet Paulus. οὐ μόνον δὲ,
C ἀλλὰ καὶ ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς, κοίτην ἔχουσα ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.
81 ¶Vulgata æditio. Miserebor cui misertus sum: & misericordiam præstabo cui misere-

C bor. ¶ Paulus. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. miserebor
81 cuiuscunq; misereor/ & clemens ero cuicũq; clemens sum. siue vt in intelligentia ex li-
D tera græca: ĩterpretatum est. ¶ Vulgata æditio. Quid adhuc queritur. ¶ Paulus. τί ἔτι
82 μέμφεται. verbũ μέμφομαι / quo hic vtitur Paulus: conqueri/ accusare/ culpare/ re-
præhendere & similia significat. sed hic sumitur impersonaliter. Quare per aliquod ho-
rum potius interpretandum: ne quis putet/ cum dicitur quid adhuc queritur? Idem esse
ac quid adhuc interrogatur? cum id non sit: sed quid adhuc accusatur/ culpatur/ & re-
E præhẽditur ille qui peccat/ & ĩ malo obduratur? ¶ Vulgata æditio. O homo tu quis es
83 qui respondeas deo. ¶ Potius dicendũ quinimo. O homo tu quis es/ q̃ cõtra respõdeas
deo? Paul9. ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ. ¶ Vulgata ædi
tio. Figmẽtũ ei qui se finxit. ¶ Se superfluũ est. Paul9. τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι.
E ¶ Vulgata æditio. Q̃ si deus volẽs ostẽdere irã. Potius siquidẽ dicendũ q̃ ꝙ si. Paulus.
84 εἰ δὲ. Nã cũ dicitur ꝙ si: vix intelligẽtia elicit. ¶ Vulgata æditio. Vasa iræ apta. ¶ Le-
gendum aptata. Paulus. κατηρτισμένα. ¶ Vulgata æditio. Vocabo non plebem me-
am/ plebem meam. & non dilectam/ dilectam. & nõ misericordiam consequutam/ mise-
ricordiam consecutam. ¶ Particula & non misericordiam consecutam/ misericordiam
consecutam: hic superflua est. Et propter oraculum Osee vbi interpretatum habemus
non populum meum/ populum meum: malem primam particulam per populum q̃ per
plebẽ interpretari/ & ne dilectã videretur vt adiectiuũ ad plebem referri. Paulus. καλέ
σω τὸν οὐ λαόν μου λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην ἠγαπημένην. Et cõ
tinuo subiũgit. καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ. & erit in loco. ¶ Vulgata æditio. Filij dei viui.
F ¶ Dici potest viuẽtis. Paulus. ζῶντος. Sed id exiguũ est. ¶ Vulgata æditio. Verbũ au
85 tem consumans & abbreuians in æquitate. ¶ Verbum accusatiuus est. consumans &
abbreuians nominatiuus masculinus. participio autem conuerso in verbum/ aut ex-
presso substantiuo verbo: sententia clarior. Paulus. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συν-
τέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. Sermonem enim consumans & abbreuians in iustitia: vbi
verbum est intelligitur. Et cum vetus interpres interpretatus fuisset λόγον sermonem:
G locutio minus fuisset ambigua. ¶ Vulgata æditio. Sed quasi ex operibus. offenderunt
86 enim in lapidem. ¶ Ex operibus: deest legis. Paulus. ἐξ ἔργων νόμου. & offenderunt/
restiterunt/ repulerunt/ significat. Paulus. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ. restiterunt
enim lapidi/ siue repulerunt. id enim verbum προσκόπτω non male significare credi-
derim. significat etiam offendo & incido. sed illius: q̃ huius sensus apertior. CAP. X

IVdæi impegerunt in lapidem offensionis cui restiterunt/ & quem re-
pulerunt: malentes iustitiam legis sequi quæ non vere iustificat/ q̃
Christum qui legem consumat/ & qui vere iustificat. ideo de electorũ
numero non sunt: neq; (si eos absolute respicimus) esse possunt. pos-
sunt tamen si deum respicimus: qui non electos/ electos vocat. quod
non nesciens Paulus: tota animi voluntate ad deum pro eis interce-
dit vt saluentur/ & de numero inueniantur electorum. & vt zelum dei
quem habent in custodienda lege/ credẽtes in operibus legis iustifi-
cari: conuertant ad verum zelum iustitiæ dei/ in Christum credẽtes/ & iustitiam non ex
operibus legis/ sed per fidem Ihesu Christi/ ex gratia & dono dei & intelligentes & ex-
pectantes. Qui hoc modo intelligit & zelum habet ad iustitiam: secundum veram sciẽ-
tiam & agnitionem intelligit/ & zelat dei iustitiam. qui autem illo modo/ scilicet iusti-
tiã iudaico more ex operibus legis zelantes: neq; secundum agnitionem intelligunt &
zelant/ sed secundum ignorantiam, neq; obediunt/ neq; subiecti sunt iustitiæ dei: quæ
87 ad vitam iustificat æternam. Hanc cognitionis lucem/ & hanc iustitiam illis se Paulus
optare testatur dicens. ¶ Fratres voluntas quidem cordis mei/ & obsecratio ad deum
pro Israel: est ad salutem. Testimonium enim perhibeo illis: ꝙ dei zelum habẽt/ sed nõ
secundum cognitionem. Nam ignorantes iustitiam dei/ & propriam iustitiam quærẽ-
tes statuere: iustitiæ dei non sunt subiecti. finis enim legis CHRISTVS: ad iustitiam
omni credenti. ¶ Et quid nam aliud dominus significabat q̃ seipsum esse finem/ com-
plementum/ & consumationem legis: quãdo dicebat. Nolite putare quoniam veni sol-
uere legem aut prophetas: non veni soluere/ sed adimplere. Enimuero cum dicit salua-
tor/ non veni soluere legem: innuit opera non esse ad salutem excludenda. immo etiã
exactius obseruanda docet: q̃ lex ipsa expressit. sed cum dicit adimplere: insinuat ope-
ra illa non esse consumationem & cõplementum/ sed seipsum. & iustitiam cõsumatam
esse/ quam dat: non quam opera præstant. Et legis est iustitia quæ ex operibus compa-
ratur. Sed si hanc ad dei iustitiam compares/ quæ per fidem Christi iustis datur: tene-

bras luci comparas. Et est vita legis: & vita iustitiæ dei. sed tam differunt: q̄ viuere deo
& viuere legi/ viuere veritati i & viuere vmbræ. Iustitia dei veritas. iustitia legis vm-
88 bra. Moses: iustitiam legis scripsit. Christus: iustitiam dei dedit. Hæc: consumatio. illa:
inchoatio. Quod & subdit Paulus/ dicens. ❡ Moyses enim scribit iustitiam quæ ex le-
ge est: ꝙ qui ea fecerit homo/ viuet in eis. ❡ Sic Moses habet in Leuitico, Ego domi-
nus deus vester. custodite leges meas atq; iudicia: quæ faciens homo viuet in eis. Sed
aliud est viuere in eis/ viuere legi: & viuere deo. patres enim anteq̄ Christus venisset:
viuebant in eis/ viuebant legi. At cum Christus venit/ & eos e tenebris in quibus vita
legis viuebant abstraxit: inceperunt viuere deo. absorpta est enim vita illa vt non vi-
ta: ab illa excellentissima dei & Christi vita/ vt exiguum lumen ab excellentissimo lu-
mine. Et ita de iustitia legis & iustitia dei/ quæ sine fide Christi haberi non potest: sen-
tiendum. Quam fidē Christi/ ꝙ e cœlis descensurus esset/ ꝙ ex inferis remeaturus & iu-
89 stitiam eius: in ænigmate Moses eis aperuit. Quod hoc pacto/ subdit Paulus. ❡ De ea
autem quæ ex fide est iustitia: sic dicit. Non dicas in corde tuo: quis ascendet in cœlū?
Hoc significat CHRISTI descensum. aut quis descendet in abyssum? Hoc significat
CHRISTI ex mortuis reductionem. ❡ Mirifice intellexit Paulus verba Moseos/ quæ
in Deuteronomio/ id est secunda lege scripsit (prima enim lex iustitiam legis & secun-
da iustitiam dei figurabat) ænigmatica fuisse. & quid enim non intellexisset: qui per
spiritum sanctum loquebatur? intellexisse inquam: per hoc ꝙ Moses dicebat/ ne dicas
in corde tuo quis ascendet in cœlum/ nobis intelligendum/ Mosen in secūda lege in
ænigmate insinuasse Christū de cœlis descēdisse/ vt illam dei iustitiam in euangelio/
quæ vere secūda lex est/ aperiret. Et per hoc ꝙ dicebat/ aut quis descendet in abyssū:
nobis identidem intelligendum Mosen in secunda lege in ænigmate insinuasse Chri-
stum ex inferorum abysso remeasse. quod/ euangelium re vera secunda lex/ patefacit/
90 & quod credentibus/ ex inferis/ id est ex perpetua morte vitā largitur æternā. Et quod
obiter subnectit Moses: id de verbo fidei interpretatur Paulus/ dicens. ❡ Sed quid ait?
Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei: quod prædica-
mus. Quia si cōfitearis in ore tuo dominum IHESVM/ & credas in corde tuo ꝙ deus
ipsum suscitauit ex mortuis: saluus eris. corde enim creditur ad iustitiam: ore autem cō
fitetur ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in eum: nō confundetur. nō
enim distinctio est iudæi atq; gentilis. Nam idem dominus omnium: diues in omnes
qui inuocant ipsum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini: saluus erit. ❡ Ver-
bum fidei & in ore & in corde habere debemus. in ore quidem: ad nostram & aliorum
salutem. Nam quid aliud facimus cum illud in ore habemus: q̄ audientium operari sa-
lutem? Et quid aliud cū illud in corde habemus: q̄ deo cooperari ad nostram iustifica-
tionem? Ergo nunq̄ a corde & ore recedere debet. a corde quidem: vt semper iustifice-
mur. ab ore vero: vt alios tanq̄ dei ministri & cooperatores saluemus/ iustitiam dei in
nobis adaugentes. adaugemus enim: non ꝙ aliter/ fortius/ aut intensius influat deus/
sed quatenus bona agentes reddimur gratiæ dei & infusionis iustitiæ eius capacio-
res. Sol enim & oculo lippo & sano immo & cæco/ æque infulget: sed ab hoc non ca-
pitur/ ab illo parum capitur/ ab isto auctius/ non ꝙ in se intensius. Sic lux eadem & in-
uariabilis iustificationis dei/ omnibus semper illucet: ab infidelibus etiam capi volēs.
quæ & capitur: sed amota infidelitatis cæcitate. & si tunc non capitur cum infidelis est
& pulsat ad ostium infidelis: non causa ipsius fit sed eius qui capax ipsius non est/
vt neq; cæcus oculus lucis. verum cæcitates mentis sunt vt cataractæ oculorum:
quæ amoueri quidem possunt. quibus amotis: oculus fit paulatim lucis capacior.
O summa dei miseratio ad vitam omnibus largiendam/ & cupidissime quidem largien
dam? Quid enim summa vita cupit: nisi viuificare? & summa iustitia: nisi iustificare?
neq; enim ex se aliud potest: q̄ quicquid capax est & viuificare/ & iustificare. Et quo mo
do quippiā efficitur capax? Per fidē. amouet enim fides mentis cæcitatem/ capacitatis/
diuinæ iustitiæ obstaculum. Et per quid habetur fides? Per verbi dei: ore confessionem/
per prædicationem. Sed quo modo illa prædicatio haberi potest? Per diuinam infusio-
nem/ & a deo infusorum per vniuersum mundū missionem. quæ omnia/ diuina proui-
91 dit bonitas: vt omnes iustificaret/ vt omnes iustitiæ suæ capaces efficeret. Proinde sub-
iungit Paulus. ❡ Quo modo ergo inuocabunt eum: in quem non crediderūt? aut quo
modo credent ei: quem non audierunt? Quo modo autem audient: sine prædicante?
Quo modo vero prædicabunt: nisi mittantur? Quemadmodm scriptum est. Q̄z spe-
ciosi pedes euangelizantium pacem: euangelizantium bona? ❡ Hoc oraculum in
Esaia legitur. Et in Naum propheta. in Esaia. Q̄z pulchri super montes/ pedes annun-

ciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum/ prædicantis salutem. In Naũ. Ec
ce super montes: pedes euãgelizantis & annunciantis pacem. At dicet quispiam. Si de
Christo audire euangelizantium verba/ tam pacificum/ tam salutare/ tam bonum est:
quomodo ergo non omnes qui audierunt/ non obedierunt euangelio? vt Iudæi in quo-
rum vniuersa terra prædicatum est euangelium: et inter quos Christus fecit quæ præ-
dicantur & annunciantur. Et esto non audissent in propria terra: eos latere non potest
etiam in aliena. Nam euangelium in omnes partes orbis/ vbi dispersi sunt/ prædicatũ
est/ vt vel sic resipiscant & saluentur. vt qui in propria sede suam salutem recipere nolue
runt: a gentibus prouocati/ fide iustitiã adipiscantur. Et hæc omnia oraculis propheta-
rum sunt eis prænunciata: vt ꝙ credituri non essent in propria terra ꝙ prouocandi ad
credendum essent ex alienis & in aliena terra. Quæ cum vident ante oculos suos per
92 mille & ferme quingẽtos annos impleri: mirũ est squamam infidelitatis ex oculis eorũ
nõ decidere vt tãdẽ agnoscant Christũ/ vitã suam/ & cũ gentibus illum glorificent. quẽ
» solum agnoscere: salus & vita est. Atq; ideo sic paulus dicit. ❡Sed non omnes obedie
» rũt euangelio: Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? ❡Quid mirum
si non omnes obedierũt? Id enim Esaias prædixerat. Quid est quis credidit auditui no
stro: nisi pauci & non omnes? & maxime hic sermo ad Iudæos dirigitur. Nam de gen-
tibus prædixerat. Iste asperget gentes multas. super ipsum continebũt reges os suum.
& quibus non est narratum de eo: viderunt. et qui audierunt: contemplati sunt. nõ enĩ
prophetæ gẽtibus/ sed iudæis illa narrabant: & Iudæi illa audiebant. sed gentes/ missis
apostolis: fide viderunt quæ narrata eis non fuerant/ & quæ prius non audierant. & fi-
93 des earum auditu verbi dei: cõtinuo plantata est. Iudæi (vt de eis prophetatum erat)
- non apprehenderunt. Quod et inquit Paulus subiungens. ❡Ergo fides ex auditu. au-
» ditus autem per verbum dei. Sed inquam: nonne audierunt? Quinimmo in omnem
» terram exiuit sonus eorum: & in fines habitatæ verba eorum. Sed nonne inquam:
» cognouit Israel? Primus/ Moses dicit. Ego ad zelum prouocabo vos in non gente/
» & in gente insipiente irritabo vos. Esaias autem audet ac dicit. Inuentus sum: a non
» quærentibus me. manifestus factus sum: non interrogantibus me. Ad Israel autem di-
» cit. Tota die expandi manus meas ad populũ incredulum/ & contradicentem. ❡Hoc
oraculum sic in Esaia 65 legitur. Quæsierunt me: qui ante non interrogabant. inuene-
runt: qui non quæsierunt me. dixi. Ecce ego/ ecce ego ad gentes: quæ non inuocabant
nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum: qui graditur
via non bona post cogitationes suas. Et sic insuperabilis illa dei bonitas semper fecit:
vt Israel latere non posset verbum dei/ siue propriam terram obediens retinuisset/ siue
inobediens eiectus inter gentes degisset. Sed etsi audire parũ proficeret: exẽplo & imi
tatione fidelium gentium quæ deum quem nesciebant et quẽ Israel colebat receperunt/
studet eos saluare. O fœlix Israel: si magnam circa se dei curam & pietatem attenderet.
non enim ex dispersione: perdere vult/ sed saluare. Et non minus fœlices gentes: si mise
ricordiam dei et gratiam quæ eas/ neq; scientes/ neq; volẽtes præuenit ad vitam/ iugi-
ter glorificant. Gratia igitur et misericordia dei quæ Iudæos requirit/ & gentes iam p̃-
uenit: ab omni gẽte & populo cognoscatur/ & cognita semper et in perpetuum laude-
A » tur/ ametur/ glorificetur. Amen.
87 » ❡EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ❡Vulgata æditio. Obsecratio ad deũ
» fit pro illis in salutem. ❡Paulus habet: ad deũ est pro Israel i salutẽ/ siue ad salutẽ qđ
idẽ est. Paulus. ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ ἰσραήλ ἐστὶν εἰς σωτη-
» ρίαν. ❡Vulgata æditio. Emulationem quidem dei habent: sed non secundũ scientiã.
» ❡Quidẽ/ superfluũ ẽ. Et quod dicit iterpres sciẽtiã: Paulus potius habet cognitionẽ.
Paulus. ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἐπίγνωσιν. ❡Vulgata ędítio. Et suã
B » quærẽtes statuere. deest iustitiam. Paulus. καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες
88 » στῆσαι. ❡Vulgata ędítio. Moyses enim scripsit quoniã iustitiam quæ ex lege est qui fe
» cerit homo viuet in ea. ❡Legendum ex Paulo: scribit. Superfluit quoniam in loco in
quo est: sed poni posset ante qui/ post fecerit. & continuo deest ea pluratiue. Et dicendũ
in fine: in eis nõ in ea/ ne videatur vt relatiuum referri ad iustitiam. Paulus. μωυσῆς
γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρω-
B , πος ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Moyses enim scribit Iustitiam quæ ex lege/ ꝙ qui ea fecerit
89 , homo/ viuet in eis. ❡Vulgata æditio. Quis ascẽdet in cœlum? idest CHRISTVM de-
, ducere/ aut quis descendet in abyssum: hoc est CHRISTVM a mortuis reuocare. ❡Id
est/ hoc est: simile vocabulum est apud Paulum τοῦτ᾽ ἔστιν. quare vetus interpres eodẽ
modo primo & secundo loco vertere debuit/ dicẽdo hoc est. Et cũ dicit hoc est: perinde

vult ac si dicat/ hoc significat. Et iccirco vt clarior esset intelligentia: parum mutaui-
mus vertendi formam. Nam Paulus sic habet μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου τίς
ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβή-
σεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ne dicas i cor
de tuo quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere. aut quis descendet in abys-
sum? hoc est Christum ex mortuis reducere. sed illud deducere: descensum Christi signi
B ficat. & illud reducere: ascensum eiusdem ab inferis. ℂ Vulgata æditio. Prope est ver-
90 bum in ore tuo. ℂ Dicendũ prope te est verbum. Paulus. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα. ℂ Vul-
gata æditio. Et in tuo corde credideris. Vetus interpres credas potius vertere debuit
vt prius confitearis verterat. hoc copulandi coniunctio & ratio sermonis cum græ-
C ci tum latini exposcit. aut vtrũq; per futurum subiunctiui cõfessus fueris & credideris.
90 Nam & sic Paulus eodem tempore loquitur ὁμολογήσῃς καὶ πιστεύσῃς. ℂ Vulga-
ta æditio. Nam idem est dominus omnium. ℂ Potest etiam dici: nam ille est dominus
C õnium. vt ille referat quod supra dictum est: Ihesum Christum. Paulus. ὁ γὰρ αὐτὸς
91 κύριος πάντων. ℂ Vulgata æditio. Aut quomõ credẽt ei. Rectius: at quomodo/ siue
93 quomodo autem. Paulus. πῶς δὲ πιστεύσουσιν. ℂ Vulgata æditio. Sed non õnes
obediunt euangelio. Rectius obedierunt. Paulus. ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ
93 εὐαγγελίῳ. ℂ Vulgata æditio. Auditus autẽ per verbum CHRISTI. ℂ Legendum
per verbum dei. Paulus. ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ. ℂ Vulgata ęditio Esaias
autem audet et dicit. ℂ Sic & græce habetur Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει. Ve-
rum hic modus dicendi perinde est ac si dicamus audẽs dicit vel audẽter dicit. ℂ Vul
gata æditio. Ad populum non credentem sed contradicentem michi. ℂ Non credẽtẽ.
incredulum/ inobedientem/ insuasibilẽ & pertinacem itelligere debemus. & in Paulo
in fine deest michi. Paulus. πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. CAP. XI.

Deũ/ populũ Hebraicum non repulisse/ hoc indicium est: q̃ multi ex Hebręis fidem Christi receperunt. Immo ad vnam Petri prædicationem/ vt in actis apostolicis legitur: appositæ sunt animæ/ circiter tria milia. Et Paulus tandem dei miseratione vas electionis ad salutem gentium: electus est: qui & Hebręus/ & ex tribu Beniamin erat. Nõ igitur illos repulit: imo illi populus dei sunt. et quotquot recipere fidẽ Christi voluerunt electi dei/ & præcogniti dicti sũt. qui comparatione ad alios Hebreos: certe exigui & paruo numero/ & quasi reliquię Israel fuerunt. Cęteri autem abiecti & ignoti. sed sola eorũ voluntaria & pertinax auersio: abiectos et ignotos dici fecit. qui et peribant: & illi saluabantur. verum qui saluabantur/ quorum numerus deo cognitus (eorum enim qui pereunt numerus ignotus & ipsi ignoti. illis enim dicitur: nescio vos vnde sitis. discedite a me omnes operarij iniquitatis. ibi erit fletus & stridor dentium) qui inquam saluabantur i electione/ gratia/ & voluntate dei saluabantur non sua/ et si saluari vellent. quis enim saluari nolit? Immo & qui pereũt: saluari volũt. sed inefficax est ad hoc ipsũ nostra volũtas nostra electio/ nostra opera: dei autem electio efficacissima et potentissima. Immo sola/ quæ salutem nobis & facere & donare potest. Ergo cum conuertimur: nostra conuersio
94 nos non facit electos/ sed dei voluntas gratia & electio/ etsi nunq̃ (nisi conuersi) electi
dicimur. Conuersos intellige non auersos. Quæ & Paulus insinuat: dicens. ℂ Dico igi
tur: nunquid repulit deus populum suum? Absit. nam et ego Israelita sum/ ex se-
mine Abraham/ de tribu Beniamin. Non repulit deus populum suum: quem prægno-
uit. An nescitis quid in Helia scriptura dicit: quemadmodum postulat deum contra Is-
rael dicens? Domine prophetas tuos occiderunt/ & altaria tua subuerterunt: et ego re-
lictus sum solus/ et quærunt animam meam. Sed quid dicit ei respõsũ? Reliqui michi
ipsi septem milia virorum: qui non curuauerunt genu Baal. Sic igitur & in hoc tẽpo-
re: reliquiæ secundum electionem gratiæ/ factæ sũt. ℂ In tertio regnorum libro: hæc de
Helia ad deum contra Israel supplicatio/ & diuinum ad eum responsum legitur. Et cum
dicit: reliqui michi septem milia virorum/ illorum relictorum electionẽ significat. Hic
et in quocũq; tẽpore qcũq; saluantur: electio dei est & gratia quæ saluat/ nõ opera/ etsi
saluti opera sint coniuncta. coniuncta enim fuisse opera declarat: cum dicit, qui nõ cur
uauerunt genu Baal/ non incuruati sunt ante idolum/ verum potius ante verum deũ
quem adorauerunt. Sed nunquid operibus eorum debebatur illa electio/ illa gratia?
Quomodo? si debebatur: nõ iam gratia sed debitum. pugnat enim quippiam debitum
95 dici & gratiam: vt donum & non donum. gratia: enim donum. debitum: non donum
Ideo subiungit Paulus. ℂ Si autẽ gratia: non amplius ex operibus, quia gratia non am

pliꝰ eſſet gratia. Et ſi ex operibus/non amplius eſt gratia: quia opus non amplius
eſſet opus. ¶ Recurrit eni apud Paulum iſte ſermo ex oppoſito.eſt ex gratia: ergo non
ex operibus. eſt ex operibus: ergo non ex gratia.eſt gratia: ergo non opus.eſt opus: er-
go non gratia.opus enim debitum dicit:& gratia non debitum/ſed vberantiam boni-
tatis ſeipſam vltro communicantis/ſed diſpoſitis atq; capacibus. Qui gratiã confite-
tur: deum honorat/ & deum attendit.qui debitum quærit:ſe ipſum honorari vult/atq;
attendit/ & dicit infinitam lucem/tenebrarum eſſe debitum. Non igitur ex operibus ſa
lutem attingere poſſumus:ſed dei electione & gratia illam attingimus. Et qui quærũt
ex operibus illam: cæci manent/ id operibus tribuentes quod debetur gratiæ/id ſibi qđ
deo. & tamdiu cæci manebunt hebræi: q̃diu ex operibus quærent iuſtitiam/ q̃diu non
96 reſpirabunt ad dei gratiam/ in illa ſpem ſuæ ſalutis & iuſtitiæ figentes nõ in operibus/
opera tamen pietatis non deſerentes. Ad quod audi Paulum dicẽtem. ¶ Quid igitur?
Quod inquirit Iſrael: hoc non eſt aſſecutus/ſed electio aſſecuta eſt: cæteri vero excæcati
ſunt/ſicut ſcriptum eſt.dedit eis deus ſpiritum recalcitrationis/oculos vt non videant/
& aures vt non audiant: vſq; in hodiernum diem. Et Dauid dicit. fiat menſa eorum in
laqueum/ & in predam/ & in ſcandalum:& in retributionem illis. Obſcurẽtur oculi eo-
rũ ne videant:& dorſum eorum ſemper incurua. ¶ Quid menſa eorum: niſi libri eorũ
ex quibus credunt ſe legere paſtum animæ/ operibus legis ſemper inſiſtere volentes?
Sed cæci: non vident ad gratiam dei eſſe confugiendum. Ideo libri eorum ſunt eis ĩ la
queum & ſcandalum. ſemper incuruati incedentes ad ima: id eſt legis opera reſpicien
tes. nunq̃ dorſum ad ſublimia erigunt/ quæ ſunt ex fide Iheſu Chriſti: qui venit in hũc
mundum ad ſaluandum quod perierat/ dei miſericordia & gratia. Sed nũquid cæcitas/
incuruatio/ & caſus eorum ad hoc a deo permiſſus eſt: vt intereãt? O q̃ ineffabilis dei bo
nitas & incompræhenſibilis miſeratio: quam ipſi cæci fugiunt. Nequaq̃ permiſit: vt
interirent. Sed continuo ipſe ad gentes ſe conuertit: vt eius gratiam & fidem confite-
rentur/ per quam ſaluæ factæ ſunt. Et Iudæos inter gentes diſperſit: vt id vidẽtes/ ex-
emplo & imitatione earum ſaluatricẽ dei gratiam & miſericordiam agnoſcerent/ & vel
ſic ſaluarentur. neq; enim deus in diſperſione/ exilio/ & perditione Hebræorum cõpla
97 cet: ſed in agnitione ſuæ gratiæ & miſericordiæ. quod & innuit ſublimium dei bonitatũ
interpres Paulus: dicens. ¶ Quid igitur? Nunquid deliquerunt vt caderent? Abſit. ſed
illorum delicto: ſalus gentibus. vt illi earum zelo ducantur. ¶ At forte dicat quiſpiam.
Ergo ſi Iſrael non deliquiſſet/ ſed gratiã dei in propria terra intellexiſſet: non eſſet gen-
tibus ſalus. Nequaq̃ ita eſt. ſed ſi Chriſtum vniuerſi recepiſſẽt: apud deum decrera erat
per gratiam Chriſti/ gentium ſalus. ſicut dicit Eſaias propheta. Dabit in cõſpectu eius
gentes:& reges obtinebit. Et rurſum. Iudiciũ gentibus proferet. Et alibi. Ambulabunt
gentes in lumine tuo: et reges in ſplendore ortus tui. Et idem. Venio cũ omnibus gen
tibus & linguis.& venient & videbunt gloriam meam/ & ponam in eis ſignum/ & mit
tam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes/ in mare/ in Africam/ in Lydiam/ in Italiã/ Græ
ciam/ ad inſulas longe/ ad eos qui non audierunt de me/ & non viderũt gloriam meã:
& annunciabunt gloriam meam in gentibus. Et quomodo ergo ſi ĩ pauco numero ele
cti Hebræi miſſi ad gentes per totũ orbem/ ſalutis gentium cauſa extiterunt: non mul-
to magis/ ſi omnes Hebræi electi fuiſſent facta fuiſſet & citius quidem & commodius
hominum ſalus? adiuuiſſent enim tantam tãq; admirabilem ſalutem omnes. At multi
eorum etiam obſtiterunt. Si ipſis delinquentibꝰ facta eſt hominum ſalus: quid ipſis nõ
delinquentibus? Quid iuſtitiam dei habentibus? Si pauci/ diuinæ pietatis electione po
98 tuerunt: quid multi? argumento a minori ad maius ex oppoſito/ multo fortiori ratione
cognoſcitur: q & id magis fuiſſet hominum ſalus. Quod aperit Paulus dicens. ¶ Si au
tem delictum eorũ diuitiæ ſunt mundi/ & imminutio eorum diuitię gentiũ: quanto ma
gis plenitudo eorum? ¶ Si Paulus totum argumentum ex oppoſito colligere voluiſ-
ſet: dixiſſet. quanto magis iuſtitia & plenitudo eorum: diuitiæ ſcilicet & ſalus fuiſſet gẽ
tium? Et reſponſio ſubauditur: multo magis fuiſſet. ſic enim & delicto iuſtitia/ & pleni-
tudo imminutioni: ex oppoſito reſponderent. At Paulus & humana & diuina ſapien-
tia fretus: non tã aperte epicherema oratorũ more formare voluit/ relinquẽs legẽti qui
quantulumcunq; dialecticus & rhetor eſſet/ facile intelligendum. At dices. Quid Paulo
99 tanta de iudæis hic attinet loqui: cum Paulus apoſtolus gentium ſit/ & hic ad gẽtes ſcri
bat? Sed hic modeſte ſuper hac re ſe excuſat Paulus:& rationem adducit dicens. ¶ Vo
bis enim dico gentibus: q̃diu quidem ego ſum gentium apoſtolus/ miniſterium meum
honorifico/ ſi quo modo carnem meam prouocem ad zelum/ & ſaluos faciam nonnul-
los ex eis. Si enim amiſſio eorum/ reconciliatio eſt mũdi: quæ aſſũptio/ niſi vita ex mor-

» tuis? ¶ Amissio eorum: mors eorum est. ergo inuentio eorum: vita erit ex mortuis. Et
id non est gẽtibus dedecus: si Paulus dum est gẽtium apostolus/ nonnullos Iudæorum
ex quibus secundum carnem descendit / saluos faciat/ & de morte extrahat ad vitam.
sed hæc faciẽs: apostolatũ & ministerium suum honorificat. Adde ꝙ & Christus de Iu
dæis secũdũ carnẽ descẽdit: & etiã apostoli & discipuli qui sũt primitiæ credentium &
vere sãcti/ descẽderũt. sed & radix Iudæorum vnde omnes descenderunt: pater Abra-
ham est. pater inquam / omnium credentium: qui & sanctus est. Quid mirum igitur
si eos nititur adducere ad salutẽ: qui & ex radice & ex reliquijs suis/ primis scilicet cre-
dentibus/ cognoscuntur esse sancti. Et ꝙ fracti sunt: non ex natura gentis illius/ dei cul-
turæ/ & originis eius fracti & abiecti sunt/ sed ex infidelitate. Et ꝙ gentes sanctis inserũ
tur ꝙ stant: non ex natura/ non ex cultura quam receperant/ non ex radice (pars enim
maxima ex Cham descendit/ sed fide inseruntur & fide stant. Quare si fidem deserunt: frã-
guntur & decidunt. Et si illi fidem accipiũt: rursus inserentur atq; stabũt. Gentes: natu
ra et origine prosanę. Iudæi: sancti. gẽtes: incultæ. Iudæi: culti. illę: dæmonium. hi: ve-
ri dei pascua carpentes. illę: pręter naturam. hi: secundum naturam adiuncti sanctis.
gentes enim vt gentes: sanctis annumerari non possunt. at Iudæi/ vt Iudæi: poterant.
gentes: in radice Iudæorum sustentãtur. non Iudæi: in radice gentium/ sicut scriptum ẽ.
Exurget radix Iessæ/ qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur. Hæc
radix: omnes gentes sustinet. Nõ habent igitur gentes: vnde debeant se contra Iudæ-
os efferre/ vnde possint gloriari. sed in omnibus admirari debent & glorificare dei mi-
sericordiam & gratiam: qui eas cum tam miserabiles essent & mortuæ/ respexit ad vi-
tam. in se humiliari in sola dei misericordia (quæ omnibus parata est) gloriari. Cuius
100 rei: ne efferantur/ ne in se superbiant/ sed ante deum humilientur & timeãt (vt par est)
» admonet Paulus gentes/ dicens. ¶ Si autem primitiæ sanctæ sunt: & massa. & si radix
» sancta: et rami. Quod si aliqui ramorum fracti sunt/ & tu cum oleaster esses insitus es in il-
» lis/ & comparticeps radicis & vbertatis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos.
» Quod si aduersus gloriaris: non tu radicem portas/ sed radix te. Atqui dices. Fracti sũt ra
» mi: vt ego inserar. Probe. infidelitate fracti sunt: tu autem fide stas. noli superbe sẽtire:
» sed time. si enim deus naturalibus ramis non pepercit: time ne forte/ neq; tibi parcat.
¶ Communitatem Hebræorum apte oliuam appellari insinuat Hieremias: sic de ea di
cens. oliuã vberem/ pulchram/ fructiferam/ speciosam: vocauit dominus nomen tuum.
Et mirabilis hæc spiritualis insitio: et corporali opposita. Nam in corporali isitione fer
tile super agreste inseritur: neq; ex radice trahit conditionem/ sed suam id quod inseri-
tur seruat naturam/ immo et ex infertili radice: redditur fœcundior. in spirituali autẽ
insitione/ de qua Paulus hic loquitur: opposito fit modo. Nam quod inseritur: suam nõ
retinet naturam/ sed radicis fœcunditatem sequitur & conditionem. nichil a se sed a ra
dice habens. Si igitur insitio gentium similis esset corporeæ insitioni: forsitan in se ali-
quid haberent/ vnde possent gloriari. cum autem opposita sit: non habent vnde pos-
sint in se/ sed in sola radice gloriari. radix enim in qua plantatur ecclesia / & vniuersi ec
clesiæ filij: Christus. Si sponsam facis ecclesiam: Christus sponsus est. si ecclesiam cor-
pus: Christus caput est. si ecclesiam templum/ si ciuitatem: Christus lapis angularis est/
mons est/ fundamentum est. si ecclesiam oliuam: Christus radix est/ quæ illam in se por
tat/ fœcundat/ irrigat. Et si bene respicimus in hac spirituali oliua: Iudæi primas habẽt
partes/ vt qui naturales sunt. gẽtes secũdas: vt qui rami sunt insititij. Et nobis magna
causa/ & amãdi / & timendi. amandi quidem: cum consyderamus circa nos/ non natu-
rales quidem ramos / dei benignitatem/ qui nos in sancta inseruit oliua. timendi ve-
ro: cum consyderamus seuerum dei iustitiæ rigorem circa Iudæos/ naturales oliuæ ra
mos/ quos a sancta abscidit oliua. & id nobis fecit/ ob fidem: Iudæis vero ob infidelita-
tem. Quemodo igitur non timebimus: qui cum naturales rami non simus/ si exciderĩ
mus a fide/ ne abscindamur & detruncemur? Et quo modo non videamus: si Iudæi fi-
101 deles inueniantur / multo magis q̃ nos in propria & naturali oliua inserantur? ratio a
» minori ad maius: id necessario colligit. Ideo subiungit Paulus. ¶ Vide igitur benigni-
» tatem & seueritatem dei. In eos autem qui ceciderunt: seueritatem. in te vero: benigni-
» tatẽ/ si permaneas in benignitate. alioqui & tu excideris. Sed & illi si non permanserit
» in infidelitate: inserentur. potens est enim deus: iterum inserere illos. Nam si tu ex na-
» turali excisus es oleastro/ & contra naturam insitus in bona oliua: quanto magis ij/ q
» secundum naturam sunt/ propriæ inserentur oliuæ? ¶ Vides ne igitur/ quo pacto si qui
nõ prędestinantur ad vitã/ culpa eorum est? conuertant enim se: & prædestinantur. nõ
quia volunt: sed quia deus vult. est enim hæc dei voluntas. Immo semper deus præ-
destinat: etiam quando non prædestinati dicuntur. Nam in deo prædestinare & nõ prę-

destinare sic coincidunt: vt velle et nolle: scire & ignorare. quinimmo forsitan nõ omnes
ad vitam deum prædestinare: tam a natura dei alienum/ q̃ eum aliquid ignorare. qui q̃
etiam ignorare dicitur: nouit. malum enim: dicitur ignorare deus. & bonum: nosse. at-
tamen in Amos: & malum & peccatum nouit. cognoui inquit multa scelera vestra/ &
fortia peccata vestra. sic & quæ non prædestinata dicuntur: prædestinat. Et Paulus de
reprobis / & qui nunq̃ inserentur: dicit. si non permanserit in icredulitate: inserẽtur.
potens est enim deus: iterum inserere illos. Et de prædestinatis. si permanseris inquit:
alioqui & tu excideris. Verum & Hebræi/ cum omnes gentes fidem Christi receperint
102 (hoc enim aliquando futurum est) & ipsi recipient fidem Christi. & salui fient: qui nũc
» reprobi. Quod mysterium id est occultum & arcanum: reuelat Paulus dicens. ¶ Non
» enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc: ne sitis apud vos ipsos prudẽtes. q cæ
» citas partim in Israel facta est: donec plenitudo gentium intret. & sic omnis Israel sal-
» uus fiet: quemadmodum scriptum est. Veniet ex Sion qui eripiet & auertet ipietatem
» ab Iacob. & hoc eis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum. ¶ De illa con-
uersione gentium / & reditu Judæorum: sic nunc legimus in Esaia. Timebunt qui ab
occidente nomen domini / & qui ab ortu solis gloriam eius. cum venerit quasi fluuius
violentus quem spiritus domini cogit / & venerit Sion redemptor. Et eis qui redeunt
ab iniquitate in Iacob: dicit dominus. hoc fœdus meum cum eis: dicit dominus. Spiri-
tus meus qui est in te/ & verba mea quæ posui in ore tuo: non recedent ab ore tuo/ &
de ore seminis tui/ dicit dominus/ a modo & vsq; in sempiternum. Tũc filij Israel literã
linquent & spiritum accipient: & euangelium de ore eorum/ & de ore seminis eorum
non recedet in perpetuum. propter quod quidem euangelium/ quia non receperunt:
inimici nunc sũt. gentes autem/ quia receperunt: amici. Quarum comparatione ipsi Iu
dæi inimici: sed dilecti propter patres. Dicam ne propter Abrahã/ Isaac/ & Iacob? Etiã.
sed & magis propter Christum & sanctos apostolos: qui ex ipsis descenderunt. & quos
103 deus elegit: & amauit in patribus. Neq; pœnitet: neq; desinit eligere et amare. Propter
» quod subiungit apostolus. ¶ Secundum euangelium quidem inimici propter vos: secũ
» dum autem electionem dilecti propter patres. sine pœnitentia enim sũt dona & voca-
» tio dei. ¶ Ecce Hebræi inimici & dilecti: vt intelligas non aliud in deo esse dilectionẽ
et odium. sed hæc ĩ nobis solum/ mutationem dicere: nõ ĩ deo. Et q deus semel ama-
uit: semper amat/ et nunq̃ desinit amare. sed si auerteris: quod est amor in deo/ erga te
est odium. ex deo enim semper est amor: et ex te solo/ odium. Vnde magis proprie dici-
tur deus amare q̃ quicq̃ odire (sicut scriptum est) diligis enim omnia quæ sũt / & nichil
eorum odisti quæ fecisti. nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Nam hoc: alie
num respicit. illud: substantiale et intimum. et ita de eo quod vocare / eligere/ donare/
gratiamq; largiri. quorum apud deum non est pœnitudo: vt sacer aperuit apostolus. Et
mira dei sapientia: qui eos quos ĩ propria sanitate videt confidentes/ sinit ægrotare / et
vehementer quidem ægrotare/ vt perfectissime sanet/ et eum cognoscant/ a quo solo esse
potest perfecta sanitas. et desinãt in sua cõfidere sanitate: et in sola (illius dono) sanita-
te confidant. Et eos qui putant se videre vnde iusti euadant/ et non vident: sinit in cę
citatem cadere/ vt perfectissime illuminet. et vt qui vidẽtes non videbant: contra / non
videntes videant. Et magna profecto cæcitas est incredulitas: quã primum gentes in-
currerunt/ credentibus Iudæis. Non enim credebant Iudęos verum deum colere. at ex
hac incredulitate: dei miseratione sanatæ sunt/ cognoscentes et confitentes solam esse
dei misericordiam et gratiam/ quæ vere sanat animas. At nunc sanatis/ et videntibus
gentibus: Iudæi cæcitatem incurrerunt. et vt gentes non credebant deum quem Iudęi
colebãt: ita quoq; neq; nũc credũt Iudęi gentes misericordiam consecutas. Et hoc per-
misit deus: vt eos tandem perfectissime sanet/ et cognoscant q videntes non videbãt/
sed videre se putabant/ et q sola dei misericordia est quę facit ex cęcis verissime viden-
tes/ & ex ęgris perfectissime sanos / vt scriptũ est. Dominus illuminat cęcos. vt omnes
tandem et gentiles et Iudęi ex summa ĩfirmitate perfectissime sani: vno ore misericor
diam dei/ omnium vere saluatricem concelebrent. quę et eorum oculos aperuit: et ve-
re sanos effecit/ opera sana semper facientes. Placuit enim illi summę et superadmira-
bili sapientię: hoc modo mundum saluari. Et qui primo ęgrotarunt: primo sanati sũt.
104 et qui primo sani fuerunt: ægrotare cęperunt/ vt perfectissime sanentur/ sicq; omnes sal-
» uentur. Quod subnectit Paulus dicens. ¶ Sicut enim et vos aliquando discredidistis
» deo/ nunc autem misericordiã consecuti estis in incredulitate eorum: ita et ipsi nunc di
» scredunt vestrę misericordię / vt et ipsi misericordiam consequantur. conclusit enim
» deus omnes ĩ icredulitate: vt omnium misereatur. O profunditatem diuitiarum et sa-

pientię et agnitionis dei / q̃ inscrutabilia iudicia eius / et iinuestigabiles vię eius? quis eni nouit mẽtem domini: aut quis cõsiliarius eius fuit? aut quis prælargitus est ei: et retribuetur illi? Quia ex ipso / et per ipsum / et in ipsum sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula. Amen. ¶ Id quod adduxit Paulus. Quis eni nouit mẽtem domini: aut quis cõsiliarius eius fuit? ex Esaia aut ex libro sapientiæ mutuatũ videtur. Si ex libro sapientiæ: constat librum illum authoritatem habuisse / et apostolis fuisse antiquiorem. Non itaq; audiendi erunt: qui putant librum illum esse Philonis / qui apostolo coætaneus fuit aut etiam posterior. & qui nullã talem sapientiã habuit: vt cõstat ex libris eius. sed vti Tertulianus ait: librum illũ / etsi sit Salomonis / cũ purus iinquinata abũdabat gratia & plenus sapientia (donata enim a deo fuit illi sapientia) a crimine viuebat insons / non recipiũt Iudæi / quia de iusto id ẽ de Christo / & de eius cõdẽnatiõis modo per iuidiã eorũ nimis apertum habet testimonium. Et cuidam perfido Iudæo in conficiendo illius libri argumẽto nimis credulus fuisse videtur Hieronymus / modo eius sit: magis (vt equidem credo) digno fauillis q̃ biblijs. Hæc me dei veritatisq; zelus: ita loqui compellũt. Et vtinam Hieronymus alioqui vir sanctus & admirabilis cum confecit sacrorum argumenta librorum / nunq̃ contulisset Iudęos / qui nituntur fidei abrogationem inducere / authoritatem imminuere / & spiritum extinguere. De cuius etiam libri scriptura. Cũ virgo quædam Elizabet nomine / deo velata a teneris annis / & quæ a iuuenta diuinas patiebatur occupationes & angeli alloquia / semel interrogasset angelum / cuius nam esset scriptura? Respondit ei angelus. Spiritus sancti per sapientẽ pronũciata. At quis per antonomasiã sapiẽs dicitur: nisi Salomon? Cui potius credemus angelo ne an Iudæo? Et certe Salomonis esse (etsi iudæi negẽt) nequaq̃ diffideri vnq̃. Sed de hoc testimonio satis. Et cũ in fine subdit. Ex ipso / per ipsum / & in ipsum sunt omnia: superdiuinæ trinitatis est confessio. ex ipso patrem / per ipsũ filiũ / & in ipsũ spiritum sanctum insinuat. ex ipso potentiam a qua omnia / per ipsum sapientiam per quam omnia / & in ipsum bonitatem ad quam conuertuntur omnia monstrat. Et cum subdit Ipsi gloria in sæcula: est diuinæ vnitatis confessio. Ipsi igitur superdiuinæ trinitati & vnitati omnis honor & gloria in omnia sæculorum sæcula. Amen.

¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Non repulit dominꝰ plebem suam: quam præsciuit. ¶ Quæ hic dicit plebem: paulo supra vertit vetus interpres populum / cum dixit. nunquid deus repulit populum suum? vtrobiq; enim Paulus habet / τὸν λαόν. Et magis hic vertendum erat prægnouit q̃ præsciuit: tametsi vnum idemq; sint. Paulus. οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. ¶ Vulgata æditio. Quemadmodum interpellat deum aduersus Israel. ¶ Idem hic verbum quod capite octauo dictum est / veterem interpretem rectius interpretatũ postulat: vbi ait. Sed ipse spiritus postulat pro nobis: rectius inquam q̃ paulo inferius et hoc in loco interpellat / nisi sint quibus hoc vocabulũ q̃ illud magis defendere placeat. Paulus. ὡς ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τὸν ἰσραήλ. ¶ Vulgata æditio. Sed quid dicit illi diuinum responsum. ¶ Diuinũ superfluit. Paulus. ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός. ¶ Vulgata æditio. Reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. ¶ Dei saluæ: superfluunt. nec in Paulo habentur. Paulus. λεῖμμα κατ᾽ ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. ¶ Vulgata æditio. Si autem gratia / iam non ex operibus: alioquin gratia iã nõ ẽ gratia. Quid ergo? ¶ Si autẽ gratia: gratia ablatiuus est. Deest ãte quid ergo vna integra sententia scilicet. Si autem ex operibus non iam est gratia. alioqui opus non iam est opus. Et vbi dicitur iam non / siue non iam habetur οὐκ ἔτι, quod supra dictum est significare non amplius / non adhuc / non etiam / non iam et similia. Paulus. εἰ δὲ χάριτι οὐκέτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκέτι ἐστὶν ἔργον. Et cõtinuo post subiũgit Paulus τί οὖν. Quid ergo? ¶ Vulgata æditio. Dedit illis deus spiritum compunctionis. ¶ Id Paulus adduxit ex oraculo / Esaiæ prophetæ / qui sic habet. Vade: & dices populo huic. Audite audientes: & nolite intelligere. & videte visionem: & nolite cognoscere. Exca ca cor populi huius: & aures eius aggraua. & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis / & sanem eum. Verum quia κατάνυξις quod compunctionem interpretari solent: nunc in bonam / nunc in malam partem sumi solet / in bonam vt hic in cubilibus vestris compungimini ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε: cum dolor male acta aut cogitata repũgit. in malã / vt hoc in loco: cum reluctamur bono quasi repugnantes & repungentes eos / qui nos ad bona pungunt. in bonam partem pœnitere: in malam repungere & recalcitrare significat. ideo intelligibilior sermo Pauli est / si dicitur dedit eis deus spiritum repunctionis / siue recalcitrationis. ne æquiuocatio / &

in bonam partem acceptio ludat legentem. Et cum dicitur dedit: id intellige non per
se / sed per accidens & permissiue. Pungebat enim deus & mouebat ad oppositum: & p
prophetias / & per scripturas sanctas / per virtutes / signa / & per suæ sanctæ præsētiæ ex-
hibitionem. sed ipsi: omni diuino auxilio recalcitrauerunt / & reluctati sunt. Et hic est
spiritus compunctionis: quem permisit eis deus. ad eos se gerēs: vt pius pater ad filios
inobediētes. quos quo magis nūc consilijs / nunc castigatione / nunc clementia adiuuare
molitur: eo magis proprio bono recalcitrantes & reluctantes habet. Ergo si pater / ex-
asperat illum recalcitrationis spiritum / vt ipse illis dare videatur: id non per se / sed per
accidens est. & dat & facit per accidens: & permittit (quia eis liberum est) magis nolēs
q̄ volens. Ita quoq; & deus: Iudæis. Auxilium enim cui recalcitrabant: ostendit deū no
luisse eos facere quod faciebant. Ergo neq; spiritum illum repugnātem voluisse eos ha
bere. ¶ Vulgata æditio. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. ¶ Particula corā
B ipsis in psalmo 68 habetur: sed hic in Paulo non habetur. Paulus. γεννηθήτω ἡ τρά
97 πεζα αὐτῶν εἰς παγίδα. Id igitur coram ipsis: ex psalmo mutuatum est. ¶ Vulga-
99 ta æditio. Nnuquid sic offenderunt. ¶ Sic superfluū est. Paulus. μὴ ἔπταισαν. ¶ Vul
gata æditio. Ministerium meum honorificabo. ¶ Legendum potius honorifico. Nam
præsentis temporis est apud Paulum. Paulus. τὴν διακονίαν μου δοξάζω. Verum
δοξάζω multiplex significatum habet. nunc glorifico / siue honorifico & illustro / mo-
do opinor / existimo / aut aliquid simile. Ideo & huius loci: hæc esse posset intelligentia:
officium meum esse existimo. vt sic sententiam Pauli intelligas. quamdiu equidē apo-
C stolus gentium sum: officium meum esse existimo si quo pacto carnem meam ad zelum
100 prouocem / & verum quidem dei zelum. ¶ Vulgata æditio. Q2 si delibatio sancta est.
¶ Vocabulum ἀπαρχὴ quod hic delibationem vetus interpres vertit: ferme vbiq; pri-
mitiæ verti solet. Quod & fecit interpres capite octauo precedente / vbi ait, Sed nos ipsi
primitias spiritus habētes. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχον-
τες. Et non est opus pluribus exemplis. quia vbicūq; vertunt primitias: hoc vocabulū
habetur. Verum & de ijs primitijs secundum spiritum intellexit: quæ & reliquiæ & deli-
batio etiam dicuntur. Ideo vetus interpres plus paraphrasticos intelligentiam secutus
videtur: q̄ interpretationis legem. ¶ Vulgata æditio. Tu autem cum oleaster esses inser
tus es in illis: & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. ¶ Oleaster agrestem & i-
C cultam significat oliuam. Insertus es: alij insitus es. Vnde & insitio dici malunt. Quod
101 traduxit pinguedinis: potest & vbertatis latinius dici. Paulus. σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν
ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς
ἐλαίας ἐγένου. ¶ Vulgata æditio. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. ¶ Et hic
& consequenter magis benignitatem q̄ bonitatem dicendum. Paulus. ἴδε οὖν χρη-
στότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ. Benignitas enī: magis ex opposito respōdere vide-
tur seueritati / quæ iustitiæ rigorē dicit. nō q̄ hæc in deo dicāt cōtrarietatem / sed in no-
bis. coincidunt enim ī deo: misericordia & iustitia / benignitas & seueritas. sed idem in
deo: seueritas ad malos / & benignitas ad bonos dicitur. Quod & expressit diuinissimus
Paulus: cum dixit. in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem benignitatē.
C ¶ Vulgata æditio. Vt non sitis vobis ipsis sapientes. ¶ Apud Paulum / potius dicitur
102 prudentes. Non vult Paulus vt propriæ innitamur prudentiæ / & dicamus Iudæos dere
lictos a deo & nunq̄ saluandos. derelicti quidem sunt non omnino: sed partim. Nam p
spiritum sanctum & per prophetas nouit: q̄ Iudæi in fine saluabuntur / cum per omnes
gentes prædicatum fuerit euangelium & receptum. tunc ex duobus populis fiet grex
vnus: & pastor vnus Christus dominus superbenedictus. O beati oculi qui hæc visuri
sunt. visuri etenim īdubitato sunt: ad laudē & gloriam æterni regis / & ad inumerarū
salutē animarū. Ad quod & nūc cooperari vidētur / ī hoc gloriosi reges Ferdinādus His
paniæ & Emanuel Portugalliæ / qui iam superioribus annis christiana exercuerūt pre-
lia / nō tam perditionis q̄ in Christo acquisitionis animarum causa. Deus prospera cū-
D cta faciat eorum: qui bella non in Christianos sed in Christiani nominis hostes faciūt /
102 non sæuitia / non cupidine dominandi / sed saluādi gratia. ¶ Vulgata æditio. Veniet ex
Sion qui eripiat et auertat. ¶ Potius qui eripiet & auertet. Paulus. ἥξει ἐκ σιὼν ὁ ῥυ-
103 όμενος καὶ ἀποστρέψει. ¶ Vulgata æditio. Secundum electionē autem charissi-
D mi propter patres. ¶ Magis secundum Paulum dicendum dilecti / id est diligibiles pro-
104 pter patres. Paul9. κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας. ¶ Vulga
ta æditio. Nunc autē misericordiā consecuti estis propter icredulitatem illorum. ¶ Me-
lius videtur / vt dicatur: in incredulitate illorum. Paulus. νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τού-
των ἀπειθείᾳ. Nunc autem misericordiam consecuti illorum icredulitate. Quod te-

ctius in illorum incredulitate q̄ propter illorum credulitatem itelligi crediderī. quādo
enim omnes credidissent: nichilosecius & gentes fuissent misericordiam cōsecutæ. Chri
stus enim expectatio erat gentium: immo omniū tam Iudæorum q̄ gentium/ & vniuer
salis mittendus legislator. Moses autem: particularis. Christus: vniuersalis saluator in
veritate. Moses: particularis in figura/ & vmbratili imitatione. ¶ Vulgata æditio. Con
clusit enim deus omnia in incredulitate. ¶ Legendum omnes. Paulus. συνέκλεισεν
γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν. Circulum enim fecit. Primo fideles Iudęi:
infideles gentes. secundo fideles gentes: infideles Iudæi/ infideles quidē vsq; ad ἀπεί-
θειαν id est pertinacem incredulitatem/ & ægritudinem (vt sic dicā) extremā. & sic gē-
tes prius etiam tali pertinacia & infidelitate laborabant in cultu idolorum. sed ex tā
extrema īcurabilitate: misericordia dei curat/ & saluat gratia quæ sola id potest. ¶ Vul-
gata æditio. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei/ q̄ incompræhensibilia sūt
iudicia eius/ & inuestigabiles viæ eius. ¶ Altitudo homonymum est profunditatem si-
gnificans & sublimitatem. Quod dicit Paulus profunditatem significat. Ne igitur cre-
datur idem dixisse ac si dixisset ὦ ὕψος id est O altitudo. rectius videtur vt īterpres di-
xisset O profunditas. & forte adhuc melius: O profunditatem/ vt particula O commo-
dius exclamantis/ non allequentis intelligatur. Et quod dicit & inuestigabiles viæ eius
melius ininuestigabiles viæ eius: vt promptius intelligatur negatio. Nam inuestigare/
& inuestigabile: magis apud grammaticos consueuit affirmare q̄ negare. Et quid dico
grammaticos: sed etiam apud sacros libros. vt id in primo regnorum de Ionatha. Si ī-
uestigauero sententiam patris mei crastino vel perēdie/ & aliquid boni fuerit super Da
uid/ & non statim misero ad te & notum tibi fecero: hæc faciat deus Ionathæ. In para-
lipomenis. Non animaduertis q vt explorent/ & īuestigēt/ & scrutētur terrā tuā vene-
rit ad te serui eius? Nec vsq̄ ī sacris libris īuenis īuestigare: qđ nō affirmet. Quomodo
igitur inuestigabile: cū eo a quo ducit originem/ nō magis affirmabit? Sed illo mō īue
stigabili vtūt sacræ literæ. Nō tā vtūtur forte: q̄ veteres īterpretes abusi sūt. sacræ eī lite
ræ ī originibus manifeste abnegāt. vt Paul9. ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ
γνώσεως θεοῦ ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ
αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Quis enī cognouit sēsū dñi. Potius vertēdū erat: mētē domi-
ni. Paulus. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου. ¶ Vulgata æditio. Quoniā ex ipso & p ipsū
& in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. ¶ Ex: efficientē. per: formam. &
in: finem dicunt. Primus actus: trinus & vnus. vnus quia primus & simplicissimus. tri-
nus: quia omniū efficiēs/ omnium forma/ & omnium finis. Quem quidē: suo modo om-
nis substantialis actus/ triniter & vniter imitatur. quod etiam/ non inficiantur philoso
phi. Quare potius dicēdum videtur: & in ipsum. sunt enim omnia in finem: id est ad fi
nem & propter finem. Sæculorum in fine: ab exemplari abūdat. Paulus. ὅτι ἐξ αὐτοῦ
καὶ δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀ-
μήν.

CAP. XII.

QVos misericordia dei saluat: viuere spiritu/ deo Christoq; debent/ &
mortificare carnē ac concupiscentias eius. Et hæc mortificatio: ob-
latio viua/ & sācta est/ & rationabilis cultura/ quæ deo offertur. ad qđ
faciendū per miserationes dei nos vehemēter hortatur Paulus. per
105 quid enim nos melius hortaretur: q̄ per misericordiam per quā solā
saluamur? Hortatur itaq; nos hoc pacto dicēs. ¶ Obsecro igitur vos
fratres per miserationes dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam
viuentem/ sanctam/ beneplacētē deo/ rationabilē cultum vestrum. &
nolite configurari sæculo huic: sed transformamini in renouatione mētis vestræ. vt vos
experiamini: quæ sit voluntas dei bona/ & beneplacens/ & perfecta. ¶ Illi se configu-
rant huic sæculo: qui voluptates huius mundi quærunt/ & mentem occupant in illis q̄
occupari debet in bonis æternis. Trāsformamur autem in renouatione mētis nostrę:
quando superatis carnalibus desyderijs/ omni spirituali virtuti operam damus/ id no-
bis non tribuentes/ sed dono supereminentis gratiæ dei. Verum vt terra ferax non est/
vbi noxia herba est: ita dona dei non fructificant/ nisi in mente humili. Cauere igi-
tur summopere oportet: ne superbia mentem occupet/ quæ humilitati aduersatur/ &
est vt noxium lolium impediens dona dei/ cœlestēq; segetem fructificare. humilitas ve-
106 ro vt omnium spiritualium δυνάμεων radix aut præseminarium. Ideo humilitatem
commendans: & a superbia absterrēs subiūgit Paulus: dicēs. ¶ Dico enī per gratiā quæ
data est michi: omni qui inter vos est/ non esse supra sentiendum q̄ quod sentire neces-
sarium est. sed sētiendū ad modestiam: vt vnicuiq; deus mēsurā fidei partitus est. ¶ Qui

ſupra q̄ par eſt & ſuus ordo/ſuumq̀ officium requirit/ ſibi prudēs videtur & ſentit: is ſi-
bi arrogat & ſuperbus eſt/& ad menſuram fidei humilitatem non retinet. Sed id noſſe
oportet vniuerſos fideles eſſe vt vnum corpus: cuius caput/ Chriſtus eſt. Omnis igitur
ſenſus in omnibus: a Chriſto fundi debet. Et qui non eſt Chriſti: non eſt capitis ſenſus/
ſed alienus. Et vt vnum membrum/ nunq̄ vſurpat alterius membri actum: ita vnus
ordo in eccleſia/ nunq̄ vſurpare debet quod alterius eſt. alioqui ſuperbire eſt/& ſen-
tire ſupra q̄ par eſt/& ordinem confundere. ſed inferiores: officijs inferiorum contenti
eſſe debent. ſuperiores: ſuperiorum. ſacri: rerum ſacrarum. & ſæculares: ſæcularium. &
107 ſe inuicem ad ſuas cuiuſq̀ functiones adiuuare: vt membra corporis ſeinuicem adiu-
, uant/ ſe amant/ & conſpirant. Quod nobis aperit Paulus: dicens. ¶ Quemadmo-
, dum enim in vno corpore membra multa habemus/ non autem omnia membra
, eundem habent actum: hunc in modum multi vnum corpus ſumus in CHRISTO/
, ſinguli autem inuicem membra. habentes quidem dona/ ſecundum gratiam quæ
, data eſt nobis/ differentia. ¶ In donis differentibus: quid aliud intelligitur niſi do-
norum ordo/ quem per ignorantiam & ſuperbiam imo per ignorantiam ſuperbien-
tem/& ſuperbiam ignorantē/Chriſtus munerū largitor non vult cōfundi. Sed quis hūc
indies non videt miſerabiliter confundi: cum ſæculares homines/ rerū ſacrarū volunt
eſſe diſpenſatores/ & contra/ ſacris officijs addicti/res auidius tractare temporales? Cū
infimus quiſq̀ audet in ſuperiorem dicere/& ſuperioris officium vſurpare: quod eſt in-
feriorum carpere mores & ad ſpiritualem vitam inſtituere? Sed contra/ ſuperiores ab
infimis carpuntur/& ipſi non carpunt inferiores. Eſt ne hæc confuſio ordinis & mune-
rum dei? Et hæc dona & munera dei: ſeptem hic enumerat Paulus. Primū: donū pro-
phetiæ/a quo dicūtur prophetæ. Secundū: donū miniſterij/a quo dicūtur miniſtri. Ter-
tium: donū doctrinæ/ a quo doctores. Quartū: donū exhortatiōis/ a quo exhortatores &
prædicatores. Quintū: donū erogationis/a quo liberales/munifici & magnifici. Sextū:
donū præſidētiæ/a quo præſides. Septimū: donū miſericordiæ/ a quo miſericordes. Qui
propheta nō eſt: opus prophetæ nō arroget. Qui nō diaconꝰ: nō miniſtret. Qui nō do-
ctor/ id eſt intelligētiæ eloquiorū donū nō habēs: nō doceat. Qui gratia exhortationis
præditus nō eſt: nō prædicet. Et ita de reliquis. In primo gradu ſunt: q a deo intelligen-
tia donati ſunt/ ad futuram eccleſiæ directionem. In ſecundo: diaconi/ & fidei munium
miniſtri. In tertio: epiſcopi. In quarto: prædicatores. In quinto: aliorum neceſſitates/ &
ad diuinum cultum operas impenſis leuantes. In ſexto: primates & principes. In ſepti-
mo: operum charitatis circa infirmos/famelicos/ſitibūdos/nudos/peregrinos/ mortuos
108 ſepeliendos/ executores/ & hanc quoq̀ a deo gratiā habentes. Et hæc ſeptem ſic enu-
, merat Paulus/ dicens. ¶ Siue prophetiam: ſecundū analogiā/ id eſt rationem fidei. Si-
, ue miniſterium: in miniſterio. Siue qui docet: in doctrina. Siue qui exhortatur: in ex-
, hortatione. Qui cōtribuit: in ſimplicitate. Qui præſidet: in diligentia. Qui miſeretur: in
, hilaritate. ¶ Præterea/ 24 enumerat: quæ vnicuiq̀ ſtatui cōmunia eſſe debent. primū:
dilectio nō ficta. 2: odium mali & adhæſio boni. 3: fraterna charitas. 4: mutuus honor.
5: officioſa ſedulitas. 6: feruor ſpiritus. 7: ſeruitium domini. 8: gaudium in ſpe æterno-
rum bonorum. 9: patientia in afflictione. 10: orandi ſtudium. 11: ſubuentio neceſſitati ſā-
ctorum. 12: hoſpitalitas/ id eſt ſuſceptio peregrinorū. 13: benedictio perſequentiū. 14:
benedictio omnium/ & maledictio nullorum. 15: gaudium ex gaudio/ aut triſtitia ex
triſtitia aliorum. 16: idem ſenſus. 17: humilitas. 18: abdicatio propriæ prudentiæ. 19:
pro malo/ non malum ſed bonum reddendum. 20: bonæ vitæ exemplum. 21: pax quo
ad decet cum omnibus. 22: non iraſcendum/ non vlciſcendum. 23: inimicis beneſa-
109 ciendum. 24 & vltimum: ſemper/ malum in bono vincendum. Quæ his vniuerſa/ be-
, atiſſimus apoſtolus complectitur præceptis. ¶ Dilectio ſit: ſine ſimulatione. Odite ma-
, lum: bono adhærentes. Fraterna dilectione: mutuo beniuoli. Honore: vos mutuo
, præuenientes. Studio: non pigri. Spiritu feruentes. Domino ſeruientes. Spe gau-
, dentes. In preſſura patientes. Orationi inſeruientes. Indigentijs ſanctorum commu-
, nicantes. Hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos. Benedicite &
, nolite maledicere. Gaudendum cum gaudentibus/ & flendum cum flentibus. Sitis
, idem mutuo ſentientes. Non alta ſentientes/ ſed humilibus aggregati. Nolite fieri
, prudentes apud voſmetipſos. nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona
, corā omnibus hominibus ſi fieri poteſt. Quātum ex vobis eſt cum omnibus ho-
, minibus pacem habentes. Non voſipſos vindicantes dilecti/ ſed date locum iræ.
, Scriptum enim eſt. Mihi vindicta: ego retribuam dicit dominus. Si igitur eſu-
, rit inimicus tuus: ciba eū. ſi ſitit: da ei potū. hoc enim faciēs carbones ignis aceruabis

in caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. ¶ Hæc sunt præcepta quæ
fidelis quisque & spiritualis homo debet pectori gerere infixa: quæ & præparant ad gra-
tiam dei suscipiendam/ & cum suscepta fuerit retinendam. Quam nobis tribuat largi-
tor munerum & gratiæ: Christus dominus super omnia benedictus.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Obsecro itaque vos
105 fratres per misericordiam dei. ¶ Pluratiue dicit Paulus per miserationes. Paulus. πα-
ρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἀδελφοὶ διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ. Sic enim solent
interpretari οἰκτιρμῶν/ miserationes, vt id psalmo 24 reminiscere miserationum tu-
arum μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, & passim alibi. ¶ Vulgata æditio. Ratio-
nabile obsequium vestrum. ¶ Theologi: latriam eum cultum qui deo debetur esse vo-
lunt. Et iccirco ad id significandum: vbicunque Paulus latriam habet/ malumus cultum
aut culturam interpretari. Iubet enim/ nos deum rationaliter colere. Sed quo modo
rationaliter colemus: nisi cum orantes & adorantes/ corpora nostra vicijs mortua/ &
iustitiæ viua/ hostiam viuentem/ sanctam id est puram & mundam/ & beneplacentem
illi præsentamus? Paulus. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν
εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Sed refor-
mamini in nouitate sensus vestri. ¶ Potius dicendum/ mentis vestræ. Paulus. ἀλλὰ
A μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Omnibus
106 qui sunt inter vos/ nō plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. ¶ Quod
dicit sapere: diximus vsum latinorum esse interpretari potius sentire. Et si primum &
vltimum per gerundium vertatur: sermo latinitati videtur accōmodatior. Et quod ve-
tus interpres dixit ad sobrietatem: Paulus potius habet ad modestiam. Paulus. μὴ
ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. σωφρο-
νέω enim & σωφροσύνη. id est sophroneo & sophrosyne modestum esse & modesti-
am significant. Quamquam Hieronymus ad ἁγνείαν id est castitatem hunc interpretationis
locum refert. non tamen ita accommode quadrare videtur intelligentiæ. ¶ Vulgata
æditio. Et vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. ¶ Accommodatius linguæ lati-
B næ: si particula sicut vnicuique præponatur. ¶ Vulgata æditio. Singuli alter alterius
107 membra. ¶ Potuit & vetus interpres dicere: singuli autem inuicem membra. Paulus.
108 ὁ δὲ καθεῖς ἀλλήλων μέλη. ¶ Vulgata æditio. Siue ministeriū in ministrādo.
¶ Paulus habet in ministerio. Paulus. εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ. ¶ Vul-
gata æditio. Siue qui docet in doctrina. ¶ Paulus. siue docens in doctrina. εἴτε ὁ δι-
δάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Et idipsum/ idem est: quod vetus posuit interpres.
Verum ad habendam intelligentiam/ quæ ex hac superiori particula pendet/ haben-
tes quidem dona secundum gratiam quæ data est nobis differentia/ subaudiri potest
donum habens. quod & Paulus ex illo superiori loco intelligebat. quod & in sequenti-
bus particulis (etsi non expressum) tamen intelligatur/ nichil officiet. ¶ Vulgata ædi-
tio. Qui exhortatur in exhortando. ¶ Paulus habet in exhortatione. Paulus. εἴτε
ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει. Respondet enim ad præcedentia: in ministe-
rio/ in doctrina. & ad sequentia/ in simplicitate/ in solicitudine/ in hilaritate. Et quod
hic dicit/ qui exhortatur: idem vocabulum est quod in principio vertit interpres obse-
cro. Nam illic Paulus habet παρακαλῶ: hic vero participium eius παρακαλῶν.
Vnde intelligis: quod illa obsecratio/ non est nisi quædam diuino dono ei indulta exhor-
tatio. Quis enim Paulo diuine exhortando fuit superior? ¶ Qui tribuit i simplicitate.
¶ At quis tribuens in simplicitate? Illum existimauerim: qui propter deū solum. Nam
si se aut aliud respicit: iam diuisus est/ & non in simplicitate/ sed duplicitate tribuit. de-
cet enim hominem spiritualem: non se/ sed deum solum cogitare. Quid enim opus est
vt se/ suamue salutem respiciat/ quasi sui solicitus: cum dominus/ nostri solicitos nos esse
prohibeat? Hanc igitur curam deo relinquat/ ad quem solum spectat saluare: & in sim-
plicitate donet/ a deo nusq̃ diuisus. Et quanq̃ non cogitat: longe melius suam conse-
quetur salutem. est enim dominus solicitus nostri: cum in simplicitate omnia nostra
propter ipsum facimus/ reijcientes in eum totam curam/ totā spem/ & vniuersam nostri
prouidentiā/ operantes tamen quæcunque possumus bona. est enim dominus. nos serui.
est quidē dominus: sed bonitatis & sapientiæ infinitæ. Et temporalis dominus/ seruos
torpentes odit: minoris etiam eos estimans qui sui soliciti/ propter spem mercedis illi
seruiunt/ q̃ eos qui in simplicitate seruiunt/ nichil de se sed de ipso domino cogitan-
tes/ & vniuersam sui prouidentiam bonitati & sapientiæ domini sui committentes.
Nōne igitur infinitæ bonitati & sapientiæ/ nos non cogitantes nostri/ non soliciti no-
stri prouidentiam committemus/ in simplicitate (siue tribuendo/ siue quiduis aliud

boni operando) illi sũ mo & æterno domino seruientes? ¶Qui præest: in solicitudine.
¶Si præesses gregi ouium diligens & solicitus esses/ne tua negligentia ouis vlla pe-
riret. Alioqui redditurus rationem esses patrisfamilias. tanto magis solicitus esse de-
bet qui præest gregi Christi: ne quis sua negligentia pereat. Alioqui Christo regi æter-
no rationem redditurus est. Verum omnis qui dono dei præest: in solicitudine præest.
& in hoc discernitur ab alijs: qui præsunt quidem/ sed non ex dono dei. sic præfuit
Petrus/ sic Paulus/ sic & alij sancti. ¶Qui miseretur: in hilaritate. ¶Qui miseretur: dat
aut infirmis/ aut esurientibus/ aut sitientibus/ aut nudis/ aut incarceratis/ aut alias vi-
tæ necessitates patientibus. Quod qui ex dono dei facit: in hilaritate facit. vt & alio lo-
C co scribitur: hilarem datorem diligit deus. ¶Vulgata æditio. Gaudere cum gaudenti-
109 bus. ¶Ratio latina videtur exposcere: vt id potius per gerundium dicamus. ¶Vulga-
D ta æditio. Idipsum inuicẽ sentientes. ¶Quod vetus interpres dicit idipsum: accõmoda-
109 tius dicimus idem. Paulus. τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. & iterpres pro
φρονοῦντες/ hic sentientes vertit: & apte quidem. alibi autem: sæpe vertit sapientes.
¶Vulgata æditio. Prouidentes bona non tantum coram deo: sed etiam coram omni-
bus hominibus. ¶Id totum/ nõ tantũ corã deo sed etiam/ vt nunc legitur Paulus græ
ce: deest. Paulus. προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. ¶Vulga-
ta æditio. Non vosmetipsos defendentes charissimi. ¶Potius dicendum: vindicantes
dilecti. Paulus. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί. ¶Vulgata ædino. Michi vi-
dictã & ego retribuã. ¶Dicendũ: vindicta nominatiuo casu. Et: supplet Paulus. ἐμοὶ ἐκ-
δίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω. ¶Hoc enim faciens: carbones ignis congeres super
caput eius. ¶Quid hoc? Si propter præceptum domini/ inimicum diligis/ si illi benefa
cis & ab inimicitia & odio non discedit: dilectio tua & benefacta tua erunt causa gra-
uioris eius punitionis a deo/ qui dicit, michi vindicta: ego retribuam. & dilectio tua/
& beneficia tua in eum dum obduratus in odio perseueraret: erunt ei in die retributio-
nis & vindictæ carbones ignis & tormenta ignita in caput eius coniecta. Non tamen
ad hoc cibare eum debes aut potare cum indiget/ vt sic illi pœnas congeras: sed pro-
pter deum qui præcipit. aut si nosti inimicum & infensum: vt reconcilies tibi/ & recon-
ciliatum/ deo restitues/ & sic salues fratrem tuum. hoc enim est spiritualiter & in sim-
plicitate ante deum conuersari. Et huic beatissimi Pauli sententia: astipulatur id quod
prouerbiorum 25/ dicitur. Si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit: da ei aquam
bibere. Prunas enim congregabis super caput eius: & dominus reddet tibi.

CAP. XIII

DOna/ superiorum & officia/ omnibus communia præposuit deo di-
gnus apostolus: nũc inferiores instruit/ & vno generali officio/ sub-
iectione id est obedientia/ omnia quæ inferiorum sunt compræhen-
dit. Qui enim non obedit: subiectus non est. Et duæ sunt in fidelium
republica summæ potestates/ vna ecclesiastica: quæ pontificia dici-
tur. & altera sæcularis: quæ regia. In prima deberet esse vnus monar-
cha ad rem sacram in optimo statu continendam: & hic summus
põtifex. & in secũda vnus monarcha ad rerũ sæculariũ moderatio-
nem/ & ad bella christiana contra hostes religionis conficienda: & hic imperator Chri
stianorum. & omnes patriarchæ/ primates/ archiepiscopi/ episcopi/ & aliæ ecclesiasticæ
dignitates & ordines debent sacro monarchæ parere in sanctis institutionibus vt sũ-
mus pontifex est: non autem vt peculiaris est alicuius loci pontifex. Sic sæculari mo-
narchæ omnes Christiani reges/ duces/ proceres/ & omnes militiæ sæcularis ordines
parere debent ad bella Christi conficienda non vt regi alicuius particularis regni: sed
vt monarchæ/ summoq; Christianorum imperatori. Et synagoga Hebræorum in figu-
ra ecclesiæ/ monarchas rei sacræ habuit/ Aaron/ Eleazarum/ Finees/ & successores sũ-
mos Hebræorũ pontifices. Rerũ autem sæculariũ & bellorũ gerendorũ habuit monar-
chas: Mosem/ Iosuam/ Othonielẽ/ & reliquos qui successerũt/ Hebræorũ iperatores. Nec
debent hæc officia cõfundi. Quin & in rebus sacris: sæcularis monarcha sacro monar-
chæ & constituto eius parere debet. Et contra: sacer monarcha/ sæculari monarchę/ re-
rum tẽporaliũ moderationẽ & gerendorũ bellorũ Christi relinquere authoritatem. Et
subiecti qui huic ordinationi resistunt: deo resistũt. Et vt de his duabus potestatibus
dictũ est: ita & de alijs sublimibus est intelligendũ. vt in re sacra: qui sunt sub patriar-
chis pareãt vt patriarchis. Qui sub primatib9 vt primatib9. sub archiepiscopis: vt ar-

chiepiscopis. sub episcopis: vt episcopis. Et i re seculari/ q̃ sub regib9: pareāt vt regib9. q̃
110 sub ducibus: vt ducibus. sub proceribus: vt procerib9. & ita de vnoquoq; eminenti or
, dine: vt nos sancte admonet Paulus dicens. ❡Omnis anima i potestatibus sublimio•
, ribus subdita sit. Nam non est potestas: nisi a deo. potestates autem quæ a deo sunt:
, ordinatæ sunt. Quare qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. qui autem resi•
, stunt: sibiipsis iudicium sument. ❡Si potestates quæ a deo sunt ordinatæ sunt: se•
quitur vt quæ ordinatæ non sunt/ a deo non sint. Et ideo non sunt potestates: sed pro•
lapsiones & inordinationes potestatum. Vt si sæcularis/ potentiam rei sacræ ordi•
nandæ sibi vendicat/ & contra ordine sacer/ belli gerendi authoritatem & secularium
ordinationem. hæc enim inordinatio: & non potestas/ sed potestatis infirmitas &
prolapsio. Et quid si sacerdotes/ episcopi coassessores/ qui sub episcopo sunt: parere no
lunt? Nonne diuinæ ordinationi resistunt? At fiet eis potestas detrahendi obedientiæ
iugum a summa potestate: & summæ hærebunt potestati. An id ordinatum? & si nō or
dinatum: non est a deo. Nonne oportet inferiora: superiorum instar formari/ & sacrum
inferiorum ordinem/ superiorem imitari? Nonne si angeli parere nolent archangelis/
sed soli deo obedientia hærere: cœlum confusione replerent/ & protinus hac superbia/
ocyus q̃ superbiæ & primæ inordinationis caput & inuentor lucifer ruerēt e cœlo? Nō•
ne etiam & isti per inordinationem & superbiam ruerunt de sacro principatu ecclesia•
stico? Quid si ordini cui non debētur vt pote inferiori/ officia traderentur episcopalia:
& auderet illis verius abuti q̃ vti/ & obedientiam quam denegaret superiori/ vellet sibi
arctissime impendi? Et propemodum iustum est: vt qui obedientiam secundum diuinā
ordinationem negat/ ei negetur obedientia/ quam preter diuinam ordinationem affe•
ctat. Non est enim diuina ordinatio: vt infima summis hæreant sine medio. Quod non
ignorant: qui sacram Dionysij legerunt hierarchiam. Quid si in sæcularibus regendis:
duces regibus parere nolent/ & proceres ducibus/ & quæq; potestas inferior superio•
ris obedientiam detractaret/ sed immediatam summo monarchæ suam esse vellent
obedientiam: quasi vt ordo ordini superior/ ita & non sit obedientia obedientiæ? Nō•
ne in sæculari principatu inducta esset magna confusio: quam monarcha inducere
non debet? est enim eius potestas ordinata: & hæc esset inordinatio. ergo non ex po
testate. potest autem/ quod ex potestate potest: non autem/ quod ex non potestate.
nam hoc non est posse: sed non posse. Quid igitur: potest ne sæcularis monarcha infe
riorem a superiori eximere vt ducem a suo rege? Potest sane. Nam ducem/ facere po
test regem: & dominiū eius erigere in regnum. Ita & summus sacer Hierarcha infe•
riorem ordinem adducere potest ad superioris æqualitatem/ vt sacerdotem & episco
pi coassessorem creare episcopum/ archiepiscopi archiepiscopum/ & ita consequenter.
Et cum hoc modo subiectio adimitur/ & paulatim vicinius adhærent summo ordini:
nulla inordinatio fit. & omnia (dum hæc pro dignitate fiunt) diuinam seruant imita•
tionem. Sed dices. oportet inferiores ordines a potestate proxima iugum detrahere/
& immediate summæ hærere potestati: alioqui inferiores & subiecti ab immedia•
ta illa potestate multa difficilia & dura patientur/ siue in re sacra id fit siue tempora•
li. At non iccirco oportet diuinæ ordinationi resistere. nescis enim ex apostoli authori•
tate qui in hac parte dei legatus est: eos qui illi ordinationi resistunt/ iudicium id est
dei condemnationem accepturos? Nequitia est quæ te facit iugum detractare? multi•
plici pœnę & damnationi subiacebis/ q̄ ordinationi dei non pareas/ q̄ sacrum princi•
patum confūdas/ q̄ te temerarie nullo ordine summis inferas/ q̄ licentius peccare ve•
lis & peccata non coargui. Quia si coarguuntur: non ab eo a quo oportet. vis enim illi
parere. quem nunq̃ vides vt timeas/ qui tua facta non cognoscit vt corrigat. Et ideo
mala illa & dura quæ times a proxima potestate cui diuina ordinatione parendum fu
it: non pateris/ & si in grauius malum lapsus sis/ cōfusionē & inordinationē sacri prin•
cipatus inducens. At vis nunc consultior factus hæc mala/ & his malis deteriorem di•
111 uinæ ordinationis confusionem in vtraq; potestate effugere: sequere Paulum dicentē.
, ❡Principes enim nō sunt terrori bonis operibus: sed malis. Vis autem non timere po
, testatem? Bonum fac: & assequeris laudem ex ipsa. dei enim ministra est tibi ad bonū.
, Si autem malum facias: time. non enim ab re gladium portat. dei enim ministra est
, ad iram: vindex in eum qui malum agit. ❡Per iram: vltionem intellige. Ergo
ordinata potestas: bonis prælucet ad bonum & amorem. malis: ad pœnam et ter•
rorem. bonos laudat/ & ad altiora prouehit. malos culpat: & ad humiliora detru•
dit. Et vt subditi qui non parent/ ordinationi diuinæ resistunt. ita potestates quę nō
dirigunt/ aut contra ordinationem diuinam torpescūt/ aut illam peruertunt. Sed dices.

sunt quædã violẽtæ potestates/ & aliquãdo qui præsunt violẽti:nonne etiam parendum
est? Etiam/ non solum metu pœnarum quas non parentibus infligunt quia violentæ:
sed & metu conscientiæ/ne nos diuinæ ordinationi reluctemur. abutentibus enim bo-
nis terrenis : plerumq; diuina ordinatione/duræ & violentæ præficiuntur potestates.
quæ terrena auferant:in quibus deliquerunt. sic auaros/ sic luxuriosos/ sic crapula ru-
ctantes/sic blasphemos/& id genus execrabilium morum viros:duræ gubernari opor
tet. vt aduersitas ad deum conuertat: quos terrenorum auerterat prosperitas. Et quia
nescis discernere quæ dei sunt & quæ hominum: ideo (vbi parere peccatum non est)
112 q̃uis molestum & graue/ noli reluctari/ noli murmurare/ sed pare propter deum a quo
omnis potestas in cœlo & in terra. Et innitere Paulo dicenti. ¶ Ideoq; necessitati sub-
iecti estote:non solum propter iram/ sed & propter conscientiam. propter hoc enim &
tributa penditis.ministri enim dei sunt/ad hoc ipsum inseruientes. ¶ Propter iram (vt
dictum est) propter vltionem/& supplicij metum. Duræ enim & violentæ potestates/
sunt diuinæ iustitiæ clientes:& (vt sic dixeri) quidã scelleratorũ lictores existũt.quibus
etiam sub sæcularibus iustitijs / si non paretur / grauis pœna sequitur . tanto ma-
gis sub iustitia diuina. Aliæ autem mitiores ad iustitiam dei voluntarie faciendã sub-
ditos erudiunt:vt quidam verendi & honorifici magistratus. Quibus:quid aliud q̃ ho-
113 nor & amor debeatur? omnibus tamen cõmuniter debetur obedientia . Quapropter
subiungit Paulus. ¶ Reddite ergo omnibus debita.cui tributum: tributum. cui vecti-
gal:vectigal.cui timorem:timorem.cui honorem:honorem. nemini quicq̃ debete: ni-
si mutuam dilectionem. ¶ Mandat iustitia:vnicuiq; reddere quod suum est. & potesta-
tes quæ sunt ministræ eius:ad hoc ipsum vt fiat/inuigilant. Et in omni creatura/deus
iustum se declarat:tribuens quod vniuscuiusq; naturæ proprium/& consentaneum est.
oportet igitur eum qui non vult iram incurrere / & dignam vltionem: iustum imitari
parẽtem. Sed quæ est breuissima via:qua eum imitari/& iusti effici valeamus? Dilectio.
Et quid mirum? Nam & amor ac dilectio: iustitiæ dei dux & auriga est. nec enim (in-
114 quit) odiens aliquid constituisti aut fecisti. Sic & humanæ iustitiæ: dilectio dux est. &
prĩcipium. Proinde dicit Paulus. ¶ Qui enim diligit alium:legem impleuit. Nam hoc
non mœchaberis/ non occides/ non furtum facies / non concupisces/ & si quod aliud
præceptum:in hoc sermone summatim clauditur/videlicet diliges proximum tuum si-
cut teipsum.dilectio:proximo malum non operatur. plenitudo ergo legis:est dilectio.
¶ Cum dicit. Qui enim diligit alium : legem impleuit. de ea dilectione quæ charitas
est:intelligit. Nam dilectio (vt quidam sanctorum dicit) vt charitas dici possit in aliũ
tendit. primo in deum/secundo in proximum . Et ex hac gemina dilectione iuxta sal-
uificum euangelij eloquium:omnis lex pendet & prophetæ. A dilectione dei pẽdet di-
lectio proximi.est enim hæc quædam illius similitudo.& a dilectione proximi pendent
cætera præcepta.Nec sine dilectione proximi perfecta dilectio dei.Quo modo enim ve-
ritatem perfecte diligere potes: cuius non diligis imaginem ? Et vt Ioannes dilectus
dei discipulus inquit. Qui non diligit fratrem suum quem videt : deum quem non vi-
det quomodo diligere potest? est enim proximus omnis:qui tecum ad diuinam imagi-
nem formatus est.& tanto magis:si ex regeneratione & imaginis reformatione tibi fra
ter ẽ effectus.neq; hæc dilectio:sine dilectione dei/perfecta dilectio est.capit eni similitu
do perfectionem suam a veritate.perfecta igitur dilectio ad alium est:quæ dei dilectio-
nem claudit/& proximi charitatem non excludit. Et de hac quoq; dixit Paulus. Qui
alium diligit/deum scilicet & proximum: legem impleuit . et quod in fine subiunxit:
plenitudo ergo legis est dilectio. Sed hæc facilius intelliges/ si decem ponimus præce-
pta quæ nomine legis intelliguntur hoc pacto.

1 Diliges dominum deum tuum:ex toto corde tuo/ & ex tota anima tua/ & ex tota for-
titudine tua.
2 Et proximum tuum sicut teipsum.
3 Sabbata sanctifica.
4 Honora patrem & matrem.
5 Non occides.
6 Non furtum facies.
7 Non mœchaberis.
8 Non falsum testimonium dices.
9 Non concupisces vxorem proximi.
10 Non rem aliam quãcunq;.

Vides dilectionem primum & secundum continere mandatũ. sed ex dilectione dei: pen
det & sequitur dilectio proximi. Itẽ & sabbatismus & omnes cerimoniæ & diuini cultus
obseruatio. si enim deum diligis ex toto corde/ et tota mente/ et totis viribus tuis: dili-
gis proximum tuum / quem sicut teipsum mandauit diligendum / & sanctificabis
celebritates/ quæ ad eius honorem mandatæ sunt. Sed & honorabis patrem & ma-
trem/ & non occides / non mœchaberis / & ita de reliquis. Quomodo enim aliquem
hoc pacto perfecte diligeres/ tota mente/ & totis viribus : cuius mandata contemne-
res ? Id sane impossibile. Qui igitur charitatem dei habet : non peccat. potest enim
omnia: & omnia bonitate implet. At id in potestate nostra non est: nisi tribuatur desu
per. Quomodo enĩ ima & frigida natura calesceret: nisi calor de sursum descenderet ?
Sed & quomodo calefactibilis esset : nisi summa illa natura calefacere vellet ? vult
igitur deus omnem hominem sua charitate/ implere : dummodo ipse velit calescere.
Vult autem calescere: quando se ipsum disponit ac præparat q̃tum in se est / ad il-
lum diuinitatis radium percipiendum. ad quod dilectione proximi se validissime iu
uat: quod hoc loco vel maxime voluit Paulus. Nam ex dilectione proximi: pẽdet im-
pletio /4/5/6/7/8/9/& 10 præcepti. Si enim diligis proximum sicut teipsum: quo-
modo non honorabis patrem & matrem/ quorum vtrumq; non solum proximum /
sed etiam habes plusq̃ proximum ? Et si diligis proximum : non illum occides / non
bona eius furaberis/ non mœchia inquinabis/ non falsum aduersus eum testimonium
dices/ non concupisces vxorem/ non filiam/ non seruum/ non ancillam/ nõ domum/ nõ
agrum/ aut rem quampiam eiusdem. Et in summa/ dilectio nullum malum in proximũ
operatur. quoniã omnia quę mãdat deus: obseruat. qui autem obseruat: præparatus in-
uenitur/ vt diuini amoris sit capax. Vides igitur quomodo dilectio proximi : te adiu-
uat ad diuinum amorem suscipiendum. qui cum aderit: dilectio proximi perfecta erit.
prius enim perfecta non erat : etsi ad perfectionem tenderet / & non inidoneum ad
diuinam dilectionem suscipiendam esset adminiculum. Et ex opposito/ qui dilectione
proximi caret: mala & nefaria operatur ad proximum. Patrẽ inhonorat & matrem: q
inter proximos primum & potissimum obtinent locum. Cędem non horret. Furtũ fa-
cit. Mœchatur/ crapulatur / inebriatur. Falsum testimonium dicit/ contendit / emulatur
Cõcupiscit vxorẽ ꝓximi vt sãcta thori iura violet/ in cubilib9 & ĩpudicitijs male gesti-
ens. Alienam si potest possessionem rapit / desyderia carnis sequens & nunq̃ spiritus/
longissime a diuino amore secedens / sine quo salus esse non potest. Et hæc opera sũt
tenebrarum. & qui hæc operantur: in peccato dormiunt/ nunq̃ ad opera lucis surgen-
tes. Lux enim Christus est/ qui iustis oritur : & diuina sua luce cor eorum implens/
115 perfecta charitate accendit / qua opera lucis & diuinam legem adimplere valeant.
Ideo & nos hoc pacto beatissimus adhortatur apostolus/ dicens. ¶ Et hoc simus sciẽ-
tes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. nunc enim propior est nostra sa-
lus : q̃ cum credidimus. nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo
opera tenebrarum: & induamur arma lucis. tanq̃ in die: honeste ambulemus. non in
crapulis & ebrietatibus/ non in cubilibus & impudicitijs/ non in lite & inuidentia: sed
induimini dominum IHESVM CHRISTVM. & curam carnis ne facite in concupi-
scentijs. ¶ Nox: infidelitas. dies: fidelitas. somnus: detentio in peccato. vigilia: in bo-
nis operibus occupatio. opera tenebrarum: opera peccati. opera carnis : opera infideli-
tatis. opera lucis : opera iustitiæ dei. opera spiritus: opera fidei. salus nostra : alterius
sæculi vita. ad quã quanto terrenæ dissolutioni viciniores sumus: tanto magis appro-
pinquamus. hæc est nostri cursus brauium: non debitum/ sed gratis propositum & gra-
tis elargitum. Ergo q̃to magis fini nostri cursus appropinquamus: tanto magis hone-
stati inuigilare debemus. nos: in die sumus. in die: & fidei & cognitionis. Et si is qui in
sensibili die ambulat/ studet ornatus & honestus videri/ & hoc pro gloria mundi: non-
ne multo magis in die spirituali incedentes/ debemus spiritualiter & ornati & hone-
sti videri/ nichil operum tenebrarũ facientes/ induti armis lucis aduersus noctis ma-
lignas potestates / Christiformẽ vitam gerentes/ vt & induisse videamur Christum Ihe
sum. Cuius est omnis honor & potestas: in sæcula sæculorum.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Quæ autem sunt a
110 deo: ordinata sunt. ¶ De potestatibus solum hic loquitur Paulus. Quare etsi sententia
vniuersaliter vera sit: ad intelligentiam tamen Pauli/ dicendũ erat ordinatę sunt. Verũ
& potestates substantiuũ: expræssit Paulus/ dicens. ἀι δὲ ὄυσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ
θεοῦ τεταγμέναι. quæ autem sunt potestates a deo: ordinatę sunt. ¶ Vulgata æditio.
Ipsi sibi dãnationẽ acq̃rũt. ¶ Per futurũ loq̃tur Paul9 hoc pacto. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες

ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται. qui autem resistunt: sibi ipsis iudicium accipient.
A ¶ Vulgata æditio. Nam principes non sunt timori boni operis/ sed mali. ¶ Pluratiue
111 Paulus loquitur. οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ
τῶν κακῶν. principes enim nō sunt timor bonorum operum/ sed malorum. Consue-
tudo tamen latina: exigit potius sic vertendum. Principes enim non sunt timori bonis
operibus: sed malis. id est pricipes nō sūt terrori ijs qui bona operātur/ sed ijs qui ope-
B rantur mala. ¶ Vulgata æditio. Dei enim minister est tibi in bonum. ¶ Debuit potius
111 vetus interpres dicere ministra: vt prius dixerat ex illa. confirmat enim id quod dixe-
rat de potestate. Verum id fecit allucinationem: ꝙ διάκονος cōmunis generis est/ mi-
nister & ministra significans. hic autem genus cepit pro genere: nō attendēs ꝙ refe-
ratur πρὸς τὴν ἐξουσίαν. id est ad potestatē/ quæ græce fœmininū est. Sed & com-
mune seruare genus: comperiebat apud Paulum. masculinū vt in hac epistola cap. 15
vbi dicit λέγω δὲ χριστὸν ἰησοῦν διάκονον γεγένησθαι περιτομῆς. dico
autem Christū Ihesum ministrum fuisse circūcisionis. sed & fœmininū post in hac ipsa
epistola cap. 16 vbi ait. συνίστημι δὲ ὑμῖν φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν οὖσαν
διάκονον. cōmendo autem vobis Phœben sororem nostram: quæ est ministra. ¶ Vul-
gata æditio. Dei enim minister est: vindex in iram. ¶ Et hic quoq; vetus interpres di-
cere debuit: dei enim ministra est/ eadem qua & paulo ante ratione. ¶ Vulgata æditio.
C Qui enim diligit proximū: legem impleuit. ¶ Non dicēdum hic proximum: sed alium.
114 Paulus. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον. Diligere enim alium: plus se fundit atq; latius
q̄ diligere proximum. Nam illud ad deum & proximum: hoc autem ad proximum so-
lum. ¶ Vulgata æditio. Nam non adulterabis. ¶ Præstat dici. Nam hoc/ non adulte-
rabis. Paulus. τὸ γὰρ οὐ μοιχεύσεις. ¶ Vulgata æditio. In hoc verbo instauratur:
diliges proximum. ¶ Græce recapitulatur/ id est sūmatim cōtinetur ac cōpræhenditur.
Paulus. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται ἐν τῷ ἀγαπήσεις τὸν πλη-
σίον. Et quod dicitur ἐν τῷ, vim habet ac si diceremus videlicet: ne bis resumamus
in hoc. ¶ Vulgata æditio. Dilectio proximi malum non operatur. ¶ Ex Paulo dicen-
dum: proximo. Et sequens non præcedens respicere videtur. ac si diceremus dilectio
non operatur malum proximo: quod vniuersim de dilectione verum est/ & dei & pro-
ximi. Paulus. ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. ¶ Vulgata æditio.
C Et hoc scientes tempus. ¶ Apte verbum ex consuetudine Pauli intelligendum est: qui
115 frequenter participijs pro verbis vtitur/ vt dicamus & hoc simus scientes/ siue hoc sci-
D mus tempus/ ꝙ hora est iā nos de sono surgere. ¶ Vulgata æditio. Sicut i die honeste ā-
115 bulemus. ¶ Sicut vocabulū vnū est/ non duo: vt facere solent sic vt. Quapropter ad tol
lendam hanc ambiguitatem: exposuimus per tanq̄. Paulus. ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχη-
μόνως περιπατήσωμεν. ¶ Vulgata æditio. Non in comessationibus & ebrieta-
tibus. ¶ In comessationibus dicit Paulus κώμοις: quod vocabulum significat conui-
uiorum libidinem/ procacitatem/ omnemq; immodestiam. sed & Sacer Athanasius
κώμους lasciuas cantiones post nimiā vini luxuriam & profusiorem potum interpre-
tatur. quas certū est: a Christiano & spirituali viro debere esse alienissimas. Neq; eni vi-
rum credas Christianum: qui idem spiritualis non est/ nisi forte nomine tantum/ quod
nulli semel sacris vndis abluto vnq̄ postea denegatur. ¶ Vulgata æditio. Et carnis cu-
ram ne feceritis in desyderijs. ¶ Cum vetus interpres prius dixisset per imperatiuum
modum/ induimini dominum Ihesum Christum: consequens erat vt per eundem
modum diceret ne facite. Nam neq; Paulus modum mutat: & hoc efflagitabat con-
iunctionis particula. Paulus. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπι-
θυμίας.

CAP. XIIII

VT corpore aliqui sunt fortes/ alij debiles/ alij sani/ & alij ægri: ita mente alij fortes & sani. alij debiles & ægri. sed fortes & sani corpore: debiles & infirmos corpore adiuuāt. tanto magis fortes & sani mente: debēt debiles & infirmos mēte adiuuare. fortitudo autem & sanitas mentis: fortis & sana fides. debilitas autem fidei: mentis infirmitas. Quapropter cū debiles fide videmus: suscipere & supportare debemus/ nō tamē dijudicando cogitatiōes. Nā vt multi q̄ forti & icolumi sunt corpore plerūq; a multis abstinēt vt infirmi/ sed nō ea ratione qua infirmi. Ita multi mēte fortes & incolumes a multis abstinent/ quibus & infirmi/ alia tamen ratione atq; cogitatione. Vt illi abstinent a vino/ abstinent a carnibus timentes ne noceant/ aut peccatum sit illis vti: hi vero ab eisdem abstinent non timentes nocumentum/ non timen-

nentij.

115 tes eſſe peccatum / ſed vt ipſi puriores ſint & ad officia ſpiritualia promptiores/ aut
aliasqualllibet ſanctas & religioſas intentiones. Quapropter dicit Paulus. ¶ Infir-
mum autem fide: aſſumite/ non in diiudicationibus cogitationum. hic enim credit mā-
denda omnia. ille vero qui infirmus eſt: olera manducat. Qui manducat: non mandu-
cantem non ſpernat. & qui non manducat: manducantem nō iudicet. deus enim eum
aſſumpſit. ¶ Quid eſt enim aſſumite/ aſſumpſit: niſi adiuuate/ confortate/ roborate/ ad-
iuuit/ confortauit/ roborauit. Et ſunt homines/ qui ſi quicq̄ vident alios facientes aliter
q̄ ſentiunt: ilico iudicant illos male facere/ & accuſant. multi quidem ex infirmitate mē-
tis: ſanos. & ſani etiam: infirmos. Verum ſupportare & adiuuare oportuit: non iudica-
re/ accuſare/ damnare. Nec tu qui infirmus es / & ab aliquibus abſtines conſcientiæ ti-
more ne pecces: iudicare debes eum/ quem forte fide roborauit deus ad eiſdem ſine ti-
more conſcientiæ veſcēdum. deus enim illum adiuuit/ deus illi fidem roborauit. Quid
ad re/ deus dominus eſt. ille ſeruus. tu conſeruus. ille domino ſuo ſtat aut peccat. & tu
117 ſimiliter. domini eſt ſeruum ſuū iudicare aut approbare/ non ſerui conſeruū. hoc enim
facere: nefas & ſuperbum. Quod & Paulus faciendum prohibens: dicit. ¶ Tu quis es:
qui iudicas alienum famulum/ proprio domino ſtat: aut cadit. ſtabit autem. Nam po-
tens eſt deus ſtabilire ipſum. ¶ Fuge ergo huiuſmodi temeraria iudicia: maxime in ijs
quæ ad obſeruantias cibi & potus ſpectant. Nam plerūq; quos iudicas cadere & male
agere: ſiue abſtineant/ ſiue veſcantur/ domino ſuo ſtant/ & ſtabunt. Nam & ipſe potens
eſt ſuſtinere quos vult. Et ſunt aliqui qui vno die iudicant ab aliquorum eſu abſti-
nendum potius q̄ alio propter dominum / & alius iudicat omni die eiſdem propter do-
minū abſtinendum: & alij non iudicant abſtinendum. quæ cum arbitraria ſint/ & pro
ſingulari aliqua mentis deuotione: annuit Paulus cuiq; facere quod velit/ cū neq; mā-
ducare/ neq; non manducare peccatum ſit/ & id propter deum faciat. attamen ſe mu-
118 tuo non iudicent: ſiue manducent/ ſiue partim non manducent/ ſiue omnino non mā-
ducent. Quod innuit Paulus/ dicēs. ¶ Hic autē iudicat diē inter diem: ille vero iudicat
omnem diem. vnuſquiſq; in ſua mente ſatiſfaciat. qui ſentit diem: domino ſentit. & qui
non ſentit diem: domino non ſentit. & qui manducat: domino manducat. gratias enī
agit deo. & qui non manducat: domino non manducat. & gratias agit deo. ¶ In ijs
ergo quæ fieri/ & nō fieri poſſūt abſq; peccato: videam9 ne iudicemus fratrē/ & ne etiā
iudicia domini faciamus. Nam vnus eſt dominus omnium: ad quem omnium ſiue de
morte/ ſiue de vita ſpectat iudicium. Et vt tēporalis ſeruus non ſibi viuit/ non ſibi mo-
ritur/ ſed ſuo temporali domino: ita & nos/ non nobis viuimus aut morimur/ ſed Chri-
ſto domino/ qui mortis & vitæ eſt dominus. mortis quidem: quia pro omnibus mortē
119 oppetijt. vitæ vero: quia pro gloria omniū ſurrexit. Quod & aperit Paulus: hoc pacto/
inquiens. ¶ Nemo enim noſtrum ſibiipſi viuit: & nemo ſibiipſi moritur. ſiue enim vi-
uimus: domino viuimus. ſiue morimur: domino morimur. ſiue igitur viuimus/ ſiue mo-
rimur: domini ſumus. Ad hoc enim Chriſtus & mortuus fuit & reſurrexit & vixit: vt &
mortuorū & viuentium dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut tu quid
ſpernis fratrem tuū/ Omnes etenim aſtabimus tribunali CHRISTI. Sicut ſcriptū eſt.
Viuo ego dicit dominus: quia michi curuabitur omne genu/ & omnis lingua cōfite-
bitur deo. Igitur vnuſquiſq; noſtrum pro ſeipſo rationem dabit deo. Nō ergo amplius
nos mutuo iudicemus. ¶ Hoc oraculū viuo ego dicit dominus: ex Eſaia cap. 45 de-
ſumptū eſt. vbi nūc ſic legitur. in memetipſo iuraui: egredietur de ore meo iuſtitię ver-
bum/ & nō reuertetur. quia michi curuabitur omne genu/ & iurabit omnis lingua. Cū
igitur quiſq; pro ſe rationē redditur9 ſit/ & nō pro fratre: quid igitur iudicas fratrē/ quid
contemnis quaſi iam iudicatū & dānatum/ qui te etiā ipſum iudicare nō debes/ Sed ſi
ſtas: non tuæ virtuti hoc tribue/ ſed gratiæ dei & miſericordiæ quæ te ſuſtinet. ſi ceci-
diſti: conari debes vt reſurgas/ & vt dei fortitudo tuā ſuſtentet debilitatē/ & bonitas
tuam eneruet malitiā/ & miſericordia ſupplici & humiliato remittat offēſam. Ergo ſi-
ue in cibo/ ſiue in potu/ ſiue in veſtitu/ ſiue in ſermone/ & quouis alio: ſtudeamus eſſe
ædificationi fratri. Cū fortibus: eſto fortis. cum infirmis: ſi magis iuuas abſtinētia/ ab-
ſtine. ſi magis eſu/ vt ipſi tuo exēplo firmiori ſint fide: ede. Si enim viderē quenq̄ cum
formidine (ne peccaret) vti carnibus vel ſuillis/ vel alijs/ & ſcirem me illū iuuare poſſe
edendo infirmiāq; amouere cōſcientiā/ & incolumē inſerere fidē: protinus ipſo ſpectāte
ederem/ etſi nō eſſet michi illius eſus cōſuetudo. At ſi ſcirē illū meo eſu magis ledi: cō-
120 tinuo abſtinerē. Sic ne etiam facimus ante illos qui ægrotāt corpore/ Qd & docet Pau-
lus faciendū: dicēs. ¶ Sed hoc iudicate potius: vt nō ponatis offendiculū fratri/ aut ſcā-
dalum. Scio & pro cōperto habeo in dño IHESV: q; nichil cōmune per ipſum/ niſi qui

reputat commune esse/ illi commune est. ℂCommune immũdum. Quęcũq; fecit deus:
munda sunt in genere suo/ & benedictione eius sanctificata. verum alia comparatio-
ne aliorum: vt imunda. vt cibus purior: mundus. impurior: imundus. & puriores: no-
bis salubriores. impuriores: insalubres. Populo Israel qui electus erat/ vt esset domino
populus sanctus: puriores & salubriores erant permissi/ impuriores autem & insalubres
vt ab eis abstinerent/ dicti sunt cõmunes & immũdi. non ꝙ qui his vtitur peccet: sed vt
ipsi essent et puriores & saniores. Et si Iudæi intellexissent hæc non eis ita esse prohi-
bita/ vt hæc non mœchaberis/ non occides/ non furtum facies quæ qui transgrediun-
tur peccant animoq; delinquunt/ sed tantum vt icolumiores essẽt & corpore puriores/
non autem ꝙ qui vtitur peccet/ animoq; delinquat & peccator constituatur: non vsq;
adeo scrupulose hæsissent/ & adhuc hærerent obseruantiæ ciborũ/ neq; immundos dũ
cerent. tanq̃ qui eis vtantur: immũdi fiant/ & peccatores. Nam a Christo domino Pau
lus habuit: nichil per ipsum sic esse immundum/ sed per eum qui male credit. Nam qui
existimat sic esse immũdum: imundum ei est. & vtens peccat propter synidesin/ & erran
tem quidem synidesin id est conscientiam. peride ac si sanum cibũ comederis/ ilico for
tem opinionem habens ꝙ fuerit toxicum: & ille corpori tuo nocebit. sic & male cre-
denti & existimanti: cibi illi nocent animæ. Immo ꝙ apostoli in primitiua ecclesia mã-
dauerunt vt gentes abstinerent ab idolothytis/ sanguine/ & suffocatis: non ideo mãda
uerunt vt qui vterentur peccarent/ essentq; protinus peccatores/ sed ne illusionibus dæ
monũ paterent. Quod & cõtra Celsum testatur Origenes. Hæc enĩ afficiunt corpus &
humores/ vt dæmoni (si deus permittit) apta sint instrumẽta ad illusiões patiẽdas/ vt &
ea patiantur quæ energumini/ id est a spiritu immũdo agitati. Quare & his tẽporibus
ab huiusmodi cibis abstinere/ malum nõ est. nõ ꝙ qui non abstinet: peccet. sed ne cor-
pus male afficiatur/ & in graues incidat necessitates. Immo etiam & a cibis abstinere:
quos sacræ literæ impuros denunciant/ non iudaica superstitione/ qui credunt vti/ esse
peccatum: sed quia sunt ĩpuriores & ĩsalubriores. Quid michi cum limosa anguilla?
Quid cum lubrico fistuloso? Quid cum lepore: maniæ apto? Quid cũ porco apto lepræ?
Quid michi porcę sumen: & vniuersa Apitij coquina/ sanitatis & puritatis expultrix/ &
solum nutrix intemperantiæ? Salubres & necessarios cibos omnes amplectamur: insa-
lubres autem/ & non necessarios reijciamus libenter si possumus/ etsi etiam his vti/ pec
catum non sit. neq; enim vti/ neq; non vti: peccatum est/ aut iustificatio. Verum si pro-
pter cibum/ infirmo fratri tuo scandalo es & ipsum contristas: abstine ab eo. Nam ab-
stinere: peccatum nõ est. charitatem aũt violare & proximi dilectionem: peccatum est.
& contra/ si abstinens fratrem ledis/ & in eo infirmitatem generas/ infirmitatem dico
121 vt id credat esse peccatum quod non est peccatum: non abstine. Nam nõ abstinere: pec
catum non est. fratrem autem ledere/ & in errorem inducere: peccatũ est. Quapropter
subinfert Paulus. ℂSi autem propter cibum/ frater tuus contristatur: nõ amplius secũ-
dum dilectionem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo CHRISTVS mortẽ
obijt. Non igitur infametur bonum vestrum. non enim est regnum dei esca & potus:
sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. qui enĩ in his seruit CHRISTO: gratus
est deo/ & probatus hominibus. Igitur quæ pacis sunt: prosequamur/ & quæ mutuæ sũt
ædificationis. Noli destruere propter cibum opus dei. omnia quidem sunt munda/ sed
malum est homini/ qui per offendiculum manducat. ℂSunt qui abstinent a cibis & po
tibus: & in his quoq; magnum bonum esse putant. Verũ neq; in cibo/ neq; in potu/ neq;
in abstinentijs eorum consistit regnũ dei: sed in iustitia et pace & gaudio in spiritu sã-
cto. At sunt qui vouerunt carnium abstinentiam. Esto. se voto astrinxerunt/ & viculum
sibi iniecerunt: quod forte deus non poscebat. iccirco abstineant. at non in hoc ꝙ absti
nent: magnum bonum est/ sed in hoc ꝙ iustitiã seruant. Et si carnes ederent: nõ in hoc
peccarent ꝙ carnes ederent/ sed in hoc ꝙ votum frangerent/ et iustitiã violarent. iustũ
enim est quod deo votum est: reddere. et non reddere: iniustum. cum iustitia: pax ani-
mi est/ et gaudium in spiritu. contra/ cum iiustitia: inquietudo animi/ et tristitia in spiri-
tu. Similiter si ordinatio sancta certis temporibus ab aliquibus abstinendũ mãdat: ab-
stinendum est. Nam sanctis iussionibus parere iustitia est: et nõ parere iiustitia. Sic igi-
tur non in his consistit/ regnum dei: sed in iustitia quæ illis plerũq; annexa est. Sed di-
ces carnium vsus et vini/ carnem inflammat ad concupiscentias et libidines: quas etiã
ratione frenare difficile est. et etiam in vsu talium: plerũq; male ędificatur frater. Hac
122 de causa bonum est et ab illis abstinere: tametsi et illis vti de se malum non sit. Quod
et subiungit Paulus/ dicens. ℂBonum est non manducare carnem/ et non bibere vi-
num: neq; id in quo frater tuus offendit/ aut scandalizatur/ aut infirmatur. Tu fidẽ ha-

bes apud te ipsum: habe & coram deo. Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. qui autem discernit: si comederit condemnatus est. quia non ex fide. omne autem quod non ex fide: peccatū est. ¶ Non satis est q̄ aliquis apud seipsum habeat certam fidē: sed & āte deum habere oportet in dilectione & saluatione proximi. quēadmodum scriptū est. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videāt opera vestra bona/ & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et cū aliquid facis / siue bibis/ siue comedis/ siue quicq̄ aliud probas/ id est facere aut omittere tētas: beatum te dicit apostolus si ex plenitudine fidei te non iudicas male agere / aut non dubitas/ aut hæres peccare ī eo ipso quod tentas. Si autem iudicas te male agere & peccare: vt verbi causa si iudicas te peccare/ si ex aliquo cibo manducas/ & nichilominus manducas / peccas & condemnatus es vt peccati obnoxius. quia non ex sana fide. aut si ex fide: ex fide erronea est. Atqui omne quod hoc pacto ex sana fide non est: peccatum est. Verum cum quis ex infirmitate fidei & debili cognitione/ hæret & dubitat an quippiam facere sit peccatum/ & non dubitat omittere nō esse peccatum: ad idipsum quod certum est se committere debet/ & fugere incertum. Ideo tunc omittere debet & non operari. Et contra si omittere dubitat esse peccatum sed facere nequaq̄ dubitat/ sed cognoscit esse bonum: tunc facere debet/ & nequaq̄ omittere. Raro autem euenit vt vtrumq; / facere & omittere: dubium hoc pacto sit. quod si accideret: adhibito alterius in fide magis illuminati consilio / aut illi faciendum est/ aut omittendum. Etiam si discernis quod facere tentas scādalo proximo tuo esse & nichilominus facis: te ipsum iudicas in eo quod tentas/ & peccas. quia non ex fide operaris/ sed contra fidem. Si cibum tentas quem scis concupiscentiam libidinis accendere/ quam refrenare non soles/ si potum quem scis in ebrietatem te missurum: iudicas te in eo quod tentas & discernis/ & peccas. & ex fide quam in omnibus vt ducem et exemplar habere debes non operaris. omne autem tale: peccatum est. At nūc

A ad examinationem.

116 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Infirmum autem in fide assumite. ¶ Satis est dicere: infirmum autem fide. Et illud assumite: designat assumite in tutelam/ adiuuate. Paulus. τὸν μὲν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε. ¶ Vulgata æditio. Alius enim credit manducare se omnia. ¶ Potius hic quidē credit: vt mos est in partitionibus loqui. Et se/ superfluū est. Et hæc particula credit māducare omnia: ad consuetudinem Romanæ locutionis accommodatius dicendum est/ credit manducanda omnia. Paulus. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα. ¶ Vulgata æditio. Qui autē infirmus est: olus manducet. ¶ Non præcipit aut imperat Paulus: sed p̄ indicatiuum dicit manducat. & pluratiue olera. Paulus. ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. Iudæi enim nonnulli qui ad Christianismum venerant / & Rhomæ erant: multum circa cibos scrupulosi erant / & fide infirmi. & sua infirmitate: aliquos etiam ex gētibus Christianos/ circa cibos infirmos faciebant. vt qui minus fidem Christi & scripturarum sensum capiebant. Quos & hic Paulus in tutelā suscipiēdos dicit. scrupulosi enī

A & timoratæ conscientiæ: adiuuandi sunt et si fieri potest sanādi. sanarentur enim: si ve

118 tam scripturarum saperent intelligentiam. ¶ Vulgata æditio. Nam alius iudicat diem inter diē: alius autē iudicat omnē diē. ¶ Quia hic partitio est: dici potest vt dictū ē. Hic quidē iudicat diē iter diē/ siue preter diē: ille vero iudicat oēm diē. Paulus. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. ¶ Vulgata æditio. Vnusquisq; in suo sensu abūdet. ¶ Aequæ dici potest vnusquisq; in sua mēte/ suo sēsui satisfaciat. Paulus. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. ¶ Vulgata æditio. Qui sapit diem: domino sapit. & qui manducat: domino manducat. ¶ Post particulā qui sapit diem domino sapit: deest integra consimilis particula abdicatiua scilicet/ et qui non sapit diem domino non sapit. Malunt tamen nonnulli vbi hic dicitur sapit: vertendum esse sentit. Paulus. ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ φρονεῖ, καὶ ὁ μὴ φρονῶν

B τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ. καὶ ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει καὶ εὐχαριστεῖ

119 τῷ θεῷ. ¶ Vulgata æditio. In hoc enim CHRISTVS mortuus est & resurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. ¶ Dicendum potius mortuus fuit: sicut & in apocalypsi de se dominus dicit. ego sum primus & nouissimus/ & viuus & fui mortuus: & ecce sum viuens in sæcula sæculorum. Si est viuens: quomodo mortuus est/ qui est viuens mortuus est: nullus concedet. nec quidem ij quos sophismatum phantasmata tur bāt. Et præteritio manifeste designatur in græco: ac si diceremus mortuus fuit aut mortē oppetiit: & vsq; adeo aperte/ vt in vocabulo resurrexit. Quare & vetus iterpres præteritionē & illic apertā facere debuit. Verū et post resurrexit: omissū est vocabulum vixit. Paulus. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν ἵνα καὶ νε

C κρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. ¶ Vulgata æditio. Scio et confido in domino IHESV.
120 ¶ Potius dicēdū persuadeor / siue certior factus sum in domino Ihesu. id enim πείθο-
μαι / verbum quo hic vtitur Paulus: significat. Et vetus interpres sequenti capite vertit
certus sum / vbi dicit. certus sum autem fratres mei et ego ipse de vobis. Similiter au-
tē & in secunda ad Timotheum epistola idem vocabulum vertit certus sum: vbi legi-
C mus. Scio ei cui credidi: & certus sū / quia potens est depositum meum seruare in illum
121 diem. Paulus. οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ ἰησοῦ. ¶ Vulgata æditio. Pro quo
CHRISTVS mortuus est. ¶ Dicendum (vt prius visum est) mortuus fuit. Paulus.
ὑπὲρ οὗ χριστὸς ἀπέθανεν. At dices nunc mortuus nomen est: nunc participium.
cum nomen est: non apte dicitur de Christo mortuus est. sed cum participium: nichil
forte absonum dici qui mortuus est / non nunc sed olim. Verum ais: sed illud olim me-
lius per fuit explicatur / & æquiuocū tollitur / & omnis absurda intellectio. vt & in Pau-
lo / neq; per æquiuocum / neq; absurdæ itelligentiæ phantasia continetur. Quid: q cum
latini participia illa præsentibus iungunt / vtuntur participijs pro præsentibus & cum
præteritis pro præteritis? Verū si cōtiget nos aliquādo aliter loqui: sequemur veteris
interpretis consuetudinem & iā receptā (tanq̄ idem sit mortuus est & mortuus fuit) lo
cutionem. ¶ Vulgata æditio. Nō ergo blasphemetur bonum nostrum. ¶ Dicendū bo-
num vestrum. Paulus. ὑμῶν τὸ ἀγαθόν. vestrum bonum. ¶ Vulgata æditio. Qui enī
in hoc seruit CHRISTO: placet deo. ¶ In his: dicendum / videlicet iustitia / pace & gau
dio in spiritu sancto. Paulus ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ χριστῷ εὐάρεστος
θεῷ. ¶ Vulgata æditio. Et q̄ ædificationis sūt iuicem custodiamus. ¶ Custodiamus nō
habetur in Paulo: sed solum quæ ædificationis sūt mutuæ / referturq; id in verbum pre-
D cedens sectemur siue prosequamur quod idem est. Paulus. καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς
122 τῆς εἰς ἀλλήλους. ¶ Vulgata æditio. Neq; in quo frater tuus offendit. ¶ Videtur
Paulus vsus verbo προσκόπτει pro passiuo: aut legēdū offēdit. Paulus. μηδὲ ἐν ᾧ ὁ
ἀδελφός σου προσκόπτει. ¶ Vulgata æditio. Omne autē qd nō ē ex fide: peccatū
ē. Et continuo subiungit / debemus autē nos firmiores. ¶ Verum in exemplaribus græ
cis continuo post omne autem quod non est ex fide peccatum est: subiungitur hęc laus
& gratiarum actio. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ
κήρυγμα ἰησοῦ χριστοῦ. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις
σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν & reliqua quæ sequūtur. Hoc est / potenti aūt
nos confirmare secundum euangelium meum & prædicationem IHESV CHRISTI
per reuelationem mysterij temporibus secularibus taciti / manifestati autem nunc. iu-
xta scripturas prophetarum / per imperium æterni dei / ad obedientiam fidei in om
nibus gentibus cogniti / soli sapienti deo: per IHESVM CHRISTVM ipsi gloria in sę
cula. Amē. Et hæc gratiarum actio in fine epistolæ: nescio an ab interprete / an ab alio
translata est. quā etiā & in illum locū reseruauimus ponendā: ob exemplariū latinorū
consuetudinem. Vbicūq; tamen posita sit: digna est & pietate apostoli plenissima. Et
cuius semper / seu in principio / seu in medio / siue in fine memores esse debemus. soli igi
tur sapienti deo: omnis laus & honor / gloria / & gratiarum actio ī secula. CAP. XV.

Plerique (vt dictum est) a multis abstinent: credentes esse peccatum vbi
non est peccatum. qui autem sani & validi sunt: agnoscunt non esse /
& illis vti possunt. non autem primi: q̄ diu illa infirmitate detinentur.
Nam qui diiudicat: si vtatur / se ipsū condemnat. Attamen qui sunt sa-
ni: non debent in hoc gloriari / & infirmum contemnere / aut sibi placē
do facere semper quodcūq; sibi licet / vt si scit infirmo: id nocere. Verū
si nouit vtendo prodesse posse infirmo: vtatur. si nouit etiam abstinen-
123 do ei prodesse: nō vtatur. cum neq; vti / neq; non vti peccatum sit: sed
nocere fratri & ipsum ledere peccatum. Quod & subdit Paulus dicens. ¶ Debemus au
tē nos validi infirmitates inualidorum portare: & non nobis ipsis placere. vnusquisq;
autem nostrū proximo suo placeat in bono ad ædificationē. Nā & CHRISTVS non
sibi ipsi placuit: sed sicut scriptū est improperia improperantiū tibi: ceciderūt super me.
¶ Subdit causam quare nemo debet sibi placere / id est semper libere facere quod sibi
licet absq; peccato: imitationem Christi. Nā & ipsi absq; peccato licebat: et diuitijs vti /
& paupertatis molestias fugere / improperia & conuicia quæ ei irrogabantur / & alia vni-
uersa dura quæ pro nobis sustinuit: declinare. Ego inquit pauper sum & in laboribus a
iuuentute mea. Et quod adducit beatissimus apostolus: ex psalmo 68 vbi sic nunc legi-
mus opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. & sequitur. Et operui ī ieiunio i
animam meam. & factum est in opprobrium michi. & posui vestimentum meum saccū

& factus ſum illis in parabolam. Hæc enim ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt Chri
ſtum dominum imitemur/ nobis non placentes/ ſed aliorum ſalutem meditãtes (hęc enĩ
pertulit: vt nos a mortis langoribus ſanaret) vt nobis exemplum/ conſolationem/ & ve
124 rorum bonorum ſpem veritas ſcripturarum relinqueret. Quod & hoc pacto ſubiungit
Paulus. ¶ Quæ cunq; eni præſcripta ſunt: ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt. vt per
patientiã & conſolationem ſcripturarum: ſpẽ habeamus. ¶ Huic autem rationi cur ſcri
pturæ ſunt nobis derelictę: ſubiungit vnam ſancti & pij pectoris imprecationem. quam
etiam et deus his temporibus per ſuam miſerationem in toto orbe terrarum/ faciat effi
125 cacem: & glorificent omnes vbiuis gentium vnanimiter/ vno ore deum/ id eſt patrem
domini noſtri Iheſu Chriſti. Sãcta autẽ ĩprecatio Pauli hæc eſt. ¶ Deus autem patien
tiæ & conſolationis det vobis idem ſentire adinuicem per CHRISTVM IHESVM:
vt vnanimiter/ vno ore glorificetis deũq; & patrẽ domini noſtri IHESV CHRISTI.
¶ Verum id euenire non poteſt vt omnes idem ſentiant/ & vno ore concorditer deum
glorificent: niſi ſit omnium mutua dilectio. mutua autem dilectio eſſe non poteſt: niſi
validi curam/ tutelamq; infirmorum aſſumant/ & diuites pauperum/ prudentes impru
dentium/ & ſapientes inſipientium. vt Chriſtus in omnibus: noſtrã tutelam ad dei glo
riam aſſumpſit. noſtram dico: tum Iudæorum/ tum gentium. Iudæorum quidem: oſten
dendo promiſſiones dei per circunciſionis ſignaculum veras eis fuiſſe. gentium autẽ:
126 per ſolam dei miſericordiam ad glorificandum deum vocatas eſſe. Quod etiã ſubiun
git Paulus dicens. ¶ Quapropter aſſumite vos inuicem: vt & CHRISTVS aſſumpſit
vos ad gloriam dei. Dico autem CHRISTVM IHESVM miniſtrum fuiſſe circunci
ſionis ob veritatem dei: ad confirmandas promiſſiones patrum. At gentes ob miſeri
cordiam glorificare deum: ſicut ſcriptum eſt. Propterea confitebor tibi in gentibus do
mine: & nomini tuo pſalmum dicã. Et iterum dicit. Letamini gẽtes cum plebe eius. Et
rurſus. Laudate dominum omnes gentes: & laudate eum õnes populi. Et inſuper Eſai
as dicit. Erit radix ieſſæ: & qui exurget regere gentes. in ipſo gentes ſperabunt. ¶ Hęc
127 teſtimonia deſumpta ſunt ex pſalmis 17/ & 116/ et Eſaia 11. Iterum hic pro ſolita ſua pie
tate/ bona imprecatur fidelibus: dicens. ¶ Deus autem ſpei repleat vos omni gau
dio & pace in credendo: vt vos abundetis in ſpe/ in poteſtate ſpiritus ſancti. ¶ Huic ſã
ctæ & piæ imprecationi/ fidelium Rhomanorũ commendationem adiungit: quo ipſi ex
128 laude & commendatione apoſtoli/ alacriores in fide & dilectione dei & proximi effici
antur. Laus autem Rhomanorum a beatiſſimo apoſtolo: hæc eſt. ¶ Perſuaſum autem
habeo fratres mei etiam ego ipſe de vobis: q; et ipſi pleni eſtis dilectione/ repleti omni
cognitione/ potentes & vos mutuo admonere. ¶ Et vtinã hęc laus nunc & de Rhoma
nis/ & cæteris Chriſti nomen ore confitentibus vere dici poſſet. Sed vbi dilectio extin
cta eſt: pariter extincta eſt religio. Ad tempora enim illa venimus/ de quibus & ipſe
prophetauit. In nouiſſimis enim inquit diebus: inſtabunt tempora periculoſa/ & erunt
homines ſeipſos amantes/ cupidi/ elati/ ſuperbi/ blaſphemi/ parẽtibus inobedientes/ i
grati/ ſceleſti/ ſine fœdere/ ſine pace/ calumniatores/ icontinentes/ immites/ ſine beni
gnitate/ ꝓditores/ proterui/ tumidi/ & voluptatũ amatores magiſq; dei/ habẽtes qdẽ ſpe
ciem pietatis/ poteſtatem autem eius abnegantes. Hæc pro dolor: noſtra tempora. At
deus extinctam ſcintillam: in cordibus hominum per ſuam magnam miſericordiam
cito exuſcitet/ vt appareat rediuiua fides & dilectio/ & laus apoſtoli eis debeatur/ deo
autem debitus cultus impendatur. Quid iſti terræmotus? Quid tot bella? Quid terra
rum apertiones? Quid monſtrorum & portentorum apparitiones? Quid hæ eccleſiæ
perſecutiones & flagella portendunt: niſi tandem aliquando caloris ſucceſſum poſt tã
rigentia frigora? O deus & ſpiritus ſanctus calorem mundo immittant & cito quidem
immittant: ad animas viuificandas tam neceſſarium. At quæ in ſãctis humilitas? Pau
lus enim ſpiritu ſancto plenus/ in quo Chriſtus Iheſus loquitur: ſe excuſat ad Rhoma
129 nos de ſcribendi audacia/ pariter & rationem audaciæ id eſt fiduciæ/ ſubnectens/ õnes
profecto ſuperbos ſua humilitate condemnans. Et dicit. ¶ Audacius autem ſcripſi vo
bis fratres: parti vt veſtri reminiſcens propter gratiam que data eſt michi a deo/ vt ſim
miniſter IHESV CHRISTI in gentibus/ celebrans euangelium dei/ vt ſit oblatio gẽ
tiũ bene acceptabilis. ſãctificata in ſpiritu ſãcto. Habeo profecto vnde glorier ĩ CHRI
STO IHESV in ijs/ quæ ad deũ ſunt. Non enim audebo aliquid loqui: preter ea quæ
perfecit CHRISTVS per me ad obedientiã gentiũ/ ſermone & opere in poteſtate ſi
gnorũ & prodigiorũ/ in poteſtate ſpiritus dei. Ita vt ab Hieruſalẽ/ & circũ circa ad Illy
ricum vſq; repleuerim euangelio CHRISTI. Sic certe pro honore ducens euange
lizaſſe: non vbi nominatus fuit CHRISTVS/ ne in alieno fundamento ædificarem/

sed scriptum est. Quibus non est annunciatum de ipso/ videbunt: & qui non audierunt
itelligent. ℂ Hęc est causa ob quam/ audaciam se sumpsisse dicit apostolus: scripsisse ad
Rhomanos. Et gloriatur: non de se/ sed de gratia Christi & virtute spiritus. quæ tot &
tanta operata sunt per ipsum: omnia loca ab Hierosolymis per circuitum ad Illyricũ
vsq; replẽdo euan gelio/ & signa & prodigia faciendo/ quæ sibi non temere/ nõ arrogã-
ter attribuit: sed Christo do mino / & spiritui sancto per ipsum operãti/ ipse autẽ & Chri
sti & spiritus sancti solum fuit organum ac instrumentum/ vt fistula tibicini. Et Illyrici
ad quos vsq; euangelizauerat euangelium Christi: sũt Dalmatæ. ad quos ab Hierusalẽ
q̃ ingens & imodica sit distantia: non ignorant cosmographiæ non imperiti / & maxi-
me qui per circuitum more Pauli id itineris conficerent/ ab Hierosolymis transeundo
per Cesaream/ Sydonem/ Seleuciam/ Pieriam/ Ciliciam/ Lycaoniam/ Antiochiã/ Pan-
philiam/ Lyciam/ Cariam/ Ephesum. hinc quoq; de Asia per varia Egei maris discrimi
na in Europam trãijciẽs/ lustrans Atticam Bœotiã/ Achaiam/ Thessaliam/ Epirum/ A-
polloniam/ Macedoniam quæ iam Illyricis appropinquant/ vt quæ montibus discape-
dinantur. Verum exactius peregrinationẽ descripsit Lucas in apostolicis actis. Et ora-
culum id quibus non est annunciatum de eo videbunt: ex Esaiæ 52 desũptum est. Dein
de causam reddit Rhomanis apostolus/ eius quod in principio epistolę scripserat: sæpe
130 proposui venire ad vos/ sed hucusq; impeditus sum. negocium enim euangelij per loca
magna cũ diligẽtia seminãdi: id impedimentũ præstitit. Quod subiũgit dicens. ℂ Pro-
pter quod impeditus sum multis: ne ad vos venerim. nunc vero locum non amplius in
his regionibus habens: desyderio afficior a pluribus annis proficisci ad vos. Cum pro-
ficiscar in Hispaniam: veniam ad vos. spero enim pertranseundo videre vos: & a vo-
131 bis comitari illuc/ si vobis primum partim satiatus fuero. ℂ Quid autem nunc inten-
dat facere: vt charissimis amicis quos nichil latere velit/ aperit dicens. ℂ Nunc autem
proficiscor Hierusalem: vt ministrem sanctis. Nam placuit Macedoniæ & Achaię com-
muniõem aliquam facere in inopes sanctos: qui sunt Hierosolymæ. placuit enim eis &
debitores illorũ sunt. Nam si spiritualibus illorum participauerunt gentes: debent & i
carnalibus ministrare illis. ℂ Communio illa quam Macedonia & Achaia fecerũt: pia
quædam fuit elemosyna in communitate collecta/ quam indigentibus sanctis qui Hie-
rosolymæ erant liberaliter erogauerunt. erant enim Hierosolymis multum pauperes:
maxime posteaq̃ apostoli ex Iudæa in gentes abierunt. Nam vt scribitur in actis quot-
quot possessores agrorum fuerant/ aut domorum: attulerant precia eorum quæ vendi-
derãt/ & posuerãt ad pedes apostolorum / & distributa fuerant vnicuiq; vt cuiq; fuerat
necessarium. qui autem ex gentibus crediderunt: non in tanta paupertate relictis õni-
bus secuti sunt Christum. Ideo valde sollicitus fuit apostolus: vt sanctis qui Hierosoly-
mæ erant & in Iudæa (quorum multi Christum dominum vitæ authorem / & dominũ
gloriæ: in carne viderant) misericordia fieret/ ne fame & nuditate perirent inter alios i-
credulos/ Christi domini interfectores/ qui omni imanitate propter Christum adhuc i
eos desęuiebant. Sed quid nam post hoc tam insigne misericordiæ opus facturus esset:
132 Rhomanis etiam exemplo Macedonum & Achæorũ & sua solicitudine pietateq; in io-
pes ad consimilia misericordię opera prouocatis: insinuat dicens. ℂ Hoc itaq; cũ cõsu
mauero/ & assignauero illis fructũ hũc: per vos proficiscar ĩ Hispaniã. ℂ Sciebat ei His
paniam: ex occidua parte finem esse orbis terræ id est τῆσ οἰκουμένησ. Et ea de cau-
sa optabat in parte / per eum hoc impleri oraculum: in omnem terram exiuit sonus
eorum / & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dices. Profectus ne est aliquando
apostolus Paulus i Hispaniam? Credo equidem. Quod & Sophronius Hierosolymita-
nus patriarcha: reliquit scriptum. scribit enim: Italias/ Gallias & Hispanias transitu bea
tissimi Pauli illustratas. Qui (vt refert) cũ in domo Probi illustris cuiusdã viri in Hispa
nia hospitio susceptus fuisset/ & Xantippa vxor eiusdẽ Probi/ modestiã hospitis seduli-
us in eũ intenta admiraretur: diuina voluntate factum esse/ vt dũ sic intenta vultui pe-
grini inhæreret/ appareret ante frontẽ Pauli quasi literis aureis scriptum / Paulus apo-
stolus/ prædicator Christi. Quæ cum prænuncia fama multa de apostolo audisset/ & diu
desyderasset vultum se posse videre apostoli: gaudio pariter resoluta & stupore/ cum la-
chrymis corruit ad pedes Pauli. Edocta autẽ mysteria Christi: cũ viro & familia Chri-
sto regenita est/ regno æternæ beatitudinis adinuẽto. Sed & traditur Philotheus eius
regionis princeps: Paulo adhæsisse factus Christi confessor. O q̃ fœlices: qui cum æter-
no: regnum permutant terrenum. Sed & Paulus ex spiritu sancto sciebat in abundãtia
benedictionis annũciationis Christi se venturum ad Rhomanos: dum modo liberare-
tur a Iudæis/ Christi & apostolorũ & discipulorũ persecutoribus. Ideo & hoc eis signi-

ficat : pariter & subsidium orationum eorum implorat / ne tanto bono frustrentur. Imo
mo vt ipsi participes sint omnium bonorum quæ facturus erat / in ea oblatione quam
facturus erat sanctis: bene acceptante deo tā offerentem q̄ illam oblationem per preces
eorum / & deo gratiam largiente vt ad eos proficisceretur. Deo enim omnia tribuit : vt
133 qui est vniuersalissima omniū prouidentia. nos tamen ad illā suscipiendam : q̄ maxime
possumus disponere debemus. Qđ ex ijs itelligimus / q̄ subdit Paulus: hoc pacto. ¶ Scio
autem ꝙ cū veniam ad vos: in plenitudine benedictionis euāgelij CHRISTI veniā.
Obsecro autem vos fratres per dominum nostrum IHESVM CHRISTVM / & per di-
lectionem spiritus: vt concertetis mecum in orationibus ad deum pro me / vt liberer ab
infidelibus qui sunt in Iudæa / & vt ministeriū meum in Hierusalem bene acceptabile
sit sanctis. vt tandem in gaudio veniam ad vos per voluntatem dei : & vobiscum re-
quiescam. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. ¶ Quid enī maius impre-
cari possit beatissimus apostolus Rhomanis: nisi vt cum eis sit omne bonum / cum qui-
bus profecto deus est: omne bonum procul dubio cum eis est. Qui et nobiscum dignes-
tur adesse: & nobis eam largiri gratiā / vt eum possimus in æterna sæcula cum omnibus
sanctis perenniter & sine fine laudare / honorare / glorificare. Amen. At nunc ad exa-
minationem properandum.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Debemus autē nos
123 firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. ¶ Non firmiores & infirmorum : sed po
tius validi & inualidorum in Paulo habetur. Paulus. ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνα-
τοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν. ¶ Vulgata æditio. Vnusquisq; ve
strum proximo suo placeat. ¶ Dicendum vnusquisq; autem nostrum per primam perso-
nam. Nam et Paulus sic habet. & rectior sermo: cum prius dixisset / debemus autē nos
A Et suo superfluit. Paulus. ἕκαστος δὲ ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω. ¶ Vulgata
124 æditio. ¶ Quæcūq; enim scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt. ¶ Potius p̄-
B scripta sunt / siue ante scripta sunt. Paulus. ὅσα γὰρ προεγράφη εἰς τὴν ἡμετέραν
125 διδασκαλίαν προεγράφη. ¶ Vulgata æditio. Deus autem patiētiæ & solacij det
vobis id ipsum sapere in alterutrum. ¶ Quod vetus interpres hic vertit solacij: idē vo-
cabulum paulo ante consolationem verterat. Quid igitur cum Paulus eodē vocabulo
vtatur: variatur interpretatio / Et quod subiunxit det vobis id ipsū sapere in alterutrū:
potius dicendū fuerat det vobis idem sētire adinuicem. Paulus. ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπο-
μονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δώη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις.
¶ Vulgata æditio. Vt vnanimes vno ore honorificetis deū & patrē domini nostri IHE
SV CHRISTI. ¶ Vnanimiter potius dicendum & glorificetis. Et cū dicimus & patrē
domini nostri: & / expositiue tenetur / ac si diceremus id ē patrē domini nostri Ihesu Chri
sti. Paulus. ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ
κυρίου ὑμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. Et quod græce dicitur in vno ore: sermo latinus vsita-
B tior est absq; præpositione. ¶ Vulgata æditio. Propter quod suscipite inuicem: sicut &
126 CHRISTVS suscepit vos in honorem dei. ¶ Suscipite & suscepit idem est vocabulū:
quod prius vetus interpres in præcedente capite assumite & assūpsit transtulit. quod &
tutelā assumere / & adiuuare significare diximus. Et i gloriam dei potius q̄ in honorē:
dicēdū. Paulus. διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους καθὼς καὶ ὁ χριστὸς προσ-
ελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Propter veritatem dei ad con-
firmandas promissiones patrū. gētes autem super misericordiā honorare deū. ¶ Quod
vetus interpres hic dicit super / prius vertit propter: cum dixit propter veritatem. Quare
prestat vtrobiq; dicendum: pro / aut ob. Et quod vertit honorare / potius dicendum fue-
rat glorificare: & refertur ad verbum dico. ac si resumpsisset Paulus: dico gentes ob mi
sericordiam glorificare deum. Quod si dicimus pro misericordia: idipsum idem vult.
Paulus. ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πα-
C τέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν. ¶ Vulgata æditio. Et nomini
126 tuo cātabo. ¶ Potius psallā / siue psalmū dicam. Paulus. καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.
¶ Vulgata æditio. Vt abundetis in spe & in virtute spiritus sancti. ¶ Particula copula-
127 tiua & / superfluit. Paulus. εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει
128 πνεύματος ἁγίου. ¶ Vulgata æditio. Repleti omni scientia: ita vt possitis alterutrum
monere. ¶ Rectius inuicē / vel vobis mutuo. Paulus. πεπληρωμένοι πάσης γνώ-
D σεως δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν. ¶ Vulgata æditio. Vt sim minister
129 CHRISTI IHESV in gentibus / sanctificans euangelium dei. ¶ Paulus Ihesu Chri-
sti dicit: & celebrans / seu celebre solenneq; faciens potius q̄ sanctificans. Paulus. εἰς
τὸ εἶναί με λειτουργὸν ἰησοῦ χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέ-

λίον τοῦ θεοῦ. significat enim ἱερουργέω solennizare & sacra celebrare. ¶ Vulgata
æditio. Vt fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. ¶ Particula co-
pulatiua &/ supfluit. Paulus. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος
ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ¶ Vulgata æditio. Habeo igitur gloriam in CHRI-
STO IHESV ad deum. ¶ Si sermo latinus pateretur: dicēdum potius esset habeo igi-
tur gloriationem in Christo Ihesu/ in ijs qui ad deum. Nam doxa/ gloria interpretatur:
& cauchesis potius gloriatio. Paul9. ἔχω οὖν καύχησιν ἐν χριστῷ ἰησοῦ τὰ πρὸς
τὸν θεόν. quasi diceremus εἰς τὰ πρὸς τὸν θεόν. ¶ Vulgata æditio. Non eni audeo.
¶ Dicēdū p futurū: audebo. Paulus. τολμήσω. ¶ Vulgata æditio. Verbo & factis & ī
virtute signorum/ in virtute spiritus sancti. ¶ Dicēdū potius verbo & opere in virtu-
te signorum sine particula copulatiua. Et spiritus dei: non spiritus sancti. Paulus. λό-
γῳ καὶ ἔργῳ ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ.
¶ Vulgata æditio. Ita vt ab Hierusalem per circuitum vsq; in Illyricum repleuerī euan
gelium CHRISTI. ¶ Videtur aptius sermoni latino: vt per ablatiuum trāsferatur euā
gelio. perinde ac si diceremus ab Hierusalem per circuitum ad Illyricū vsq;/ loca reple
E uerim euangelio Christi. Quod enim accommodare in vna lingua dicitur: plerumq; in
529 alia/ pro sermonis proprietate obseruari non potest. ¶ Vulgata æditio. Sic autem præ-
dicaui euangeliū hoc/ non vbi CHRISTVS nominatus est. ¶ Non habet Paulus p̄di
caui: sed potius se fuisse illius honoris cupidum vt prædicaret & annunciaret Christum
vbi auditus nō fuerat. & hæc ambitio & honoris cupiditas: optima. Et vtinam hac no
stra tempestate multos tales reperire liceret ambientes & (vt sic dicam) honorem affe
ctātes quod nichil aliud ē q̄ pro honore ducere. sic eni ī bonam partem φιλοτιμού-
μενον accepit. Paulus. οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίσασθαι, οὐχ ὅ-
που ὠνομάσθη χριστός. ¶ Vulgata æditio. Et qui non audierunt: de eo intelligent.
130 ¶ De eo: hoc loco superfluum est. Paulus. καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.
E ¶ Vulgata æditio. Propter quod impediebar plurimum venire ad vos/ & prohibitus
sum vsq; modo. ¶ Dicendum potius: multis vel circa multa. & id totum prohibitus
F vsq; modo: in græco nunc in fidelioribus etiam exemplaribus non habetur. Paulus.
130 διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ¶ Nūc vero vlterius
locum non habens in his regionibus. ¶ Intellige ac si dicamus/ nunc vero opus nego-
ciūue nō habens in his regionibus. modus enim ille loquēdi: erat Paulo & tempestati
illi accōmodatus. ¶ Vulgata æditio. Cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex
multis iam præcedentibus annis: cum in Hispaniam proficisci cœpero. ¶ Ex Paulo so
lum habemus a multis ānis. q̄ si/ vel cum proficiscar in Hispaniam. & ὡς ἄν siue vt
aliqua exemplaria habēt ὡς ἐάν vti videretur pro ὅταν siue ὅτε ἄν quod designat
quando/ siue quandocūq;. Q2 autem vtitur præsenti indicante πορεύομαι: sermo la-
tinus magis admittit præsens subiunctiui. Non q̄ sermo apostoli non lōge pulchrior &
eminentior sit. ¶ Vulgata æditio. Spero q̄ præteriens videam vos: & a vobis deducar
illuc. ¶ Ex paulo: q̄/ non habetur. sed spero enim pertransiens visurum esse vos. Mos
tamen latinorum est magis conuertere participium in secundum gerundiuum. & futu-
rorum infinitiui: rarus est visus. Et illud deduci quod Paulus dicit προπεμφθῆναι, ho
norifice comitari & præmitti significat. Paulus. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος
θεάσασθαι ὑμᾶς καὶ ἀφ᾽ ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ. ¶ Vulgata æditio. Si vobis
primum fruitus fuero: nunc autem proficiscar in Hierusalem. ¶ Dicendū potius. Si vo
bis primum impletus siue saciatus fuero: & proficiscor præsenti idicante. Paulus. ἐὰν
F ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς ἱερουσαλήμ.
131 ¶ Vulgata æditio. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam fa-
cere. ¶ Dicendum potius placuit eni Macedoniæ & Achaiæ. est enim idem vocabulum
quod statim resumit vetus īterpres & vertit placuit. cum dicit. Placuit enim & debito-
res eorum sunt. Et quod vertit collationem: potius habet communionem. Paulus.
εὐδόκησαν γὰρ μακεδονία καὶ ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. ¶ Vul-
gata æditio. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles. ¶ Potius factæ
F sunt gentes. Paulus. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη.
133 ¶ Vulgata æditio. In abundantia benedictionis CHRISTI veniam. ¶ Legendum
in abundantia/ siue potius plenitudine benedictionis euangelij Christi veniam. deest
G enim euangelij. Paulus. ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ χρι-
133 στοῦ ἐλεύσομαι. ¶ Vulgata æditio. Per charitatem sancti spiritus: vt adiuuetis me in
orationibus vestris pro me ad deum: ¶ Sancti & vestris ī Paulo nō habentur. Et illud
adiuuetis: significat adiuuetis in pugna/ certetis mecū cōtra infideles Iudæos/ in ora-

tionibus pro me ad deum. Paulus. Διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, συναγω-
νίσασθαί μοι, ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν. ¶Vulgata ædi-
tio. Et obsequij mei oblatio accepta fiat. ¶Paulus sic habet. & vt ministerium meum in
Hierusalē bene acceptabile sit/ siue fiat. Paulus. καὶ ἵνα ἡ διακονία μου εἰς ἱερουσα-
λὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται. ¶Vulgata æditio. Vt refrigerer vobiscum. Paulus
habet & requiescam / id est refocillabor vobiscum. Paulus. καὶ συναναπαύσωμαι
ὑμῖν.

CAP. XVI.

IN hac parte apostolus 20 sanctos viros ex nomine salutat/ & 8 mu-
lieres: qui omnes Rhomæ erant longo tempore ante ipsum/ Christū
ānūciantes & ad veræ pietatis cultum/ Rhomanum populum formā
tes. Viri sunt Acylas/ Epænetus/ Andronicus/ Iunias/ Amplias/ Vrba
nus/ Stachys/ Apelles/ Aristobolus/ Erodion/ Narcissus/ Rufus/ Asyn
critus/ Phlegon/ Hermas/ Patrobas/ Hermes/ Philologus/ Iulias/ Ne
reus. Mulieres: Prisca/ siue vt nōnulli codices habent Priscilla que &
vxor erat Acylæ/ Maria/ Tryphęna/ Tryphosa/ Persis/ Olympa/ Ma
ter Rufi/ Et soror Nerei. Verū anteq̄ salutet: cōmēdat Pheben fidelē mulierē/ tabellariā
suarum literarum e Coritho/ & ministram ecclesiæ Christi/ quę erat in portu Corinthi.
134 Cenchreas enim portum in Corintho fuisse volūt. Atq; apostolus officia charitatis nū-
q̄ omittens/ & ad ita faciendum suo exemplo nos instruens: ita dicit. ¶Commendo au
tem vobis Pheben sororem nostrā/ quæ est ministra ecclesiæ quæ est in Cenchreis: vt eā
suscipiatis in domino pro dignitate sanctorum/ & assistatis ei quacunq; in re vobis indi
guerit. Nam & ipsa multis astitit: etiam michi ipsi. ¶Post hanc autē officiosam fidelis
& obsequiosę i seruos Christi mulieris cōmēdationē: quæ sua erat humanitas/ nō simu-
lata/ non persūctoria sed vera eos/ ex corde saluere iubet/ quos Christi cognoscit amo-
135 re feruentes. vt & Rhomani cognoscant quos audire debeant: & quibus se tuto in fide
committere/ dicens. ¶Salutate Priscā & Achylam cooperatores meos in CHRISTO
IHESV (qui pro anima mea/ ceruices suas supposuerunt: quibus nō ego solus gratias
ago/ sed & cunctæ ecclesiæ gentium) & domesticam eorum ecclesiam. Salutate Epæ-
netum dilectū meum: qui est primitiæ Achaiæ i CHRISTO. Salutate Mariā: quæ mul
ta laborauit erga nos. Salutate Andronicū & Iuniam congeneos meos & concaptiuos
meos: q sunt isignes in apostolis & qui āte me fuerūt i CHRISTO. Salutate Ampliā
dilectum meum in domino. Salutate Vrbanum cooperatorē nostrum in CHRISTO
& Stachyn dilectū meum. Salutate Apellen probum in CHRISTO. Salutate eos qui
sunt ex Aristoboli domo. Salutate Erodionē congeneum meum. Salutate eos qui sūt
de familia Narcissi/ credentes in domino. Salutate Tryphænam & Tryphosam: quę la
borant in domino. Salutate Persidem dilectam: quæ multum laborauit in domino. Sa
lutate Rufum electum in domino: & matrem eius & meam. Salutate Asyncritū/ Phle-
gontē/ Herman/ Patrobā & Hermē: atq; eos qui cū ipsis sunt fratres. Salutate Philo-
logum/ & Iuliam/ Nereum & sororem eius/ & Olympam: & qui cum eis sūt/ sāctos om-
nes. Salutate vos inuicē in osculo sancto. Salutant vos ecclesiæ CHRISTI. ¶Hæc est
sancta salutatio Pauli: quam mandat Rhomanis. Nunc autem eos hortatur: vt sūmo-
pere caueant ab ijs/ qui diuisiones & offendicula inducunt præter doctrinam/ quam de
Christo audierant/ & per blandiloquentiam & benedictionem seducebant corda simpli
cium. hoc quidem ad questum et pro resarciendo ventre: facientes. Videant ne hac tē
pestate nonnulli fortasse sint: stultam pietatem populo/ præter Christi doctrinam in-
ducētes. Quid michi quadragesimas nonas ieiunare: & legitimam soluere? Quid ora-
tiunculis fidere: quorum author incertus est/ & apostolicas obseruationes omittere?
Quid in cucullo mori: cum in sęculari habitu/ toto vitæ tuę vixeris tempore? Hæc & si-
milia/ doctrina Christi non mandat: quæ docet gratiam dei & misericordiam attendē-
dam ad salutem/ non autem quæuis alia/ quæ fortasse magis superstitiosa sūt q̄ religio-
sa. Et q̄uis illa simpliciter facere nichil malum esset: ad illos tamen fines & tali credu-
litate/ forsan malum & superstitiosū est. Hæreamus igitur soli Christo & doctrinæ apo-
136 stolicæ. Nam illa & sufficit: & prima ac præcipua est ad salutem. Hortatur igitur Rho-
manos & in Rhomanis nos ipsos Paulus: hoc pacto. ¶Obsecro autē vos fratres: vt a-
nimaduertatis eos qui diuisiones & scandala præter doctrinam quam vos didicistis fa
ciunt/ & declinetis ab eis. Nā tales: domino nostro CHRISTO non seruiunt: sed suo vē
tri. & per blandiloquium & benedictionem: fallunt corda simplicium. Obediētia enim
vestra in omnes peruenit: vnde vobis congratulor. Verum volo vos sapientes esse ad
bonum: simplices autē ad malum. Deus autē pacis conteret sathanam sub pedibus ve-

ftris velociter. Gratia domini nostri IHESV CHRISTI vobiscū. ℭ Hac exhortatio-
ne de non recipienda aliena doctrina per blandū sermonem/ promissionē/ benedictio-
137 nem/ posita: redit ad salutationes/ maxime eorum qui cum eo Corinthi erant/ qui ver-
bis Pauli Rhomanos salutabant. Salutat igitur Rhomanos verbis eorū dicens. ℭ Sa-
lutat vos Timotheus cooperator meus/ & Lucius/ & Iason/ & Sosipater cōgenei mei.
Saluto vos ego tertius: qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Gaius hospes
meus/ & totius ecclesiæ. Salutat vos Erastus procurator ciuitatis/ & quart⁹ frater. Gra-
tia domini nostri IHESV CHRISTI cum omnibus vobis. Amen. ℭ Et hæc secundū
exemplaria græca conclusio epistolæ Pauli atqꝫ finis. Verum in exemplaribus latinis
138 finit in hac ad deum gratiarum actione/ quam diximus in codicibus græcis haberi in
fine cap. 14. Quæ est huiusmodi in codicibus latinis. ℭ Ei autē qui potēs est vos cōfir-
mare iuxta euangelium meū & prædicationem IHESV CHRISTI/ secundum reue-
lationem mysterij temporibus æternis taciti (quod nūc patefactum est per scripturas
prophetarum secundum præceptum æterni dei ad obedientiam fidei) in cunctis gen-
tibus cogniti: soli sapienti deo per IHESVM CHRISTVM/ cui honor & gloria in
sæcula sæculorum. Amen. Nunc ad examinationem.
A ℭ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ℭ Vulgata æditio. Ecclesiæ quæ est
135 Cenchris: vt eam suscipiatis in domino digne sanctis. ℭ In Paulo in Cenchreis. Et id
digne: dicendum potius est merito sanctorum siue/ pro dignitate sanctorum/ quorum
scilicet Phœbe erat ministra. Paulus. τῆσ ἐκκλησίασ τῆσ ἐν κεγχρεαῖσ, ἵνα αὐ-
τὴν προσδέξησθε ἐν κυρίω ἀξίωσ τῶν ἁγίων. ℭ Vulgata æditio. Salutate
Priscam & Aquilam. ℭ Legendum potius ex Paulo. Acylam per y psilon. Nostri ta-
men passim solent hoc nomen scribere Aquilam. Paulus. ἀσπάσασθε πρίσκαν καὶ
ἀκύλαν. ℭ Vulgata æditio. Salutate Ephenetum dilectum michi qui est primitiuus
Asiæ in CHRISTO IHESV. ℭ Ex Paulo Epænetum. & qui est primitiæ Achaiæ nō
Asiæ/ id est qui primus credidit & acquisitus est Christo in Achaia. Et Ihesu in Paulo
non habetur: sed solum in Christo. Paulus. ἀσπάσασθε ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν
μου, ὅσ ἐστιν ἀπαρχὴ τῆσ ἀχαίασ εἰσ χριστόν. ℭ Vulgata æditio. Salutate
Mariam quæ multum laborauit in vobis. ℭ Dicendum prima persona in nobis/ siue er-
ga nos. Paulus. ἀσπάσασθε μαριὰμ, ἥτισ πολλὰ ἐκοπίασεν εἰσ ἡμᾶσ.
ℭ Vulgata æditio. Salutate Andronicum & Iuliam. ℭ Hic græce habetur Iuniam. Et
qꝫ ipse dicit cognatos Paulus habet συγγένεισ id est congeneos/ siue sui generis/ qꝫ
scilicet iudæi essent. Paulus. ἀσπάσασθε ἀνδρόνικον καὶ ἰουνίαν. ℭ Vulgata ædi-
B tio. Salutate Ampliatum dilectissimū michi in domino. ℭ Legendum Ampliam dile-
135 ctū meū in domio. Paulus. ἀσπάσασθε ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίω.
ℭ Vulgata æditio. Salutate Vrbanum adiutorē nostrū in CHRISTO IHESV & Sta-
chyn dilectū meū. ℭ Solū in Christo habeť in Paulo. Et Stachyn scribitur per y psilō.
Paulus. ἀσπάσασθε οὐρβανὸν τὸν συνεργόν μου ἐν χριστῷ καὶ στάχυν τὸν ἀγα-
πητόν μου. ℭ Vulgata æditio. Salutate eos qui sūt ex Aristoboli domo. ℭ Domo: ex-
presse nō habetur. sed intelligentia Pauli requirit. qui ferme habet salutate eos qui ex
ijs sunt qui Aristobuli/ siue Aristoboli. vtrūqꝫ dicere solent. Paulus. ἀσπάσασθε τοὺσ
ἐκ τῶν ἀριστοβούλου. ℭ Vulgata æditio. Salutate eos qui sūt ex Narcisci domo/ qui
sunt in domino. ℭ Vt prius ad intelligētiam expressit domo. Et Narcissi duplo ss scribi
debet non per sc. Et particula qui sunt in domino: perinde est ac credentes in domino.
Paulus. ἀσπάσασθε τοὺσ ἐκ τῶν ναρκίσσου, τοὺσ ὄντασ ἐν κυρίω. ℭ Vulga-
ta æditio. Salutate Persidam charissimā. ℭ Magis dicendū persida siue persidem dile-
ctam per e/ et tertia semper inflectione seruata. Paulus. ἀσπάσασθε περσίδα τὴν
ἀγαπητήν. ℭ Vulgata æditio. Salutate Asincretum/ Phlegontā/ Hermen/ Patrobā/
Hermā. ℭ Legendū Asyncritum secūda syllaba per y psilon. Tertia per c exile & i lati-
num. & Phlegonta/ siue Phlegontē/ per e/ nō per a Phlegontā/ vt tertiæ noscatur infle-
ctionis. Et primo loco Hermā per a & secūdo loco Hermen per e. Paul⁹. ἀσπάσασθε
ἀσύγκριτον, φλέγοντα, ἑρμᾶν, πατρόβαν, ἑρμῆν. ℭ Vulgata æditio. Et soro-
rem eius & Olimpiadem. ℭ Legendum Olympam per y psilon. Paulus. καὶ ἀδελ-
C φὴν αὐτοῦ καὶ ὀλυμπᾶν. ℭ Vulgata æditio. Et per dulces sermones & benedictio-
136 nes seducūt corda innocentiū. ℭ Paulus per singularia loquitur. Paulus. καὶ διὰ τῆσ
χρηστολογίασ καὶ εὐλογίασ ἐξαπατῶσι τὰσ καρδίασ τῶν ἀκάκων. ℭ Vulga-
ta æditio. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. ℭ In omnes: potius q̃ in
omni loco. Paulus. ἡ γὰρ ἡμῶν ὑπακοὴ εἰσ πάντασ ἀφίκετο. ℭ Vulgata æditio

Deus autem pacis conterat sathanã sub pedibus vestris velociter. ℂLegendũ cõteret
per futurum indicantis. non optat/ sed asserit & prænunciat: vt qui prophetiæ donum
vt & alia quoq; spiritus sancti charismata adeptus fuerat. Paulus. ὁ δὲ θεὸσ τῆσ
D ἐιρήνησ συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τουσ πόδασ ὑμῶν ἐν τάχει. ℂSa-
137 luto vos ego tertius. ℂTertius vocabulum est Rhomanum: quod Paulus Rhomanis
scribens inseruit græcis vocabulis. Tertius ergo: id est tertio loco. primum locum de-
dit Timotheo. secundum consanguineis suis Lucio/ Iasoni/ & Sosipatro. tertium sibi.
Verum quia Tertius peregrina lingua est hellenibus: græci vt proprium nomen scri-
bunt/ locum istum non facile habentes peruium. Paulus. ἀσπάζομαι ὑμᾶσ ἐγὼ
τέρτιοσ. ℂVulgata æditio. Salutãt vos Caius hospes meus/ & vniuersæ ecclesiæ.
ℂIn Paulo Gaius per G scribitur & vniuersæ ecclesiæ genitiuus est singularis. vt in-
telligatur hospes meus & hospes vniuersæ ecclesiæ. Paulus. ἀσπάζεται ὑμᾶσ γάι-
οσ ὁ ξένοσ μου καὶ τῆσ ἐκκλησίασ ὅλησ. ℂVulgata æditio. Salutat vos Era-
stus Arcarius ciuitatis/ & quartus frater. ℂArcarius vocabulum arbitror corruptum:
vt pleraq; alia in hoc capite. non tam vicio interpretis q̃ lõgo temporis tractu/ scripto-
rum inscitia/ & dicẽdum fuisse ærarium/ vt cui cõmissa erat tãq̃ viro fideli/ ærarij publi-
ci cura ad publicãs impensas. Quis enim fidelior fuisset viro Christiano: in primitiua
maxime ecclesia? Paulus tamen habet œconomũ ciuitatis id est dispensatorem pu-
blicum. Et tantę bonitatis fuit: vt Paulus quartum fratrem/ nomine tamen Græcis pe-
regrino/ sed Rhomanis cognito nominauerit. se enim tertio loco (vt prius dictum est)
posuit. & hunc ascisit quarto loco. Immo arbitror si ad Gallos/ Germanos/ aut Hispa-
nos (quos & cordi habebãt) vltimos habitantes iuxta sacrarum literarum intelligen
tiam fines terræ: Gallica/ Germana/ aut Hispana verba inseruisset. Quas enim lĩguas
nesciebat Paulus? Gratias inquit deo quia omniũ vestrum linguis loquor. siue vt græ
ce est: vobis omnibus magis linguis loquẽs. Sunt & qui Quartum proprium nomen
esse putant. Paulus. ἀσπάζεται ὑμᾶσ ἔραστοσ ὁ οἰκόνομοσ τῆσ πόλεωσ, καὶ
κούαρτοσ ὁ ἀδελφόσ. Et apud græcos subscriptio habetur. Ad Rhomanos scripta
Corinthi. Missa per Phœben ministram.

ℂCOMMENTARIORVM PRIMO LIBRO QVI EST EPISTO-
LAE AD RHOMANOS FINITO: DEO PATRI ET SPI-
RITVI SANCTO PER IHESVM CHRISTVM DE-
VM ET DOMINVM NOSTRVM/ INITII/
PROCESSIONIS/ ET FINIS BENI-
GNISSIMVM INDVLTOREM
VNI DEO INCOMPRAEHEN
SIBILI ET IMMENSO
GRATIAE SINT PER-
IMMENSAE.
AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAV.APO.LIBER SE-
CVNDVS/ QVI EST IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS.CAP.I

1 FRONTI primæ ad Chorinthios epistolæ: hāc
sanctā præmittit salutationē apostolus. ¶Pau-
lus vocatus apostolus IHESV CHRISTI per
voluntatē dei/ & Sosthenes frater: ecclesiæ dei
quæ est Corinthi/ sanctificatis in CHRISTO
IHESV/ vocatis sanctis cū omnib9 qui iuocāt
nomē dñi nostri IHESV CHRISTI in omni
loco suoq; ac nostro/ gratia vobis & pax a deo
patre nostro & dño IHESV CHRISTO. ¶Ex
enucleatione salutationis epistolæ ad Rhoma-
nos: hæc stati nota esse potest salutatio. & quo
pacto post particulā i omi loco suoq; ac nostro/
apte verbū dicūt: subintelligitur. Et q Paulus
se vocatū/accersitūq; apostolū Ihesu Christi di
cit p volūtatē dei: hui9 tā salutiferæ toti mūdo
vocationis/ causā facit volūtatē diuinā/ eiq; (vt
par est) omnis boni præfert honorē. docetq; om
nibus in tebus illā præhonorandā: & illā in cunctis bonis/ & non se/ esse aspiciendam.
Quod si ita est: illi superbonæ voluntati/ omnium bonorum præcipue causæ & autho-
2 ri/ de omnibus bonis reddēdæ sunt gratiæ. Quod & de donis gratiarum in Corinthios
effusis: facit Paulus dicens. ¶Gratias ago deo meo semper pro vobis: ob gratiam dei
quæ data est vobis i CHRISTO IHESV. quia i re omni diuites facti estis i eo: in om-
ni cognitione. Sic testimoniū CHRISTI confirmatū est i vobis: vt vos nō egeatis vl-
lo dono. expectātes reuelationē domini nostri IHESV CHRISTI: qui cōfirmabit vos
vsq; in finē inoxios/ in diē dñi nostri IHESV CHRISTI. Fidelis deus per quē vocati
estis in cōmunionē filij eius/ IHESV CHRISTI domini nostri. ¶Reuelatio dñi nostri
Ihesu Christi duplex: particularis & vniuersalis. Particulari: post huius labētis & trāsi
toriæ vitæ curriculū/ cuiq; fideli qui fideliter vixerit/ reuelatur. Vniuersali: cū in nouissi
mo die omnibus & bonis & malis/ fidelibus & infidelibus apparebit. Et de vtraq; intel
ligi potest Paulus. Et in omnibus/ seu in omni sermone/ seu i cognitione/ seu i bonorū
operum & spiritualium donorū confirmatione: docet Corithios nō se respicere sed deū
qui gratiā dat/ sermonem eruditū & ædificationi accōmodum/ & cognitionē rectam &
a veritate nusq deuiam. qui cōfirmat & stabilit vsq; in finē. Q si quis se respicit/ & gra-
tiam a se esse credit/ & sermonē ædificatoriū/ & cognitionē a veritate nō vacillātem/ &
se posse vt volet i bono stabilire: gloriā quam deo debet sibi tribuit/ & verā gloriam in
inanem cōmutauit. & cum in se diues esse credit: pauperrimus est. nō enim i se diuitias
habet: sed in Christo domino illas requirere debuit. Et ideo cū stabilis ex se posse esse
credit/ non cognoscens illius stat9 & firmitatis authorem: plerūq; sibi ipsi deseritur. tūc
suo sensu inflatur/ sibi sapit/ alijs dissentit/ cōtendit/ inanescit/ & sępius (vt rei veritas ha
bet) delirat ac ineptit. quales nonnulli erāt inter Corinthios. De quibus admonet eos
3 Paulus: & flammata charitate adhortatur ne sint tales/ ostendens quid facturi sint di-
cens. ¶Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri IHESV CHRISTI: vt
idem dicatis omnes/ & nō sint inter vos schismata. sitis autē perfecti: in eadē mente &
in eadē sentētia. Declaratū enim michi est de vobis fratres mei/ ab ijs qui sunt Chloe:
q contentiones inter vos sunt. dico autem hoc: q quisq; vestrum dicit ego quidē sum
Pauli/ ego autem Apollo: porro ego Cephæ/ ego vero CHRISTI. Diuisus est CHRI-
STVS/ Nūquid Paulus crucifixus est pro vobis/ aut in nomine Pauli baptizati estis?
Gratias ago deo/ q neminē vestrūm baptizaui nisi Crispum & Gaiū: ne quis dicat q
in meo nomine baptizaui. At vero etiam baptizaui Stephanæ familiam/ deinceps ne-
scio si quem alium baptizauerim. ¶Qui Christiani sunt: idem sentire debent/ eadem
mente/ intelligentia/ sententiaq; viuere. Et id quidem maxime in ijs quæ religio-
nem respiciunt. vnica enim est religio/ vnicum religionis fundamentum/ & vnicus
religionis scopus/ vnicumq; caput Christus Ihesus superbenedictus in sæcula. Sunt
tamen religionis diuersi status et gradus. Nam hi in sæculo manent/ Christo ser-
uientes. hi: sæculum fugientes antris/ claustrisq; se propter Christum occludunt.
omnes tamen seu in sæculo manentes/ at non secundum sæculum viuentes/ seu
sæculi fugam arripiētes & solitudinibus se occludentes: religiosos Christi se nomina-

te debẽt. quandoquidẽ vnica eſt religio Chriſti: qui ſolus eſt attẽdẽdus/ ſolus reſpicien
dus/ſolus nominãdus.Nã ſicut ſcriptũ eſt:nõ eſt i aliquo alio ſalus/nec aliud nomẽ eſt
ſub cœlo hominibus datũ/in quo oporteat nos ſaluos fieri. & fũdamentũ aliud nõ po-
teſt quiſq̃ ponere:præter id qđ poſitũ eſt/qui eſt Chriſtus Iheſus. Ergo noſtras religioſæ
vitæ obſeruãtias/ſub noĩe Chriſti ſeruemus:& audito noĩe Chriſti qui omnia vnit cha-
ritatẽ ſeruabimus ad omnes/ſine qua nulla cõſtat religio.nullus audebit ſe alio melio-
rem exiſtimare/aut aliũ domini ſui ſeruũ iudicare/ ſed is deniq; putabitur melior quẽ
Chriſtus dñs(ad quẽ ſolũ õnes omniũ oculi intẽti erũt)plus acceptauerit/imo meliorẽ
fecerit.nõ eñi ſeruitia/ſeruũ glorificãt:ſed poſt ſeruitia/dñi bonitas eũ glorificat. Et qui
ſe meliorẽ iudicat ſeruũ:domini iudiciũ ſibi vſurpat. & id ſuperbia eſt:cũ nichilominꝰ
dño ipſa placeat ſeruorũ humilitas.Q̃ ſi nos aliorũ nominibꝰ religioſos nomiabimꝰ:
ſimiles profecto eis erimꝰ/ quos acerbe repræhẽdit Paulus/ quorũ nõnulli dicebãt nos
ſumus Pauli/alij nos Apollo/alij nos ſumus Cephæ. Nonne qui hæc faciũt:diuidunt?
Nõne diuerſos ſcopos faciunt:& quodãmodo ſcindũt religionẽ/ & vnuſquiſq; i ſua ſe-
ctione ſe exiſtimat meliorẽ?vt alias propemodũ nichilipẽdat/ & ſuã ſolã æſtimet:præ-
occupans æterni dñi iudiciũ?Sed nũquid Chriſtus diuiſus eſt?nũquid diuiſa eius reli-
gio?Quid enĩ aliud nũc diceret Paulus ſi diuerſaretur in terris/ab æthere tamen cũcta
proſpectãs: quid inquã nũc diceret niſi/obſecro autem vos fratres per nomẽ dñi noſtri
Iheſu Chriſti/vt idem dicatis omnes/& nõ ſint in vobis ſciſſuræ ſitis autẽ perfecti in ea-
dem mẽte & in eadẽ ſentẽtia? alioqui veſtra religio:nõ erit religio ſed ſuperſtitio quæ-
dam.Nũquid præſtabat in ſæculo Chriſto ſeruire/ & cũ omnibus ob dulciſſimum Chri
ſti nomen charitatẽ obſeruare:q̃ ad antra & latibula fugiẽtes charitatẽ ſcindere?Capi-
ta veſtra vnita ſunt:quæ nõ capita ſunt/ſed vobiſcũ corporis Chriſti mẽbra/ neq; vnq̃
aliud reſpexerũt:niſi Chriſtũ.vos ita facite. Et ad quidnam eſt miſſus Paulus: niſi ad
hoc ipſum prædicandũ & inſinuãdũ/ſolũ Chriſtũ eſſe reſpiciendũ/pro nobis crucifixũ.
4 pereũtibus autẽ & incredulis ſtultitiã & ſcandalũ: ſalutẽ autẽ cõſecutis dei poteſtatem/
& dei ſapientiã.Inquit eni. ¶ Non eni miſit me Chriſtus baptizare/ ſed euãgelizare:nõ
in ſapientia ſermonis/ ne crux CHRISTI inanis reputetur.ſermo enim crucis/ ijs qui
pereunt ſtultitia eſt: nobis autem qui ſaluamur/poteſtas dei eſt. Scriptum enĩ eſt. Per-
dam ſapientiã ſapientum:& prudentiam prudentũ reprobabo. Vbi ſapiens/vbi ſcriba/
vbi indagator huius ſæculi? Nonne inanem fecit deus ſapientiã huius mũdi?poſtq̃ cer
te in ſapientia dei nõ cognouit mũdus per ſapientiam deũ: placuit deo per ſtultitiam
prædicationis ſaluare credẽtes. Eniuero & iudæi ſignũ petunt/ & gentiles ſapientiam
quærunt:nos autem prædicamus CHRISTVM crucifixũ/iudæis quidẽ ſcandalũ/ gen-
tibus autẽ ſtultitiam/ipſis vero vocatis tam iudæis q̃ gẽtilibus CHRISTVM dei po-
teſtatem & ſapientiã.quia ſtultitia dei: ſapientior eſt hominibus. & infirmitas dei for-
tior eſt hominibus. ¶ Ergo qui vult ſaluari:crucẽ Chriſti meditetur/cruci hæreat/crucẽ
baiulet/mẽbra corporis ſui id eſt concupiſcentias mortificans.& in hoc mundo ſequa-
tur Chriſtum cũ erat in mũdo:& extra mundũ eundẽ ſequetur viuentẽ in ſæcula ſæcu-
lorũ/viuens & ipſe in ſæcula ſæculorũ. Et hoc vniuerſæ religionis vnicũ & veriſſimum
theorema eſt:ſiue in ſæculo manentiũ/ſiue fugientiũ mundũ.nõ hoc mũdanæ philoſo
phiæ ſapientia prædicat/nõ cõmentarij philoſophorũ continẽt non qui ſecreta naturæ
rimantur abdita quis ſpiritus terras quatit/ quid ventos continet aut impellit quid cit
in nube tonitruũ/ quid nix/quid grando/quid nubes/ quid caligo/quid iris/quid circũ
aſtra/area orbicularisq; corona / quid eiibrati per aerẽ ignes/ quid terrificæ luminariũ
eclypſes / & id genus innumera. non inquã qui illa rimantur: hoc aperiũt/ hoc inda-
gant:crucis ſcilicet potentiam & ſapientiam. Illa quæ exquirũt: ſuo iudicio magnifica
ſunt/& ſapientia.hoc autẽ:ſtultũ. Illa fortia: hoc debile. Verũ cum indagationibus ſuis/
ignorauerunt hominũ ſalutem: quæ omniũ indaginũ præcipua & maxime digna eſt.
Hoc autem:illam ſcire facit. Et ipſi & omnia ſua inquiſita: inualida fuere & impotẽtia
ad ſaluandũ.hoc autẽ:ſaluat. Quare hoc ſapiẽtius eſt omni humana/mundanaq; ſapiẽ
tia:& hoc fortius omni fortitudine mundana. Et quid eſt Chriſti crux/ ſi ad æternã ſa-
pientiam cõparas:niſi inſipientia quædã & quædam ſtultitia?Quid Chriſti crux/quid
mors ad eius omnipotẽtiã:niſi quædã infirmitas ac debilitas? Verũ hæc dei inſipiẽtia
& debilitas/ad omnẽ mundi ſapientiã & fortitudinem collata:nõ per defectum/ſed per
eminentiam ſunt dicta. inſipientia quidẽ: quia non ſapientia ſit mundi/ ſed omni mũ-
di ſapientia ſuperior.& debilitas: quia non ſit mũdi huius fortitudo/ ſed omni mundi
huius fortitudine ſuperior.a quo enim habet quicq̃ vt ſapiens aut forte ſit: niſi a ſum-
ma illa ſapiẽtia & fortitudine/ qui Chriſtus deus eſt?Crux autẽ:ſummæ ſapiẽtiæ & ſummæ

fortitudini vnita. Quis igitur hæsitare poterit: in eius cognitione & imitatione maio-
rem sapientiã & fortitudinẽ esse/q̃ in vniuersa mũdi sapiẽtia & fortitudine/q̃ enim mũ-
dana fortitudo aduersus spirituales potestates/ipsosq; demonas valet/Crux aũt Christi
valet: quæ & cœlos aperuit & tartara cõfregit/cœlo superior & inferno profundior. Iu-
dei signũ petũt/& gẽtiles sapientiã quęrũt. solã crucẽ attendãt. id ẽ dñm nostrũ Ihesum
crucifixum: & habebũt vtriq; iudæi quidẽ signũ/& superadmirabile signũ/cui tamẽ cõ-
tradixerunt/signũ potẽtissimũ/& signũ qđ cũ veritate vnũ est & coicidit. nullũ enim po
tentius/nullũ verius esse potest signũ. gẽtiles vero sapientiam: sed omnẽ mũdanã & sæ-
cularem tam supgredientẽ sapiẽtiã/q̃ sapiẽtia quæ omia cõdidit supergreditur sæculũ.
& cognoscent vtriq; nobiscũ: Christũ crucifixũ/dei esse potentiã & sapientiam. nõ enim
alius est nũc Christus/deus & dei filius superbenedictus in sæcula: q̃ qui pro nobis cru-
cifixus fuit. & tunc et nunc omia potens: atq; omnia sciens. In quo solo omnes suã sapi
entiam/suã fortitudinẽ/& suã gloriã reponere debent: & in eo solo gloriari. Et ideo stul
ta/impotentia/ignobilia/cõtemptibilia & ea quæ nõ erãt elegit deus: ne haberent vn-
de in humana sapiẽtia/potẽtia/nobilitate/& honore gloriarentur/sed totã in deũ glo-
riationis causam referrẽt/ipsumq; solũ attẽderẽt/a quo & sapiẽtiã & fortitudinem/& no
5 bilitatẽ/& gloriã/& in libro vitæ inscriptionẽ perceperũt/& in eo solo nõ in se gloriarẽ-
„ tur. Qđ exẽplo Corinthiorũ: nobis manifestũ facit Paulus/dicẽs. ¶ Videtis enim voca
„ tionem vestrã fratres: q; non multi sapientes secũdũ carnem/non multi potentes/non
„ multi nobiles. sed stulta mundi elegit deus: vt confundat sapiẽtes. & infirma mũdi ele-
„ git deus: vt cõfundat fortia. & ignobilia mundi & cõtẽpta elegit deus/& ea quę nõ sũt:
„ vt ea quæ sunt destruat. vt non glorietur omnis caro in conspectu dei. Ex ipso autem
„ vos estis in CHRISTO IHESV: qui factus est nobis sapientia a deo/iustitiaq; et san-
„ ctificatio/& redemptio (vt quẽadmodũ scriptũ est) qui gloriatur: i dño glorietur. ¶ Nõ
negat apostolus aliquos sapiẽtes/potentes/aut nobiles Corinthiorũ/credidisse in Chri-
stum: sed negat/si qui fuere tales/multos eos fuisse. Et de alijs hic q̃ de Corithijs nichil
dicit. Nam & Christus dominus sapiẽtes elegit: sicut scriptũ est. Ecce ego mitto ad vos
prophetas/& sapientes/& scribas: & ex illis occidetis/& crucifigetis/et ex eis flagellabi
tis in synagogis vestris/& persequemini de ciuitate in ciuitatem. Sed esto id Christi te-
stimonium dictum sit de sapientibus secundum spiritum/non secundum carnem:
quis tamen inficias ibit Dionysium Ariopagitam/Hierotheum/& (vt Athanasio
placet) Antipatum/Clementem/Apollo alexandrinum & plerosq; talium fuisse fuis-
se etiam secundum carnem sapientes/ Verũ mũdanã illã sapientiã: ob eminentẽ Chri-
sti cognitionẽ nichilipenderunt/illã floccifaciẽtes/& i Christo solo gloriãtes. Ita quoq;
& qui potẽtes electi sunt: terrenã potẽtiã propter Christũ detrimẽtũ estimauerũt. vt Ab-
don & Sennem: quos ornatos auro lapillisq; preciosis ex indico mari & oriente petitis
Rhoma tũc etiã rerũ domina orbisq; domitrix mirata est/vicula Christi pluris faciẽtes
q̃ regiã potẽtiã. At quis hos eosdẽ nobiles secundũ carnẽ fuisse negabit/ Nobilis etiã fu
it testimonio scripturarũ Ioseph ab Arimathia. Nobilis & Sosthenes synagogæ prin-
ceps & Pauli socius. Et in actis apostolorũ p̃dicãte Paulo & Syla thessalonicę: adiun-
ctę sunt fidelium numero mulieres nobiles non paucę. Verum hi ignominiã & despe-
ctibilitatem pro Christo: nobilitati & honori prætulere terreno. Et etiã ante Christi ad-
uentum/quæ erant stulta/infirma mundi/ignobilia/contempta & quæ non erant: nisi
gentes de quibus prophetico ore ait Moyses/ Ego prouocabo eos in eo qui non est
populus: & in gente stulta irritabo illos. Quæ gens stulta: nisi gentilis populus/ Ideo
stultus: quia deum non cognoscebat/deiq; carebat scientia. Infirmus: quia nullum suæ
infirmitatis habebat remedium/qua in interitum ruebat sempiternum. Ignobilis erat &
comtemptus: vtpote a deo derelictus. Nõ erat. nã scriptus non erat in libro vitæ. At cõ
tra/gens Hebrea sapiẽs erat: quia dei scientiã habens. Firma: quia morbo eius adhibi-
ta erat legis & circuncisionis medicina. Nobilis & nõ cõtẽpta: quia a deo suscepta/& a
sanctis patribus secundum carnem descendens. Erat: quia libro vitæ inscripta. Verum
quia oblita est dei sui/& seipsam respiciẽs secundũ carnem gloriari cepit/& non in solo
deo vt oportuit: ideo sapientiã eius/potentiã/nobilitatem/& honorem spreuit deus/& Nolimus gloriari sec[undum] carnem.
eos cõfudit/& qui erant/de libro vitæ deleuit. vt nulla caro in cõspectu eius glorietur.
Nã gloriatio carnis vndecũq; puenlat siue ex potẽtia/siue ex diuitijs/siue ex genere/si-
ue ex honore/siue ex specie/siue ex sciẽtia: abominatio est ante deũ. Et sicut dicitur in
Hieremia propheta. Nõ glorietur sapiens i sapientia sua/ & non glorietur fortis in for-
titudine sua/ & non glorietur diues in diuitijs suis: sed glorietur nosse me. quia ego
dominus: qui facio misericordiam & iudicium et iustitiam in terra. Nos igitur glori-

emur in domino nostro Ihesu Christo:qui est sapiētia nostra/iustitia nostra/sanctifica-
tio & redemptio nostra. Immo qui est fortitudo/nobilitas/esse nostrum & vita. Cui om
nis honor/& laus/& gloria/& gratiarum actio:in secula. Nunc ad examinationem.
EXAMINATIO nōnullorū circa literam. ¶ Sosthenes frater/ecclesiæ dei quę est Co-
rinthi. hic Sosthenes:ex actis apostolorū princeps fuit synagogæ. qui cōtempto princi-
patus honore:Christo regi æterno adhesit/comes factus Paulo ad euāgelium Christi.
In quē/ Corinthi omnes iudæi cōuolauerunt ante tribunal Gallionis procōsulis Acha
A iæ:propter Christū/ipsum cedentes. ¶ Vulgata æditio. In omni loco ipsorū & nostro.
1 ¶ Melius norma latinæ linguæ seruata:in omni loco suoq; ac nostro. Paul9. ἐν παν-
A τὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. ¶ Vulgata æditio. Sicut testimonium CHRISTI cō
2 firmatum est in vobis:ita vt nichil vobis desit in vlla gratia. ¶ Potius dicendum/sic te
stimonium q̄ sicut:ex sequenti particula ita. Et in vllo dono pot9 q̄ in vlla gratia. Pau
lus. καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν, ὥστε ὑμᾶς μὴ
ὑστερεῖσθαι μηδενὶ χαρίσματι. ¶ Vulgata æditio. In die aduentus domini nostri
IHESV CHRISTI. ¶ Accōmodatius i diem:vt successio designari videatur/ ceu alio
in loco annotatū est. Et vocabulū aduentus: adiectitiū est. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου
B ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Fidelis deus per quē vocati estis in societatē
2 filij eius IHESV CHRISTI dn̄i nostri. ¶ Rectius cōmunionē. Nam cōmunio cōmu-
nitatē etiā inęqualium dicit:societas autē magis æqualitatē dicit. Quis autem filio dei
se sociū aut æqualem dicet/Cōmunicātem autem aut participē bonitatis eius/aut cor-
pori eius counitū dici nichil prohibet. Paulus. πιστὸς ὁ θεὸς δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς
B κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ¶ Vulgata ædi-
3 tio. Vt idipsum dicatis omnes. ¶ Melius vt idem dicatis omnes. Paulus. ἵνα τὸ αὐτὸ
λέγητε πάντες. ¶ Vulgata æditio. In eodem sensu & in eadē sententia. ¶ Potius in
eadem mente/& in eadē sententia. Paulus. ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώ-
μῃ. ¶ Vulgata æditio. Nisi Crispū & Caiū: ne quis dicat q in nomine meo baptizati
estis. ¶ In Paulo Gaiū per g & baptizaui nō baptizati estis. Paulus. εἰ μὴ κρίσπον
C καὶ γάϊον, ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα. ¶ Vulgata ædi-
3 tio. Cæterū nescio si quē aliū vestrū baptizaui. ¶ Vestrū superfluū est. Paulus. λοιπὸν
C οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα. ¶ Vulgata æditio. Iis autē qui salui fiunt id est
4 nobis virt9 est. ¶ Particula id est:in Paulo nō habetur. Et virtus potentiā/ vimq; quā-
D dam efficacem designat. Paulus. τοῖς δὲ σωζομένοις ὑμῖν δύναμις θεοῦ ἐστιν.
4 ¶ Vulgata æditio. Quia qd stultum est dei: sapientius est hominibus. & quod infirmum
est dei:fortius est hominibus. ¶ Dici potest stultitia dei & infirmitas dei:q frequenter
græci cōcretis neutris vtātur/loco quorū abstractis nō incōcinne vti solent latini. vt &
in primo libro nōnūq̄ annotauimus. Paulus. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ, σοφώτερον
τῶν ἀνθρώπων ἐστί. καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώ-
D πων ἐστί. ¶ Vulgata æditio. Videte eni vocationē vestrā fratres. ¶ Legi potest/vide-
5 tis eni vocationē vestram fratres. Paulus. βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν ἀδελ-
φοί. ¶ Vulgata æditio. In cōspectu eius. ¶ Legendū in cōspectu dei ex Paulo. Paulus.
ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Qui factus est nobis sapiētia & iustitia & san-
ctificatio. ¶ Dicendum qui factus est nobis sapiētia a deo. deest eni particula a deo. Et
Christus filius dei:neq; est sapientia facta/neq; factus vnq̄ sapiētia/sed est sapiētia æter
na/nō facta/nō creata/ sed ęterne ab æterno patre genita. Factus est tamē nobis sapiē-
tia. ex quo haud quaq̄ colligitur:ergo factus est sapiētia. sic eni de deo dicit propheta.
Dn̄e refugiū factus es nobis. & id quidē piū. Sed id sane impiū si diceret:dn̄e tu factus
es. At nō minus ipiū:si diceremus/filius dei fact9 est sapiētia. Id dictū est: ne quē forte
quispiā turbaret Sophista. q nimirū vocabula fit & factus habet (haud secus ac arane9
telā) suarū captionū tendicula. Sed nichil eis qui eiusmodi sunt: cū Paulo/& æterna dei
sapiētia. Paul9. ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός.

CAP. II

CVm Paulus disputasset Athenis cum iudæis/ cū Epicuræis & Stoicis
philosophis/& ad fidei pietatē Dionysiū & Damarin vxorē eius/& fa
miliā eorū/& plerosq; alios Atheniensiū cōuertisset: venit Corinthū/
vbi hospitio Acylæ & Priscillæ susceptus est/ & multam cōtradictio-
nem a Iudæis passus est/ & intentata mortis discrimina. Historia ex
6 actis apostolorū nota. Quæ ad memoriā Corinthijs reuocat dicens.
¶ Et ego cū venissem ad vos fratres: veni non in excellētia sermonis
aut sapiētiæ/annūcians vobis testimonium dei. non enim iudicaui/q

quicq̃ scirem in vobis: nisi IHESVM CHRISTVM/ & hunc crucifixum. atq; ego in
infirmitate & in timore & tremore multo: fui apud vos. Et sermo meus & prædicatio
mea/non fuit in suasorijs humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus & pote-
statis.vt fides vestra nõ sit in sapientia hominũ: sed in potestate dei. ❡ Non venit ad
Corinthios in põpa verborũ & calamistrata oratione: sed in simplici & minime fucato
sermone/ vt decet dei apostolũ.Nõ eni iudicauit se magis q̃ illos scire philosophiã / geo
metriam/ aut oratoriã:sed se magis scire dominũ nostrũ Ihesum Christũ/ & hũc ipsum
pro mũdi vita fuisse crucifixum / & reliqua mysteria admirandæ & nõ modo supermũ-
danę/sed & superdiuinę cõuersatiõis eius.Et sermo & p̃dicatio apostoli/saluifica Chri-
sti mysteria declarans: nõ fuit in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis (id enim ora-
torũ est/nõ apostolorũ/non prophetarũ/qui nõ ex se/sed ex deo & spiritu dei loquũtur)
sed ĩ ostẽsiõe spiritus & potestatis.Imponebat enĩ manus: & inuocato Christi potẽtifico
nomine/ spiritũ sãctũ accipiebãt.Potestatẽ habebat sanitatũ & curationũ:& vt in actis
legitur/ virtutesq; non modicas quaslibet faciebat deus per manũ Pauli. ita vt etiam
super lãguidos deferrẽtur a corpore eius sudaria & semicinctia: & recedebãt ab eis lan-
guores/ & spũs nequã egrediebantur.Si eni Christi fides/hũana eloquẽtia & arte rhe-
torica persuasa fuisset : potuit aliquid humanũ videri. Cũ vero simplici sermõe/ signis
& virtutibus cõfirmato/ introducta sit:quid aliud q̃ quippiã diuinũ videri potest/ Verũ
in ĩfirmitate/ & timore/ & tremore multo mãsit apud eos. cõtinuus eni timor/ & tremor
timor quidẽ & tremor mortis:quædã est infirmitas,ne quis aut iliacas passiões/ aut ne-
phrites. aut cephaleas somniet:pauloq; tribuat. Et timor/ & tremor ille: nõ ob Corin-
thios/sed ob aduersarios iudæos prouenlebat. adeo vt dñs per seipsũ: dignatus sit eũ
confortare Corinthi/ceu scriptũ est.Dixit autẽ dñs nocte per visionẽ Paulo:noli time-
re/ sed loquere.& ne taceas:quia ego tecũ sum.& nullus aggredietur te:vt tibi noceat.
Sed inquies.Paulus ait. Veni nõ in excellentia/ nõ in sublimitate sermonis aut sapiẽ-
tiæ.Sed nõne cũ euãgelizabat Christũ Corinthijs/qui est dei sapientia & virtus: sermo
ille erat & sublimis/ & sapientiæ/ Nõ erat sublimis/ huius mũdi sublimitate / nõ sapien-
tiæ huius mũdi:sed superior õni humana sublimitate / & sapiẽtiã maiorẽ exprimẽs õni
mũdana cognitione.sunt eni negationes Pauli:vim excellentiũ affirmationũ cõtinen
tes.Sed qui hãc excellentiã sermonũ Pauli:mũdo & mũdi sapientia eminẽtiorẽ intelli
gũt/ Non oẽs profecto qui audiũt:sed perfecti & spiritũ dei (qui est spũs sapiẽtiæ) ha-
bentes.Imperfecti eni defectũ iudicãt eminentiã:& tenebras arbitrãtur esse lucẽ.perfe-
7 cti autẽ secus:õnia recte diiudicãt/& defectũ defectũ/ & eminentiã eminentiã/ & tene-
bras tenebras/& lucem esse lucẽ. Et ideo subdit Paulus. ❡ Sapientiã autem loquimur
inter perfectos.sapientiã quidẽ non sæculi huius/ neq; principũ sæculi huius qui destru
untur:sed loquimur sapientiã dei in mysterio absconditã. quã prædiffiniuit deus ante
sæcula/ad gloriam nostrã.Quã nullus principũ sæculi huius cognouit.si eni cognouis-
sent:nunq̃ dominũ gloriæ crucifixissent. Sed quẽadmodũ scriptũ est. quæ oculus non
vidit/ neq; auris audiuit/neq; in cor hominis ascẽderũt/quæ præparauit deus diligẽti-
bus se:nobis sane deus reuelauit per spiritũ suũ. ❡ Filius dei/sapientia est: in mysterio
abscondita.In sacrificijs/in prophetijs/in typis/ ĩ ęnigmatibus & figuris manet abscõ-
dita:reuelatur in carne/post reuelationẽ etiam occulta.Quã prædiffiniuit deus ad glo-
riam nostrã:quæ verba cũ dicit Paulus:nõ se respicit/sed eminentẽ bonitatis dei ĩ oẽs
credẽtes effusionẽ.ad gloriã eni omniũ credentiũ prædiffiniuit deus:vt omnib9 suam
elargiretur gloriam.In Christo eni solo/gloria nostra est:& in eo solo gloriari oportet/
qui ad omniũ gloriã/ a deo prædiffinitus est.Et nõ in se/ sed in eo Paulus gloriatur/ &
vbiq; docet esse gloriandũ.Et si Herodes rex/ Pilatus & prĩcipes iudæorũ cognouissent
eum esse deũ:nunq̃ eũ crucifixissent. Deus eni erat:sed (vt ait Esaias propheta) vere
deus abscõditus.At quis potuisset illa cogitare: quæ reuelauit deus apostolis suis de sa-
pientia illa abscõdita/de hominũ gloria & salute:nisi ipse per spiritũ suũ dignatus fuis-
set reuelare/ Et quid mirũ etiam si per spiritũ suũ reuelat quæ neq; oculus vidit/ nec au-
ris audiuit. & quæ neq; in cor hominis ascenderũt:quãdoquidẽ sic spiritus dei ad deũ/
vt spiritus hominis ad hominẽ/ Ille quidẽ in veritate: hic autẽ in remotissimo vestigio
& imitatione.Atqui spiritus hominis cognoscit secreta & occulta hominis.multo igi-
tur magis spũs dei cognoscit abdita & profunda dei.Qui igitur spiritũ dei habet:abdi
ta & secreta dei cognoscit/ quantũ illi superbono spiritui reuelare placet.Et qui hunc
spiritũ habet:spiritualis ac diuinus homo est.qui vero hoc spũ caret:aĩalis homo & hu
manus est.Ille super hominem potest:& omnia dijudicat/& a nemine dijudicatur.hic
secundum hominẽ & plerũq; infra potest: nõ aliter ea quæ spiritus dei sunt ex se cape-

re sufficiés/q̃ leo aut aliud animal mutũ/ac multo etiã minus/ea quæ spiritus hominis
sunt.potest autem:indutus virtutẽ ab alto/& ex spiritu dei factus spiritualis homo.quẽ
certe spiritũ dei:apostoli habuerũt & copiose (vt cernere est) diuinus apostolus Pau-
8 lus.Quæ vniuersa diuinius atq; magnificentius ipse idẽ de spiritu sancto continuans:
aperit dicens.¶Spiritus eni omnia scrutatur/etiã profunda dei.Quis enĩ hominũ scit
ea quæ sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in eo est/ hunc in modũ & ea quæ dei
sunt nullus scit:nisi spiritus dei. Nos autẽ nõ spiritũ mundi accepimus: sed spiritũ qui
ex deo est.vt ea sciamus/quæ a deo nobis sunt indulta. quæ & loquimur nõ in doctis
humanæ sapientiæ sermonibus:sed in doctis spiritus sancti/spiritualibus spiritualia cõ
ferẽtes.Animalis autẽ homo nõ capit ea quæ spiritus dei sũt.stultitia enĩ ei est:& non
potest cognoscere/quia spiritualiter dijudicatur.spiritualis vero dijudicat quidem om-
nia:ipse autẽ a nullo dijudicatur.Quis enĩ nouit mẽtem domini:quæ instruet eũ/Nos
autem mentẽ CHRISTI habemus.¶Mens domini/& mẽs Christi:spiritus sanctus in-
telligitur.Et fiducialiter respondet Paulus cũ quis interrogat: quis enim nouit mentẽ
dñi/quæ quidẽ/si quicq̃ nosset/ĩstruet eũ/Fiducialiter inquã respõdet:nos nouim⁹ mẽ-
tem dñi/nos mens domini instruxit.Cuius causam subdit: quia nos mentẽ Christi ha-
bemus/quæ mẽs dei & spiritus sanctus est.Et loquimur ea quæ a deo nobis indulta sũt/
ea quæ spiritus dei sunt:non in doctis humanæ sapientiæ sermonibus/sed ĩ doctis ser-
monibus spũs sancti/spiritualibus spiritualia conferentes. Et hi docti sermones spirit⁹
sancti:nõ sunt humanæ sapientiæ docti sermones/sed superdocti/etsi aĩalis homo illos
indoctos iudicat.ex se enĩ iudicat:nõ ex deo/a quo est omne verũ iudiciũ.a nobis au-
tem iudiciũ:falsũ.Sed quo modo spiritualibus spiritualia cõferri/cõpararique possũt/ Sa
ne sine spiritu dei/nõ possũt:sed qui spiritũ dei habẽt/illo ducũtur ad intelligẽtiã & sa-
crarũ scripturarũ & prophetarũ/quæ spiritualia sunt eiusdẽ spũs munera/ & illa diluci-
de intelligũt.At vtuntur ne illo spiritu ad illa intelligẽda/Nequaq̃. Verum potius atq;
verius:spũs sanctus vtitur illis/vt illi spũalia illa/deo digne/ spiritualiter/ & vt par est/
intelligãt.& hoc est spiritualibus spũalia cõferre.Sunt tamẽ qui per donũ/sunt qui per
spiritũ sanctũ illa intelligũt.qui per donũ:dono vti possũt/spiritu autẽ sãcto nõ possũt.
verũ siue his/siue illis:spũs sanctus sẽper vtitur.qui nos sua sancta dignatione suũ fa-
ciat instrumẽtũ ad spiritualia spũaliter intelligẽda/& ad incõtaminate Christo deo ser
uiendũ/cũ patre & spũ illo superbono/sempiterne regnanti in sæcula sæculorum.
A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Annuncians vo-
6 bis testimonium CHRISTI.¶Legendum: testimonium dei. Paulus. καταγγέλλων
ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ.¶Vulgata æditio. Non in persuasibilibus humanæ
sapientie verbis.¶Rectius suasorijs aut persuasorijs.Paulus.οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρω-
B πίνης σοφίας λόγοις.¶Vulgata æditio. In mysterio/quæ abscondita est. ¶Potuit
7 æquius vetus interpres dicere absconditam.Paulus. ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμ-
μένην.¶Vulgata æditio. Sicut scriptum est. ¶Deest sed:& dicendum/ sed sicut scri-
ptum est.Paulus. ἀλλὰ καθὼς γέγραπται. ¶Vulgata æditio.Quod oculus non
vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis ascendit.¶Legendum latine:quæ/& ascẽ-
derunt.quod cõtinuo sermo sequẽs/quæ præparauit deus ijs qui diligunt eũ: ostendit.
Paulus.ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀν-
θρώπου οὐκ ἀνέβη. Sed dices:singulariter habet Paulus ascẽdit/Verũ est:quia ele
ganter loquitur.& elegãs sermo est apud græcos:supposito plurali neutro verbũ adiũ-
gere singulare.quod & hic obseruauit Paulus: & passim obseruat. verum id obseruare
apud latinos:non elegãs/sed plane barbarum.Et siue quod dicatur in principio: vetus
interpres barbarismũ fecit ex parte relatiui sequentis quæ. siue quæ dicatur: in barba-
rismum incidit/ex parte verbi ascendit. Verum grãmatica hic potius lesa: q̃ conscien-
D tia.Bonũ tamen est.Paulum Paulo restituere. ¶Vulgata æditio.Sed in doctrina spiri-
8 tus. ¶In Paulo adiectiue dicitur sed in doctis. & subauditur ex præcedenti particula
λόγοις id est sermonibus.Et post spiritus: deest vocabulũ sancti.Paulus.ἀλλ᾽ ἐν δι-
δακτοῖς πνεύματος ἁγίου.¶Animalis autem homo. ¶Hic animalis nõ dedu-
citur ab hoc vocabulo animal:sed a vocabulo anima.sicut spiritualis:a spiritu/sed spi-
ritu sancto/aut dono eius. sunt enim inter viros spirituales gradus multi. & qui dona
spiritus sancti percipiunt: spirituales quidem sunt/ sed minus spirituales ijs quos spiri-
tus sanctus per semetipsum implet.Et cum anima & ratio in homine vnũ sint:fit etiam
vt rationalis homo: per rationem mysteria & abdita dei non attigat. sed ad illa stulta
est ratio:perinde atq; non mathematicus ad mathematica stultus.stultum enim putat:
si quis dicat solẽ centies & amplius q̃ terram/maiorẽ/et lunam sole minorem bis milies

quadringies & quater supra septuagesies id est 6474 quia ista mathematice diiudicā
tur discutiunturq; atq; examinantur. non mathematicus autem: non potest mathe-
matice. Ita illa quæ sunt spiritus dei i viro animali/ & naturalem rationem sequen-
ti stultitia est. quia illa spiritualiter & diuine discutere non potest: vt neq; non ma-
thematicus mathematica mathematice/ & disciplinariter. At dices: rationaliter dis-
cutiet. Sed quid hoc est: nisi ꝙ discutiet diuina non diuine/ spiritualia non spiritualiter/
& (vt sic dicam) sapientia stulte? Constat igitur omni ex parte verum: quod sanctus dei
& spiritiloquus asserit apostolus. Stulti igit efficiamur ratiōi / & secūdū animalē homi-
nē: vt deo sapiamus. At ꝙ aialis homo ab anima dicatur: Paulus habet/ ψυχικὸς δὲ
ἄνθρωπος. & spiritualis a spiritu: idem/ ὁ δὲ πνευματικός. ¶ Vulgata editio. Quia
spiritualiter examinatur. spiritualis autem iudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur.
¶ Dicendum: examinantur pluratiue. refertur enim ad ea quæ sunt spiritus dei. sed ele-
ganter in græco (vt iam dictum est) verbum singulare respōdet supposito plurali. Ve-
rum quod hic dicit examinatur & postea iudicatur idem verbū est. Paulus. ὅτι πνευ
ματικῶς ἀνακρίνεται. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ
ὑπὸ οὐδενὸς ἀνακρίνεται. significatq; id diiudicatur/ discutitur/ discernitur. ¶ Vul-
gata æditio. Quis enim cognouit sensū domini/ aut quis instruxit eū? ¶ In Paulo. qs enī
nouit mentem domini: quæ instruet eum? Nemo eni spiritum sanctum nosse potest: nisi
spiritus sanctus instruxerit eum. Paulus. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβά-
σει αὐτόν; Videtur enim ὃς referre νοῦν/ id est mentem. sed græce/ quod dicitur mēs
masculinum est: latine vero fœmininum. CAP. III.

AT dicere potuit Corinthiorum quispiam / si tu Paule spiritum dei &
Christi habes: quo modo tuorum dictor spiritū non capimus? Id sane
non culpa dicentis factum est: sed auditorum incapacitate. Nonne
verba Christi de spirituali esu carnis eius/ & potu sanguinis eius/ spiri-
tualia erāt? Verba (inquit) quæ locutus sum vobis spiritus & vita sūt.
discipuli tamen passibiliter & carnaliter intelligentes: dixerunt durus ē
hic sermo. Quibus dominus a carne ad spiritum reuocans dicebat: spi
ritus est qui viuificat/ caro non prodest quicq̄. Loquebatur igitur spiri-
tualia discipulis/ sed tanq̄ carnalibus. carnales enim adhuc erant: & carnaliter itellige-
bant. Hunc in modum/ Paulus spiritualia locutus fuerat Corinthijs/ sed adhuc vt car-
nalibus. quomodo enim spirituales essent i qui nondum præparato habitaculo spiritū
sanctum inhabitatorem habuissent? Sanctus enim est: domicilium vult sanctum/ castū
atq; mundum. benignus est: habitationem vult zelo inuidiaq; carentem. pacificus est:
odia & contentiones diffugit. vnitatis spiritus est: & ideo diuisiones & schismata pero-
sus/ cū talibus minime habitat. tales autem fuerant/ & adhuc erant plurimi Corinthio
rum ad quos scribebat Paulus. non itaq; nō Pauli sed eorum culpa loqui ad eos potue
9 rat tanq̄ spiritualibus. Quod & ipse testatur dicens. ¶ Et ego fratres nō potui vobis lo
qui vt spiritualibus sed vt carnalibus. vt paruulis in CHRISTO lac potum dedi vo-
bis: non escam. nondum enim poteratis: sed neq; adhuc nunc potestis. adhuc enim car
nales estis. ¶ Non potui inquit vobis loqui vt spiritualibus. Verum hæc impotentia ex
parte Pauli non erat: sed ex parte ipsorum/ quia carnales fuerant/ & adhuc erant. nōdū
(ait) poteratis sed neq; adhuc nunc potestis. Sed inquies quomodo non poterāt/ quo-
modo nō spirituales erant: cum Paulus de eis prius dixerit/ i te omni diuites facti estis
in eo/ in omni sermone/ & omni cognitione. sic testimonium Christi confirmatum est
in vobis: vt nō egeatis vllo dono? Nō negauerī iter eos fuisse spirituales: de quibus pri
or sermo Pauli. Etiam inter eos plures animales & carnales: de quibus præsēs sermo.
Et eodem sermone hos & illos alloquebatur vt carnales & vt spirituales. Et quod his
erat lac & potus: illis erat solidus cibus. hi erāt vt paruuli & ifantes: illi vt viri. hi ifir-
mi & debiles: illi sani & fortes. vtriq; vitæ alimoniam percipientes. sed hi i ꝙ viuant &
vnde viuant non capientes. illi vero: capientes. viuebant enim spiritu: qui non carne/
sed spiritu capitur: Ergo capacitas/ de potu facit cibum: & incapacitas/ de cibo facit po
tū. Et reuera quæcunq; aut dicebat aut scribebat/ Tito Timotheo/ Sostheni/ Lucę Dio
nysio/ Hierotheo/ Ignatio & similibus: illis cibus erat. At ōnibus ferme nostræ tempe-
statis/ debilis potus esse videtur/ & longe etiam fortasse magis q̄ Corinthijs. nā magis
carnales sunt. Sed deus & spiritus sanctus/ tēporū nostrorum infantiam ad spiritualem
virilitatem deducant: vt magnifice intelligamus / quæ ōni humano sensu sunt magni-
10 ficentiora. Sed cur carnales sint/ cur verba Pauli non nisi potus sint/ & vtinam adhuc
lac et potus: causam intelligent/ ex ea quā assignat Paulus Corinthijs dicens. ¶ Nam

vbi inter vos liuor est/ & contentio/ & dissētiones?nonne carnales estis/ & secundū ho-
minem ambulatis?Cum enim dicat quispiam/ego quidem sum Pauli/alius autem ego
sum Apollo:nonne carnales estis? ¶Carnales profecto & isti sunt. Et nos carnales: ob
11 has & multas alias causas. Sed nonne etiam carnales sunt:qui homines respiciūt / cū
presertim deum respicere debeant? Ideo subdit. ¶Quis itaq; est Paulus/quis vero A-
pollos:nisi ministri per quos credidistis/ & vt vnicuiq; dedit dominus? Ego plātaui: A-
pollos rigauit:sed deus incrementum dedit. Quare neq; qui plantat est aliquid/neq; q
rigat:sed qui incrementum dat deus. qui plantat autem & qui rigat: vnum sunt. vnus-
quisq; autem propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem. ¶Qui plan-
tat autem & qui rigat: vnum sunt / vnius conditionis sunt. seruus vnus : seruus alter.
nichil vnus:nichil alter. si deum ipsum (vt par est) respicis: nichil sunt quātum in ipsis
est/sed gratia dei & suscepta a deo administratio in eis aliquid est. et illa/ & deus:in eis
venerari debet. Non ipsi dant mercedem : sed eorum quisq; mercedem secundum pro-
prium laborem a domino expectat. non mercedem debiti:sed mercedem gratiæ super-
effusiuæ sui & vltro se erogare volentis exuberātissimæ bonitatis dei. Quod enim debi
tum potest esse seruo? Nō debitum : sed gratia sed donū est/ cū id quod fit vt nichil est/
et accipitur maximum . haud secus q̄ si impendis lutum:& recipis aurum. et si seruus
vnus agrū colit/ & alius ædificat : non serui dicitur agricultūra/ nō serui ædificatio/ nō
domus nō tēplum:sed domini. Immo neq; serui ipsi/ sui sūt:sed domini/ & domini co-
operatores. nullus igitur a seruo se nominet diuisionem faciens: sed a domino . Nam
12 serui multi:& dominus vnus omnium. Quod aperit Paulus Corinthijs/ & post Corin-
thios nobis: dicēs. ¶Dei ei sumus cooperatores. dei agricultura/ dei ędificatio estis. Se
cūdum gratiam dei quæ data est michi:vt sapiēs architectus/fūdamentum posui. alius
autem superædificat. quisq; autem videat:quo pacto superædificat. Fundamentum eni
aliud nullus potest ponere:præter id quod positū est/ qui est IHESVS CHRISTVS.
¶Non se dicit esse aliquid: sed gratiam dei qua diuino indultu sapiens architectus fa-
ctus est ad ponendum fundamentum/id est ad annunciandum & euangelizandum vi-
tæ æternæ fundamentum/ qui est Christus Ihesus filius dei superbenedictus. Supra qd
quidem fundamentum ædificanda est dei ecclesia/ & animarum salutifera religio . De
fundamento indicat quod nullum aliud poni potest/ in quo ædificatio strui possit ad sa
lutem. Superædificatores admonet: vt magna cautela & sapientia in tam nobili / & tā
inconcussibili fundamento superædificent. Nam si bene: mercedem gratiæ accipiēt/ sa-
13 lutem æternam. sin perperam: mercedem iustitiæ/ supplicium ignis æternum. Ait enim.
¶Si quis autem supredificat supra fundamentum hoc: aurum/ argētum/ lapides pre-
ciosos/ ligna/ fœnum/ stipulam/ cuiusq; opus manifestum erit. dies eni declarabit. quia
in igne reuelabitur . & quale cuiusq; opus fuerit: ignis probabit . Si alicuius opus quod
superædificauit/ manserit: mercedem accipiet . si alicuius opus arserit : is detrimentum
patietur. ille vero saluabitur: sic tamen veluti per ignem. ¶In populo dei sunt ædifican
tes: sunt ædificati. Primi ædificantes: apostoli fuere/qui & fundamentum posuerunt. Et
qui successerunt: multi fundamento superædificauerunt. Qui sanctam et incontamina-
tam doctrinam: vt aurum/ vt argentum/ vt lapides preciosi puri sunt & incontaminati.
Alij impia dogmata & seductionum venena: qui per ligna/ fœnum/ stipulas (quæ vni-
uersa sunt cibus ignis) designantur. & hi omnes: ædificantes nuncupantur . ædificati:
plebes & populi/ qui solum aut incontaminatam doctrinam / aut pestiferū dogmatum
virus percipiunt. Et vt varij sunt gradus vere ædificantium qui per distincta aurum/ ar
gentum/ & gemmas repræsentantur: ita varij gradus erunt/ sancte & incontaminate in
ædificio Christi ædificatorum. Et hi inter alios præfulgebunt : vt aurum inter metalla.
alij: vt argentū. alij iter sancti ædificij lapides: erunt vt lapides preciosi. Similiter & ma
le & peruerse ædificantiū varij sunt gradus: & peruerse ædificatorū gradus varij / quos
nobis insinuat apostolus: per ligna / fœnum/ lapides. & tam bene ædificantes q̄ bene
ædificati: saluabuntur. & contra/ male ædificantes & male ædificati: vna damnabūtur.
& omnis bona aut mala ædificatio: in die iudicij probabitur/ atq; manifestabitur. Nā
vt purissima/ aurum/ argentum/ lapidesq; preciosi/ nullam lesionē sentiunt ab igni/ nul
lam consumptionem: ita sancti qui bene ædificauerunt & bene ædificati fuerunt . Cum
dominus venerit ad iudicandum sæculum per ignem/ cum ignis ante ipsum præcedet/
& inflammabit in circuitu inimicos eius / cum igne vltionis machina mundi flagrabit:
in eodem igne boni angeli nichil patientur/ & mali (qui etiam nunc in caliginoso aere
illum expauescunt) sæuissime torquebuntur. in eodem igne/ iusti nichil patientur : sed
saluabuntur / quasi per ignem / quasi indicio ignis / & igne vltionis eosdem iustos de-

monstrante. Iniusti autē miserabiliter torquebātur. Nōne vides radium solis qui ęgris
oculis ad pœnam est et tormentum: eundem sanis esse ad perfectionem et solatium. sic
erit in nouissimo die: ignis iusti iudicij dei. quod sacramentum: hic nobis Paulus
per spiritum sanctum reuelat. Sunt enim verba vbiq; altissima/ & plena mysterijs. Corī
thij erant ædificati: & præceptores eorum erant ædificatores. qui autem Iudaica cæci-
tate secundum carnem sapiebant/ & secundum literam: ędificabant non secundum spi-
ritum. aut qui sciētia humana īflati se ipsos respicientes: ædificabant: sapiētes carni erāt/
14 sapientes sæculo/ in seipsis gloriantes/ & se ipsos attēdentes. in quibus: vt a spiritu la-
psi/ gloriabuntur Corinthij. Quos Paulus reuocat ad spiritum dicens. ¶ Nescitis quia
templum dei estis: & spiritus dei habitat in vobis? Si quis templum dei corrumpit: cor-
rumpet eum deus. templum enim dei sanctum est: qui estis vos. ¶ Hæc admonitio ē ad
Corinthios qui ædificabantur: ne crederent se ædificantium esse templum. ædificato-
res: sunt serui. templum: est domini. Verum illi superædificatores: edificium corrumpe-
bant. quare et iuste/ deus: sancti templi sui corruptores/ corrumpet atq; destruet. sāctos
enim & incorruptos reliquerat Paulus Corinthios: cum post annum & menses sex ab
eis discessit. Verum postea superuenerunt noui magistri/ sanctæ doctrinæ violatores/ se-
15 cundum carnem & mundum sapientes: quos sequenti admonitione hortatur Pau-
lus dicens. ¶ Nullus seipsum seducat. Si quis videtur sapiēs esse inter vos in hoc sæcu-
lo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. scri-
ptum est enim. Qui appræhendit sapientes in astutia eorū. Et rursus. Dominus cogno-
scit cogitationes sapientum: quoniā vanę sunt. ¶ Qui sibi ipsi sapiēs est/ qui carni/ qui
huic sæculo/ & existimat se esse sapientem: se ipsum seducit. Nam reuera stultus est. stul
tus enim est apud deum: qui est ipsa veritas. sit igitur sibi/ sit carni/ sit mūdo stultus: vt
possit esse sapiens. Nam sapientia spiritus/ quæ dei est: carni & mundo stultitia est. vt &
stultitia quæ mūdi est: deo stultitia est. vtraq; ergo sapiētia & dei & mūdi: stultitia. Sed
hæc: reuera stultitia/ & per defectum dicta. illa vero stultitia: non per defectum/ sed per
eminentiam/ quia non est sapientia huius mundi sed supereminens/ continetq; vi ex-
cellentis negationis/ & cum re vera sapientia coincidens. Verum & sapiētia huius mū
di: per defectum dicitur/ cum re vera stultitia coincidens. Sed age. Nunquid si quis nō
ē sapiēs in hoc mūdo: continuo deo sapit? Nequaq̄. nam sunt ignaui/ qui in hoc mūdo
nō sapiūt: & hi etiā in hoc mundo stulti dicuntur. hæc stultitia: vulgaris est/ & etiam vt
& altera/ per defectum dicta. sed hæc: per naturę defectum. illa: per defectum spiritus &
gratiæ. & hæ aduersantur. Verum quia illa non habet defectum naturæ/ hæc vero ha-
bet/ & natura/ spiritus & gratiæ fundamentum est: fit vt sapientes huius sæculi etsi re-
uera stulti sint/ tamen magnificentius adipisci queūt sapientiam spiritus & gratiæ/ quę
sapientia secundum deum est. Et de talibus dicit Paulus: vt stulti fiant huic mūdo/ vt
sapientes sint. possunt enim sapientes huius mundi/ resipiscentes id est sapientiam mū-
danam relinquentes & sapientiam spiritus sectantes: in viros spirituales perfectos eua
dere. moriones autem & ignaui nō possūt: nisi esse īfātes. et si viuēt/ viuēt lacte: nūq̄ ci-
bo. Fit etiam: vt sapientia huius mundi/ duo habeat contraria sapientiam spiritus/ &
ignauiam. Et vt defectus: defectui oppositus sit. Et quia sapientia mundi/ sapientia ho
minum est: ideo qui illam sectantur/ gloriantur in hominibus. Sapiētia autem spiritus/
sapientia dei est: ideo sectantes illam/ in deo gloriantur/ non in hominibus. Iccirco ite-
16 rum hortatur spiritu sapiens Paulus/ Corinthios: vt veram sectentur sapientiam/ dicēs.
¶ Quare nullus glorietur in hominibus. omnia enī vestra sunt: siue Paulus/ siue Apol
los/ siue Cephas/ siue mundus/ siue vita/ siue mors/ siue præsētia/ siue futura. omnia ve-
stra sunt/ vos autem CHRISTI: CHRISTVS vero dei. ¶ Sapientes spiritu (vt dictum
est) in deo gloriantur/ non in hominibus. Et huius rei gratia/ id est vt mundus spiritu
saperet: misit deus apostolos/ discipulos/ & sapientes. huius rei gratia: viuebant. huius
rei gratia: gloriosam mortem obibant. sapientum spiritu/ gratia: præsens est mundi gu
bernatio. & eorundem gratia: gubernatio/ quousq; numerus sanctorum ipleatur/ & ad-
ueniat dies domini. Nam sapientes spiritu/ sunt Christi: Christus autem dei/ dei inquā
patris. vt enim inferius dicetur: finis erit/ cum tradiderit regnum deo/ id ē patri. Q̄ṙ igi
tur nobis studendum est vt spiritu sapiamus non carne: vt simus Christi/ & pars regni
dei? Ipsi igitur cum patre & spiritu sancto sit honor & gloria in diem aduentus sui: &
postq̄ aduenerit in infinita sæculorum sæcula.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Quasi spiritualibus
9 sed quasi carnalibus: tanq̄ paruulis in Christo lac vobis potum dedi. ¶ Rectius vbiq;
tāq̄/ q̄ quasi: vt & hic tanq̄ paruulis vetus iterpres dixit. Nā & Paulus vbiq; eodē voca-

bulo vtit Paulus. ὡσ πνευματικοῖσ ἀλλ᾽ὡσ σαρκικοῖσ. ὡσ νηπίοισ ἐν χριςῶ
A γάλα ὑμᾶσ ἐπότισα. ¶ Vulgata æditio. Sed nec nũc quidẽ potestis. ¶ In Paulo sed
10 neq; adhuc nũc potestis. Paulus. ἀλλ᾽ οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε. ¶ Vulgata æditio. Cũ
enim sit inter vos zelus & contentio: nonne carnales estis? ¶ Deest particula & dissen
12 tiões. Paulus. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλοσ καὶ ἔρισ καὶ διχοςασίαι, οὐχὶ σαρκικοί
ἐςε; ¶ Vulgata æditio. Alius autẽ ego Apollo: nõne homines estis? ¶ Dicendũ: nõne
carnales estis. Paul9. ἕτεροσ δὲ ἐγὼ ἀπολλῶ, οὐχὶ σαρκικοί ἐςε. Vulgata æditio.
Quid igitur est Apollo/ quid est Paulus? Ministri eius cui credidistis. ¶ Sic ex Paulo le
gendum est. Quis igitur Paulus/ quis vero Apollos: nisi ministri per quos credidistis?
Conuersus ordo. Quis: non quid dicendum. Per quos: non eius cui. Deest particula nisi
aut similis exceptiua ante ministri. Apollos rectus & vocatiuus: s literam finalem re-
cipiunt/ cæteri casus o lõgum vt μενέλεως. Paulus. τίσ οὖν ἐςι παῦλοσ, τίσ δὲ
ἀπολλῶσ· ἀλλ᾽ ἢ διάκονοι δι᾽ ὧν ἐπιςεύσατε. Dimiserat enim Paulus Apollo Co
rinthi cum rediret in Hierusalem per Ephesum: vt in actis apostolorum scribitur/ hoc
pacto. Factum est autem cum Apollos esset Corinthi: vt Paulus peragratis superioribus
partibus veniret Ephesum. Et ex eisdem actis: Iudæus erat Apollos Alexandrinus ge-
C nere: vir eloquens & potens in scripturis. Sic enim scribitur in actis. Ἰουδαῖοσ δέ τισ
12 ἀπολλῶσ ὀνόματι ἀλεξανδρεὺσ τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιοσ. ¶ Vulgata ęditio. Dei
enim sumus adiutores. ¶ Melius cooperatores. Adiuuamus enim eum: cui vires non
sufficiunt. quis autem hoc de deo dicat? At cooperari/ omnia potenti: nichil prohibet.
hæc enim cooperatio: cõmunicatio potẽtiæ eius est/ & quædam eius imitatio. vt per cõ
C municationem & participationem bonitatis ipsius/ potentiæ eius participes: ipsũ imi-
13 temur. Paulus. θεοῦ γὰρ ἐσμὲν συνεργοί. ¶ Vulgata æditio. Quod est CHRISTVS
IHESVS. ¶ Dicendum qui est Christus Ihesus. Paulus. ὅσ ἐςιν ἰησοῦσ χριςόσ
¶ Vulgata æditio. Dies enim domini declarabit. ¶ Domini in Paulo non habetur: sed
ad intelligentiam adiectum est. Paulus. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει. ¶ Vulgata æditio.
C Si tamen quasi per ignem. ¶ Dicendũ: sic. Paulus. οὕτωσ δὲ ὡσ διὰ πυρόσ. ¶ Vul
14 gata æditio. Si quis tamen templum dei violauerit: disperdet illum deus. ¶ In Paulo
D violauerit & disperdet idem vocabulũ est: ac proprie corrũpo significat. Paulus. εἴ τισ
14 τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεόσ. ¶ Vulgata æditio. Templũ enĩ
dei sanctum est: quod estis vos. Dicendum qui estis vos. Paulus. ὁ γὰρ ναὸσ τοῦ θεοῦ
15 ἅγιόσ ἐςιν, οἵτινέσ ἐςὲ ὑμεῖσ. ¶ Vulgata æditio. Compræhendam sapiẽtes in astu-
tia eorum. ¶ Potius per præsens qui appræhendit. Paulus. ὁ δρασσόμενοσ τοὺσ σό-
φουσ ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Et sic legitur in Iob. Qui appræhendit sapientes in
16 astutia eorum. ¶ Vulgata æditio. Omnia enim vestra sunt. vos autem Christi. ¶ Hæc
particula enĩ: superflua ẽ. Paulus. πάντα ὑμῶν ἐςιν. ὑμεῖσ δὲ χριςοῦ. CAP. IIII.
CVm fidelis quisq; Christi sit/ non hominis: non glorietur in homine.
non dicat: ego sum Pauli/ ego sum Apollo/ ego sum Cephæ. quan-
tumcunq; vir sanctus & magnus sit aut fuerit in quo gloriaretur: is
non esset nisi seruus Christi/ & organum distributionis gratiarum eius.
non enim seruus ille/ gratias suas distribueret/ non bona/ non munera
sua: sed gratias/ bona/ & munera Christi. Respicere igitur debemus il-
lum: cuius gratiæ sunt/ cuius bona sunt/ cuius munera sunt. & ĩ eo glo-
riari: non in seruo qui instrumentum est domino ad distributionem bo
norum domini/ cuius dominus fidelitatem prudentem requirit. Quis putas (inquit sal-
uator) est fidelis seruus & prudens quẽ cõstituit dominus super familiã suã: vt det illis
cibum in tempore. Neq; Petrus/ neq; Paulus fuerũt nisi serui Christi: & œconomi & dis
17 pẽsatores ac distributores occultorũ beneficiorum dei. Neq; vult Paulus: vt ipse/ Apol
los/ Cæphas/ & reliqui apostoli/ & sancti alij aliter reputentur: dicens. ¶ Sic nos reputet
homo: vt famulos CHRISTI/ & dispensatores mysteriorũ dei. Quod autem deinceps
requiritur in dispensatoribus est: vt quis fidelis inueniatur. ¶ Requirit deus in œcono-
mo suo/ id est mysteriorũ suorum dispẽsatore/ fidelitatem. nõ requirit vt (se relicto) mu
nera eius percipientes: in dispensatore glorientur/ & eum putent/ & appellent suum ca-
put/ suum primipilũ/ & cãpiductorem. dominus enim caput est omniũ/ & dux omnium
et dispensantium & dispensatorum. Et Paulus (quod boni œconomi est) studuit fidelis
esse quoad potuit in œconomia sibi cõmissa in domo domini: quæ est ecclesia fidelium.
Verum qualis estimaretur dispensator a Corinthijs/ aut ab ijs qui humanæ sciẽtiæ iudi
cio præcellere videntur/ bonusne an malus: nichili ducebat. sed neq; iudicabat se aut
aut bonum aut malum dispensatorem: quis nesciet se quicq̃ perperam aut negligẽter

in sua dispensatione cōmisisse/ nec eum in aliquo circa dispensationem suam remorde-
ret conscientia. sed iudicium an bonus an malus/ dignus an indignus sit dispensator &
seruus Christi: relinquit Christo/ qui dominus est omnium. talis enim est (vtputa dispē
sator bonus/ seruus bonus) si dominus talem iudicauerit talemq; probauerit. Et si serui
alicuius conscientia eum non remordet/ q in aliquo male domino seruierit: non proti-
18 nus bonus est/ non ideo iustificatus. Nam q bonus q iustus seruus: non ex suo iudicio
pēdet sed domini. Et idcirco subdit Paulus. ¶ Michi autem minimi est vt a vobis diiu
dicer/ aut ab humano die. sed neq; me ipsū diiudico. nichil enim michi ipsi conscius sū:
verum non in hoc iustificatus sum. qui autem diiudicat me: dominus est. ¶ Qui se ipsū
iudicat bonum/ qui dignum seruum dei: iudicium domini sui/ sibi vsurpat. & hoc super-
bia est: & eo ipso malus & indignus seruus est, sicut scriptum est. Superbis resistit deus.
Qui autem faciēs etiam quod debet & potest/ neq; bonum se iudicat/ neq; malum / sed
iudicium de se deo reliquit. talem se sentiens qualem deus nouit/ quid autem deus de
eo nouit ipse nescit: hic humilis est/ hic ad gratiam paratus, sicut scribitur. Humilibus
19 autem dat gratiam. Et ad humilitatem sectandam & præsumptionē iudicij fugiēdam:
hortatur Paulus dicens. ¶ Quare nolite ante tempus quicq̄ iudicare: quousq; veniat
dominus. qui & illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium.
& tunc laus vnicuiq; erit a deo. ¶ Nunquid iudicia hominum fallacia sunt: qui bonos
seruos/ plerūq; iudicant pessimos/ Hac de causa apostoli cesi sunt/ lapidati sunt/ & om
nem contumeliam pro nomine Ihesu passi. Et Paulus toties cesus/ lapidatus / carceri-
bus mancipatus/ vinctus: & deniq; gladio percussus/ fidelem animam domino suo red-
didit. Et contra mali serui: plerūq; boni & fideles iudicantur. hic particulares sectæ: cō-
tra vnitatem ecclesiæ ortæ sunt. Et hæc omnia/ in die domini nota erunt: & qui boni &
qui mali serui fuerunt. Et multi qui nunc ab hominibus blasphemantur: a deo boni &
fideles declarabuntur. vt hæc laus: a deo debere esse intelligatur/ non ab hominibus.
Et contra/ multi nunc boni & sancti ab hominibus iudicantur: qui a deo reprobabun-
tur. vt omne iudicium electionis aut reprobationis: deo relinquatur. De aliquibus ta-
men: hominibus relictum est iudicium/ de quibus scilicet oraculum dei habēt / reuela-
tionem/ aut efficax dei signum. Nam illud nō est hominū: sed est dei iudicium. Qui enī
apostolos dicit beatos: non suum est/ sed dei iudicium. sedebitis (īquit) & vos supra se-
des duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. Qui item martyres. Datę sūt (īquit)
illis singulæ stolæ albæ. & dictum est illis: vt requiescerent adhuc tempus modicū / do-
nec compleantur conserui eorum/ qui interficiendi sunt/ sicut & illi. & ecclesia/ iudici-
um dei in eiusmodi definiendis potius sequitur: q̄ suum. honorat enim sponsa in om-
nibus & præfert sponsum. Verum ad rem redit Paulus. Corinthij gloriabantur in ho
minibus/ id est in præceptoribus qui inter eos fecerant sectas: qui non erant/ neq; Pau-
lus/ neq; Apollos/ neq; Petrus/ sed erant partim Iudaizātes humano sensu potius q̄ spi
ritu Christum annūciantes. quorū nominibus parcit apostolus. In illis inquam gloria-
bantur: & vnus dicebat (verbi causa) ego sum Martionis/ & alius ego Apellis. vnus di-
cebat sentio quæ asserit Martion: alius ego quæ sentit Apelles. Verum loco illorū: Pau
lus posuit nomen suum/ & nomen Apollo. vt resipiscerent & ad memoriam reuocarēt:
20 quæ & ipse & Apollos (quem eis discedēs reliquerat) docuerat. atq; hoc pacto ad vni-
tatem doctrinæ eos reuocat: dicens. ¶ Hæc autem fratres transfiguraui in me ipso &
Apollo propter vos: vt i nobis discatis/ nō vltra id quod scriptū est/ sentire. ne vnus pro
alio infletur contra alium. ¶ Vt in nobis discatis/ vt exēplo nostro mei īquam & Apol-
lo discatis: non inflari vnus in alium. nos enim alter in alterum non inflamur/ nō ī no
bis ipsis gloriamur/ non in homine: sed in deo. Mox cōuertit sermonem suum Paulus
ad præceptores Corinthiorum: vt attendant opera sua/ quæ ipsos diiudicāt ac manife-
stos faciunt. non homo iudicat eos: sed ipsa facta. Nam gloriabātur in se ipsis/ delicio-
21 se viuebant/ diuitijs affluebant/ imperiose regnabant & fastuose. sed id reuera non erat
regnare. Ideo ad eos subdit Paulus. ¶ Quis enim te diiudicat/ Quid autem habes: qđ
nō acceperis/ si autem acceperis: quid gloriaris/ quasi nō acceperis/ Iam saturati estis/
iam diuites facti estis: sine nobis regnauistis. Et vtinā regnauissetis: vt & nos vobiscū
regnemus. ¶ Magnum dat Paulus documentum: vanæ gloriæ fugiendæ. Si quis for-
mosus est & cogitat formam illam se a deo accepisse: non in forma sua/ sed in deo qui
formam dedit gloriatur. si quis fortis est/ & cogitat robur illud punctum esse fortitudi-
nis diuinæ/ cui nichil resistere potest/ & ab ea suæ fortitudinis punctum defluxisse: non
in fortitudine sua gloriatur/ sed illam suspicit & admiratur vnde profluxit/ & in illa glo-
riatur. & ita si quis sapiens/ si quis consilio plenus/ si quis in potestate constitutus. neq;

ſimilis erit pauo vanæ volucri:quæ ſe ſolam conſyderat & ſuperbit. cui per propriam
vocem & pedum aſpectum: deus ſuperbiam reprimit. Et vanos illos pædagogos Cori
thiorũ amplius in ſeglorіantes/ & ſeipſos vt ſuperba volucris reſpicientes caſtigat Pau
lus apertius quales ipſi ſunt/ & quales erant apoſtoli oſtendens. Ipſi enim: refarti erãt
vẽtres cibo & potu. veri autem apoſtoli: eſurientes & ſitientes. Ipſi: auro diuitijſq; abũ
dantes. veri apoſtoli: iopes. Ipſi: vt reges phalerati & in faſtu dominãtes. Veri apoſto-
li: deiecti/ nudi/ & villipenſi. Ipſi: in ſolatio viuentes. Apoſtoli: vt morti deſtinati. ipſi:
vt prudentes in Chriſto. Apoſtoli: vt ſtulti propter Chriſtum. ipſi: vt fortes/ ſed fortitu-
dine huius ſæculi. Apoſtoli: vt debiles. Ipſi: vt nobiles. Apoſtoli: vt ignobiles. Ipſi: vt
mãſionem firmam in hoc ſæculo habentes. Apoſtoli: vt vagi & inquirentes. Ipſi: ocio-
ſi. Apoſtoli: labore manuũ vitã quærentes. Ipſi: eos qui nõ palparẽt/ non laudarẽt/ con-
tumelijs & conuicijs laceſſẽtes. Apoſtoli: pro cõtumelijs & cõuicijs benedictionẽ reddẽ
tes. Ipſi: ſine perſecutiõe & pſecutionẽ declinãtes. Apoſtoli: perſecutionẽ ſuſtinẽtes/ & ĩ
ſuſtinendo patientiam habentes. Ipſi erant: vt pompa mundi. Apoſtoli: vt retrimen-
tum pedum/ & puluis qui excutitur/ de quibus oraculum dei pronunciatum eſt. Hi ſũt
quos aliquando habuimus in deriſum: & in ſimilitudinem improperij. nos ĩſenſati vi-
tam illorum æſtimabamus inſaniam: & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõ-
22 putati ſunt inter filios dei. Ex oppoſito igitur: Paulus eos exhibet cognoſcẽdos/ dicẽs.
¶ Puto enim q deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit: tanq̃ morti deputatos. Quia
ſpectaculum facti ſumus mundo/ & ãgelis/ & hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum.
vos autem: prudentes in Chriſto. nos: infirmi. vos autem: fortes. vos: inſignes. nos ve-
ro ignominioſi. in hanc vſq; horã & eſurimus/ & ſitimus/ & nudi ſumus/ & cedimur/ &
vagi ſumus/ & laboramus operantes proprijs manibus. conuicijs laceſſiti: benedici-
mus. afflicti: ſuſtinemus. execrati: obſecramus. tanq̃ purgamẽta mundi facti ſumus:
omnium ſcoria/ vſq; adhuc. ¶ Nouiſſimos/ apoſtolos nominauit Paulus: quia patriar-
chæ/ leuitæ/ viri ſancti/ & prophetæ eos in veteri lege præceſſerant. poſt quos omnes:
apoſtoli miſſi fuerunt. Et viderint etiã nunc ex analogia oppoſiti: an boni an mali ſint
paſtores & ædificatores/ qui ſunt in eccleſia poſiti. nullus eos diſcernit/ nullus iudicat:
ſed opera eorum/ eos manifeſtos faciunt. De bonis difficile eſt iudicium: ſed malos ope
ra ipſa iudicãt/ maxime quando manifeſta ſunt & aperta. Vbi autem hæc de paſtoribus
Corinthiorum dixit/ quæ verecundiam eis incutere poterant: benigne conſequẽter hor
tatur & obſecrat Corinthios. non enĩ affectu queñq̃ ledendi/ ſed ſanandi dixerat q̃cũq;
23 dixit/ immo & quæcunq; dicturus eſt. Et ſpiritu benignitatis & affectu paterno: ſubiun-
git dicens. ¶ Non vt confũdam vos/ hæc ſcribo: verum vt filios meos dilectos admo-
neo. Nam tametſi denos millenos habeatis pędagogos in Chriſto/ non tamen multos
patres. ego enim in CHRISTO IHESV per euangelium vos genui. Obſecro igitur
vos imitatores mei eſtote. Hac de cauſa miſi ad vos Timotheũ/ qui eſt filius meus di-
lectus & fidelis in domino: qui vobis in memoriã reducet vias meas/ quæ ſunt ĩ CHRI
STO/ quemadmodũ vbiq; in omni eccleſia doceo. ¶ Duri fuiſſẽt Corinthij: ſi hac ex-
hortatione (qua vt filij dilecti a patre qui eos ſpiritualiter genuerat: tam humane obſe
crantur) emolliti non fuiſſent. Et cum dicit imitatores mei eſtote: ſe imitationis exem-
plum proponit/ nõ obiectum. Chriſtus enim dominus: imitationis obiectum eſt. patris
enim vita in terris: filijs ſpeculum & exemplum eſſe debet ad imitandum. Paulus vt pa
ter in terra: Corinthij filij. Perinde igitur eſt ac ſi dixiſſet: exẽplo meo imitamini Chri-
ſtum. Et qui vult bonus eſſe imitator: nunq̃ in exemplo quieſcere debet/ ſed in exẽplo
ipſam ſemper attendere veritatem/ ipſumq; obiectum. Et ad hoc ipſum/ vt digne imita
rentur Chriſtum ſecundum vias Pauli: miſit eis Timotheum fidelem filium eccleſiæ/
qui ipſos ad veram viam reduceret ex errore ſuorum nouorum/ nõ tam inſtitutorum
q̃ deſtructorum atq; corruptorum. Verum per ſpiritum nouit Paulus (quid enim nõ no
icebat) quoſdam ex inſtructoribus illis ſuperbia elatos/ humana ſapientia & eloquẽtia
tumentes/ iactare/ Paulũ non audere venire. quos præmonet: vt ſuperbia eorũ quieſcat/
ne virtutem ſpiritus ſancti illidentẽ ſuperbiã/ & ſuperba colla calcantem ſentiãt. nõ enĩ
in humanæ ſapientiæ verbis/ quæ ſtultitia & vanitas eſt ante deum contendere vole-
bat: ſed in poteſtate/ & poteſtate quidem ſpiritus ſancti/ qua Elimam magũ pſeudopro-
phetam vno ſermone cæcitate damnauerat/ repentem/ & quæritantem qui ei manum
porrigeret. hoc enim exemplo timere poterant. Verum Pauli tanta benignitas eſt:
24 vt nolit in ea virga/ in ea poteſtate venire ad eos. ſed magis hortatur & optat/ vt reſipi
ſcant: & veniat ad eos in dilectione/ & ſpiritu manſuetudinis/ dicens. ¶ Tanq̃ non ven
turus ſim ad vos: inflati ſunt quidam. veniam autem cito ad vos/ ſi dominus annue-

rit:& cognoscam non sermonem inflatorum / sed potestatem. non enim in sermone est
regnum dei:sed in potestate. Quid vultis? in virga veniam ad vos: an in dilectione spi
rituq; mansuetudinis? ¶Regnum Christi non est stabilitum eloquentia humanæ sapiē
tiæ. sed (vt prius dictum est) in ostensione spiritus & potestatis. qua nūq̄ Paulus a vo-
catione sua destitutus fuit vsq; in finē: ex bonitate & volūtate ipsius superboni spiritus:
A qui idē est spiritus virgæ & vltionis in pertinaces / & spiritus amoris & mansuetudinis
in resipiscentes.
17 ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata ęditio. Et dispensatores mi
nisteriorum dei. ¶Dicendum mysteriorum / id est secretorum & occultorum. Latebant
enim sacramenta Christi omnes gentes & Iudæos: præter eos quos Christus dominus
docuerat / & spiritus sāctus repleuerat. Paul⁹. καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ. ¶Vul
gata æditio. Hic iam quæritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. ¶Magis
in paulo habetur: quod autem reliquum / siue deinceps autem / q̄ hic Iam. Paulus. ὃ δὲ
λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. Et hæc particula
B non videtur iterrogare: sed quæritur / requiritur / exigitur hic significare videtur. ¶Vul-
20 gata æditio. Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos: vt i vobis
discatis. ¶Potius in me ipso / & vt in nobis per primam personam. Paulus. ταῦτα δὲ
ἀδελφοὶ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ ἀπολλὼ δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ἡμῖν
μάθητε. ¶Vulgata æditio. Ne supraq̄ scriptum est vnus aduersus alterum infletur p
alio. ¶Post scriptum deest vocabulum sentire. reuocaturq; infinitiuum sentire in ver-
B bum præcedēs discatis. Paulus τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν. ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ
21 τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. ¶Vulgata æditio. Sine nobis regnatis. &
vtinam regnaretis: vt & nos vobiscum regnemus. ¶Vtrobiq; per præteritum / & idem
quidem per pręteritum / dicitur regnauistis. Verum propter consuetudinem locutionis
latinæ satius esse visum est / post particulam bene vouentis & optantis vtinam / mutare
illud præteritum in præteritum optatiui. Et quod Paulus in fine dicit vobis conregne
mus: particula cum / latina consuetudine apte reuocatur in particulam præcedentē vo-
C bis. Paulus. χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα
22 καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. ¶Vulgata æditio. Maledicimur: & benedici
mus. persecutionem patimur: & sustinemus. blasphemamur: & obsecramus. ¶Hæc per
participia sine particula copulādi eleganter profert Paulus. Paulus. λοιδορούμενοι,
εὐλογοῦμεν. διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα. βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν.
¶Vulgata æditio. Omnium peripsima vsq; adhuc. ¶Si vocabulum græcū fuit demit
tendum / cum penultima per η id est literam ita scribatur / quæ in e longum apud lati-
nos vertitur: transferendum fuit peripsema penultima producta. Verum peripsema:
C scoriam & vniuersum purgamentum / retrimentumq; significat / vt ferri æris / vestium /
calceorum / pedum / & reliquorum. Paulus. πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. ¶Vulga-
23 ta æditio. Sed vt filios charissimos moneo. ¶Dilectos legitur in Paulo. Paulus. ἀλ-
D λ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ. ¶Vulgata ęditio. Imitatores mei estote: sicut
23 & ego Christi. ¶Particula sicut & ego Christi: deest in Paulo. Paulus. μιμηταί μου
γίνεσθε. & cōtinuo sequitur / διὰ τοῦτο / propter hoc. ¶Vulgata æditio. Qui est filius
meus charissimus. ¶In Paulo: dilectus. Paulus. ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητόν. ¶Vul
gata æditio. Qui vos cōmonefaciat vias meas quæ sunt in CHRISTO IHESV. ¶In
D Paulo solum legitur: quæ sunt in Christo. Paulus. ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς
24 μου τὰς ἐν χριστῷ. ¶Vulgata æditio. Tanq̄ non venturus sim ad vos: sic inflati sūt
quidam. ¶Sic: nō habetur i Paulo. Paulus. ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς
ἐφυσιώθησάν τινες. ¶CAP. V.

MAlos esse pastores: ex petulantia gregis & ouium morbis cognoscitur.
25 qua in re & Corinthiorū pædagogos notat apostolus: narrans infādā
venerem priuigni cum nouerca / dicens. ¶Omnino auditur in vobis
fornicatio: & talis fornicatio / quæ neq; in gentibus nominatur / vt vxo
rem patris sui quispiam habeat. & vos inflati estis: vt non magis īge-
muistis vt tolleretur e medio vestri / qui hoc facinus admisit? ¶Dubiū
non est: q̄ ad eos qui præerāt / & quorū intererat tollere scandala / hæc
verba diriguntur. Nonne magnæ amentiæ pastor iuste accusatur: dū
superbit / dū se effert / iactat & extollitur / & lupus in gregem grassatur / & oues iugulat &
disperdit? Sed vbi qui præsentialiter præsunt / non inuigilant saluti gregis: incūbit ab-
sentibus etiam exemplo Pauli / salubriter intendere. qui in hoc facto / absens prouidit:
vt tantum tolleretur malum / horribili virga potestatis spiritus fornicarium illum per-

cutiens/qua terreri etiam poterant illi/qui male præerant/& in seipsis inflabantur.percu
tiens inquam illum/tradens eum potestati dæmonis. vt corpus quo male vsus fuerat:
visibiliter torqueretur in exemplum aliorum.& ne anima dei imago/quæ male cóscia
facti fuerat:periret in æternum.Quis enim non deterreretur a perpetrando aliquo scele
26 re:si videret aliquem ob simile perpetratum/ dęmonio obsessum/ tam miserabiliter tor-
queri? Et id quidem contristato animo Paulus fecit:quod & ipse testatur dicens.¶Ego
enim vt absens corpore/ præsens autem spiritu : iam tanq̄ præsens/ iudicaui eum qui
hoc sic operatus est.vt in nomine domini nostri IHESV CHRISTI : condolentibus
vobis & spiritu meo traderē/cum potestate domini nostri IHESV CHRISTI eū ipsū
sathanæ in interitū carnis.vt spiritus saluus fiat:i die domini IHESV.¶Nunc vtrosq;
27 taxat & corripit & gloriantes magistros & Corinthios in magistris gloriantes:dicens.
¶Non est bona gloriatio vestra.Nescitis q̄ modicum fermentum: totam massā fermē-
tat? Expurgate vetus fermentum:vt sitis noua massa/sicut estis azymi.Etenī pascha no
strum pro nobis immolatus est CHRISTVS. Quare celebritatem agamus:non in fer-
mento veteri/neq; in fermento maliciæ & nequitiæ/ sed in azymis syncęritatis & veri-
tatis. ¶Quomodo enim bona fuisset gloriatio eorum qui præerant Corinthijs : cum
ex negligentia eorum tam nefandum scelus inter eos regnaret? Et quomodo etiā Co-
rinthij gloriari potuissēt/in tam notandis pręsidibus? vtrorumq; igitur gloriatio:mala.
Sed dicent.Vnus solus inter nos toleratur: qui hoc facinus admisit. Quid tum? Viciū
vt fermentum est:& multitudo vt massa.atqui nos non latet: modicum fermenti multā
farinam aqua conspersam(quam massam appellant)fermētare.sic a proportiōe: vnius
vicium in totam multitudinem solet serpere/ totamq; tandem viciosam reddere. Qua-
te nequaq̄ etiam in multitudine/ manifestus aliquis viciosus tolerandus est: sed proti-
nus exturbandus/& extirpandus. alioqui vnus iniustus:multos faciet iniustos/ vsura-
rius vsurarios/incestuosus incestos/adulter adulteros/auarus auaros/blasphemus blas
phemos immundus immundos/& sic de alijs vicijs/quæ sunt fermenta antiquæ mali-
ciæ.Sed nunquid Christus habuit aliquid huiusmodi fermenti/qui pro nobis immola-
tus est? Nequaq̄.sed syncærus fuit & immunis ab omni peccato.Quomodo igitur cele
brabimus Christū/pascha nostrum:si i nobis aliquid sit fermenti veteris maliciæ? quo-
modo erimus syncęra massa in corpore Christi? Id sane esset impossibile. Celebrare igi-
tur in azymis syncæritatis & veritatis : est sine fermento quod vicium est/ in puritate
& veritate Christum colere.in cuius rei signum:vetus pascha Iudæorum cum panibus
azymis celebrabatur.Quid igitur faciemus:si in nobis manifesti sint/ fermentum nequi
ciæ habētes/vt publicani/seu vsurarij sint/seu adulteri/seu incestuosi/seu in bestiale vi-
cium incidentes? Quod sane præcipit Corinthijs apostolus:talibus non esse communi-
candum.Nam a spiritu Ihesu/excomunicati sunt:& q̄diu tales sunt/ de corpore Christi
non sunt.O miserabiles:quibus præstaret non esse natos/q̄ a corpore Christi perpetuo
auulsos/quorum sors cum dæmonibus/in eorum pœnas iam inhiantibus.& qui in eos
28 iam irruerent: nisi misericordia dei ad pœnitētiā eos toleraret. Quod & mādat Paulus
Corinthijs dicens. ¶Scripsi vobis per epistolam:vt nō commisceamini fornicarijs/ &
nullo pacto fornicarijs mūdi huius/siue auaris/siue rapacibus/siue idololatris. quoniā
debetis vtiq; ex mūdo exijsse.¶Alias scripsit epistolas Paulus:quas nō habemus. quæ
dubium non est:plenæ erant doctrina spiritus. Et vtinam gratia Christi:illas nobis re-
stitueret. q̄uis & quæ per gratiam eius nobis supersunt/quæ nobis eius miseratione reli
ctæ sunt: diuiter ac abunde sufficiant ad salutem/si spiritualiter viuere volumus. Et cū
dicit nullo pacto cōmunicandum fornicarijs mundi huius: nomine fornicatiōis omne
publicum notabile vicium intelligitur.quod ipse ex paucorū expressione: satis insinuat
esse itelligendum.Et quod subiunxit/quoniam debetis vtiq; exijsse : respicit transitū no
strum cum Christo/qui est pascha nostrū/immolatus pro nobis.Si enim filij Israel in fi-
gura in imolatione paschatis sui exierūt Aegyptum:tanto magis nos verum pascha ha
bentes/debemus exisse hunc mundum/& sequi agnum nostrum immaculatum in mon
tibus æternitatis/qui pascitur inter paradisi lilia/donec aspiret dies sine nocte æternus.
quē operibus spiritus solū sequi possumus: nō operibus carnis.Sed age dices: qd ē tali-
bus comunicare? Nunquid cum eis loqui/cum eis forte aut bibere aut comedere? Nō-
dum.Nam & dominus noster cum publicanis et peccatoribus manducabat: sed nō cō-
municabāt eis/vel (vt verbo Pauli vtar)non commiscebatur eis. sic et apostoli:cū gen
tibus.Est igitur eis communicare et commisceri:operibus eorum cōsentire/ et quoquo
pacto participem fieri.quæ enim cōmiscentur:inuicem confunduntur atq; participant.
Verū & cum tales ecclesia de medio decernit esse tollendos:cum eis neq; bibendū/neq;

edendum/ & vix sermonem (nisi piæ exhortationis/ aut piæ correptionis cum eis ha-
bendum. Jam autem ecclesia ipsa per spiritum sanctum ex ore Pauli diffinit/ quos velit
e medio esse tollendos: fornicarios scilicet/ auaros/ idololatras/ cōtumeliosos/ ebriosos/
29 rapaces/ & id genus aperte delinquentes. nō enim de fidelium cōmunione sunt. Quod
subiungit Paulus: dicens. ¶ Nunc autem scripsi vobis: vt non cōmisceamini. Si quis-
piam qui frater nomiatur/ fornicator est/ aut auarus/ aut idololatra/ aut cōuiciator/ aut
ebriosus/ aut rapax: nolite cū huiusmodi mādūcare. ¶ Sed dices. Cur dicitur qui nomi-
natur frater. Respondet Paulus/ se nolle esse solicitum iudicare eos qui extra ecclesiam
Christi sunt/ & nunq̄ eius mēbrum fuerunt: sed solum eos qui in ecclesia sunt. Sic & ipsi
30 suos inter se iudicare debent: nō apud iudices exteros qui de ecclesia non sunt/ & tolle-
re de medio sui eū qui tam enorme admiserat fornicationis peccatū. Et dicit. ¶ Quid
enim michi est & eos qui foris sunt iudicare? Nonne & de ijs qui intus sunt vos iudi-
catis/ eos autem qui foris sunt deus iudicabit. auferte autem eum qui sceleratus est: e
medio vestri. ¶ Si enim ad fidelem non spectat controuersias infidelium discutere/ &
de eis sententiam dare: nō etiam velit suas controuersias ab infidelibus discuti/ & ab
eis iudicari. Nolebat certe Paulus vt notitia illius infandæ fornicationis vllo pacto
infidelibus innotesceret: neq̧ alia quæ ex infirmitate carnis/ Christianis accidunt. car-
nales enim semper infirmi sunt: & in omne barathrum viciorum ruentes. nolebat in-
quam (vt & id par est) ne infideles id religioni/ cui maxime inimici sunt impinguāt/
imo religionis capiti Christo super omnia benedicto. qui omnes/ & qui intus/ & qui fo-
ris sunt: iudicabit/ sancto/ iusto & ineluctabili iudicio. Cuius sanctum/ iustum/ & verum
iudicium: sit in omnia sæcula benedictum. Amen.
A ¶ EXAMINATIO nōnullorū circa literā. ¶ Vulgata æditio. Qualis nec inter gētes.
25 ¶ Deest verbū noīatur. Paul⁹. ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. ¶ Vulgata
B æditio. Eum qui sic operatur. ¶ Deest: hoc. Paulus. τὸν οὕτως τοῦτο κατεργασά-
26 μενον. ¶ Vulgata æditio. In nomine domini nostri IHESV CHRISTI congregatis
vobis & meo spiritu. ¶ Potius dicendum condolentibus aut cōtristatis vobis & meo
spiritu. Paulus. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, συναχθέντων
ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος. verbum enim ἄχθομαι tristor significat: cu-
ius compositū συνάχθομαι. ¶ Vulgata æditio. Cum virtute domini IHESV tradere
huiusmodi hominē satanæ. ¶ Dicendum cū virtute domini nostri Ihesu Christi & su-
perfluit hominem. Paulus. σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.
παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ. ¶ Vulgata æditio. In die domini nostri
IHESV CHRISTI. ¶ Ex Paulo solum hic habetur in die domini Ihesu. Paulus. ἐν
B τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. ¶ Vulgata æditio. Nescitis quia modicum fermentū
27 totam massam corrumpit. ¶ Dicēdum totam massam fermentat. Paulus. οὐκ οἴδατε,
ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. In hac ipsa propositione a Paulo ī epi-
stola ad Galathas repetita: carpit Beatus Hieronymus veterem interpretem/ dicens.
Male in nostris codicibus habetur modicum fermentum totam massam corrumpit: &
sensum potius interpres suum/ q̄ verba apostoli transtulit. & mauult dici Hieronymus
conspersionem q̄ massam. diffiniuntq̧ conspersionem esse farinam aqua conspersam.
Verum in hoc non sit questio an massa an conspersio dicatur: quod semper a Paulo di-
citur φύραμα. Nam in præcedenti epistola quæ est ad Rhomanos cap. 9: dicitur idem
vocabulū de luto. vbi dicitur. an nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere
hoc quidē vas ad honorē illud vero ad ihonorationē/ sic Paul⁹. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν
ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν
σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Sed & dicitur de ficubus apud Danielē/ & de plumbo
apud Zachariā/ vbi videt vocabulū massa aptius quadrare q̄ cōspersio. Verū cū φύρω
verbū miscere significet: non male massa mixturā quandam significare videtur/ seu id
ex farina & aqua/ seu ex luto/ aut alijs quibusuis rebus sit. At pacem magis amemus/
& sanctam apostoli intelligentiam: q̄ ad vocabulum contentionem. ¶ Vulgata ædi-
tio. Vt sitis noua conspersio. ¶ Idem vocabulum φύραμα/ quod vetus interpres
paulo ante verterat massam: hic vertit conspersionem. At clarior erat analogia Pau-
li: si semper eodem vt Paulus/ vsus fuisset vocabulo. Paulus. ἵνα ἦτε νέον φύρα-
μα. ¶ Vulgata æditio. Itaq̧ epulemur. ¶ Potius ex Paulo celebrem⁹/ aut diem festum
C agamus. Paulus. ὥστε ἑορτάζωμεν. ¶ Vulgata æditio. Non vtiq̧ fornicarijs hu-
27 ius mundi. ¶ Potius & non omnino/ aut nullo pacto. Paulus. καὶ οὐ πάντως
28 τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου. ¶ Vulgata æditio. Alioquin debueratis
D de hoc mundo exijsse. ¶ Legi etiam hic quoq̧ potest: quoniam debetis vtiq̧ ex hoc
29

mundo exisse/ vel exire. Paulus. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.
¶ Vulgata æditio. Si is qui frater nominatur inter vos. ¶ Particula inter vos abūdat.
D Paulus. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. ¶ Vulgata æditio. Auferte malū ex vo-
30 bisipsis. ¶ Clarius auferte eū qui malus est/ ex vobisipsis. Nam masculine dicitur apud Paulum. vt autē vetus interpres vertit: phantasiam facere potest/ vt malum neutro genere dicatur/ & perinde sit ac si dicamus auferte malū/ auferte peccatum ex vobisipsis. & quod dicitur ex vobisipsis: idem est ei quod accommodatiore sermone latino dicitur e medio vestri: quod & loco illius posuimus. Paulus. καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

CAP. VI

31 Vm igitur ad fideles spectent causæ & controuersiæ fidelium discutiendæ: q id non facerent Corinthij/ sed apud infideles qui iustitiam dei ignorant/ & ideo iniusti sunt/ arguit eos Paulus/ dicens. ¶ Audet quispiam vestrum causam habēs aduersus alium/ vocare in ius apud iniustos & non apud sanctos? Nescitis q sancti mundum iudicabūt? Et si a vobis iudicabitur mundus: indigni estis prætoriorum minimorum? Nescitis q angelos iudicabimus? Nonne & temporalia? Si temporalia igitur prætoria habeatis: eos qui in ecclesia contempti sunt sedere facitis? Ad verecundiam vestram dico. Siccine in vobis non est sapiens/ ne vnus quidem qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicatur/ & hoc apud infideles? ¶ In omnibus his arguit apostolus Corithios: q frater fratrem/ id est fidelis fidelem vocabat ad iudicium ante infideles. Qz ignorarent dignitatem sanctorum: qui & mundum/ & non solum mundum sed & refugas angelos in iudicio iudicabunt. quod mysticum & archanum est. multo igitur magis: possunt & de minimis & temporalibus rebus iudicare. argumēto enim eos reuincit a maiori. Et de iudicio sanctorum dicitur. Fulgebunt iusti: & tanq̄ scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes: & dominabuntur populis. Accusat & eos: q cum fora habeant/ id est loca ad iudicandum/ præsidem aliquem constituebant qui esset ignauus/ & contemptus in ecclesia. quasi inter eos/ nullus esset sapiens: qui p̄fici potuisset. quod eis ad verecundiam cedit. Et ob hoc q inutilem præficiebant iudicijs: continge bat vt declinantes forum eius/ ad infidelium iudicium prouocarent. Sed & aliam superaddit accusationem: q omnino inter se iudicia habent/ & alter alterum ad iudices prouocat (in quo fraterna charitas feritur/ & proximi dilectio sauciatur) existimās satius esse iniuriam sustinere/ q̄ fratrem ad iudicem prouocare. iniuriam autem pati ma-
32 lum non est: charitatem autem violare peccatum est. & q̄to plures sunt in ius vocationes: tanto plurium iniustitiarū signum est. Iccirco dicit Paulus. ¶ Eniuero iam omnino in vobis scelus est: q iudiciorum altercationes inter vosipsos agitatis. Cur nō potius iniuriam sustinetis? cur non potius priuationem rerum toleratis? verum vos iniuriam irrogatis/ & spolia aufertis: & hæc fratribus. An nescitis: q iniusti regnum dei nō hæreditabunt? ¶ Cum in ciuitate multus est ad medicos concursus: signum est multarum infirmitatum. sic & cum multæ ad forum deducuntur lites: signum (vt dictum est) multarum iniustitiarum. Et plerumq̧ euenit/ vt qui prouocat aut qui prouocatur iustus: e foro redeat iniustus. Si enim quispiam (verbi causa) nūmos aliquot michi etiā nolēti detinet/ facit michi iniuriam: sed in hoc peccatum michi nullum est. & fieri potest: vt etiam eum diligam/ & ipse quoq̧ me diligat. si autem eū voco in ius/ si ei dāna procuro/ quæ necessario vocationem illam prætorialem sequuntur/ si etiam tanq̄ æthnicum omni sanctorum consortio & participatione eum totius ecclesiæ priuatum iri obtineo: quo modo non facio iniuriam/ qui iustitiam peto? quo modo mandatum dei nō soluo: qui sanctam inter me & fratrem dilectionis necessitudinem violo? Credite Paulo qui per spiritum dei loquitur. potius est iniuriam sustinere/ & rerum priuationem perferre: q̄ sic fratrem i fratrem iudiciarias lites agitare. Quapropter pro omnimodis in-
33 iustis/ & iniuriam alijs inferentibus: terrificum sed generale & verissimum subiungit Paulus documentum dicēs. ¶ Nolite errare. neq̧ fornicarij/ neq̧ idololatræ/ neq̧ adulteri/ neq̧ molles/ neq̧ cinædi/ neq̧ auari/ neq̧ fures/ neq̧ ebriosi/ neq̧ cōtumeliosi/ neq̧ rapaces: regnum dei hæreditabunt. ¶ Verum quia multi Corinthiorum tales aliquando se fuisse cognoscebant: ideo in diffidentiam quam desperatio sequitur/ incidere po-
34 tuisset/ se nūq̄ in regnū cœleste ingressuros. Hac de causa: eorū animos bona spe æternæ hæreditatis erigit Paulus/ dicēs. ¶ Et hęc quidā fuistis. sed loti estis/ sed sāctificati estis/ sed iustificati estis: in nomie dñi IHESV/ & in spū dei nostri. ¶ Qui igitur per mysteria Xpi sāctificati & iustificati sūt/ siue per baptismū φωτισμάτων/ siue post baptismū p

reconciliationis sacramētum:nulla ob prius acta facinora/ debet eis irrepere diffiden-
15 tia.accidit enim eis/ quod vel vnicuiqȝ sancto accidere poterat: nisi rationi & spiritui
» fortius hæsisset q̄ carni. Quod & de seipso testatur Paulus: dicens. ¶Omnia in mea
» sunt potestate: sed non omnia conducunt. omnia in mea sunt potestate: sed ego sub
» nullius redigar potestate. ¶In potestate eius erat & elluari/ ciboqȝ & potu refarcire vē
trem/ & crapula distendi/ & fornicari/ & cætera id genus quæ carnis sunt. sed sub nul-
lius talium redactus est potestate. Quia rationi/ spirituiqȝ hærebat. & qui hęret spiritui:
deo hæret. Et quia etiam illa non conducunt. Nam & escas quæ ad ventrem sunt/ & vē
trem qui est ad escas: vtraqȝ deus destruet. Et ratio & spiritus insinuant: ꝙ corpus non
est ad fornicationem/ sed vt sit dei templum. & deus: dominus erit corpori/ quod & po
tentia sua suscitabit/ vt sit ei æternum & incorruptibile habitaculum/ qui & suscitauit
36 dominum nostrum Ihesum Christum. In quo ostendit deus: & corpus sui esse debere/
» & se dominum esse corporis. Quæ & subdit Paulus dicens. ¶Escæ erunt ventri: & ven-
» ter escis/ Deꝰ autem & hūc & illas destruet. Corpus autē nō sit fornicationi/ sed domi-
» no: & erit dominus corpori. deus autem & dominū suscitauit: & nos suscitabit per po-
» tentiam suam. ¶Sed spiritus & ratio/ alijs etiam vijs pandunt non esse nobis facienda
opera carnis: etsi illa in nostra sunt potestate. quia corpora nostra membra corporis
Christi sunt. Quis igitur se agnoscens membrum Christi: se de corpore Christi tollet/
vt per fornicationem quæ opus carnis est/ se faciat membrum meretricis/ qui certe for
nicatur/ vna caro cum meretrice efficitur: sicut scriptum est. erunt duo in carne vna. qui
enim matrimonio debetur ad carnis vnitatem: adhærentis meretrici/ consimilis car-
nis actus est. qui igitur adhæret meretrici: carne adhæret. At qui adhærebat Christo:
spiritu adhærebat/ & spiritus vnus efficiebatur. vt enim adhæsio carnis ad carnē: mul-
to magis spiritus ad spiritum ad vnitatem. nunq̄ enim ad vnionem carnis/ vniuntur
spiritus: sed erūt duo (inquit) in carne vna. sed ad vnionē spiritus: vnitur & caro. Nos
enim vnum corpus sumus/ & vnus spiritus in Christo. O si altum hoc mysterium de
vnitate spiritus & corporis saperemus/ vnitate inq̄ sancta & admirabili/ & quæ melius
ab angelis intelligitur q̄ ab hominibus: nūq̄ ob infaustū carnis opus/ hāc sanctā vnio-
37 nem solueremus. O infœlix & superinfœlix: qui hoc infœliciter audet. Sed nunc audi
» spiritus sancti tubam/ Paulum: hæc nobis mysteria aperientem. ¶Nescitis ꝙ cor-
» pora vestra: membra CHRISTI sunt/ tollens igitur membra CHRISTI: faciam mē-
» bra meretricis/ Absit. Nescitis ꝙ qui adhæret meretrici: vnum corpus est/ erunt enim
» (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæret domino: vnus spūs est. ¶Sanctitas
& impuritas: duo sunt opposita/ & maxime quidem opposita. Corpus Christi sanctum:
& templum eius debet esse sanctum/ sicut scriptum est. Domum tuam decet sanctitudo.
Nos autem corpus Christi sumus: nos (inquam) si spiritu ei hæremus. & membra no-
stra: templum dei sunt. corpora igitur nostra decet esse sancta. At nichil magis impu-
rum: q̄ fornicatio cum suis speciebus. Maxime igitur aduersatur sanctimoniæ corporis
Christi/ & sanctitati templi dei: & maxime polluit sanctum templum eius/ redditqȝ pro-
phanum/ pollutum/ & immundum. Hanc ob causam arcte præcipit Paulus hanc san-
38 ctitatis ademptricem/ hanc (vt sic dixerim) templi dei pollutricem: summopere esse fu
» giendam/ dicens. ¶Fugite fornicationem. omne peccatum quodcunqȝ fecerit homo:
» extra corpus est. qui autem fornicatur: in proprio corpore peccat. An nescitis ꝙ corpo-
» ra vestra/ spiritus sancti qui est in vobis templum est/ quod habetis a deo & non estis
» vestri/ empti enim estis precio. glorificate itaqȝ deum in corpore vestro/ & in spiritu
» vestro: quæ dei sunt. ¶Qui fornicatur: materiam peccandi/ aliunde non capit nisi ex
propria corporis substantia. Ideo fornicans: in proprio/ & ex proprio corpore peccat.
Cætera autem peccata: materiam peccandi extra corporis substantiam sumunt. vt gu-
la: in cibo & potu. inuidia: in aliena fœlicitate. soperbia: in honoribus/ externa poten-
tia/ & huiusmodi. Quid si etiam quispiam ex propria forma glorietur/ vt Absalon/ ex
proprijs viribꝰ superbiat: vt quidam Milo aut Sampson/ Hæc corpus/ corporisue sub-
stantia nō sunt: sed adiectitia/ vt apēdices quædam corpori. Quid si in scientia/ Et hæc
nullo pacto ad corpus pertinet. Et qui bene respicit: omne aliud peccatum extra corpo-
ris substantiam/ habet materiam. sola fornicatio suā habet pro materia corporis sub-
stantiam/ quasi vicinius dissipans spiritus sancti domicilium. quod quidem non no-
strum: sed Christi dei est. emit enim ipsum: suo preciosissimo sanguine. Quod igitur
nostrū nō est sed dei: non polluamus/ non dissipemus/ per tam fœdum fornicationis
monstrum. sed & corpore & mente glorificemus deum: quæ non nostra/ sed eius ipsius
sunt. Paucorum igitur superiorū: paucis epilogū faciamus. Nō faciamus opera carnis/

etsi in nostra potestate sunt: quia loti/ sanctificati/ & iustificati/ per bonitatem Christi/ &
per spiritũ sanctũ. Non faciamus: quia nobis nõ cõferũt. Nõ faciamus: quia & faciẽtes/
& opera ipsa destruet deus. Nõ faciamus: quia corpus ad seruitiũ dei datũ est: & deus
corporis est dominus. Non faciamus: quia deus qui suscitauit Christum/ suscitabit &
corpora nostra. quæ igitur expectãt resurrectionem cõformẽ claritati corporis Christi:
ne operibus carnis inficiamus. Nõ faciamus: quia corpora nostra mẽbra sunt Christi.
Sumemus ne igitur mẽbra Christi: & fedabimus fetore meretricis/ aut efficiemus mẽ-
bra corporis peccati/ quæ habitatio est diaboli/ relinquentes Christum & diuinam lu-
cem nobis inhabitãtem: vt diabolum cum horrendis tenebris eius suscipiamus nostri
habitatorem? Non faciamus: quia sumus templum spiritus sancti. Non faciamus: quia
templum hoc quod corpore menteq; constat/ non nostrum est. sed emptum est hostia
toto mundo superiore & valentiore/ oblatione scilicet animæ/ & corporis/ & sanguinis
filij dei: offerente/ & suscipiente diuinitate. Glorificemus ergo deum tanti muneris au-
thorem/ tota anima & toto corpore nostro: & nos & animam & corpus eius esse cogno
scamus. neq; re eius vtamur: nisi ad eius gloriam & honorem. Cui decus/ honor/ pote-
stas/ dominiũ & imperium nostri: sit in sempiternum. Amen. Nunc examinatio.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Et si in vobis iudi-
31 cabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis? ¶ Magis dicendum indigni
estis prætoriorum aut fororum minimorũ. prætorium enim & forum iudiciarium: lo-
cus est vbi iudex sedet/ vbi & diffiniuntur controuersiæ in iudicio contendentiũ. Pau-
lus. καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων.
vocabulum enim κριτήριον forum & iudiciarium locum designat. Et a sanctis siue
in sanctis: iudicabitur mundus. quia fide eorum adducta in exemplum (vt quibusdam
sacris interpretibus placet) perfidia malorum condemnabitur. damnabũt ergo ac iu-
dicabũt sancti: vt testes bonitatis diuinæ. Rex autem qui est Christus Ihesus: vt iudex.
¶ Vulgata æditio. Quanto magis sæcularia. ¶ Dici potest: nõne & temporalia. Pau-
lus. μήτιγε βιωτικά; designat enim βιωτικὸν temporale/ sæculare/ & ad vitam
hanc spectans. ¶ Vulgata æditio. Illos constituite ad iudicandum. ¶ Potius constitui-
tis est dicendum. non enim præcipit Paulus: sed repræhendit Corinthios/ quod ita face-
rent. quamquam potius est sedere facitis quam constituitis ad iudicandum. hoc tamen: illud inter-
B pretatur ac explicat. Paulus. τούτους καθίζετε. ¶ Vulgata æditio. Sed frater cum
31 fratre iudicio contendit. ¶ Potius frater cum fratre iudicatur. Paulus. ἀλλὰ ἀδελ-
B φὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται. ¶ Vulgata æditio. Sed vos iniuriam facitis/ & frau-
32 datis: & hoc fratribus. ¶ Hæc pluratiue dicendum est. Et verbis interpretis non apte
respondet: fratribus. Nam non dicitur: fraudatis fratribus/ sed fratres. Sed illi potius
erat dicendum/ iniuriam facitis & fraudes intentatis/ aut quippiam simile: & hoc fra-
tribus. Quod si fraudatis verbum manere debet: prius mutandum est & dicendum/ in-
iuria afficitis. & datiuus in accusatiuum mutandum/ totam orationem nectendo hunc
in modum. sed vos iniuria afficitis/ & fraudatis: & hoc/ fratres. quo & in casu: Paulus
locutus est. Paulus. ἀλλ᾽ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελ-
φούς. Verum de his satis hactenus. grãmaticorum partes: missas faciamus gramma-
C ticis. ¶ Vulgata æditio. Et hæc aliquando quidem fuistis. ¶ Neq; aliquando/ neq; qui-
34 dem coniunctio: sed aliqui siue quidam duntaxat habetur. non enim taxat omnes: sed
C aliquos solũ qui tales fuere. Paulus. καὶ ταῦτα, τινὲς ἦτε. ¶ Vulgata æditio. Om-
35 nia michi licent: sed non omnia expediunt. Omnia michi licent: sed ego sub nullius re-
digar potestate. ¶ Magis consentaneum: vt latine dicamus omnia in mea sunt pote-
state. Nam quod subiungitur/ sed ego sub nullius redigar potestate: id vocabulum po-
testate deductitiũ nomen est ab eo/ quod paulo ante dictum est licent. Licent enim di-
ctum est ἔξεστιν. & potestate ἐξουσία (nichil referat: an simpliciter an composite) at
sequitur ἐξουσία potestatem designat. ergo ἔξεστιν in potestate est. Et contra ἔξεστιν
licet significat. ergo ἐξουσία licentiam. sunt enim hæc coniugata. locus quidem dia-
lecticis notissimus. sacra autem eloquia consentanee ferme vbiq; ἐξουσίαν potestatẽ
interpretantur. Igitur & ἔξεστιν consentanee in potestate esse interpretabuntur. & ita
velle Paulum nichil certe dubito: qui idem & dialecticus/ & rhetor/ & philosophus: sed
hæc omnia/ diuine supermũdane/ & (vt sic dicam) transcendenter fuit. nisi tenebræ
velint de luce iudicium facere. Paulus. πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ᾽ οὐ πάντα συμ-
φέρει, πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. ¶ Vul-
C gata æditio. Esca vẽtri & venter escis/ deus autẽ & hũc & hãc destruet. ¶ Dicẽdũ escæ
36 pluratiue/ vt cõtinuo dixit escis. Et pluratiue: & has. Paulus. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ,

D καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν, ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει.
36 Sed verbum expressimus: vt clarior sit intelligentia. ¶ Vulgata æditio. Qui adhæret
meretrici: vnum corpus efficitur. ¶ In Paulo legitur: est/ non efficitur. alludit enim ad
38 verbum eloquij/erunt: vbi dicitur erunt duo in carne vna. Paulus. ὁ κολλώμενος
τῇ πόρνῃ ἓν σῶμα ἐστίν. ¶ Vulgata æditio. Omne enim peccatum. ¶ Particula
enim abundat. Paulus. πᾶν ἁμάρτημα. ¶ Vulgata æditio. An nescitis quoniam mē
bra vestra templum sunt spiritus sancti: qui in vobis est? ¶ Legēdum: corpora vestra.
Et elegantius templū est. Paulus. ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, ναὸς τοῦ
ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν; ¶ Vulgata æditio. Empti enim estis precio ma-
gno glorificate & portate deum in corpore vestro. ¶ Magno/ & particula & portate:
superflua sunt. Sed id totum in fine mancū ac deficiens: & in spiritu vestro/ quæ sunt
dei. Paulus. Δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύ-
ματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ θεοῦ.

CAP. VII

Orinthij per epistolam multa sciscitati fuerant ab apostolo: vt an eis
abstinendum esset ab vxoribus. An ducenda vxor. Si ducta: an absti-
nere liceat viro si velit/ aut mulieri si velit/ & id genus multa. Quibus
ipse per ordinem respondet. Primo. Vxori astrictus nō es: bonum est/ 1
si vxori non iungaris/ & omnino mulierem nō tangas. Secundo. Ne 2
fornicandi surrepat occasio: liceat cuiq; viro propriam vxorem ha-
bere/ & cuiq; mulieri habere proprium virum. proprius enim vir: le-
gitimus maritus est. Tertio. Qui vxorem habet: non licet ei si vult cō 3
tinere/ sed debitam beniuolentiā debet vxori reddere. & contra: vxor
viro. Et causa est: quia vir/ potestatem corporis sui non habet. non est enim suum: sed
illud donauit vxori ad vsum futuræ prolis. neq; vxor/ corpus proprium habet i sua po-
testate. non enim suum est: sed est viri. donauit enim illud viro ad communem prolis
propagationem. quod enim donatum est: non est amplius in potestate eius qui dedit/
sed in potestate eius qui dono accepit. Est enim mulier: vt campus. vir: vt agricola.
proles: vt ex semine agricolæ/ vber in campo fructus. Sed sapiens agricola non semper
seminat semen: neq; campus semper ad suscipiendum est aptus. Ita neq; vir semper ab
vxore mutuam beniuolentiam exigere debet: non enim semper est apta. neq; mulier
a viro. nō eni semper serēdi tempus est. Sed id rationabiliter fieri debet: cum neq; hic
neq; illa rationabile habeant impedimentum. nonne enim vides: non simplex/ sed mu
tuum hic esse donum? Tu vir es: vsum corporis vxoris tuæ/ sancte requiris. potes qui-
dem: quia tuum est/ & illius ad hoc/ id est ad vsum prolis/ habes potestatem. sed si ipsa
indisposita est: refutare te potest. tuum enim corpus suum est/ & non tuum. & suæ rei/
quia indisposita est/ refutat vsum. id enim tam in potestate habet: q̄ habes in potestate
corporis eius vsum. non igitur refutat tibi vsum corporis sui/ neq; debet: sed non vult
vti ea re/ quæ est in potestate eius aut vti aut non vti. vti quidem: si rationi consonum
est. non vti vero: si quippiam/ quo minus rationabiliter sit vtendum/ interuenit. Et cō-
tra/ si vxor vsum corporis viri/ sancte requirit: neq; iuste potest/ neq; debet vir negare.
rem enim suam: vxor petit. sed rationabili causa interueniēte/ vt forte si tunc vir ægro-
tat: potest nolle re sua vti/ id est vxoris corpore. non q̄ neget vxori vsum corporis sui:
sed q̄ nolit re sua vti/ q̄ scilicet rationabiliter non expediat. mutuus igitur ad hoc exi-
gitur consensus: vt & mutuum est corporum donum. Sed cum neq; huius/ neq; illius
rationabile est impedimentum: vter debitam beniuolentiam efflagitat/ sancte redden-
da est. Etenim cum tempus aptum est/ & dispositus campus/ & agricola cum annona
præsens: ipse semen terræ in dei benedictione committit. & irrationabile esset: si tunc
non committeret. quanto magis igitur sancte/ pure/ & religiose etiam tunc id semen cō
mittendum est: vnde debet homo nasci/ optimus mundi fructus/ in quo deus suam in-
spirat imaginem. Et de hac/ & hoc modo reddenda debita beniuolentia: sanctum in-
telligē apostolum. quem nunc audiamus in hæc ad Corinthios hoc pacto scribentem.
39 ¶ De quibus autem ad me scripsistis. Bonum est homini: si vxori non iungatur. Ob
fornicationes tamen: liceat vt vnusquisq; suam ipsius vxorem habeat/ & vt quæq; pro-
prium habeat virū. Vir vxori debitā beniuolentiā reddat. similiter autē & vxor viro.
Vxor/ proprij corporis nō habet potestatem: sed vir. Simili quoq; modo/ & vir proprij
corporis nō habet potestatē: sed vxor. ¶ Hæc stati perspicua. Quarto. An viro & cōiugi 4
liceat separati ac priuate viuere? Licet ex vtriusq; cōsēsu/ & ad tēpus: vt (verbi causa) ie-
iunio & orationi vacēt. Quo tēpore pacto: ipsi simul degāt & cōueniāt. nō q̄ id pcipia-

40 tur:sed indulgetur.ne ob continendi infirmitatem: alter aut vterq; tentetur ad forni-
candum.Quod subdit Paulus dicens.¶ Nolite priuati esse ab inuicem: nisi aliquan-
tulum ex consensu ad tempus/ vt vacetis ieiunio & orationi. & rursus simul cōuenien-
te:ne tentet vos sathanas ob incontinentiā vestram. Hoc tamen dico secundum per-
missionem:non secundum præceptum. ¶ Et vita thori: bona est.& vita abstinentium
a thoro:bona.sed vita abstinētium a thoro propter Christum/ vt seruitio Christi cœli-
bem vitam ducentes sanctius puriusq; vacent/ vt ieiunio/orationi/operibus misericor-
diæ/aliorum ædificationi/aut aliquibus similibus :melior est. Verum non pro voto cu-
iusq̄ id fit: sed pro dono dei. quod quidem insigniter habuit Paulus: & ij qui similes
41 Paulo/spirituales sunt. Quapropter hanc eminentiā hominibus bene imprecans:sub-
iungit. ¶ Velim autem omnes homines esse tanq̄ & meipsum. sed vnusquisq; propri-
um donū habet ex deo.hic quidem:hoc modo.ille vero:illo. ¶ Errare profecto credi-
derim (& si multi & magni sunt) eos qui Paulum putant titillationibus carnis/& dif-
ficultate continendi tentatum. Nam & spiritum dei habebat: & vere spiritualis erat.
neq; illas tentationes quæ & carnalibus frequentes & permolestę sunt: sentiebat/ etsi
frequenter in seipso transfigurat carnalis hominis infirmitates/ & infirmis fit vt infir-
mus cum minime sit infirmus/ sed vt infirmos lucrificet.Sed quid quinto loco/ de ijs 5
42 qui sine vxore sunt/& de viduis quæ sunt sine viro sentiat:audiamus ipsum hoc modo
dicentem. ¶ Dico autem ijs qui sine vxore sunt & ijs quæ viduæ sunt:bonum ipsis est
si maneant quemadmodū & ego.Q; si continere non valent:nuptijs intendant. Nam
melius est nuptijs intendere: q̄ ignem experiri. ¶ Celibatus/ & vita omnem fugiens
carnalem contactum (qua & Paulus sancte vixit) siue viris qui vxorem non duxerūt/
siue mulieribus quæ non duxerunt viros/ siue etiam viris qui vxores habuerunt/ siue
mulieribus quæ idenndem viros habuerunt/non amplius habentes: longe præferen-
da est nuptijs.sanctior enim/ purior/ & spiritualior. Verum quibus non est continendi
propositum/ si viri sunt:vxores ducant.si mulieres: ducant viros. nuptias enim inire:
peccatum non est.extra autem thorum non continere:peccatum est. Nam fornicatio-
quam qui cōmittent : ignem non effugient gehennalem. satius igitur talibus est/ nu-
ptijs se cōmittere:q̄ gehennalis ignis periculum expectare.Sexto loco. An liceat viro 6
vxorem dimittere:an vxori dimittere virum?Quid huic petitioni respondendum sit:
ex verbis saluatoris apud Matthęum/satis cognoscitur/sic docētis.Omnis qui dimise-
rit vxorem suam (excepta fornicationis causa) facit eam mœchari.& qui dimissam du
xerit:adulterat.Et apud Marcum. Quicunq; dimiserit vxorem suam & aliam duxerit
43 adulterium cōmittit super eam.& si vxor dimiserit virum suū & alij nupserit: mœcha-
tur.Et similis sententia apud Lucam habetur. quapropter adiungit Paulus. ¶ Ijs au-
tem qui nuptijs sunt addicti:non ego præcipio/ sed dominus. Mulier a viro non sepa-
retur. Q; si separetur: maneat sine viro/ aut viro reconcilietur.& vir:vxorem non di-
mittat. ¶ Et quo modo separari potest vxor a viro:vnica causa/ fornicatio est. quod ex
domino cognoscitur.Si vir fornicator est: causam habet vxor se separandi a viro/ sed
tunc non alteri nubat.sed sit sine viro:nisi cum proprio viro reconciliatio fiat. ad quē
liceat:ex verbis apostoli redire. pœnitere enim eum potest: & immaculatum post mo-
dum conseruare thorum.Similiter si vxor fornicatur:causam habet vir dimittendi eā.
sed sine vxore sit:& illa sine viro/ nisi reconciliatio fiat/ & vir propriam vxorem ad se
reuocet. pœnitere enim eam potest: & fidelem post modum in maiore humilitate/ ob-
seruantia/& subiectione viri/ inuiolatum cubile seruare. Et quanq̄ in euangelio & in
apostolo non tanta exprimantur: ex expressis tamen/ tanta (nisi rectæ lumen Analo-
giæ desit) intelliguntur. & hæc de ijs quorum vterq; cum vir tum vxor fidelis est:di-
44 cuntur. Nunc autem septimo loco:de ijs quorum alter solum aut fidelis aut infidelis 7
est/ dicit Paulus.¶ De cæteris autem ego dico:non dominus. Si quis frater vxorem
habet infidelem/ & ipsa consentit habitare cum eo:non dimittat eam.Et si vxor quæ-
piam virum habet infidelem/ & ipse consentit habitare cum ea: non dimittat ipsum.
sanctificatus enim est vir infidelis in muliere:& sanctificata est mulier infidelis in vi-
ro.alioqui filij vestri immūdi sunt.At nunc sancti sunt. ¶ In sanctificatione mulieris
fidelis sanctificatur vir infidelis nō simpliciter/ sed quo ad generationis actū.Et in san
ctificatione viri fidelis sanctificatur vxor infidelis non simpliciter:sed quo ad genera-
tionis ex viro officiū. & qui nascitur infans ex matre īfideli/ genitus a patre fideli:san
ctus est. & qui nascitur infās ex matre fideli/ genitus ex patre infideli:item sanctus.qui
autem ex vtroq; infideli: imundus.Et esto hic & ille sic decedant:circa hunc & circa

illum est alia & alia secreta dei dispensatio. circa hunc quidem: vt immundum. circa
illum vero: vt mundum & sanctum. verum & hæc immunditia & hæc sanctitas: deri-
uatitia est. & hæc sanctitas: quædam sanctitas incoata/ non consumata. quæ si per ba-
ptismum consumatur: hæc ex sanctitatis fonte proxime erit sanctitas/ & ex spiritu san-
cto/ & tali iam cœlum apertũ est. i testimoniũ cuius: Ihesu totius sanctitatis authore ba
ptizato aperti sunt ei cœli. & vidit spiritum dei descendentem sicut colũbam: & ventẽ-
tem super eum. deriuatiria autem sanctitas: nondũ sufficit aperire cœlum. Sed de tali-
bus: secundum suũ secretum disponet deus/ vt & de hoc modo sanctis. Neq; vltra no-
bis de talibus cognoscere est concessum. sanctos enĩ esse: ex Paulo hic cognoscimus/
siue in vtero mortuis/ impossibilitatẽ ad vlteriorem veniẽdi sanctitatem/ excuset deus/
siue ex negligentia non veniẽtibus/ possibilitatem accuset. Nam vt scriptum est. Iustus
es domine: & rectum iudiciũ tuũ. Octauo. Si fidelis/ consortem thori infidelem habeat/ 8
& infidelis abire velit: nõne fidelis permittere debet? Debet profecto. nam si vir est fi-
delis: tali seruituti obnoxius non est/ vt infidelem vxorẽ retinere cogatur abire volen-
tem. Neq; fidelis vxor/ ei seruituti obnoxia est: vt infidelem virum retineat/ eũ & odiẽ-
tem & deserere cupientem. Nam inter eos pax nulla esset. deus autem nos in pace vo-
cauit. Verũtamen neq; vir fidelis vxorem infidelem abigat abire nolentẽ: neq; vxor fi
delis infidelem talis voluntatis virum. Nam si vir fidelis es: nescis an per te saluare ve-
lit deus vxorem tuã infidelem/ & per te/ fidelem tandem fieri. Neq; etiam si vxor fide-
45 lis sis: nescis an per te velit virum tuum fieri fidelem. erit enĩ: vt vnicuiq; deus impar-
» titus fuerit gratiam. Quod testatur Paulus dicens. ¶ Si autem infidelis separatur: esto
» separetur. neq; seruituti subiectus sit frater aut soror ĩ talibus. in pace autẽ vocauit nos
» deus. Quid enim scis vxor: si virum saluabis? aut quid scis vir: si vxorem saluabis. Ni-
» chil. nisi vt vnicuiq; impartitus est deus. ¶ Nono regulam quandã generalem dat Co- 9
46 rinthijs: & eandem declarat/ dicens. ¶ Vt vnumquenq; vocauit deus: sic ambulet. & sic
» in omnibus ecclesijs ordino. Circũcisus quispiam vocatus est: non attrahat præputiũ.
» In præputio vocatus aliquis est: nõ circuncidatur. circuncisio nichil est/ & præputium
» nichil est: sed obseruatio mandatorum dei. ¶ Hoc præceptum/ deum vocantem respi-
cit: qui ex omni conditione hominũ aliquos sibi deligit/ aliquos liberos/ aliquos seruos
aliquos circuncisos/ aliquos incircuncisos. Non displicet ei in illis libertas/ in alijs ser-
uitus/ in alijs circuncisio/ in alijs præputium: sed maxime illi placet nominis sui cogni
tio/ & mãdatorum eius obseruatio. Si etiam mandat circuncisionem: circuncisio vt cir
cuncisio/ nichil est ad salutem/ sed obseruatio præcepti eius. & si mandat non circunci-
di: præputium vt præputium/ nichil ad iustificationem/ sed obseruatio præcepti eius.
non igitur signum: sed voluntas dei/ præcipue attendenda est. Decimum autem quod 10
47 discutit: simile isti est/ conuersum tamen quodãmodo. Nam hoc vocatum: istud vero re-
» spicit vocãtẽ. Hoc autẽ sic ponit & declarat apostolus. ¶ Vnusquisq; ĩ vocatiõe qua vo
» catꝰ est: ĩ ea maneat. seruus vocatꝰ es nõ sit tibi curæ. attamẽ si potes liber fieri: maiorẽ
» operã impẽde. Nã q ĩ dño vocatꝰ est seruꝰ: libertus ẽ dñi. Similiter & q liber vocatꝰ est:
» seruus est CHRISTI. precio empti estis: nolite fieri serui hoĩm. Vnusqsq; ĩ quo vocatꝰ
» est fratres: in eo maneat apud deũ. ¶ Qui vocatus est in humili cõditione/ in qua etiã
seruitus Christi minus libera est/ vt in humana seruitute: maneat quidem in ea. sed si
potest: non permaneat/ verum ad liberiorem transeat. Quo modo? Vrgendo operam:
melius ac fidelius q̃ vnq̃ seruiendo. vt ex bono & prompto seruitio/ & ex vtilitate inde
parta domio: donetur seruo libertas. vt qui hominis seruus erat: plenus esse possit Chri
sti seruus. Nam q̃diu hominis est seruus: non potest esse plenus Christi seruus. talis enĩ
seruus: solum Christi est/ solum Christo seruit ac famulatur. Quia tamen vocatus a
Christo/ & non nichil inter seruitia domini sæcularis/ Christo impendit: libertus Chri
sti esse potest/ sed nondum plenus seruus. plus enim est esse seruum Christi/ q̃ libertum
& q̃ liberum Christi. Liber Christi: nichil ei impendit. Libertus: impendit quidem sed
parum. seruus: omnino Christi est/ non sui/ nõ mũdi/ sed Christi/ & omnia Christo impẽ
dit. Et vt in terreno homine: libertatis conditio summa est/ iucundissima/ & (vt sic di-
cam) in hoc mundo fœlicissima. deinde: liberti. & vltima: serui. sic spirituali homini:
spiritualis seruitus/ summa/ delectabilissima & fœlicissima. deinde: liberti. infima au-
tem & misera: libertas. spiritualis seruitus: per eminentiam dicta. humana: per defe-
ctum. spiritualis seruitus: tam humanam supergreditur libertatem/ q̃ fœlicitas mi-
seriam. Qui igitur in hoc mundo/ liber vocatus est a Christo: totus potest esse Chri-
sti seruus. studeat igitur hanc sibi preciosam vendicare seruitutem. & nullo mo-
do fiat aut seruus mundi/ aut seruus hominũ. Nam tunc integrã illam eminentem/

& super omnem libertatem/preciosam: non posset sibi retinere seruitutem. Et O liberi
mundi:empti estis precio etiam superiore/ mūdo.nolite fieri serui hominū. Hic eni ad
eos qui liberi vocati erāt:diuiniloqui apostoli pertinet sermo. ¶ Deinde vndecimo lo- 11
co:transit ad statum virginū/dans cōsilium. Qz qui vocatus est virgo/seu vir/seu mu-
lier:bonum est/si sic maneat. Consiliū dat.quia neq; dominus de hoc ipso præceptū de
dit:sed magis consilium. Nam cū dominus dixisset Pharisæis/ non licere viro dimitte-
re vxorem/& dare libellum repudij/ & dixissent ei discipuli eius/ si ita est causa homi-
nis cum vxore/non expedit nubere:dixit illis. Non omnes capiūt verbū istud:sed qui-
bus datum est. De diuersitate vero eorum qui nō nubunt:per tertium mēbrum/statum
virginum quasi in parabola tangens/subiunxit. sunt enim eunuchi:qui de matris vte-
ro sic nati sunt. & sunt eunuchi: qui facti sunt ab hominibus. & sunt eunuchi qui se
48 castrauerunt propter regnū cœlorum. qui potest capere capiat. Ecce consilium dat:nō
præcipit. Sic & Paulus:dicens. ¶ De virginibus autem mandatum domini nō habeo:
sententiam tamen do. vt qui misericordiā a domino cōsecutus sum/vt sim fidelis. Cen-
seo igitur hoc bonum esse propter præsentem necessitatem:ꝙ bonū est homini sic esse.
¶ Bonus simpliciter est virginitatis status/siue vir/siue mulier se castrauerit/ id est pu-
re & sancte continuerit propter regnum cœlorū/ propter dei filium qui virgo de virgi
ne nasci voluit/& virginitatem nuptijs præhonorauit. Est etiam bonus propter præsen
tis vitæ necessitatem. Nam in statu cōiugatorum: multa necessaria sunt/ multorum est
opus/multa est solicitudo cum ratione vxoris/ratione liberorum/tum ratione familię/
seruorum/& ancillarum/ & reliquæ clientelæ. quæ omnia statui virginum desunt. Et
maxime ob necessitatem:hic status decebat/temporibus apostolorū. Nam qui tunc vo-
cabantur ad Christum:pauperes erant/& omnium rerum inopes propter Christum. ꝙ
si bona habebāt: infideles etiam/ agnito ꝙ Christiani essent/diripiebant. vnde maior
eos necessitas vrgebat:si vxorē/si liberos/si familiā habebāt nutriēdā. & plerūq; rapie-
bātur ad martyrij supplicia. a quo tener cōiugis/paruorū liberorū/& desolatæ familię
affectus aut retrahere poterat/aut facere minus spōtanee suscipere. Verū non est omni-
um hunc ducere statum:sed quibus a deo īdultum est. Sed sunt virgines/sunt coniuga-
49 ti/sunt post coniugium cœlibes ac continentes:& omnes hi status/boni sunt. Proinde
duodecimo loco subdit/Paulus. ¶ Alligatus es vxori:noli quærere solutionem. Solutꝰ 12
es ab vxore:noli quærere vxorē. Attamen si duxeris vxorem:non peccasti. & si nupse-
rit virgo:non peccauit. pressuram tamen ob carnem habebunt huiusmodi. Ego tamen
ignosco vobis. ¶ Si virgo nubat:non peccat. Et si solutus ab vxore/vxorem ducat:nō
peccat. vterq; carnem quatenus lege permittitur/ secutus est:& carne premetur. At sen
tiet vxor cum in vtero gestabit/cum dolores partus experietur/cum proles multa an-
xietate educabit/cum marito placere studebit:q̄ virginitatis status cōiugio erat preferē
dus. q̄q̄ horum statuum vterq; bonus. Et nō vir minus experietur molestias sibi secuto
carnem accreuisse:quibus caruisset solutus. Verum illis ignoscendum. delegerunt quidē
bonum:sed quod molestius/non quod trāquillius. tam breuis & tam incerta est nostra
in hoc sæculo vita: ꝙ stultū est solicitudine torqueri/nisi ea qua placere deo possimus.
50 quæ tranquillitatem mentis requirit:& in se & ad deum reuocationem. Et ideo Paulus
hoc sanctum Corinthijs/& per Corinthios nobis:dat documētum. ¶ Hoc autem dico
fratres:tempus breue est. superest vt & qui habēt vxores:sint tanq̄ non habentes. & qui
flent:tanq̄ non flentes. & qui gaudent:tanq̄ non gaudentes. & qui emunt:tanq̄ non re-
tinentes. & qui vtuntur hoc mundo:non tanq̄ abutentes. Decipit enī figura huius mū
di. velim autem vos:sine solicitudine esse. ¶ Cogitemus huius vitę breuitatem/ immo
vanitatem:omnis solicitudo perit/nisi ea quæ futuræ eternitatem respicit. Ea autem est
(studio placendi deo) in mētis trāquillitate/quicquid in hoc mūdo accidat/seu hic/seu
ille status/seu fletus/seu gaudium/seu opulenta/ seu paupertas/seu ad honorem voca-
tio/seu derelictio. nullus:huic mūdo hęreat. quia si aliquid aut esse aut polliceri videtur:
decipit. nihil enim nobis durat:sed cōtinuo elabitur. quod autem ipsum sequitur: æter-
nū est/et semꝑ ē. Ergo sine solicitudine mūdi viuamus: necessario victu & amictu cōtē
ti/in quocūq; statu vixerimus. & mēs nostra in trāquillitate ad deum conuersa: veram
reddet dei imaginem. Nonne vides si turbatur aqua/ & minime sedata & tranquilla
est:nullam reddere effigiem? Verum vt sine solicitudine mundi viuamus/ vt men-
tis tranquillitatē possideamus: vnus status vitę accōmodatior ē q̄ alter/ vt status virgi
51 nū q̄ cōiugatorū. imo & status se etiā post nuptias cōtinētiū:q̄ cōiugatorū. Nō ab re er-
go id nobis aperiēs:subifert Paulus. ¶ Qui sine vxore est: curat ea quæ domini sunt/
quo pacto dn̄o placere possit. qui autē vxorem duxit:curat ea quæ mūdi sunt/quo pacto

placeat vxori. Et discrimen habet vxor & virgo. Quæ sine viro est: curat ea quæ domi-
ni sunt/ vt sācta sit & corpore & spiritu. quæ vero nupta est: curat ea quæ mūdi sūt/ quo-
modo placere possit viro. Hoc autem ad vestram ipsorum vtilitatē dico: non vt laqueū
vobis iniiciam/ sed ad honestatem/ & bonam perseuerantiā immobiliter domino præ-
standam. ¶ Non vt laqueum Corinthijs iniiceret: laudauit virginitatē Paulus. id est
nō vt obligaret eos: ne si vellent aut viri aut mulieres coniugium inirent. sed id dixit:
vtilitatem/ ita viuere valentium respiciens. & vt (quod maximum est) toti/ deo immo-
biliter hærere possent/ & non mundo. Id enim magis possunt & viri & mulieres in sta-
tu virginum & continentium: q̄ in statu coniugatorum. Nam & coniugati/ etsi interdū
hærent dei seruitio: non id toti immutabiliter facere possunt. sed curæ mundi eos reuo
cant & diuidunt: vt nunc mundo/ nunc vxori hæreant. & ita vxores non integræ iugi-
ter hærere dei seruitio possunt: sed eas nūc maritus/ nūc liberi/ nunc res familiaris reuo
cat/ & alias eis occupationes curasq; innectit. Verum quia sunt qui ad hunc perfectis-
simū statum donum non habent/ sicut dicit dominus non omnes capiūt verbū istud/
52 sed quibus datum est: ideo de ijs qui tales sunt/ sentētiam profert Paulus/ & quam etiā
putat/ siue de his/ siue de illis ex dei spiritu esse/ dicens. ¶ Si quis autem īhoneste cōtra 13
virginem suam se facere censet: si sit superadulta/ & ita fieri decet/ quod vult faciat. nō
peccat: si nubat. qui autem firmus statuit in corde/ necessitatē non habens/ & propriæ
voluntatis habens potestatē/ hocq; decreuit in corde suo custodire suam virginem: pro
be facit. quare & qui dat nuptui: probe facit. & qui non dat nuptui: melius facit. ¶ Hæc
53 pro instructione Corinthiorum tertiodecimo loco. Quod sequitur quartumdecimū ob-
tineat. ¶ Vxor autem alligatur legi: quanto tempore viuit vir eius. si autem & dormie 14
rit vir: libera est. cui vult nubat: dum modo in domino. beatior tamen est secundū meā
sententiam: si sic maneat. puto autem: q & ego spiritum dei habeam. ¶ Et hæc vt in-
telligantur: non impendio difficultatem habent. potest tamen pro 13 intelligentia: id
annotari. Quasdam adultas virgines esse: quę propositum continendi habent propter
regnum cœlorum. & patres/ inhoneste & indecenter agunt/ aliam necessitatem nō ha-
bentes: si cogunt eas/ contra sanctum earum propositum viros accipere. Contra etiam
quasdam virgines adultas esse: quarum maritale desyderium titillat pectus. & tunc in-
honeste & indecenter contra eas faciunt patres: si talibus viros non prouident. necessa
riam enim vt eas nuptijs tradant: habent occasionem. Cæterum si quispiam liberam
habens potestatem/ id est qui seruus non sit/ sed suæ potestatis/ adultam virginē habēs/
ad vtrūq; proposito indifferenti/ si animo statuit firmumq; propositum habet eā sacra-
re virginitati/ & eam seruare virginē: probe facit. attamen si connubio iungati nō pec
cat. melius tamen facit: si non iungat. Nam virginitatem maritali thoro præhonorā-
dam & præferendam: ostendit/ cum puritas maior/ tum liberior dei seruitus. Et quod pro
quartadecima Corinthiorum instructione dixit/ de muliere quæ nupsit/ q defūcto viro
soluta est a lege viri/ quæ est lex maritalis: clarum est. Sed particulā quæ sequitur/ cui
vult nubat: restringit ac coarctat per id quod sequitur/ dū modo/ siue solum in domino.
nubit enim in domino: si fidelis/ fidelem accipiat. non enim permittit hæc apostolica i-
stitutio: vt post vocationem fidelis mulier infidelem virum accipiat/ aut contra/ vir fi-
delis infidelem vxorem. Secus autem est si āte vocationem fidelis/ siue vir siue mulier
infidelem habebat societatem. tunc enim fidelis infidelem dimittere non cogitur: im-
mo ex septimo loco retinere præcipitur/ si infideli parti fidelis partis thorus placeat.
Et quod subnectit. Beatior autem est/ si sic mauserit. continentium vitam/ vitæ coniu-
gatorum præfert. quod ita esse: liberior dei seruitus ostendit. Virginitas tamen ōnibus
præeminet: vt quæ cū liberiori seruitute/ maiorē addat puritatē. Et mirum est q̄ Petrus
& Paulus/ & eorum auditores/ vehementem habuerunt per spiritum sanctum ad per-
petuæ virginitatis propositum inducendum orationem. Quod qui vel ī parte scire vo
luerint: legant Nerei & Achillei discipulorum Petri & martyrum/ ad Domitillā virgi-
nem Domitiani neptem exhortationem. Ex qua etiam cognoscent: quantum carne pa
tiuntur/ qui se nuptijs tradūt/ et quāta eminētia nuptijs præfulget virginitas. Et hic vir
ginitatis status/ ī altera vita cuiusdam gradus gloriæ reddit capaciores: sicut diuinus
sermo habet/ de huiusmodi ita loquens. hi sunt: qui cum mulieribus non sunt coinqui-
nati. virgines enim sunt: & sequūtur agnum quocunq; ierit. Quorum det nobis gratia
saluatoris aliquando audire ante thronum suum canticum nouū/ quod nemo cantare
A potest nisi virgines: & nostras pariter/ Ihesu vitæ authori miscere laudes.
¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Propter fornicatio-
nem autem vnusquisq; suam vxorem habeat. ¶ Pluratiue fornicationes in Paulo. Et

permissiuus: nō imperatorius hic sermo: vt ex quinto/ & sequentibus locis cognoscitur.
quod magis latine intelligitur: cū verbum habeat/ per liceat habere/ interpretatur. Pau
lus. διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. ¶ Vulgata editio.
Vxori vir debitum reddat. ¶ Non debitum/ sed debitam beniuolentiam: ex Paulo dicē
dum. Loquitur enim modeste/ atq; vrbane. Paulus. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλο-
μένην εὔνοιαν ἀποδιδότω. ¶ Vulgata aeditio. Mulier sui corporis potestatem nō
habet: sed vir. ¶ Praestat dici: vxor sui corporis potestatem non habet. Nā quod vetus
interpres hic dicit mulier: secundo vocabulo ante/ vxor dixit/ hic scilicet/ & vxor viro.
est enim in Paulo idem vocabulum. Et etiam quia mulier: & ad eam quae habet virū/
& quę non habet/ commune vocabulum est. modo si nō habet virum: potestatem sui
corporis habet. non enim alicui: corpus suum dedit. quare tunc & suum est/ & suae po-
testatis. praestat igitur: vt dicatur vxor. de qua magis vniuersaliter verum est: sui cor-
poris potestatem non habere. Paulus. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει,
ἀλλ' ὁ ἀνήρ. Sed quid dices. Si virgo/ virginitatis propositum habens nubit: nunqd
vir corporis eius habet potestatem/ An adhuc ipsa proprij corporis potestatem habet/
Verbi causa: vt Cecilia/ cum Valeriano nupsit/ Cecilia & quaeq; talium sanctarum virgi
num: si nubat/ potestatem sui corporis nō habet/ neq; corpus suum est. dedit enim illud
deo: qui castas amat mentes. & post nuptias corpus est in potestate viri solū quo ad cu-
stodiam: non quo ad virginitatis spolium/ quam sacrauit. dei enim est virginitas. Neq;
huiusmodi virgo: aliud habet corporis sui/ cuius viro faciat potestatem/ nisi solius custo
diae. Neq; virgo beatissima aliam sācto viro suo/ iusto Ioseph corporis sui facere potuit
B potestatem. Quare sic nuptae sunt eiusmodi: q & innuptae. nuptae: custodia. inuptae: car
40 ne. & sic preciosior est viro haec custodia: q̄ carnis (vt sic dixerim) nuptura. quādoquidē
custodire dei carnem: preciosius sit q̄ suam custodire carnem. ¶ Vulgata aeditio. Nolite
fraudare inuicem. ¶ Vocabulū quo hic vtitur apostolus: priuationem potius designat.
priuant autē seipsos/ societate scilicet communi: quando aut thalamis/ aut stratis se se-
parant/ ieiuniorum & orationum gratia. quae magnae celebritates mysteriorum Christi
requirunt. Paulus. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους. ¶ Vulgata aeditio. Vti vacetis ora-
tioi. Dicendū: vt vacetis ieiunio & oratiōi. deēq; ieiunio/ & copulatiua particula. Pau-
lus. ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. ¶ Vulgata aeditio. Et iterū reuer
timini in id ipsum. ¶ Potius dicendū simul. id enim/ ἐπὶ τὸ αὐτὸ/ vt in psalmis anno
tauimus: perinde accipi solet vt simul significans. Ex qua particula reuertimini simul
B datur intelligi: q per priuationem inuicem/ separationem eorum ad tempus/ intellige-
41 bat. Paulus. καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε. ¶ Vulgata aeditio. Volo autem
omnes vos. ¶ Dicendum volo enim omnes homines. & more latino dicere possumus
velim. optant enim Hebraei etiam per indicatiuum: quorum consuetudinem imitatur
42 Paulus. Latini vero: per optatiuū. Paulus. θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους. ¶ Vul
gata aeditio. Melius est enim nubere q̄ vri. ¶ Vocabulum quo hic vtitur Paulus: igne-
scere & examinari igne/ significat. vt id. Argentum igne examinatum. Et sunt qui hūc
locum: de igne concupiscentiae intelligi volunt. ego vero dictum Pauli/ de igne gehen
43 nae intelligo: quem sentient/ qui extra connubium non continent. Neq; id frustra prae-
dicit Paul9. Paulus. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. ¶ Vulgata ędítio. Quod
si discesserit: manere innuptam. ¶ Malim hic dici: manere sine viro/ q̄ innuptam. Nam
quomodo enim innupta est: quae habet virum/ & ad quem si reconcilietur: redire licet/
vt ad proprium virum/ Paulus. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ μενέτω ἄγαμος. quis enim
C ἄγαμος & innupta & sine viro significat: cōmodius tamen hic/ sine viro iterpretatur.
44 ¶ Vulgata aeditio. Nam caeteris ego dico non dominus. ¶ Potius: caeteris autem ego
dico. Paulus. τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω οὐχ ὁ κύριος. ¶ Vulgata aeditio. Sancti
ficatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem. ¶ Abundat particula fidelē ab ex-
emplari. intelligentiae tamen nichil obstat. Paulus. ἡγίασθαι γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος
ἐν τῇ γυναικί. Vulgata aeditio. Et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.
¶ Item & hic fidelem abūdat. Paulus. καὶ ἡγίασθαι ἡ γυνὴ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί.
45 ¶ Vulgata aeditio. In pace autem vocauit vos deus. ¶ Dicendum nos per primam pso
nam. Paulus. ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ θεός. ¶ Vulgata ędítio. Vnde etiā scis
D mulier. ¶ Potius: quid enim scis mulier. Et deīde aut quid vir. Sed hęc perexigua sūt.
46 Paulus. τί γὰρ οἶδας γύναι. Vulgata aeditio. Et sicut i omnibus ecclesijs doceo. ¶ Di
47 ci potest: & sic in omnibus ecclesijs ordino/ siue dispono. Paulus. καὶ οὕτως ἐν ταῖς
ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσομαι. ¶ Vulgata aeditio. Vnusquisq; i qua vocatiōe
vocatus est: in ea permaneat. ¶ Melius maneat: vt in Paulo habetur. Nam si dici vel-

E lct permaneat: non subinde adiungeret / sed & si potes fieri liber / magis vtere. Paulus.
47 ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω. ℂ Vulgata æditio. Vnusquis
que ergo in quo vocatus est frater. ℂ Ergo: abūdat. Et fratres plurattue / & vocante casu:
48 dicendū est. Paulus. ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη ἀδελφοί. ℂ Vulgata ęditio. Consiliū au
tem do. ℂ Dici potest sententiam autem do. Paulus. γνώμην δὲ δίδωμι. ℂ Vulga
49 ta æditio. Tribulationem tamen carnis: habebunt huiusmodi. ℂ Dici potest: carne aut
50 ī carne. Paulus. θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. ℂ Vulgata æditio. Et qui
vtuntur hoc mundo: tanq̄ non vtantur. ℂ Dicendum potius: tanq̄ non abutētes. Pau
F lus. καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ παραχρώμενοι. ℂ Vulgata ædi
50 tio. Præterit enim figura huius mundi. ℂ Potius: decipit enim figura mundi huius. Et
F id decipit: respicit id quod prius dixerat / nō abutentes. Paulus. παράγει γὰρ τὸ σχῆ
51 μα τοῦ κόσμου τούτου. ℂ Vulgata æditio. Solicitus est quæ domini sūt / quomodo
placeat deo. ℂ Dicēdū: quomodo placeat domino. Paulus. μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου,
πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ. ℂ Vulgata æditio. Et diuisus est & mulier innupta & virgo.
ℂ Legendū est: diuisa est et vxor & virgo. hoc est vxor & virgo discrimē habent & dif
ferentiam. quā postea sigillatim declarat. Paulus. μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρ
θένος. ℂ Vulgata æditio. Sed ad id quod honestum est / & quod facultatem præbeat
sine impedimento dominum obsecrandi. Paulus more græcorum cōcretis neutris vti
tur: loco quorum accommode vtuntur Latini abstractis. immo & quod vetus interpres
prius ad vtilitatem dixit: Paulus cōcreto neutro τὸ σύμφερον vtitur. Quare & æquo
iure hic: sed ad honestatem absq; periphrasi / vertere poterat. Et quod dicit & quod fa
cultatem præbeat sine impedimento dominū obsecrandi: habetur potius & bonā perse
uerantiam siue assistentiam domino immobiliter / nichil de obsecratione expresse tan
G gēdo. Paulus. ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερι
52 σπάστως. ℂ Vulgata æditio. Si quis autē turpem se videri existimat super virgine sua /
q̄ sit superadulta. ℂ Potius si quis autē inhoneste agere in virginem suam existimat /
si sit superadulta. Paulus. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ παρθένον αὐτοῦ νομίζει ἐὰν
ὑπέρακμος. ℂ Vulgata æditio. Nam qui statuit in corde suo firmus. ℂ Potius qui au
53 tem statuit. Et suo abūdat. Paulus. ὃς δὲ ἕστηκε ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ. ℂ Vulga
ta æditio. Beatior autem erit: si sic permanserit secundum meum consilium. ℂ Dici po
test: secundum meam sententiam. Paulus. μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτως μεί
νῃ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην.

ℂ CAP. VIII.

SCripserunt Corinthij ad apostolum: super escis quæ immolatæ erant
idolis / se satis nosse a magistris suis. Magistri enim eorum: suo sensu /
illud definierant / & intumescebant ac gloriabantur in suis definitio
54 nibus / neq; charitatem dei neq; proximi retinentes: quos vtrosq; / vt
emendet corripit his verbis apostolus dicens. ℂ De escis autem quæ
immolantur idolis: scimus q̄ omnes cognitionem habemus. cogni
tio inflat: dilectio autem ædificat. Si cui autem videtur q̄ quicq̄ sciat:
nōdum quicq̄ nouit quēadmodum oportet nosse. At si quis deum dili
git: is ab eo cognitus est. ℂ Superiora: de notione humana & secundum carnem dicta
sunt. Duplex siquidem est notio. hæc sensu quæsita humano. altera: a deo. prima: huma
na. secunda: diuina. illa: carnalis / hæc spiritualis. illa: iflat / hæc: humiliat. hæc: dilectio
ni dei coniuncta. illa: minime. Quomodo enim quisq̄ in eo deum diligit: in quo nō deū /
sed seipsum attendit / Tali videtur q̄ sciat quidem / & sibi eam gloriam tribuit: sed nō
dum ille nouit quomodo quicq̄ nosse oportet. Nam humane & carnaliter nouit. opor
tet autem diuine & spiritualiter nosse: alioqui vanitas est. Proinde Paulus non huma
55 no sensu sed diuino / non carne sed spiritu: de huiusmodi immolatis disserit Corinthijs /
dicens. ℂ De esca igitur immolatorum idolis: scimus q̄ nichil est idolum in mundo. &
q̄ nullus deus alius: nisi vnus. Nam tametsi sunt qui dicūtur dij siue in cælo siue ī ter
ra / quēadmodum sunt dij multi & domini multi: nobis tamen vnus deus pater ex quo
omnia et nos in ipso / & vnus dominus IHESVS CHRISTVS per quem omnia / &
nos per ipsum. Sed nō in omnibus cognitio. ℂ Cognitio igitur diuina spiritualis & da
ta desuper: est cognoscere q̄ nichil est idolum / id est q̄ nichil æstimari debet q̄ q̄ nul
lius est diuinitatis ac potestatis. & q̄ vnus solus est deus. Et q̄q̄ multi sunt in cælo qui
dicuntur dij & domini / vt boni angeli perpetuo diuinitatis cōsortio fœlices / & mul
ti in terra dij & domini / vt sācti viri sacrarū dei fūctionū p̄sides & sacre administrātes:
vnus tamen est spiritualiter intelligentibus absolute deus & dominus qui est vnus pa
ter ex quo omnia & nos ab eo: & vnus filius dominus noster Ihesus Christus per quē

omnia & nos per ipsum/verum/ & (quod suppressum intelligebat Paulus) vnus spiritus
in quem omnia & nos in ipsum. Ceteri autem qui & in cælo & in terra dij & domini di
cuntur: non absolute dij & domini sed contracte/ non imparticipanter sed participatiue
dicuntur. Sed non in omnibus est hæc non humana/ non carnalis / sed diuina & vere
spiritualis cognitio: quæ vtinam mundum obtineret/ aut aliquando mundũ obtineat/
vt animæ saluæ fiant· quæ per ignorantiam huius lucis/ sempiternas coguntur sustinere
tenebras. Sed age dicet quispiã. Si in idolo erat spiritualis virtus / quæ responsa dabat
quærentibus: quomodo idolum nichil est. & nichil diuinitatis potestatisq; habẽs? Spi-
ritus bonos/ & spiritus malos esse dicimus: & nichil prohibere in idolo spiritualẽ virtu
tem fuisse/ sed malam/ & ideo nichili æstimandam/ & nullius fuisse diuinitatis. consortiũ
enim diuinitatis perdidit & participationem. Et ideo quod perdidit & quod non est: si-
bi semper attribui vult/ & vult dici diuina virtus & deus/ cum non sit/ & omnia posse
cũ nichil possit. perdidit enim suum posse aduersus eos qui partiũ lucis existunt. Et si qd
posse videtur: solum potest i ijs qui partes tenebrarum sequuntur. Et illud posse nõ pos
se est/ & per impotentiam posse. Recta fides lumẽ est: in quo nichil potest potestas tene-
brarum/ vt neq; lucifugæ volucres in clara die. īfidelitas autem & superstitio/ vanaq; fi
des/ & fidei infirmitas tenebræ: in quibus ea potestas non ens/ & non posse/ potest. Et
est plane de idolo: vt hic per spiritum sanctum testatus est apostolus. Sed & illo tempo-
re etiã apud Corinthios: non in omnibus erat cognitio. Nam aliqui conscientia idoli/
id est putãtes aliquid esse idolum/ alicuiusue potestatis & diuinitatis: vescebãtur escis
immolatis idolo/ & id quoq; tanq̃ immolatis. Verũ non ita vescendum est. Nam cõsciẽ-
56 tia eorum infirma erat/ & fide quidem infirma atq; errans: & ideo polluebantur/ & ve-
scentes peccabant. De quibus subdit spiritifer Paulus. ¶ Quidam autem conscientia
idoli: hucusq; tanq̃ immolatum idolo/ edunt. & conscientia eorum: cum sit infirma pol
luitur. ¶ Huiusmodi vescentes peccabant: non quia vescerentur/ sed quia taliter/ taliq;
conscientia vescerentur. non enim licet immolatis edere tanq̃ immolatis/ siue quia im-
molata fuerunt idolis. Id enĩ ex errore prouenit. sed licet simpliciter edere: nichilo plus
existimando q̃ immolata sint q̃ non immolata/ firmiter sentiendo nichil æstimandum
esse idolum. licet & non edere. quia neq; hoc modo edere/ neq; non edere : malum est.
57 Nam neq; hoc præceptum/ neq; illud vetitum: neq; illud addit gratiam / neq; hoc gra-
tiam tollit aut contra. Quod subiungit Paulus: dicens. ¶ Esca autem nos non commẽ-
dat deo. neq; enim si comedamus: abundabimus. neq; si non comedamus: priuabimur.
¶ Quid est nos esca nõ cõmẽdat deo: nisi non facit nos acceptiores deo? Et quid non
abundabimus: nisi non plus acceptationis & gratiæ a deo accipiemus? Et quid est nõ
priuabimur: nisi nõ minus acceptationis & gratiæ habebimus? Ergo dicet quispiã: erũt
actus hominis/ erunt hominis opera/ quæ neq; meritoria erunt/ neq; demeritoria. Di-
cimus apud Paulum qui gratia dei tribuit omnia: ferme prophanum esse loqui de me-
rito operum/ maxime erga deum. Nam proprie meritum: non gratiam requirere vide-
tur/ sed debitum. & meritum tribuere operibus: prope modũ cum eis est sentire/ qui cre
dunt nos ex operibus iustificari posse. de quo errore damnantur Iudæi plurimum. Ergo
meritum operum nostrorum/ quod vel perexiguum est/ aut potius nullum/ taceamus:
& gratiam dei quæ totum est/ magnificemus. Qui meritum defẽdit: hominem respicit.
qui gratiam: respicit deũ. O q̃ pulchrior dei q̃ hominis respectus. Et certe de gratia mo
re Pauli disputare: theologicum est. de merito/ autem operum: humanum ẽ aut etiam se
cundum beatum Augustinum superbũ. Ad superbos (inquit) spectat meritorum defẽ-
sio. igitur ad humiles: gratiæ dei cõfessio. Quod igitur humanum/ quod carnale/ quod
superbum est: missum faciamus. & sequamur quod diuinum est & spirituale & humile/
humilitate quidem deo placente: iter nobis mõstrante beatissimo Paulo. Neq; nos mo
ueat: q̃ aliqui sanctorum/ meriti nomen vsurpant. Id persæpe improprie faciunt. etsi enĩ
hominum erga homines meritum proprie dici potest: non sic erga deum. Quod si cui
hoc nomen & hoc modo proprie tribuitur: maxime Christo tribuitur. qui nobis omnia
est meritus. verum nos nichil erga deum meritos confitentes/ sed gratiam eius expe-
ctantes. ad rem reuertamur/ cum Paulo asserentes opera vt opera/ nichil nos deo cõmẽ
dare. etsi forte modus commendet/ quo vel ipse vel præceptum eius respicitur: vt si cibo
vtor cum gratiarum actione/ cum diuinæ prouidentiæ laude/ si hæc facio/ & delectabi-
liter quidem & spontanee facio quia præcepit. ab istis abstineo quia vetuit/ si hęc facio
aut ab istis abstineo alios ædificando. placet enim summo rerum architecto: aliorũ ædi
ficatio/ & in creatura/ bonitatis eius imitatio. Quapropter id vult nobis veritatem co-
gnoscentibus/ Paulus esse documentum: vt cum æque libera nobis adest/ aut faciendi

aut non faciendi facultas/solerter consyderemus si facientes ædificamus/aut si fratrem
offendimus. si ædificamus/aut saltem non offendimus: facere possumus. si autem fratrē
offendimus: nequaq̄ faciendum. verbi causa. Veritatem agnoscis ꝙ idolum nichil est/
& fide firmus es/ scis autem infirmum fratrem adesse/ id est non satis certum ne idolū
aliquid sit/& aliquid diuinitatis potestatisq; habeat: si eo spectante immolatum idolo/
manducas / confirmabis errorem ꝙ idolum aliquid sit /& arbitrabitur te immolatum
quatenus immolatum/& venerationis alicuius causa manducasse. Ideo nequaq̄ tūc mā
ducare debes. nam manducans: fratrem tuum perderes/ pro quo Christus mortem per-
58 tulit/& in Christum peccas. Quare præstat tibi nunq̄ carnes māducare: q̄ hoc pacto fra-
trem tuum scandalizare. Quod subiungit Paulus/ dicens. ℂVidete autem: ne quoquo
pacto hæc facultas vestra/ offensioni sit infirmis. Nam si quis videat te/qui cognitionē
habes/discumbentem in templo idoli: nonne conscientia eius qui infirmus est ædifica-
bitur ad manducandum immolata idolis/& peribit infirmus frater/ in cognitione tua/
propter quem CHRISTVS mortem oppetiit/ Sic certe peccantes in fratres/& eorum
infirmā saucíantes conscientiam: in CHRISTVM peccatis. Quapropter si esca offen-
dit fratrem meum: nequaq̄ manducabo carnem inæternum / ne offēdam fratrem meū.
ℂAedificaretur certe conscientia infirmi ad manducanda immolata idolis quatenus
immolata & venerationis alicuius gratia: & hæc mala ædificatio est. Et primi cognitio
vera est/& non peccat quatenus manducat: sed ex modo/ quatenus manducando fra-
trem male ædificat/offendit/scandalizat. Nam si solum firmi affuissent/& veram cogni-
tionem habentes: licuisset ei plane immolata manducare/ absq; vllo etiam offēdiculo.
At error & stulta fides multos decipit. Det Christus Ihesus i quo solo est libertas: vt ad
eius gloriam & honorem in omnibus sit vera cognitio. facilior enim est si illum solum
aspicias/ q̄ miseri putant mortales: qui maxima pro parte sunt īfirmi. ille via est/ ille ve
ritas est/ ille est vita. Cui sit omnis honor/ decus & imperium: in omnia sæculorū sæcu-
A la. Nunc ad examinationem.
55 ℂEXAMINATIO nonnullorum circa literam. ℂVulgata æditio. De escis autē quæ
idolis immolantur. ℂPotius: de esca igitur immolatorum idolis. Paulus. περὶ τῆς
βρώσεως οὖν εἰδωλοθύτων. ℂVulgata æditio. Et ꝙ nullus deus nisi vnus. ℂLe
B gendum: & ꝙ nullus deus alius: nisi vnus. Deest enim alius. Paulus. καὶ ὅτι οὐδεὶς
55 θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς. ℂVulgata æditio. Nobis vnus deus pater ex quo omnia &
nos in illo. ℂVsus est Paulus præpositione εἰς / pro ex. quod sequentis particulæ per
C quem omnia & nos per ipsum monstrat analogia. Paulus. ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πα
58 τὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν. ℂVulgata æditio. Videte autē ne hæc
licentia vestra. ℂPotuit accōmodatiore verbo dicere vetus interpres: ne potestas aut
facultas vestra. Nam idem vocabulum est/ quod in præcedenti capite semper vertit po
testatem: cum dixit. Mulier corporis sui potestatem non habet/ sed vir. Similiter autem
& vir corporis sui potestatē non habet/ sed mulier. licentia enim i deteriorem partē ca-
pi solet. Paul9. βλέπετε μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη. ℂVulgata æditio. Si enī
quis viderit eum qui habet scientiam in idolo recumbentem. ℂLegendum est: te/ non
eum. Et qui habes. Item in idolio dispōdeo id est quatuor longis syllabis. estq; idoliū:
templum /aut mensa idoli. et vetusti etiam codices in idolio tetrasyllabę habent/ nō in
idolo trisyllabę. Paulus. ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κα-
τακείμενον.

ℂCAP. VIIII.

SAtisfecit Paulus iis: de quibus scripserāt Corinthij. nunc maledictis
& detractionibus quorundam pædagogorū eorūdem respondet. de-
trahebāt enim apostolo: dicentes nō esse apostolum/ nō esse liberum/
nō vidisse dominum Ihesum Christum. Sed apostolum esse nequaq̄
ignorare possūt Corinthij: vt qui opus eius sint in domino. & quibus
non in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensiōe spiri-
tus & potestate/ intulit Ihesum Christum superbenedictum cognoscē-
dum. Quare & si alijs non fuisset apostolus: tamē Corīthijs tā aper-
tis in contrarium testimonijs inficiari non potest apostolus. Et cum quadam modesta
59 indignatione: maledicta detrahētium de se/ primum resumit ironice tamen/ sed mode-
ste dicens. ℂNon sum apostolus. non sum liber. non IHESVM CHRISTVM domi-
num nostrum vidi. ℂHæc iudicio detrahētium: quorum quodq; reuera falsum est. Nā
& apostolus est: nō missus ab hominibus/ sed a domino Ihesu Christo/ etiam Corīthijs.
Nam pro eis/ eorumq; salutis gratia (vt habetur in actis) apparuit dominus nocte Pau
lo per visionem/ dicens. Noli timere: sed loquere/& ne taceas. quia ego tecum sum: &

nemo apponetur tibi/ vt noceat. quia populus michi multus est in hac ciuitate. Qua-
60 propter vere & patenter refutat hanc detrahentium imposturam/ quod non sit apostolus/
& maxime Corinthijs/ dicens. ¶Nonne opus meum vos estis in domino? Si alijs nõ
sum apostolus: attamen vobis sum. signaculum enim apostolatus mei: vos estis in do-
mino. ¶Primus enim/ Paulus Christi effigiem/ id est cognitionem: insculpsit Corinthio
rum mentibus. idcirco appellat eos signaculum sui apostolatus: perinde atque si sigillo
impressisset in eis Christum. Et hæc est sufficiens purgatio Pauli aduersus maledicos: quod
non esset apostolus. At canes illi (sic enim licet appellare spiritualium detractores/ & al
latratores) non tã Paulo/ quam gratiæ dei detrahẽtes/ eũdem dicebãt nõ esse liberum: quia
ij quibus prædicabat/ non ei ministrabant victum/ sed ipse necessaria vitæ/ labore ma-
nuum sibi comparabat. quia vxorem secum non circũducebat. quia omnibus impẽde-
bat: & a quoque nichil accipiebat. Verum id non necessitate: sed voluntate generosorum
generosissimus Paulus/ & liberalium etiam diuine liberalissimus Paulus faciebat. Po-
testatem liberam habebat non faciendi. neque non faciens peccabat. atqui vt necessitas
facit seruum: sic libera potestas ostendit liberum. Quapropter iure refutat a maledicis/
se non esse liberum: etsi propter Christum/ se omnibus fecerit seruum. Id enim non tollit
potestatem: sed addit humilitatis exemplum/ & veram Christi imitationem. qui cũ es-
set dominus omnium: venit in hunc mundum ministrare/ & non ministrari. Quapro-
61 pter aduersus eos talem parat defensionẽ beatissimus & irrepræhensibilis apostolus/ di
cens. ¶Mea defensio aduersus eos qui me explorant: hæc est. Nonne habemus potesta
tem comedendi ac bibendi? Nonne habemus potestatem sororem/ vxorem circũducẽ-
di: quemadmodũ & reliqui apostoli/ & fratres domini & Cephas? An solus ego & Bar-
nabas: non habemus potestatem non operandi? Quis militat proprijs stipendijs vnquã?
Quis plantat vineam: & ex eius fructu non edit? Aut quis pascit gregem: & ex lacte gre
gis non edit? Nunquid hæc secundum hominem loquor? an non & lex: hæc dicit? In le
ge enim Moseos scriptum est. Non frenabis bouem arantem. Nunquid boum cura est
deo? An propter nos omnino dicit? Propter nos certe scriptum ẽ. quia in spe debet qui
arat arare: & qui triturat in spe fructus spei suæ participandi triturare. Si nos vobis
spiritualia seminauimus: magnum/ si vestra carnalia metimus? Si alij potestatem ha-
bent vt vestri sint participes: nonne nos magis? Nõ tamẽ vsi sumus potestate hac: sed
omnia sufferimus/ ne impedimentum aliquod demus euangelio CHRISTI. Nescitis
quod qui sacra faciunt: ex sacro edunt. qui altari assident: altaris comparticipes euadunt?
sic & dominus ijs ordinauit/ qui euangelium annunciant: ex euangelio viuere. Ego
autem nullo horum vsus sum. ¶Hæc egregia et sufficiens aduersus eos qui Paulo adi-
miebant libertatem: satisfactio est. & quod supra dicit/ nonne habemus potestatem edẽ
di ac bibendi: intellige accipiendo ab ijs quibus euangelizamus/ non etiã quætendo
labore manuum. habebat profecto/ etiam permittẽte saluatore. In quãcũque iquit ciui-
tatẽ ĩtraueritis/ & susceperit vos: mãducate quæ apponũtur vobis. Quod subiũgit: nõ-
ne habemus potestatem sororem vxorem circũducendi/ quẽadmodum & reliqui aposto
li & fratres domini & Cephas? Ignatius Petro & Paulo coætaneus: Paulũ habuisse vxo
rem testatur/ & fidelem quidem/ & ideo sororem. Sed ob euangelium Christi: in opus
euangelij/ separatam reliquit. De qua & super epistolam ad Philippenses/ si indulserit
deus: nonnichil adhuc adijciemus. alios apostolos etsi non omnes (nam Ioannes vir-
go permãsit in æuum) etiam diuino Ignatio teste/ & eos qui dicebãtur fratres domini/
Iacobum/ Ioseph iustum/ Simonem/ Thadeum/ habuisse vxores pariter & Petrum: ex
historijs constat. quis & sufficiat: præsẽtis loci/ apostoli authoritas. Hic quis militat suis
stipẽdijs vnquã: ratiõibus naturalibus ostẽdit/ se etiã potestatẽ habuisse cibũ & potũ ac-
cipiendi ab ijs/ quibus euangelizabat. Et cũ dicit/ & de fructu eius non edit: itellige/ nõ
habet potestatem edendi? sic & in similibus. nam hic (vt par erat) defendit potestatem
quæ libertatem asserit. Sed & hic consequenter/ nunquid hæc secundum hominem lo-
quor: ostendit se hanc habuisse potestatem/ non solum humanis/ sed & rationibus ex
diuina lege sumptis. Nam ex Deuteronomio. Et hic/ si vobis spiritualia seminauimus:
argumento vtitur a maiori. Hic vero/ nescitis quod qui sacra faciunt: exemplo suum cõclu
dit propositum. Et nichil omittit ad defensionem suam: quæ veri dialectici/ & diuini
oratoris sunt. Veri dico: ne aliquis sophista/ ante Paulum se iactet dialecticum. de ijs
enim erunt huiusmodi/ quibus dicentibus domine domine aperi nobis/ dicetur: amen
dico vobis nescio vos. Quomodo enim scientur a veritate: qui scire noluerunt verita-
tem? Et quomodo lucẽtes lampades habuerũt: qui etiam lucentia extinxerunt? O Chri-
ste lux vera illucesce. & has/ vt illi eloquiorum lumen videre possint/ & videntes salua-

ri:elide tenebras. Hęc pestis magis spiritui aduersatur:q̄ caro/& perniciosior est anima-
rum labes. Quæ animos illorum alte occupauerat:qui sancto dei apostolo detrahebãt/
& negabant esse apostolum/& esse liberum. Sed & etiam negabant eundem vidisse do-
minum nostrum Ihesum Christum:ꝙ cum eo/dum adhuc versaretur in terris/ nõ fuis-
set.ꝙ eum tunc non vidisset. hoc ne sophisticum est: non vidit dominum dum adhuc
mortalis versaretur ĩ terris/ ergo non vidit dominũ? Nõne qui gloria & honore coro-
natum/& iam immortalem dominum vidit:illum vidit? & non deterius quidem:q̄ qui
adhuc mortalem viderunt? Et q̄uis de hoc Paulus hic apologiam non faciat: eius ta-
men rei inferius aperit veritatem/ vbi dicit. Visus est Cephę: & post vndecim/ deinde
visus est plusq̄ quĩgẽtis fratribus semel/ ex quibus multi hucusꝗ manent/aliqui autem
dormierunt.& paulo post:subdit. Nouissime autem omnium tanq̄ abortiuo:visus est &
michi. Et quãq̄ (vt ad rem reuertamur) Paulo esset libertas & victum & vestitum ab iis
percipiendi quibus euangelizabat regnum cœlorum/ & propriam vxorem secum ducẽ
di/& hoc ipsum contra oblatratores ostenderit: non tamen eo tendit sua apologia/ vt
62 ea libertate (tametsi id posset sine peccato) vti velit. Quod ipse hoc pacto testatur di-
cẽs. ¶ Non scripsi autem hæc:vt sic in me fiat. præstat enim michi mori: q̄ id vnde glo
rior quisꝗ euacuet. Si enim euangelizo:non est michi vnde glorier. Nam necessitas mi-
chi imposita est. Ve autem michi est:si non euangelizauero. si enim sponte hoc egero:
mercedem habeo. sin autem iuitus:dispensationi creditus sum. ¶ Ionæ prædicandi Ni-
niuitis necessitas imposita erat/siue volenti/siue inuito: alioqui maledictio eum mane-
bat/diuinæ non parentem iussioni. si volens id fecisset: mercedem/id est iubentis gra
tiam expectare poterat. sin inuitus: iniũctam nichilominus prouinciam explebat. Et cer
te expleuit:sed inuitus. et ideo expectatione pro hoc facto gratiæ: caruit. Idẽtidem præ
dicandi euangelij facta erat Paulo necessitas/ siue id sponte siue id perageret inuitus.
sponte tamẽ & multum voluntarie prouinciam sibi iniũctã perfecit:& ob hoc expecta-
tione mercedis/& mercedis (dico gratiæ) non caruit expectatione. Sed & in alio gratiã
magis expectauit:videlicet ꝙ sine sumptu/sine grauamine cuiusꝗ/ sed potius cum leua
mine & consolatione omnium/euangelium Christi manifestauit. ne aliquo forte modo
63 abuteretur officio sibi iniuncto:aut impedimentũ aliquod/quo minus susciperetur prę-
buisset euangelio. Quod & insuper ingenue testatur/dicens. ¶ Quæ igitur est merces
mea? Vt euangelizans/sine sũptu ponã euãgeliũ CHRISTI: quo nõ abutar potestate
mea in euãgelio. Cũ enĩ liber essẽ ex õnibus:seruũ feci me ipsũ in oĩbus/vt plures lucri-
facerẽ. Et factus sũ Iudæis tãq̄ Iudæus:vt Iudæos lucrifacerẽ. iis qui erãt sub lege quasi
sub lege:vt eos qui sub lege erãt lucrifacerẽ. illegitimis quasi illegitimus/ cũ non essẽ
illegitimus deo/sed legitimus CHRISTO:vt lucrifacerem illegitimos. Factus sum ĩfir
mis velut infirmus: vt infirmos lucrifacerem. omnibus omnia factus sum: vt omnino
quoslibet saluos facerem. Hoc autem facio propter euangelium: vt particeps eius effi-
ciar. ¶ Quid est quæ igitur est merces mea/nisi in quo est merces mea:vt audiamus re-
sponsionem/in eo vt euangelizans/sine sumptu ponam euangelium Christi? Liber enĩ
erat Paulus & cibum & potum & amictum ab ijs quibus prædicabat sumere/ & vxorẽ
& familiã circũducere:sed in ijs omnibus se fecit seruum/vt plures Christo lucrari pos-
set. Cum Iudæis in cibo/in potu/& in omnibus/quæ tamẽ euangelio obesse non possẽt/
se similem faciebat:vt Iudæos Christo acquireret. Cum gẽtibus in cibo/& potu/& alijs
se etiam similẽ faciebat:vt gregi Christi associaret gẽtes. Et carne infirmis/ erat vt qui
carnis infirmitate circũdatus esset/cum esset spiritualis:quatenus ipsos ad spiritum pro-
ueheret. Omnibus se vbi peccatum non esset/ conformabat: vt omnes saluos faceret/
& ob hoc insuper/vt particeps esset euangelij. hæc est enim merces:quam ex ijs omni-
bus expectat. Prima tamen & præcipua Pauli intentio erat: dei voluntatem implere.
& secunda:ab optimo & iustissimo domino mercedem gratiæ eius expectare. Sed ma-
gna est merces quæ expectatur:magnum brauium quod seruis suis/ in seruitio bene cer
tantibus/ dominus omnium vltro proponit/ quo illos ad bene seruiendum animat &
64 impellit:corona scilicet immortalitatis/quam accipient quicũꝗ erũt euangelij partici-
pes. Et proinde subiungit Paulus. ¶ Nescitis:ꝙ qui in stadio currunt/ omnes quidem
currunt/vnus autem accipit brauium? Sic currite:vt appræhendatis. Omnis etiam qui
certamine contendit:ab omnibus abstinet. Hi quidem vt corruptibilem coronam acci
piant:nos autem incorruptibilem. ¶ Et in stadio currentes & certamine contendẽtes/
ab omnibus abstinent quæ ludi magister prohibet: vt coronã aut populeam aut (si pla
cet) ponamus argenteam/aut auream/corruptibilem tamen accipiant. nec tamen om-
nes:sed vnus accipit. Quomodo igitur serui Christi non ab omnibus abstinebunt/quæ

mandat brauij propositor dei filius rex æternus/ vt accipiant coronam immortalem &
incorruptibilem/ accipiant quidem omnes/ tam qui in mandatis eius currunt/ q̃ qui in
seruitio eius/ studio melius seruiendi generose contendunt: & non vnus solus. ita sane
esse faciendum: rationabilis argumentatio colligit a minori ad maius. Quid igitur de-
trahebant apostolo q liber non esset cum ab omnibus abstineret/ expeditius in euãge
lium pacis curreret/ cum hæc faciens studio melius seruiendi certaret? O homines cæ-
cos/ torpentes/ & desides/ neq; currentes neq; certantes: immo neq; seruientes/ sed ser-
65 uos/ & opera seruorum dei calumniantes. Discant sic sibi potius fuisse faciendum: Pau
lo eis rationem modestissime reddente/ ac dicente. ¶ Ego igitur sic curro: non quasi in
incertum. sic pugno: non quasi aerem quatiens. sed castigo corpus meum/ & in seruitu-
tem redigo: ne quo pacto cum alijs prædicauero/ reprobus efficiar. ¶ Quid enim te iu-
uatet annunciare regnum dei/ clamare per scripta dei currendum est/ implẽda sunt dei
præcepta/ spiritu non carne militandum est/ caro mortificãda vt spiritus viuat: si præ-
cepta dei transgrederis/ si carnaliter viuis/ neq; curris neq; certas/ sed cum tu alijs præ-
dicaueris/ reprobus inueniaris? Faciendum igitur vt Paulus: & vere currendum/ & ve-
re certandum. & omni certitudie certius: immortalẽ coronam dabit nobis Ihesus Chri-
stus rex noster super omnia benedictus. dare cui vult nõ vni solũ sed omnibus propter
se ipsum: cuius bonitatis thesaurus est infinitus. Cui sit honor & gloria & gratiarum
actio/ in sæcula.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Non sum liber/ nõ
59 sum apostolus/ nonne CHRISTVM IHESVM dominum nostrum vidi? ¶ Hoc legit
vetus interpres per interrogationem: sed tumens videri potest oratio, quam mitissimo
Paulo tribuere: forte consentaneum non est. Verum legi potest sine iterrogatione: quasi
Paulo ex detractorum suorum verbis aliqua resumẽte/ quorum velit apologiam face-
re/ vt et facit. & modestior est oratio: & magis apostoli ingenio consentanea. Videat ta
men (si cui placet interrogatio) ne tumide legat aut prounncietur/ sed modeste/ & quasi
dolenter de detractorum errore. Et ordo particularum est inuersus. Nam in Paulo pri-
ma particula est: non sum apostolus. Paulus. οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος. οὐκ εἰμὶ ἐλεύθε
A ρος. οὐχὶ ἰησοῦν χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα; ¶ Vulgata æditio. Mea defen
61 sio apud eos qui me interrogant: hæc est. ¶ Melius in eos siue aduersus eos qui me ex-
plorãt: hæc est. Paul9. ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστί. Explo
rabant enim/ discutiebant & rimabantur detractores Paulum: dicta/ factaue eius carpẽ
tes. ¶ Vulgata æditio. Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc ope-
randi. ¶ Legendum est: an ego solus & Barnabas/ non aut. Et non habemus potestatẽ
nõ operandi/ per negationẽ: non per pronomẽ hoc. Paulus. ἢ μόνος ἐγὼ καὶ βαρνά-
βας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι. Hoc dicit: quia ipse Paul9 & Bar
nabas manu operabantur ad prouidẽda sibi victus vestitusq; necessaria/ etsi id alij nõ
facerent apostoli. non q alios carpat apostolos. faciebant enim quod eis licebat: & qđ
eis a Christo permissum erat. Quare a simili/ & a ratione æque pugnante: licebat ei &
Barnabæ non operari/ id est manuũ labore necessaria vitæ nõ quærere/ sed voluerunt
insuper/ hunc pro Christo laborem generose perferre. Barnabas enim feruens fuit &
generosus Christi miles: qui etiam primus (dum saluator degens in terris/ saluifica vi-
B tę præcepta mortalibus daret) Rhomanis salutiferum Christi nomẽ intulit. vt Clemẽs
61 Rhomanus i Anagnosi author est. ¶ Vulgata æditio. Et qui triturat in spe fructus pci
piendi. ¶ Potuit dicere vetus interpres: fructus spei suæ. Et quãq̃ Paulus solum habet
& qui tritutat in spe/ spei suæ participande: ad latinam intelligentiam/ bonum est ex
præcedentis particulæ sequela exprimere infinitiuum arare. etsi nomen fructus adhi-
betur: tanto orationis sensus/ clarior redditur. quod et nos quoq; hac ratione fecimus.
Paulus. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι. ¶ Vulgata
æditio. Nescitis quoniã qui in sacrario operãtur: q̃ de sacrario sunt edũt. ¶ Potius qui
sacra operantur: sacra edunt. Paulus. οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ
τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; ¶ Vulgata ędítio. Et qui altario deseruiunt: cum altario parti-
cipant. ¶ Potius qui altari assident: altari comparticipant. latini eñi in hoc vocabulo
tertia magis q̃ secunda in flectione vtũtur. ¶ Paulus. οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύ
C οντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. ¶ Vulgata æditio. Qz gloriam meam
62 quis euacuet. ¶ Gloriam hic gloriationem/ & animi exultationem/ & quandam (vt sic
dicam) gestitionem significat. cum quis etiam bonum fecerit ad quod non astringeba-
tur. Paulus. καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου, ἵνα τις κε-
νώσῃ. Similiter & in sequenti particula vetus iterpres gloriam: pro gloriatione capit.

63 ¶Vulgata æditio, Sine ſumptu ponā euangeliū. ¶Deeſt in fine Chriſti/ dicendūq; eſt
euangeliū Chriſti. Paulus. ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. ¶Vulga
ta æditio. Omniū me ſeruū feci. ¶Dicendū omnibus aut in omnib9. Paulus. πᾶσιν
D ἐμαυτὸν ἐδούλωσα. ¶Vulgata æditio. Cū ipſe nō eſſem ſub lege. ¶Hæc particu-
63 la in Paulo nō eſt: q̃uis etiam forte intelligētiæ nō repugnet. Nā Paulus ſub legalibus
cærimonijs nō erat. Et qui ſub præceptis ſunt: infirmi ſunt/ & carnales ſunt. Paulus au
tem ſpiritualis. nichilominus ipſe purificationes obſeruauit iudæorum: cū ex Aſia Hie
roſolymam ad Iacobum veniſſet/ quaſi ſub legalibus fuiſſet/ ſub quibus tamē nō erat.
Quia tamen particula illa nunc in archetypis Pauli non inuenitur: cenſeo etiā e codi-
cibus noſtris eliminandā. ¶Vulgata æditio. Iis qui ſine lege erant/ tanq̃ ſine lege eſſē:
cū ſine lege dei nō eſſem/ ſed in lege eſſem CHRISTI. ¶Quæ vetus interpres ſine le-
ge duobus verbis dixit: poſſumus more Pauli vnico dicere/ hoc pacto. illegitimis quaſi
illegitimus: cū nō eſſem illegitimus deo ſed legitimus Chriſto. Paulus. τοῖς ἀνόμοις
ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, ἀλλ᾽ ἔννομος χριστῷ. ¶Vulgata æditio. Oia au
tē facio propter euāgeliū. ¶Dicendū. hoc autē facio. Paul9. τοῦτο δὲ ποιῶ, διὰ τὸ
D εὐαγγέλιον. ¶Vulgata æditio. Omnis autē q in agone cōtendit: ab omnibus ſe abs-
64 ſtinet. ¶Neq; in/ neq; ſe: neceſſariæ particulæ. agon enī: perīde atq; certamē ſignificat.
Paulus. πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. ¶Vulgata æditio. Nos
autē incorruptā. ¶Melius incorruptibilē. Paul9. ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. CAP. X

AT dicet quiſpiā. Nos ſpiritū ſāctū accepim9/ i Chriſto baptizati ſum9/
corpore & ſāguine Chriſti pticipauimus: ergo euāgelij participes effi-
ciemur. Ergo incorruptibilem coronam aeccipiemus. Nequaq̃ ita
oportet: ſed ex figura/ veritas agnoſcēda eſt. Nā ſi īcidimus ī malas cō
cupiſcētias gulæ/ ſi in auaritię q̃ idololatria eſt/ aut in aliā idololatriæ
ſpeciē/ ſi i fornicationes/ ſi Chriſtū īfidelitate irritamus/ ſi cōtra ꝓuidē
tiā eius murmuram9/ & huiuſmodi illicita & nefaria facim9: etſi circa
nos ſacra illa myſteria ōnia pacta ſint/ coronā tamē illā nō accipiem9/
& regnū dei nequaq̃ intrabim9. vt neq; filij Iſrael in figura noſtri circa ſe ſimilia paſſi
66 tametſi in figura/ q in ſimilia īciderūt illicita: terrā ꝓmiſſionis minime itrauerūt. Qđ ſa
cramētorū Chriſti/ i veteri lege occultorū/ reſerator apoſtol9 ſubiūgit dicēs. ¶Nolo au
tē vos lateat fratres: ꝙ patres noſtri omnes ſub nube fuerūt/ & ōnes p mare trāſierunt/
& ōnes in Moſe baptizati ſunt in nube & mari/ & ōnes eandā eſcā ſpiritualē māduca
uerūt/ & ōnes eūdē potū ſpiritualē biberūt (bibebāt enī de ſpirituali ſequente petra. pe
tra aūt: erat CHRISTVS) ſed nō incōpluribus eorū beneplacitū fuit deo. Nā proſtrati
ſunt in deſerto. Hæc aūt figuræ noſtri fuerūt. vt nō ducamur cōcupiſcētia malorū: ſicut
& illi cōcupiſcētia ducti ſūt. neq; idololatræ ſitis: ſicut & nōnulli eorū queadmodū ſcri
ptū ē. Sedit popul9 māducare et bibere: et ſurrexerūt ludere. Neq; fornicemur ſicut aliq
eorū fornicati ſūt: & ceciderūt vna die viginta tria milia. Neq; tētem9 CHRISTVM/
queadmodū & aliq ipſū tētauerūt: & a ſerpentibus perierūt. Neq; murmurate/ queād-
modū & aliqui eorū murmurauerūt: & perierūt ab extermiatore. Hæc aūt ōnia: i figu-
ra cōtingebāt illis. ſcripta autē ſūt ad admonitionē noſtri: in quos fines ſæculorū deue
nerūt. ¶Ecce quę hebræis cōtingebāt: typi/ & figurę. hebræi: figura populi Chriſti. nu
bes: ſpirit9 ſācti. mare: baptiſmatis. Moſes: Chriſti vt legiſlatoris. manna: corporis Chri
ſti vt panis cœleſtis & cibi vitæ. vnda ex petra profluēs: ſāguinis Chriſti vt potus vi-
talis. Petra: Chriſti vt in cruce cōfoſſi. deſertū: mūdi. terra promiſſionis: cœleſtis regni.
ſerpētes: dęmonū. extermiator: iuſtitię dei. diuerſę penę: diuerſorū ſuppliciorū ęternorū
finis tēporū hebręorū: finis ſęclorū. Ergo ij i quos venerāt fines tēporū hebręorū: erāt
ī typo & figura eorū ī quos deuenīēt fines ſęculorū. ōnē enī Paul9 aptat typū ī propriā
veritatē/ i propriāq; reuocat. & i veritate videt typū/ & i typo veritatē: perīde atq; i luce
vmbrā & in vmbra lucem. veritas enī lux eſt: & typus vmbra. Hæc igitur ratiocinatio
Pauli/ a typo ad veritatē eſt: primis bene nota theologis. q q̃to magis diuinę lucis ha-
bebāt: tāto magis eā cognoſcebāt. hoc q vniuerſorū & i omnibus videre poſſet: nichil
eum/ neq; in humanis/ neq; i diuinis lateret. Poſteris tamē: hoc diuinæ lucis beneficiū/
nō vſq; a deo copioſe ifuſū eſt. Ad nūc ad Paulū reuertamur. Adhortatur enī Corithi-
os/ nimiū in ijs q circa eos fiebāt cōfidētes/ quaſi cū illis initiati fuiſſent perire nō poſ
67 ſēt & cœleſti regno nō potiri. Et hæc tētatio humana erat: cui & poterāt reſiſtere/ auxi
lio diuino ſēper eis p̄ſente. Sic itaq; hortatur eos dicēs. ¶Quare qui ſe exiſtimat ſtare:
videat ne cadat. tētatio vos nō aprehendit niſi humana. fidelis aūt de9/ q nō ſinet vos
tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed etiā in tētatione bonū præſtabit exitū/ vt poſſitis ſuffer-

te. ¶ Hęc tētatio appræhēderat aliquos Corinthiorū:arbitratos nichil eis obesse/si sa-
68 crificarēt idolis/dū modo circa eos ōnes sacri ritus Christi peracti fuissent. Q ꝺ impro-
bat Paulus:& manifesto cōfutat argumēto/dicēs. ¶ Q uapropter dilecti mei:fugite ab
idololatria.tāq̄ prudētibus dico:iudicate vos id/qđ dico.Calix benedictionis quē be-
nedicimus:nōne cōmunio sanguinis CHRISTI est? Panis quē frangimus:nōne cō-
munio corporis CHRISTI est?quia vnus panis/ vnū corpus multi sumus.ōnes enim
ex vno pane participam9.videte Israelē secundū carnē:nōne qui edunt hostias/ com-
municant altari? ¶ Cōsequēs erat vt diceret:qui edūt īmolata idolo/ maxime quidem
vt immolata: cōmunicāt idolo.at impossibile est Christo & idolo simul cōmunicare:
haud secus q̄ simul luce & tenebris. Fugiēda igitur necessario idololatria:si nobis cō
municandum est Christo.At dicēt.Si immolatum idolo nichil est/ si idolum nichil est:
quo modo cōmunicabimus idolo?Certū est/idolū nichil diuinū esse/ neq; spiritus ido
lorum aliquid diuinum/quibus vllus debeatur venerationis cultus:sed sunt dæmonia.
9 dæmonia autē:nō diuina/sed diuinitatis īimica/ etsi per superbiā diuina dici velint.Et
iccirco subdit Paulus. ¶ Q uid igitur dico:ꝙ idolū aliquid est/aut ꝙ immolatum ido-
lo aliquid est? Non. verū quod ea quæ immolant gentes : dæmonijs immolant/& nō
deo.nolo autē vos cōmunicare dæmonijs.nō potestis calicem domini bibere: & calicē
dæmoniorū. non potestis mensæ domini participare:& mensæ dæmoniorum. An ad
zelum prouocamus dominū? nūquid fortiores eo sumus? ¶ Cum id sit impossibile:vt
deo participemus & dæmonio (oppositi enī sunt) insuper id euenit:vt cū per idolola-
triam cōmunicamus dæmonijs/ deū ad iram & vltionē prouocemus.Sed nūquid po-
terimus vltionē zeli eius & indignationis eius/effugere/nunquid fortiores eo sumus?
nequaq̄.id sane dementia & furor esset cogitare.Ergo & vt deo vniamur(hoc enim est
deo cōmunicare)& vt vltionem eius deuitemus:fugienda est idololatria . vnio tamen
& dei veneratio primo loco respicienda est/secundo autem vltionis deuitatio. Et cum
nichil sit idolū/nichil item īmolatum:licet īmolatis vesci/non tamē vt imolatis.Et id
70 nō sēper:sed(vt pri9 dictū est)cū id ędificat/aut ædificationi nichil obest.Hac de cau-
sa addit Paul9. ¶ Omnia ī mea sunt potestate:sed nō omnia cōferūt.omnia ī mea sunt
potestate:sed non ōnia ędificant.Nemo qđ sui ipsius est quęrat:sed quisq; qđ alterius.
Omne qđ in macello venundatur/ edite:nichil disquirentes propter cōscientiā. Nam
dn̄i est terra & plenitudo eius. ¶ Licebat enī fidelibus vesci omnib9 ijs/quæ ī publicis
officinis vēdebant:sed inquirere an illa īmolata fuissent idolis nec ne/ non licebat pro-
pter cōscientiā.nō eorū ipsorū fideliū q iterrogassēt:sed propter eos q vēdebāt aut ade
rāt aut ifideles/aut ifirmi.q existimare potuissent emētē/ob reuerētiā idoli ꝙ sciuisset ī-
molatū/emisse:tametsi nullo pacto hac ratione emisset.sed quia scit idolū nihil eē/ nec
potestatē vllā habere in immolato:sed dn̄m solū cuius est terra/& ōnia ea quę implent
terrā.Hac etiā de causa nō licebat fideli:vt in idolio/idest in phano idoli/ aut mēsa di-
scūberet/& cū alijs qui idolothytis vt idolothytis vescebātur/vesceret. Et simili quoq;
ratione si venditor macellarius dixisset emptori fideli/hæ carnes īmolatæ sūt/istę non
sunt:de nō īmolatis accipere debuit/quasi cōtēnēs & detestās īmolatas nō vt carnes/
71 sed vt imolatas.In priuatis autē domibus:nichil prohibebat fideles quibuscūq; vesci/
dū id ædificationi nō obesset.Qđ & subiūgit Paulus: dicēs. ¶ Si qs autē infideliū vos
accersit/& vultis proficisci:ōne qđ apponit vobis edite/nichil disquirētes ꝓpter cōsciē
tiā.Si aūt quispiā vobis dicat hoc idolis īmolatū est:nolite edere propter illū q indica
uit/& propter cōscientiā (Domini enī est terra & plenitudo eius) cōsciētiā autē dico
nō tuā ipsius/sed alterius.vt quid enī libertas mea:aliena iudicatur cōscientia? Si ego
cū gratia participo:quid blasphemor pro quo gratias ago? Proinde siue comeditis/
siue bibitis/siue qcq̄ facitis:ōnia in gloriā dei facite.sine offensione estote/& iudæis &
gētilib9:& ecclesiæ dei.quēadmodū & ego per ōnia ōnib9 placeo:nō quęrēs meā ipsi9
vtilitatē/sed multorū vt salui fiāt. ¶ Sanctū præceptū/sanctaq; admonitio:quicqd faci
m9 in gloriā dei facere.Certū est nos tūc ab omni malo abstinere oportere.nō enī po-
test malū:ad gloriā dei fieri.Sanctū & id est:se sine offensione gerere ōni homini/siue
iudæo.siue gētili. tāto magis se sine offensione gerere domestico & fideli/& ecclesiæ fi
deliū q̄ est ecclesia dei.& ꝙ studebat ōnib9 placere Paul9:illud placere nō erat mūda-
nū/carnale/assentatoriū sed ex diuinæ benignitatis imitatione proueniēs/ ex spū ma-
nās/& ædificatoriū.tādiu enī placere debem9:q̄diu ædificare possumus/& aliorū pro-
curare salutē.Quā in spū placēdi gratiā ad aliorū & nostrā salutē: nobis elargiatur om
niū salus & vita nostra Christus Ihesus/in omnia sæcula semper benedictus.Amen.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literā. ¶ Vulgata æditio. Et omnes in Moyse

66 baptizati sunt. ¶Dici potest in Mose dissyllabe ex Paulo. Paul9. καὶ πάντες εἰς τὸν
μωσῆν ἐβαπτίσαντο. ¶Vulgata æditio. Bibebant autē de spiritali cōsequente eos
petra. ¶Dicendū: bibebāt enī de spirituali. Et eos superfluū est. Verū & sequente petra
dici potest. sequente quidē: quia Christus nondū venerat/ sed venturus erat in mundū.
bibebant ergo in figura de spirituali petra q̄ futura erat. Petra enī erat Christus: idest
typus/ & Christi tūc venturi figura. estq; spirituali fœmininū & adiectiuū: cuius substāti
B uum petra. Quod de petra Oreb: ex Exodo/ factū cognoscitur. Paulus. ἔπινον γὰρ ἐκ
66 πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ¶Vulgata æditio. Hęc autē figura facta
sunt nostri. ¶Ex Paulo: potius hæc enī figuræ nostri factæ sunt. sed in eandem recidit
intelligentiā. Paul9. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν. ¶Vulgata æditio. Neq;
tentemus CHRISTVM sicut quidā eorum tentauerūt. ¶Dicendū eum tentauerunt
C per accusatiuū singularē referentē Christum. Paulus. μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν χρι
66 στὸν καθὼς καί τινες αὐτὸν ἐπείρασαν. ¶Vulgata æditio. Scripta sunt autem ad
correptionem nostrā. ¶Accōmodatius ad admonitionē nostram/ siue nostri: vt relati
67 uum quos manifestius referat plurale. Paul9. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.
¶Vulgata æditio. Tentatio vos non apprahēdat nisi humana. ¶Dicendū apprahē-
dit per præteritū indicantis. neq; enī mandat/ neq; optat Paulus vt tentatio quæcūq;
neq; humana/ neq; nō humana apprahendat: sed de ea tētatione loquebatur/ quæ ap-
prahēderat Corīthios/ q dū sacra Christi circa eos facta fuissent/ etsi etiam cū Christo
seruirent idolis: saluari possent. sic enī facultatū bona saluassent/ magistratus retinuis-
sent/ martyrij pœnas effugissent & māsissent in gratia principū. Sed nequaq̄ ita fieri po
terat. Nam particeps idoli: particeps dei neutiq̄ esse potest. Paulus. πειρασμὸς ὑμᾶς
οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος. ¶Vulgata æditio. Sed faciet etiam cum tētatione
prouentum. ¶Hęc sententia: apud Paulum videtur designare deū cū tentatione bo-
nū eis prestiturum exitum/ opemq; laturum. ἔκβασις enim vocabulum/ quo hic vti-
tur Paulus. exitum/ & prosperū exitū designat. Paulus. ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ
πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν. ¶Vulgata æditio. Propter qđ charissimi michi: fugi-
te ab idolorum cultura. ¶Ex Paulo: dilecti mei. Sed id nichil/ aut perparum refert.
D Paulus. διόπερ ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρίας. ¶Vulga
68 ta æditio. Calix benedictionis cui benedicimus: nonne cōmunicatio sanguinis CHRI
STI est/ Et panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est. ¶Qđ hic
duob9 verbis vetus interpres dicit cōmunicatio & participatio: idē apud Paulū voca-
bulū est κοινωνία. qđ sancti patres cōmunionē interpretati sunt. & hæc ipsa est: quā
vocant sanctorū cōmunionē. Qđ qui nō intellexerūt: saltē ex hoc Pauli loco/ itelligāt.
Et vtrobiq; in fine: Christi/ nō dn̄i habetur. Paulus. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ
εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστιν; τὸν ἄρτον ὃν
κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἐστιν; ¶Vulgata æditio.
Omnes qui de vno pane/ & de vno calice participamus. ¶Dicendum est: omnes enī
E ex vno pane participamus. Et id: & de vno calice adiectitiū est. Paulus. οἱ γὰρ πάν-
69 τες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. ¶Vulgata æditio. Quid ergo dico: qđ ido-
lis immolatum sit aliquid/ aut quod idolum sit aliquid/ ¶Particularum ordo im-
mutat9. Paul9. τί οὖν φημι, ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν;
Et expressim9 responsionē: nō. quā Paulus itelligit: etsi nō expressit. & id fecim9: vt la
tinis clarior sit intelligētia. ¶Vulgata æditio. Sed quæ immolant gētes. ¶Dicēdū: sed
q quæ immolant gentiles. Paulus. ἀλλ᾽ ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη ¶Vulgata æditio. No
lo autem vos socios fieri dęmoniorum. ¶Potius cōmunicantes aut participes fieri dę-
moniorū. Paulus. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.
¶Vulgata æditio. Quia nō potestis calicē domini bibere. ¶Sic habēt cōplusculi codi
E ces. Verū qui ita habēt: in eis/ quia: superfluū est. Paulus. οὐ δύνασθε ποτήριον κυ-
70 ρίου πίνειν. ¶Vulgata æditio. An emulemur dominū/ ¶Intelligibilior iterpretatio:
An ad zelū/ siue ad indignationē prouocamus dn̄m. Paulus. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν
κύριον; ¶Vulgata æditio. Sed qđ alterius. ¶Deest particula quisq;. Paulus. ἀλλὰ τὸ
F τοῦ ἑτέρου ἕκαστος. ¶Vulgata ęditio. ōne qđ ī macello venit. ¶Hic venit: de veneo
70 id est venū it & venditur. verū vetus iterpres locū ambiguū fecit equiuoco: an a veneo
an a venio diceret Paulus. q̄q̄ a veneo venire intelligi debet cum in macello ablati-
uo dicatur. Nam si a venio. dicendum esset per accusatiuū in macellū. verūnō vbiq;
G ipse etiā ꝓprietatē obseruat latinam. Paul9 πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον.
71 ¶Vulgata æditio. Propter illū qui indicauit/ & propter conscientiā. hic post hāc par-
ticulam/ deest: Domini est terra & plenitudo eius. Qđ forte omissū est/ & putatū super-

fluũ:cũ pauloante post similẽ particulã adiũctũ esset. sed neq; hic/neq; illic: superfluit.
Nam hic ad hãc intelligentiam additur/ dñi est terra & plenitudo eius: tot & tãta alia
sunt in terra & q̃ iplent eã/ quæ mãducare potestis/ præter ea quæ qs dixerit fuisse imo-
lata. nõ eni vobis alia deerunt: quæ mãducare possitis. Illic vero: ꝙ licebat eis illa ede-
re/ quia dñi erant. Nam dñi est terra & plenitudo eius. licebat quidem: cum alijs nõ ma
le cederet in ædificationẽ. Paulus. Δι᾽ ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα καὶ τὴν συνείδη-
σιν. τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

CAP. XI

CVm Paulus dixisset/ ꝙ non quæreret suam ipsius vtilitatem sed mul-
torum vt salui fiant: sic illos exemplo suo facturos hortatur. quia &
ipse in hoc ipso imitatur Christum: qui quod sibi vtile erat/ in hoc mũ
do non quæsiuit/ sed quod multis vtile erat vt æternam consequeren-
tur salutem. & Paulus ex cõmendatione memorię traditionum suarũ/
72 immo Christi: studet Corinthios excitare/ & reddere alacriores/ dicẽs.
¶ Imitatores mei estote: vt & ego CHRISTI. Laudo aũt vos fratres:
ꝙ omnium quę mea sunt meministis. Et queadmodum tradidi vobis:
traditiones meas tenetis. ¶ Deinde eos instruit: quomodo Christus
etiam secundum humanitatem/ omnium hominum summum tenet/ solam supra se di-
uinitatem habẽs. virum autẽ: mulieris tenere summitatẽ / id est principalitatẽ. Insuper
73 & eos instruit: quomodo vir/ & quo modo mulier orare aut prophetare debent/ dicẽs.
¶ Vos autem scire velim: ꝙ omnis viri caput CHRITVS est. caput autem mulieris:
vir. caput vero CHRISTI: deus. Omnis vir qui orat aut prophetat/ velatum caput ha
bens: dedecori est capiti suo. Omnis etiam mulier/ aut orans/ aut prophetans/ non ve-
lato capite: dedecore afficit caput suum. vnum enim est atq; idem: ac si esset detonsa. si
itaq; non velatur mulier: detondeatur. Qꝫ si turpe est mulieri detonderi aut abradi: ve
letur. At vir nõ debet velare caput: cum sit imago & gloria dei. mulier vero gloria vi-
ri est. ¶ Vir immediate factus est a deo/ imago & similitudo dei/ ad eius gloriam. mu-
lier vero mediante viro: quasi velamine inter eam & deũ posito. medium eni: vt inter-
stitium & velamen quoddã est. Ad quod mysterium designandũ/ cum vir se conuertit
ad deum/ qđ maxime aut orãs aut prophetãs facit/ detecto capite/ quasi nullo inter se
& deũ velamen habẽs/ suę creationis honorẽ vt est/ deo offerẽs: id facere debet. mulier
autẽ capite velato/ suã creationẽ agnoscens/ & vt decet honorem deo offerens: secũdo
loco/ & gloria viri intermedia. est eni vir prima & ĩmediata gloria dei: mulier mediata
74 & secunda/ & ĩmediate gloria viri/ & ipsius viri gratia facta. Propterea subdit Paulus.
¶ Non enĩ est vir ex muliere: sed mulier ex viro. etenĩ non creatus est vir propter mu-
lierem: sed mulier propter virum. Quapropter debet mulier potestatẽ habere ĩ capite:
propter angelos. ¶ Et vir & angeli ĩmediate creati sunt a deo: & ideo nullũ velamen
in huius rei symbolo debet habere vir cum cõuertitur ad deũ/ non secus ac angeli. At
mulier non solũ propter virũ habere debet: sed etiã propter angelos. superbia eni esset
si creationẽ suam angelis faceret æquã. cũ hanc potestatẽ habeat mediãte viro. Quid
est enĩ mulierẽ potestatẽ habere/ & debere quidẽ habere in capite: nisi mediante viro/
mediante capite qui vir eius est? At id nosse operepreciũ est/ ꝙ vt prima Eua ex primo
Adam & propter primũ Adã carnaliter/ qui sunt typi & figurę: sic secunda Eua quæ est
virgo super mulieres benedicta/ ex secundo Adam qui est Christus Ihesus superbene-
dictus/ & propter secũdũ Adam spiritualiter. & hi: Archetypi & veritates. Et vt prim⁹
Adam caput est & primus omniũ hominũ carnaliũ / tam virorũ q̃ mulierũ/ nã omniũ
pater: sic Christus pater & caput omniũ spiritualiũ. Et vt Eua mater est omniũ carna-
lium/ & supra omnes carnales viros ac mulieres/ vno Adam excepto: sic virgo illa bea
tarum beatissima supra omnes spirituales tã viros q̃ mulieres/ solo Christo excepto. Ex
quo & propter quẽ ipsa solum creata est. nam omniũ spiritualiũ mater. Vnde sit vt in
Maria depositũ sit Euæ velamẽ. Nam inter eã & Christũ dominũ/ ex quo est & propter
quẽ est: nullũ intercedit mediũ. Christus autẽ deus. Nichil igitur prohibet eã nõ modo
angelis esse æquã: sed & superiorẽ. Aequã quidẽ: nam ĩmediate a Christo vt angeli. su
periorem vero: nam mater Christi/ quod null⁹ angelorũ/ neq; est/ neq; esse potest. Qui-
imo cũ Christi mater effecta est: quodã modo angelorũ mater effecta est/ omnibus ve-
neranda angelis / & angelis augustior. At cæteri viri: magnificare debent mulieres.
Nam diuina ordinatione: omnes sunt/ per mulieres. Et cæteræ mulieres: viros. Nam
sunt (etiam ordinante deo) omnes a viris. Et se mutuo debent honorare. Non hic il-
75 lam aut cõtra/ despicere: aut hic super illã aut cõtra/ se insolẽter efferre. De q̃bus subdit
Paulus. ¶ Verũtamẽ neq; vir sine muliere: neq; mulier sine viro ĩ domino. Nã queãd-

modum mulier ex viro: hunc in modum & vir per mulierem. omnia autem ex deo.
¶ Diuinam in secretiori mysterio posuit rationem: ob quam mulier/cum orat aut pro-
76 phetat velare debet caput suũ. Nũc aũt naturę innititur rationi/q̃ & id ipsum tanq̃ fidelẽ
dei organum ostendere videtur. atq; ait. ¶ In vobis ipsis iudicate: an decens est muli-
erem inuelatam deum orare. An non vero ipsa natura docet vos? quia si vir quidẽ co-
matus est: dedecus est ei. mulier vero si comata est: honor est ei. quia coma pro velami-
ne data est. ¶ Certum est abundantiores & prolixiores crines naturaliter in mulierib9
nasci/vt nonnunq̃ videatur coma ad calces vsq; protendi: q̃ in viris. & id datur honori
mulieri. At si viro sic excrescerent: id illi esset dedecori. velata igitur natura videtur
mulier: comparatione habita ad virum. itaq; indice natura/debet mulier velata orare:
vir autem discoopertus. At forte insuper quispiã volens videri humanæ philosophiæ
sciolus: dicet non hoc protendere illa in muliere capillorum velatura/sed hoc accidere:
quia sit humidior viro. Cui respõdere possemus: cur igitur illa ratione/barbam non ha
bet prolixiorem viro? cur id ĩ capite solum accidit vt ex eo videatur tota velata: vir au
77 tem nõ? Sed prohibet apostolus maxime circa diuina/huiusmodi sermonum agitatio-
nem contentiosam haberi: dicens. ¶ Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talẽ
consuetudinem non habemus/neq; ecclesiæ dei. ¶ Neq; ab re vetat Paulus huiusmo-
di altercationes/& futiles contentiones: quia nichil edificant/nichil prosunt. sed qui il-
las agitant: sunt paruæ vulpes quæ demoliuntur vineas/ hoc est scripturas sponsi &
sponsæ/id est Christi & ecclesiæ. Diuinę autem philosophiæ/id est fidelium: non est im
morari in calido/ frigido/ humido/ sicco. sed inniti vestigijs: & ex vestigio surgere ad
veritatem. quod & paulo supra fecit Paulus. aut ex veritate (quod sublimius est) cogno
scens vestigium. hoc enim in diuina philosophia: vt demonstratio propter quid est. il-
lud autẽ: vt demonstratio q͡ est. & vtrũq; modum i q̃ optime diuinus callebat Paulus.
sed cogebatur plerũq;: ex infirmiore modo nos manuducere. Hanc autẽ veritatis & ve-
stigiorũ sapientiam: parum humana nouit philosophia/ & maxime omnium vbi insti-
tutio existit contentiosa. ideo ex ea venientes contentiosi sunt: & recipiendi non sunt.
sed prius sunt instituendi: nisi contendendi consuetudo id non permittat. non permit-
tit enim frequenter. Nam vestigia non vt vestigia: sed vt res accipiunt. & literam solũ
sapiunt: et non spiritum. spiritus enim rerum typus est: & archetypus in veritate. & hu
iusmodi plerumq; rigidi sunt: & contra spiritum pertinaces. Deus igitur infructuosam
contentionem/quam humana aut infra humanam non diuina philosophia parit/aufe
rat e studijs maxime diuinis: & ecclesijs suis reddat paccatam quæ eas decet/ & omni
ex parte bene constantem sapientiam/aut a se manantem in signa/aut a signis (vt ra-
dium solis a rebus terrenis in solem) in se resilientem. Et quia consumatio orationis/&
omnis diuini indultus/est ad deum vnitio/illa autem ad deum & in deo vnitio/ fit per
spiritualem corporis et sanguinis Christi sumptionem: ideo ad illam omnia consumã-
tem diuini corporis et sanguinis participationem/ maxime reuerenter/ pure/ & sancte
accedere oportet. Quod quia non facerent Corinthij/augustum & superuenerandũ di-
78 uinum mysterium non agnoscentes: ideo iure eos increpat/& arguit Paulus/dicens.
¶ Hoc autem admonens non laudo: q͡ non in melius/sed in deterius conuenitis. Pri-
mum quidem cum vos conuenitis in ecclesiam: audio inter vos schismata esse. & par-
tim credo. Nã oportet et hæreses in vobis esse: vt probi manifesti sint in vobis. ¶ Per-
mittit deus interdum schismata & hæreses/ id est diuisiones & sectas fieri: ad proba-
tionem bonorum. Vt enim aurum/cui ignis nichil adimit/ sed quod reddit illustrius/
probum esse cognoscitur & minime adulterinum: sic qui inter schismata & hæreses nõ
concutitur/sed firmus in ecclesiæ traditionibus perseuerat/ille probatus est fidelis. Et
quia inter Corinthios nonnulli tales erant/quos neq; schismata/ neq; hæreses tange-
rent: ideo dixerat apostolus/ partim credo. Nam non omnes schismatici erant aut hæ-
retici: sed id in parte eis acciderat/ratione diuersorum pædagogorum/perperam eos
instituentium. Sed et accusat eos de alio. Quia cum præfinito tẽpore/ qui dies domi-
nicus in primitiua ecclesia maxime esse solebat/cõuenire simul deberent ad corporis &
sanguinis Christi perceptionem/& ad simul edendum & bibendum in illo loco/in me-
moriã cenę domini/simul cum discipulis in cœnaculo grandi/in institutione huius su
peradmirandi mysterij/ad simul inquã edendum & bibendum in publica cena/quæ in
memoriam illius cenæ domini dominica cena appellatur: cum ad sacrosanctam illam
cõmunionẽ venirent/non amplius simul edebãt & bibebãt/memoriã cenæ dñi negli-
gentes. sed edebãt & bibebãt i proprijs domib9: ãteq̃ ad cõmunionẽ venirẽt. quorũ ple-
riq; q erãt ditiores distẽti cibo & potu: ebrij accedebãt. alij vero q pauperiores erãt: esurie

79 bant. Quod factum vt pat est: repræhendit apostolus/dicens. ¶ Cum igitur conuenitis
simul: non est amplius dominicam cenam manducare. Nam quisq; propriam cenã an-
ticipat manducando. & hic quidem esurit: ille vero ebrius est. Nunquid enim domos
habetis ad edendum & bibendum? An ecclesiam dei contemnitis/& confunditis eos
qui non habent? Quid igitur dico: laudabo vos in hoc? Non laudo. ¶ Non erant eis
domus propriæ ad manducandũ dominicam cenam ordinate: sed locus publicus & sa
cer. vbi omnes in memoriam cenæ domini/conuenirent: & ditiores indigentiam pau-
80 perum supplerent. Quem ritum: ex mandato saluatoris tradiderat Paulus Corinthijs/
vt & ipse testatur dicens. ¶ Ego enim accepi a domino: quod & tradidi vobis. Qz do-
minus IHESVS in ea nocte qua tradebatur accepit panem: & granas agens fre-
git/ & dixit. accipite/ manducate. hoc meum est corpus/ quod pro vobis frangitur.
hoc facite in mei reminiscentiam. Similiter & calicem posteaq̃ cenatum est: dicẽs. Hic
calix: nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quonescũq; biberitis: in mei
reminiscentiam. ¶ Magna ergo veneratione: ad id augustissimum mysterium accedere
oportet. qđ dum in terris adhuc esset: istituit domin9. vt ex Matthæo/Marco/& Luca:
aperte cognoscitur. & quod vbi cœlos scandit (reuelanone sancto apostolo eius Paulo
facta) adhuc innouauit. Ad sancti sanctorum contactum: quis accedere ausit nisi mun-
dus? ad regem regum suscipiendum: nisi venerabundus? ad iudicem omnium: nisi tre-
mebundus? Et hoc mysteriũ ad diem vsq; iudicij: Christi Ihesu sacratissima sanctio in-
stituit faciendum/annunciando ad illum vsq; diem omnibus hominibus Christum do
81 minum pro illis redimendis fuisse mortuum. Quod & nobis: hoc pacto aperit Pau-
lus. ¶ Quotiescunq; enim manducaueritis panem hunc/& calicem biberitis: mortem
domini annunciabitis/donec veniat. Quare quicunq; mãducauerit panem hunc/ aut
biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. ¶ Si hospitio
susciperes temporalem regem/& tuum quidem regem/ & nullam hospitij preparatio-
nem faceres/non ornare studeres/sed eum sordido in loco/id est loco fetenti/ morbido
& pestilenti collocares: nõne videreris esse regiæ dignitatis cõtemptor/& ex hoc ipso fa
cto lesę maiestatis reus? & pro hac tam ĩdigna negligẽtia & contemptu: iure supplicijs
afficiendus? hic autem plus q̃ omnes reges terræ hac maiestas nõ solũ hominib9/ sed
et angelis omnibus & potestatibus/cœloq; chaoq; verenda: cuius lesæ tu ipse constitu
eris reus/si q̃tum in te est non pro dignitate suscipias. pro dignitate enim qua ex se di-
gnus est: neq; cœli/neq; terra/neq; creatura vlla suscipere potest. Quapropter deo di-
gnus apostolus tantę sublimitatis præco/ad nostra infirma descendentis: nos non ab
re hortatur vt studeamus modis omnibus nos examinare/nos explorare/ ne quid sor-
didum/sordum/& immundum in corpore & anima nostra inueniatur/quam rex noster
82 deus noster sacrare sibi vult hospitium atq; templum. Hortatur inquam æterni
regis nostri ad nos aduentare volentis diuinus præco Paulus/dicens. ¶ Probet au-
tem homo seipsum: & sic ex pane edat/ & ex calice bibat. Qui enim edit & bi-
bit indigne: iudicium sibi edit & bibit/ non diiudicans corpus domini. ¶ Quis
enim perfecta fide iudicat regem esse regum quem suscipit/ quem inferna tre-
mũt/ quem adorant angeli/ac verentur: & non se discutit/non præparat seipsum q̃tum
in se est ad ipsum suscipiendum/& hoc est ipsum digne suscipere. Qui igitur indigne &
impręparate suscipiunt: infirmi fide sunt/ & non discernunt/non iudicant corpus domi
ni esse/& regem esse angelorum & hominum/ quem tanta incuria/tanta indignitate su
scipiunt. At qui fidem non habent & perfectam quidem fidem: spiritu mortui sunt. pri-
cipium enim/vitę spiritus: fides est quam spes producit/ protrahit & conseruat/& cha-
ritas perficit ac consumat. Sed quomodo Corinthij schismata inter se habentes/ cra-
pula distensi/& iam vino sepulti ad corpus domini suscipiendum venientes/ & ad cali
83 cem bibendum: digne tantam/tamq; verendam maiestatem suscipiebant? Ideo sub-
infert Paulus. ¶ Propter hoc/in vobis multi debiles sunt & infirmi: & dormiunt mul-
ti. Si enim nosipsos discuteremus: nequaq̃ iudicaremur. at iudicati a domino corripi-
mur: vt non cum mũdo condemnemur. ¶ Magna benignitas summi regis offensi/ma
gna clementia summi iudicis spreti/qui pro iusticia sua iudicat indignos illos/ æterno
supplicio dignos/quia suum regem æternũ indigne susceperunt: in misericordia tamen
eos expectat/& aliquibus tribulationibus (tanq̃ pater virgis filios) flagellat. vt reatũ
agnoscãt: corrigant ac emẽdẽtur/& nõ cũ mũdo/interitu mulctaq; sempiterna secũdũ iu
stitiam eius & quidem iustissimam intereant/ verum magis secundum misericordiã ei9
saluẽtur. propter semetipsũ parcere vult hospitio/in quo dignatus est gressus suos pone-
re: etsi hospitiũ quãtũ de se ẽ & propter se/dignũ sit perire. p̃sentia igit saluatoris potior

est ad saluãdum:q̃ idignitas hospitij ad damnandũ.& id vult:qui per se bonus/ omni-
bonus/& superbonus est.Se igitur emendent qui errore/& malo quidẽ errore lapsi sũt.
se examinent/ se discutiant/fide firma dijudicent:quẽ & q̃tum suscipiunt.vnitatem cõ-
seruent:& ad deum & homines charitatem.Nam ipse qui rex noster & omniũ est: per
charitatem ad nos/& nos sibi vnire volens/descendit/cœlum & terram implens/& im-
84 mobiliter in dextera dei patris residens. Et propterea de vnitate & charitate in susce-
ptione huius omnia cõsumãtis mysterij:hortatur Corinthios apostolus/dicẽs. ¶ Qua-
re fratres mei cum cõuenitis ad manducãdum: vos inuicem expectate (si quis autem
esurit:domi edat) vt non in iudicium cõueniatis. Reliqua vero cum veniã: ordinabo.
¶ Sancta pontificum institutio est: vt nullus nisi ieiunus ad hoc sanctum & spirituale
conuiuiũ accedat. quod & præordinare videtur apostolus: cũ dicit. si quis autẽ esurit:
domi edat. quod simile arbitror:ac si diceret. si quis ieiunus expectare nõ potest cũ re-
liquis spiritualem refectionẽ:domi se cõtineat/ & sumat corporalẽ/non veniens ad spi-
ritualem/ ne in iudiciũ & condemnationẽ veniat. Verum ad imitationem Christi: vbi
tunc capiebant spiritualem illũ/ cœlestemq; pastum/ illa die simul & corporalem sume-
bãt. quod & ad vinculũ vnitatis fraternitatis/& dilectionis facere videbatur. nũc autẽ
pro opportunitate temporũ & locorum:sancti antistites introduxerunt cõmunicandi ri-
tum/ arbitror vbiq; deo placentẽ/ dũ modo qui sumit se probet/ discutiat/ examinet/ or-
net quo ad potest/ iustitiæ tamen ornamentum a deo expectans non suis viribus/non
suę possibilitati tribuẽs/ corpus dominicũ fide dijudicãs/spe iam fruẽs æternis/ chari-
tate amplectẽs ad se venientẽ regẽ & dominũ cœli. Qui hanc præparationis gratiã ad
ipsũ suscipiendũ/ ipsumq; sacrosanctũ & augustũ mysterium/nobis ipse mysterij author
largiatur Christ9 rex noster/ qui est super omnia benedictus/ ĩ omnia sæculorũ sæcula.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Deturpat caput suũ.
73 ¶ Dicere potuit vetus interpres dedecori est capiti suo/ dedecore/ verecũdiaue afficit
caput suũ. Paulus. καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Vnũ enĩ
est ac si decaluetur. ¶ Legendũ potius est: vnũ enim est atq; idem ac si abradatur/ siue
detõdeatur. Paulus. ἓν γάρ ἐστι, καὶ τὸ αὐτὸ, τῇ ἐξυρημένῃ. verbũ enĩ ξυρέσ-
B θαι. abradi/ detonderiq; significat. ¶ Vulgata æditio. Ideo debet mulier velamen ha-
74 bere supra caput suum/ & propter angelos. ¶ Legendum habere potestatem in capite
propter angelos. particula enim copulatiua: abũdat. Paulus. διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ
γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. ¶ Vulgata ædi
C tio. Nec ipsa natura docet vos. ¶ Non negat Paulus: sed potius ex interrogatione af-
76 firmat/ an non vero natura docet vos? ac si respõsionem audiamus/ sic/ siue natura do-
cet vos. Paulus. ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. Quo-
niam capilli pro velamine ei dati sunt. ¶ Potius/ quia coma pro velamine data est. vo-
cabulum enim superioris clausulæ non mutat Paulus. Paulus. ὅτι κόμη ἀντὶ περι-
C βολαίου δέδοται. ¶ Vulgata æditio. Neq; ecclesia dei. ¶ Ex Paulo: ecclesiæ/ plura-
77 liter est dicendum. Paulus. οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Hoc
D autem præcipio non laudans. ¶ Potius: hoc autẽ/ admonẽs/ non laudo. Paulus. τοῦτο
78 δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. ¶ Vulgata æditio. Præsumit ad manducandum.
79 ¶ Illud præsumit/ ante sumit significat: ac si dicamus ante sumit manducans/ siue mã-
ducando. quod perinde est ac anticipat manducãdo. Paulus. προλαμβάνει ἐν τῷ
E φαγεῖν. ¶ Vulgata æditio. Nunquid domos non habetis ad manducandum/ & bibẽ-
79 dum: aut ecclesiam dei contemnitis? ¶ Satis est dicere: nunquid domos habetis ad
manducandum & bibendum? vt negatio pro responsione intelligatur. Nam de cena
domini agitur: & secundum materiam subiectam interrogat. & ordinatio non erat: vt
cenam domini in proprijs domibus facerent/ aut ante sumerent cibum q̃ ad orationis
locum/ & ad spirituale conuiuiũ in vnum conuenissent. Præterea aut ecclesiam dei cõ-
temnitis: dicendum interrogando/ an ecclesiam dei contemnitis? Paulus. μὴ γὰρ
οἰκίας ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ κατα-
E φρονεῖτε; ¶ Vulgata æditio. Accipite & mãducate. Hoc est corpus meum: quod pro
80 vobis tradetur. ¶ In Paulo dicitur accipite/ mãducate sine interposita cõiunctione. Et
in fine: frangitur/ nõ traditur. Paulus. λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα
G τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. ¶ Vulgata æditio. Et sic de pane illo edat. ¶ Superabũ-
82 dat illo. Paulus. καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω. ¶ Vulgata æditio. Vt nõ cũ
83 hoc mundo damnemur. ¶ Satis est dicere cũ mundo. Paulus. ἵνα μὴ σὺν τῷ κό-
84 σμῳ κατακριθῶμεν. ¶ Vulgata æditio. Si quis esurit. ¶ Dicẽdum si quis autẽ esu-
rit. Paulus. εἰ δέ τις πεινᾷ.

Mysterium magnum filij dei/qui est manna absconditū: declarauit apo-
stolus. Nunc autem de donis spiritus sancti: quæ ab ijs solum haberi
possunt/qui in dominū nostrum credūt. quæ qui habent: non possunt
nisi fateri Ihesum Christum dominū esse/ & deum esse. qui non habēt:
Christum Ihesum blasphemant/ & eū execrandū ducunt. Quod & fa-
ciebāt: ij qui adhuc seducti sequebātur idola/surda/ & muta. & quod
fecissent tūc Corīthij: nisi gratia spiritus sancti eis affulsisset. Vnde per-
spectum est: eos qui colunt idola/spiritum sanctū non habere. nō enim
85 execrandū ducerent dominū Ihesum. De ijs itaquā donis spiritus sancti/instruit Corin-
thios: dicens. ¶ De spiritualibus autem: nolo fratres vos ignorare. scitis ꝙ cum gentes
eratis: quo pacto ad idola muta ducebamini/seducti. Quapropter certiores vos facio:
ꝙ nemo in spiritu dei loquens/ dicit anathema IHESVM. & nemo potest dicere do-
minum IHESVM: nisi in spiritu sancto. ¶ Cum igitur fideles Corinthij/ Ihesum fate-
rentur dominum & deum esse: spiritum sanctum habebant/qui consubstantialis est spi-
ritus patris & filij. qui dominus est/qui deus est. vt spiritus est: elargitiones eius/ dona
sunt. vt dominus est: ministratiōes sunt. vt deus est & omniū artifex: operationes sunt.
hæc enim donū spiritus/ministratio dominus/operatio artifex: relatiuā inter se retinēt
86 cōspirationē. Et ideo de spiritu sancto/eos amplius instruens: subiungit Paulus dicēs.
¶ Diuisiones autem donorum sunt: idem autem spiritus. & diuisiones ministrationum
sunt. idē dominus. & diuisiones operationū sunt: idem vero est deus/qui operatur om-
nia in omnibus. ¶ Et vt in fonte/vt in causa/spiritus/ dominus/ deus idem sunt: ita in
effectibus dona/ministrationes/operationes eadem sunt. rationes tamen & hic & illic
diuersæ. Et vt spiritus sanctus diuidit ac discernit dona/ ministrationes & opera in ve-
ritate: ita spiritus malus diuidit & distribuit dona ministrationes & operationes in mē-
dacio & falsitate. Quæ dat spiritus sanctus: vtilia sunt/ ædificant & saluant. quæ dat ma-
lignus spiritus: inutilia sunt/ nichil ædificant/ nichil saluant/ sed euertunt & perdunt.
& in hoc distributiones/inspirationes/ & afflatus spiritus sancti: discernuntur a sugge-
87 stionibus & præstigijs spiritus maligni. Et vnicus & idem est spiritus sanctus: mali-
gni vero multi & diuersi. Proinde subiungit Paulus. ¶ Vnicuiꝗ vero datur manife-
statio spiritus ad vtilitatem. huic etenim per spiritum datur sermo sapientiæ. alij autē
sermo cognitionis secundum eundem spiritum. Alij vero fides in eodem spiritu. Et alij
dona sanitatum in eodem spiritu. Et alij operationes potestatum. Alij autem prophe-
tia. Alij vero discretiones spirituum. Et alij genera linguarum. Et alij interpretatio lin-
guarum. Omnia autem hæc operatur vnus & idem spiritus/ diuidens singillatim
vnicuiꝗ quemadmodum vult. ¶ Manifestatio spiritus sancti: in quibusdam fit per ser-
monem sapientiæ/sublimiter alta & diuina differentibus. qualis in primitiua ecclesia
fuit Bartholomeus/ Ioseph iustus/ Dionysius/ Hierotheus. In alijs: per sermonē cogni-
tionis/ quæ fidei sunt & necessaria saluti cognoscentibus/ & humiliori sermone/ & rudi-
bus etiam accommodato mysteria dei tradentibus. In alijs: per fidem vt in Chananęa/
in Centurione. In alijs: per dona sanitatum/ vt in Petro/ in Paulo/ quorum etiā vmbra/
vestes/ & sudariola/ languores expellebant. In alijs: per operationes potestatum/ qui po-
tenter imperabant spiritibus/ diruebant templa idolorū/ idola solo verbo cōminuebāt
& mirāda ꝑ eos perpetrabātur. In alijs: per prophetiā/ qui occulta & abscōdita cogno-
scunt. In alijs: per dijudicationes spiritualiū donorū/ discernētibus an a spiritu sancto
sint/ an ab alijs spiritibus. et si a spiritu sancto: quod donū/ & quæ elargitio sit. Si donū
spiritus sancti habes: etiam donū spiritus sancti est/ ꝙ cognoscas & discernas/ te a spiri-
tu sancto habere/ & non infleris in eo quod tuū non est/ nō tibi ipsi tribuas id quod spi-
ritus sancti est. In alijs: per genera linguarū qui in quacunꝗ regione linguā indigena-
rum quā non didicerāt ad eorum ædificationē loquebātur. In alijs: per interpretatio-
nem linguarū/ vt qui & ijs qui per spiritū extraneis linguis loquebantur quas etiā nō
capiebāt/ & alijs qui nunꝗ linguā audiuerant/ per spiritū interpretarentur. Et qui illos
sibi notos audiebant loquentes/ cōnutritos & coeducatos videbant interpretantes sa-
lutaria ad salutem: cognoscebant vtrosꝗ spiritum habere qui se per reliquos non illo
modo manifestabat. Si tamē omnes habebant fidem: se in omnibus per fidem mani-
festabat. Et benedictus sit ipse: i sanctis manifestationibus suis. qui adhuc multis/ tēpo-
ribus nostris/ pro temporū scilicet & pectorum capacitate/ se manifestare dignatur. Et
non homines/ non varij spiritus hæc operantur: sed est vnus & idem/ qui inuisibiliter
illabitur/ & in omnibus omnia operatur/ in his plura/ in his pauciora/ in quibusdā al-
tiora/ in alijs humiliora/ pro sua bonitate & sapientia/ & pro suscipientium captu. Sed

qui fallaciter distribuunt: multi & diuisi sunt spiritus/ & non vnus atq idem. Hinc gen-
tiles errore decepti: sermonem sapientiæ putabant Mineruam distribuere. scientiæ: Mer
curium. potentiam sanitatum: Apollinem. portentorum: Hecatem. diuinationem:
Phæbum. rursus linguas et interpretationes: Mercurium. qui diuersi erant spiritus erro
ris: visibiles habitationes se habere in cœlo ementiētes/ vnde inuisibiliter fuerāt distut
bati. Ideo quod minerua afflabat: non sapientia/ sed veræ sapientiæ inimica quædam
(vt sic dicā) dæmonologia. qualem libri Orphei/ Zoroastris/ quædam Procli Iamblici/
Porphyrij/ & nonnullorum aliorum Platonicorum continent. Apollinis: non vera po
tentia/ sed simulata. Hecates: non veræ potestates/ non magnalia/ nō miracula/ sed præ
stigiæ & magica portēta/ & ad nichil vtilia. qualia Dositheij & Simonis magi. nō Phæ
bi prophetia: sed diuinatio/ ancipitem vt plurimum in vtrāuis partem sensum habens/
mera impostura/ sophisma/ & machinamētum ad fallendum. Mercurij præsidis furum:
non veræ linguæ/ non veræ interpretationes/ sed subdolæ eloquentiæ fraudes/ ad pari-
ter corpus cum anima perdendum. Gētes igitur neq corpore vniti/ neq spiritu esse po
terant: tot spiritus erroris habentes/ animas & corpora diuellentes. At de fidelibus nō
ita. quia i corpore Christi vnū corp9 sunt: & in spiritu sancto vnus spiritus. nōne eni vi-
demus quæcunq vni & eidem vniuntur/ inter se vniri? omnes autem ex sacra commu
nione corpori Christi vniti sunt/ vni quidem & eidem/ & omnes ex baptismate spiritui
sancto/ vni quidem & eidem. & quia spiritus Christi & corpus eius non sunt diuisi: Chri
stus & spiritus sanctus sunt vt circuli centrum/ fideles vt innumeræ a centro excun-
tes lineæ/ & ex circūferentia in centrum refluētes. virtus autem Christi & spiritus eius:
vt circūferentia omnia continens/ conseruans/ atq fouens. Et vt in lineis quædam sūt
summæ/ quædam mediæ/ quædam imæ/ & vna non est alia/ sed in vno tamē vnitę vnū
continent circulum: sic in corpore Christi quędam mēbra sunt summa/ quędā media/ &
quędam ima/ & vnū non est aliud/ vnita tamē omnia corpori Christi/ vnū corpus sunt.
quod: omnes cum Christo/ siue (vt sic dixerim) cōcentrati Christo/ fideles constituunt.
sic & donorum spiritus sancti: quædam sunt summa/ quædam media/ et quędam ima/
omnia identitate spiritus concurrentia/ vt omnes radij solares in eundem solem. ab eo-
dem spiritu profluentia: vt ab eodem sole omnia radiorum lumina. Et in summa/ vt in
vno animalis corpore omnia membra corporaliter vnita sunt/ & vna continentur ani
ma/ & olá iuicē necessaria/ conspirantia inuicem/ & mirabilē inter se consensum habē-
tia/ diuersis fūgentia officijs: sic in corpore Christi/ varia & varie obtinētes spiritu san-
cti dona/ in vno corpore vniti/ & vno spiritu sancto continentur. Et hac proportione et
88 analogia/ nos ad corpus Christi intelligendum manuducit beatissimus Paulus/ dicēs.
, ¶Quemadmodum enim corpus vnum est/ & membra habet multa/ omnia tamen
, mēbra vnius corporis cum multa sint/ vnum corpus est: sic & CHRISTVS. etenim
, in vno spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati sumus/ siue iudæi/ siue gentiles/ si-
, ue serui/ siue liberi/ & omnes in vnum spiritum irrigati sumus. Nā & corpus non est mē
, brum vnum: sed multa. Si dicat pes/ quia non sum manus/ non sum de corpore:
, nequaq̄ propter hoc non est de corpore. & si dicat auris/ quia nō sū oculus/ nō sum de
, corpore: nequaq̄ propter hoc non est de corpore. ¶Hæc enim ratiocinatio non valet:
nō sum manus/ ergo nō sum de corpore. non sum oculus: ergo non sum de corpore. eti
am neq hęc: nō sum ꝓpheta/ ergo nō sum de Christi corpore. nō habeo grām sanitatū/
non signorum & miraculorum: ergo non sum de Christi corpore. nam pes etsi manus
non sit: de corpore est. & auris etsi oculus non sit: de corpore est. hunc in modū qui fi-
dem habet etsi propheta non sit: de corpore Christi est. & qui sapientiam aut cogni-
tionem secundum spiritum habet/ etsi gratiam sanitatum aut potestatum non habeat:
de corpore Christi est. Neq par est: vt omnes in corpore Christi sint prophetę/ aut om
nes apostoli. sunt enim prophetę vt oculi: apostoli vt auditus. audiunt enim hi iussum
mittentis: & prophetæ vident. sed omnes debent in corpore Christi fidem habere/ spē/
& charitatem: vt omnia membra corporis duplicem tactū & vitalē calorē. est eni fides:
vt primus spiritualis tactus. spes: vt secundus. & charitas vitalis calor. tolle enim ca-
lorem: membrum animalis sensibiliter mortuum est. tolle etiam charitatem: membrū
spiritualiter est mortuum. immo si tollis tactum vtrumq: mortuum est. Hæc igitur do-
89 na/ fides/ spes/ charitas omnibus communia sunt: reliqua autem spiritus sancti dona/
, sunt vt particularia. De quibus hic: in proportione differit apostolus/ dicens. ¶Si totū
, corpus oculus: vbi auditus? si totum auditus: vbi olfactus? Nunc autē posuit de9 mēbra
, vnumquodq eorum in corpore quemadmodum voluit. si autem essent omnia vnum
, membrum: vbi corpus? atqui nūc multa membra: vnum autem corpus. ¶Vt deus mē-

bra in vno animali disposuit quemadmodũ voluit/ & id quidem sapientissime: sic donã
spiritus sancti vt vult distribuit/ ad diuersa corporis Christi constituenda membra. Si
enim omnia membra animalis vnum membrum essent / vt pes: corpus animalis non
esset. non enim solus pes: totum animalis corpus. Sic si omnia spirit9 sancti dona/ vnũ
essent donum: corpus Christi non esset. vnicum enim donum habens: corpus Christi cõ
stituere non potest. quod enim Christus omnia eminenter habuit: etiam vt homo quæ
alij secundum partem: hoc/ ideo est/ quia huius coporis mystici caput. vt deus autẽ: om
nia transcendit/ omnia supereminenter habens. caput autem eminenter sensus omnes
qui in membris sunt: habere videtur/ & etiã abundantiores. Et ne putemus/ in corpore
Christi vltimos fideliũ & minus isignes spiritu sancti gratias participãtes/ nõ esse in cor
90 pore Christi necessarios/ aut nõ necessarios medias & summas assecutis gratias: ĩ pportiõe
subdit Paulus. ¶ Non potest aũt oculus dicere manui: nõ es michi vsui. aut rursus ca-
put pedibus: vobis non egeo. sed multo magis membra corporis quę videntur infirmi-
ora esse: necessaria sunt. & quę existimamus inhonorabiliora esse corporis: ijs honorem
abundantiorem circumponimus. & quæ turpia nostra sunt: abundãtiore ornantur ve-
nustate. venusta autem nostra: nequaq̃ egent. sed deus contemperauit corpus: ei quod
defectum patiebatur/ ampliorem largiens honorem. vt non sit discordia in corpore:
sed idem pro se inuicem curent membra. et siue patitur vnum membrum: compatiun-
tur omnia membra. siue honorificatur vnum membrum: congaudẽt omnia membra.
¶ Facillimam dat Paulus doctrinam: ad cognoscendum quomodo omnes in ecclesia
se gerere debent. Profecto omnes/ vt animal vnum: cuius Christus caput/ & spiritus ei9
anima: singuli vt illius animalis membra/ inuicem autem vt commembra/ infirmiores
vt magis necessarios existimantes/ inhonorabilioribus tanto magis honorem circum-
ponere studentes/ si quid turpe contegentes & maiore si valeamus ornantes venusta-
te/ quia membrũ Christi est. nullus enim cõsyderet præsertim quid ipse/ aut alius est: sed
cuius est. omnes enim Christi/ & omnes membra Christi: & inuicem commembra. Nõ
sit in toto corpore discordia: sed si quis peccato sit sauci9/ cõtristent̃ õnes. & õnes stude-
ant leso tanq̃ commembro/ tanq̃ membro Christi: opem afferre. Si quis etiam de pecca
to resurgit ad gratiam: gaudeant omnes/ de quo etiam gaudent angeli. Si quis proficit
in gratia ad honorem & eam quæ secundum spiritum est gloriam: ei cõgaudeant õnes
quem deus honorificat. honor quo mundus/ quo homines honorificant: vanus & ina-
nis & terrenus est. quo autem deus honorificat: maximus est. pro hoc: gaudere oportet
91 omnes. pro illo: persæpe lugere. At nunc Paulus suã Corinthijs aperit proportionẽ:
dicens. ¶ Vos aũt estis corpus CHRISTI/ & membra ex parte. Et suos quidem posuit
deus in ecclesia. Primum: apostolos. Secundo: prophetas. Tertio: doctores. deinde po-
testates. postea: dona sanitatum. subuentiones. gubernationes. genera linguarum. Nũ
quid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? nunquid
omnes potestates? nunquid omnes dona habent sanitatum? nunquid omnes linguis
loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Zelate potiora dona. ¶ Corinthij: Corpus
Christi erant/ non totum sed pars. membra Christi erant: sed pars. Ideo particulã sub-
iunxit apostolus/ ex parte. deinde exprimit nouem membra corporis Christi: quæ nouẽ
dona spiritus sancti cõstituunt scilicet donum apostolatus/ donum prophetiæ / donum
doctrinæ sub quo donum sapientiæ & agnitionis continentur / donum potestatum in
prodigijs & signis faciendis/ donum sanitatum in langoribus curandis/ donum subuẽ
tionum in hospitalitate seruanda & operibus misericordiæ exercendis/ donũ guberna
tionum in præsidentia & authoritate iustitiarum administrandarum/ donum linguarũ/
donum interpretationum. possumus et ex superioribus decimum addere donum: scili-
cet discretionis spirituum. Et ad hæc spiritus sancti habenda dona: Zelum & feruorem
habere debemus/ sed magis ad ea quæ sunt potiora/ & aliorum edificationi accommo-
datiora. Largiat̃ igitur nobis illa sui ipsi9 affati diffusiua imẽsa bonitas ea munera: quę
nos magis purgent/ illuminent/ perficiant/ ea quæ nos et alios spirituãliores reddãt ad
ipsi augusta cum reuerentia seruiendum/ & ad gratiarum actiones de tantis tamq; ex-
cellentibus gratiæ suæ donis perenniter meditandum & agendum. Nã quæcũq; ea sũt
potiora: sunt magis zelanda/ magisq; eflagitanda.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio? Prout ducebamini
85 euntes. ¶ Potius: ducebamini seducti/ siue abducti. Paulus. ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγό-
μενοι. ¶ Vulgata æditio. Dicit anathema Ihesu: & nemo potest dicere dominus Ihe-
sus. ¶ Dicẽdum ex Paulo: dicit anathema Ihesum & nemo potest dicere dominũ Ihe-
sum/ vtrobiq; per accusatiuum. id est nemo dicit anathema esse Ihesum: & nemo potest

dicere dominum esse Ihesum.& illud dicere: asserere & mente credere est. In spiritu ma
ligno dicebant scribæ & pharisæi de Christo: in belzebut principe dæmoniorum
eiicit demonia. de quo spiritu(qui spiritus blasphemię est/ spiritui sancto contrarius: &
qui peccat in spiritum sanctum) dicit saluator: q; non remittitur in hoc sæculo/ neq; in
altero. In spiritu autem sancto/ spiritui blasphemiæ aduersanti/ statim ex opposito excla
mauit mulier: beatus venter qui te portauit & vbera que suxisti. Illi Ihesum anathema
A dicebant: hęc falsa est dominum. Paulus. λέγει ἀνάθεμα ἰησοῦν, καὶ οὐδεὶς δύ-
86 νατai εἰπεῖν κύριον ἰησοῦν. ¶ Vulgata ędítio. Diuisiones vero gratiarũ sunt. ¶ Po-
B tius donorum sũt. Paulus. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσί. ¶ Vulgata ędítio. Alij
87 discretio spirituum. ¶ Legendum pluratiue discretiones spirituum. Paulus. ἄλλῳ δὲ
B διακρίσεις πνευμάτων. ¶ Vulgata æditio. Alij interpretatio sermonum. ¶ Potius
87 linguarũ. Nichil enim prohibet quêpiam donum habere linguæ: & interpretatio-
nem non habere. alterum autem interpretationem per spiritum sanctum habere/
& linguam habere. vt Daniel: per spiritum sanctum linguæ ignotæ scripturam
interpretatus est. Paulus. ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. ¶ Vulgata æditio.
• Diuidens singulis prout vult. ¶ Legi etiam potest diuidens separatim/ seorsum/ secre
to/ singillatim. nos autem singillatim posuimus: quia vicinius accedit ad vulgatam in-
B terpretationẽ. Paulus. διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. ¶ Vulgata ędi-
88 tio. Vnum tamen corpus sunt. ¶ Particula tamen abundat. Et elegãtius vnum corpus
• est q̃ sunt dicitur: vt & Paulus habet. ἕν ἐστι σῶμα. ¶ Vulgata æditio. Et õnes in vno
• spiritu potati sumus. ¶ Aptius in vnũ spiritum: vt prius in vnum corpus. Eadem enim
hic & illic præpositione vtitur Paulus. Et melius rigati siue irrigari q̃ potati. Nam qui
baptizantur: irrigantur & intinguntur aquis/ non potantur. baptizantur igitur in vnũ
corpus/ & irrigantur in vnum spiritum: id est ad vnum corpus & vnum spiritum effi-
ciendum. Paulus. καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. verbum enim ποτί-
• ζομαι: rigor siue irrigor designat. ¶ Vulgata æditio. Necessariora sũt. ¶ Dicendũ ne-
cessaria sũt. Nã multo magis excessum eum dicit: quem superfluo iterum cõparatiuus
diceret. & etiam in Paulo positiuus est. Paulus. ἀναγκαῖά ἐστι. ¶ Vulgata æditio. Sed
in idipsũ pro inuicem solicita sũt membra. ¶ Melius sed idem. quid enim sibi vult in id-
D ipsũ/ Paulus. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη. ¶ Vulgata
90• æditio. Siue gloriatur vnum membrum. ¶ Dici potest: siue glorificatur vnum mem-
D brum. id est honoratur. Paulus. εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος. ¶ Vulgata æditio. Et mẽ-
91• bra de membro. ¶ Legẽdum & mẽbra ex parte. ac si diceremus vos estis corpus Chri-
sti ex parte: id est pare corporis Christi. vos estis membra Christi ex parte: id est pars
membrorum Christi/ non autem omnia membra. non enim Corinthij fideles: erant to
tum corpus Christi/ immo neq; Europa/ neq; Asia/ neq; Africa capax est plenitudinis
corporis Christi. corporis inquam Christi/ cui corpora nostra spirituali modo vniũtur
& (vt sic dicam) concorporãtur: quod cœlum implet/ & terram. est enim vbicunq; ver-
bum dei est. Nam verbum caro factum est. quare verbum nusq̃ est sine carne: neq; caro
illa sine verbo. Videte ne corporalis imaginatio vos hic ludat: loca multiplicans/ spa-
cia distendens. neq; hic locorum multiplicatio/ neq; spaciorum distensio ĩtelligitur: sed
plenitudo sine loco/ supra locum omnem/ infra locum omnem/ extra & intra omnem/
sine spacio/ supra & infra omne spacium/ extra & intra omne spacium. & corpus Chri-
sti: superspirituali illo modo qui sine modo est/ nulli comparabile/ nulli proportiona-
bile est. sed corporali modo quo in terris visus est: & cõparabile & proportionabile est.
hoc: ex assumpta infirmitate/ & modum & comparationem proportionemq; admittẽs.
illud autem: ex assumente virtute modum/ comparationem omnem/ omnemq; propor
tionem diffugiens. Id ratio imaginationi iuncta non attigit/ neq; rationaliter in se ipsa
manens. verum absurda vtrinq; loquitur & effingit. sed extra se euadens superrationa-
liter superiori mente infusa virtute/ vbi neq; loca/ neq; spacia/ neq; numerus/ neq; mul-
titudo/ neq; tempus cogitantur: vera sentit/ & vera loquitur. loquitur quidem: vt inelo
quibilia/ incomparabilia & improportionabilia dici queunt/ & quodammodo ineloqui
biliter. Verum alias si deus aspirauerit/ de hac materia amplius. Paulus. καὶ μέλη ἐκ
• μέρους. ¶ Vulgata æditio. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia. ¶ Legi potest
& suos quidem posuit deus in ecclesia. Paulus. καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκ-
κλησίᾳ. vocabulum enim ὃς quo hic vtitur Paulus: pro qui & suus vsurpari solet.
• ¶ Vulgata æditio. Gubernationes. genera linguarum. interpretationes sermonum.
¶ Id interpretationes sermonum: adiectitium ẽ. Paulus. κυβερνήσεις. γένη γλωσ-
σῶν. deide continenter subiungit. μὴ πάντες ἀπόστολοι; nunquid omnes apostoli/

¶Vulgata æditio. Emulamini autem meliora charismata.& adhuc excellentiorē viā
vobis demonstro. ¶Hoc emulamini designat zelū habere/feruens studium diligētiāq;
adhibete: vt scilicet meliora charismata id est dona potiora spiritussancti recipiatis. At
quid est zelum habere studium diligentiamq; illam adhibere:nisi se preparare/vt infu
sor diuinorum munerum nobis pro bonitate sua/vt scit & vult aliquid donorum ipar-
tiatur/nō eni in potestate cuiusq; est illa habere si vult:sed id in potestate ē diuini spiri-
tus. Et hæc particula/ & adhuc excellentiorem viam vobis demōstro ad ιγ / id est ι ; nu
merum spectat apud Græcos/& ad sequentium intelligentiam. quare & per eam sequē-
tis literæ caput non ab re incipiemus. Paulus. ζηλοῦτε τὰ κρέιτονα χαρίσ-
ματα

CAP. XIII.

EXcellentia sunt dona spiritus sācti/ quæ prius enumerata sunt:sed par-
ticularia/ & nō omni membro corporis Christi necessaria ad salutem.
Verum tria sunt alia spiritus sancti dona : quæ vnicuiq; membrorum
Christi/sensus rationisq; capaci/necessaria sunt ad salutem/ fides/spes/
charitas quę dilectio dicitur & dei dilectio. Fides enim respicit deum/
spes deum/ & maxime omnium charitas respicit deum . Nam hac dile
ctione deus maxime propter se diligitur:& omnis homo quia dei cre-
atura ē / & dei imago. fidelis autem omnis: non solum quia dei creatura & imago dili-
gendus/ sed & quia ex regeneratione dei filius factus/ quia Christi membrum/quia fra-
ter/ eundem cum omni fideli Christum patrem habens . & hac charitate ac dilectione
quæ proximi dilectionem secum necessario trahit haud secus ac lux opaci corporis vm
bram:nichil nos deo commendatiores facit nichil magis necessarium ad salutem. hāc
dei dilectionem maxime omnium zelare debemus/ ad hanc nos totis viribus præpara-
re/ hanc totis præcordijs a deo exposcere/spiritus sancti maxime salutare & omniū mu
nerum eius consumatiuum donum . quo conscendimus ad deum:& trāsferimur i deū.
De quo tam sublimi spūs sācti munere/maxime emulādo/& maxime exposcēdo:admo-
net Corinthios Paulus/ idipsum spiritus sancti munus extollens/ celebrans/ac collau-
92 dans/dicens. ¶Et adhuc per excellentiam vobis viam monstro. Si linguis hominum
loquar & angelorū/ dilectionē autē non habeā : factus sum æs resonans / & cymbalū
iubilans. Et si habeam prophetiam & sciam mysteria omnia & omnem cognitio-
nem/ & si habeam omnem fidem/ vt mōtes transferre valeam/ dilectionem autem non
habeam:nichil sum. Et si in cibos/ ōnes facultates meas dispensem/ & si tradam corpus
meum vt ardeam/ dilectionem autem non habeam:nichil iuuor . ¶ Excellens via ad
deum:dona spiritus sancti sunt/ vt linguarum/ vt prophetiæ/ vt sapiētiæ/ vt cognitionis/
vt fidei/vt subuētionis/ vt potestatis quæ ordine enumerat Paulus . sed & his omnibus
& reliquis quæ in superiori capite enumerata sunt: eminentior via est charitas . Nā qui
illa habent sine charitate:nichil sunt. illa sine charitate: nichil iuuant/ nichil prosunt.
sed qui habet charitatem/ cætera etiam nō habens:aliquid est. Hæc cum alijs/ hæc per
se iuuat. Sed dices certum est charitatem esse posse sine dono linguarum/sapientiæ/sciē
tiæ siue agnitionis/ sine dono prophetię/sanitatum/ potestatum/ discretionum spirituū/
subuentionum/gubernationum/ interpretationis linguarum : at quomodo erit sine fi-
de/ Et si non in hoc mundo:nichilominus charitas & dilectio(quia non excidit) etiā
93 sine fide est & iuuat in altero. Et ita de spe ē dicēdū . Et quas habeat comites dilectio
dei q̄ neq; i hoc/ neq; in altero sæculo excidit:enumerat Paulus dicēs. ¶ Dilectio pa-
tiēs est/ benigna est/ dilectio nō inuidet/ dilectio nō icōstāter agit nō iflat/ nō turpe opa
tur/ nō quærit quæ sua sint / nō exacerbatur / nō iputat malū/ non gaudet de iniustitia/
congaudet autem veritati/ omnia suffert/ omnia credit/ omnia sperat/ omnia sustinet/ di
lectio nunq̄ excidit. ¶Vt salubrem fructum gratus odor/color/ saporq; comitantur: sic
dei dilectionem spiritus sancti donum patientia benignitas/ nullius liuor/ bene operā-
di constantia atq; grauitas/ humilitas/ honestas/ exemplaritas/ mansuetudo/ clemētia/
tristitia de malo/ & gaudium de bono/ æquanimitas/ recta de deo omnium fides / om-
nium diuinarum promissionum certa spes/ ōnium expectatio / imarcescibilitas. sed alia
94 spiritus sancti dona emarcescunt / & excidunt: in hoc a semper virente & indeficiente
dei dilectione differentia. Quod subdit Paulus: dicens. ¶ Siue autem prophetiæ tollē-
tur / siue linguæ cessabunt/ siue cognitio auferetur ¶ Siue hæc spiritus sancti dona pror
sus tollentur & de reliquis iudicium idem est:nunq̄ excidet charitas/ deiq; dilectio. sed
illa/& alia spiritus sancti dona:tollentur. Nam ex parte/ & imperfecta sunt / vt donum
cognitionis. immo sapientiæ nunc id est in pręsēti sæculo: ex parte & iperfectū donū est/
per figuras/typos & ænygmata. in altero autem sæculo:non āplius vmbratilis/ sed per

fecta/nuda & aperta in archetypo/in veritate ipsa/cognitio & sapientia/ quemadmodũ
& de nobis in deo est perfecta cognitio. non enim ipse nos ex vestigijs : sed in veritate
cognoscit. Similiter nũc prophetia:quædam est / ex parte/ & imperfecta abditarum re-
rum futurarum cognitio. tunc autem omnia erunt aperta: vbi lux omnia reuelans orie
tur immensa. nulla futura:vbi supra tempus cognoscentur æterna . cessabũt igitur illa.
Sed nunquid opus erit dono sanitatum:vbi neq; luctus/ neq; clamor /neq; dolor erit vl
tra? Aut portentis & signis:vbi diuinitatis abyssus/ omne vel ĩ immẽsum superabit/ mi
raculum? An discretione spirituum : vbi nullus antiqui serpẽtis astus vllum habebit lo
cum ? An generibus linguarũ/ aut interpretatione earum:vbi cõspicabiles & noti erũt
nutus/ conceptionesq; mentium? An subuentionibus:cum nullus egebit? An guberna-
tionibus:cum nullus errare valebit? An fide? Sed fides est rerum quę non videntur:tũc
autẽ omnia erunt cõspicua. An spe? Sed spes est rerũ absentiũ. tunc aũt quæcunq; spe-
rari potuerunt/ erunt præsentia. Sed nonne præsentium rerum/ quarum infinite iocun-
da erit fruitio:manebit dilectio & amor? Manebit profecto/ & cætera transibunt. Quare
cum hæc tria spiritualia dona/ fides/ spes/ charitas in hoc sæculo vniuersalia sint dona/
omnibus necessaria/ & ad finem vsq; durantia: maximum tamen horum est charitas,
vt quæ:& in hoc & altero sæculo duratura . Et quid mirum: si reliqua dona / cum sint
imperfecta non maneant / vbi perfecta venerit immortalitatis ætas? cum ea quæ
sunt paruulorum non maneant:cum corporalis perfecta ætas aduenerit. mundana au
95 tem ætas ad immortalitatis statum:vt infantia & puerilis quædam est ætas / illa vero
vt perfecta & consumata virilitas. Proinde subnectit Paulus. ¶ Ex parte autẽ cognosci
mus/ & ex parte prophetamus. cũ autem venerit perfectio:tũc quod ex parte est aufere-
tur. Quando eram paruulus: vt paruulus loquebar/ vt paruulus sentiebam/ vt paruulus
cogitabam. cum vero factus sum vir:abieci ea quæ sunt paruuli . Videmus enim nunc:
per speculum in ænigmate. tunc autem: facie ad faciem. nunc:cognosco ex parte. tunc
vero:cognoscam / quemadmodum & cognitus sum . nunc autem manent fides / spes/
dilectio:tria hæc. maxima autem horum:dilectio. ¶ Nullus miretur si nunc prophetæ
non sunt/ si linguæ non sunt/ si dona sanitatum non sunt/ si signa non sunt/ si pauci sũt
sapientes & cognoscentes:quia fidelibus hæc necessaria non sunt ad salutem . sed infi-
delibus:hæc necessaria fuerunt ad conuersionem . Quid igitur fidelibus necessarium?
fides/ spes/ charitas. Et benedictus deus:qui hæc tria necessaria ad finem vsq; sęculi nõ
cessat fidelibus infundere . In quibus donis eius/ sic valeamus ei in hoc sæculo seruire:
vt in altero valeamus eum indeficienti charitate sine fine cum angelis omnibus/ & san
A ctis omnibus collaudare.
92 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Factus sum velut ęs
sonans/ aut cymbalum tinniens . ¶ Velut abundat: intelligentiæ tamen nichil officit.
Et dici potest cymbalum iubilans. Et sonans ad linguas hominum referturi & cymba-
lum iubilans ad linguas angelorum / quod secretas quasdam & ineffabiles eorum lau-
des & iubilationes designat ad deum. Loqui linguis hominum: magnum donum spi-
ritus sancti est. sed loqui linguis angelorum/ laudare deum/ & iubilare ei angelico mo
re: lõge maius donũ ẽ: sed nisi assit charitas: nichil est/ & nichil nobis prodest. Paulus.
γέγονα χαλκὸσ ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. ¶ Vulgata æditio. Et si habuero
prophetiam. ¶ Licet hic vbiq; Paulus per præsens indicatiui loquatur : consuetudine
tamẽ latina apte iungimus vbiq; subiunctiuum. At quemadmodum vetus interpres in
principio in præsens subiunctiui præsens indicatiui mutauit dicens / si linguis homi-
num loquar: potuit hic & alia præsentia indicatiui/ consimiliter in præsentia subiuncti-
B ui mutare & dicere/ Et si habeam prophetiam . Paulus. καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν.
92 ¶ Vulgata æditio. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam. ¶ Ita superfluit: & solũ
dicendum vt ardeam. quod perinde est ac si dicamus: ad ardẽdum. Id enim pro dono
operationis potestatũ ponitur. vt Iohannes euãgelista/ corpus suũ tradidit ad immittẽ
dum dolio feruentis olei: & nichil ei per spiritus sancti donum/ feruor ille bulliẽtis oleĩ
nocuit. & Tecla virgo corpus suum Iconij & Alexandriæ igni tradidit ad cõburendũ:
sed virgineæ carni Christo deo sacratę/ omniuora illa & atrox flamma pepercit. Verũ:
sine charitate/ neq; huic/ neq; illi/ tantæ potentiæ donum quicq̃ profuisset . quicq̃ dico:
B ad æternam salutem/ & ad promerendum deum . Paulus. καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶ-
93 μα μου ἵνα καυθήσωμαι. ¶ Vulgata æditio. Non est ambitiosa. ¶ Legi potest non
turpe/ non inhonestum agit. Paulus. οὐκ ἀσχημονεῖ . ¶ Vulgata æditio. Non quærit
quæ sua sunt. ¶ Legi etiam potest q̃ sua ipsius sunt/ aut sint. id est in õnibus bonis/ nõ se
respicit: sed præsertim eum quem diligit. Paulus. οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. ¶ Vulgata ædi-

tio.Nou cogitat malum. ¶Legi item poteſt:non imputat malum. id eſt non eſt vin
C dex ſui ſed clemens.Paulus.οὐ λογίζεται τὸ κακόν. ¶Vulgata æditio.Ex parte enĩ
95 cognoſcimus. ¶Potius ex parte autem. Paulus.ἐκ μέρους δὲ γινώσκομεν. ¶Vul
D gata æditio.Maior autem horum eſt charitas. ¶Conſuetudine latina dici poteſt : ma
95 xima autem horũ eſt charitas ſiue maximũ horũ/ etſi Paulus (quod ſermo grçcus ad
mittit)cõparatiuo vtatur. Paulus.μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. ¶CAP. XIIII.
OMniũ ſpiritus ſancti donorum(nõ ſolũ fidei & ſpei) maxima eſt cha
ritas.magna tamen:ſunt oĩa.Quapropter ad charitatẽ maxime om
niũ aſpirare debemus:& alia ſpiritus ſãcti dona zelare/ & potiora ma
gis/ vt magis prophetiam q̃ liguarum donum. Nã illa q̃ hoc potior.
Primo quia qui per ſpiritũ/ lingua loquitur ignota:nõ hominibus lo
96 quitur ſed deo. Nã nullus qui aderit intelliget myſteria:q̃ per ſpiritũ
loquitr. Quapropter ſubdit Paul9. ¶Proſeqmini dilectionẽ.zelate aũt
ſpiritualia . magis vero:vt ꝓphetetis.Nã q loquitur ligua:nõ hoib9
loquitur/ ſed deo.nullus enĩ audit:ſed ſpiritu loquitur myſteria.qui autẽ propherat:ho
minibus loquitur ædificationem/ & exhortationem/ & conſolationem. ¶Qui prophe
tat:hominibus loquitut ædificatoria verba/ nunc exhortantia/ nunc conſolantia. hor
tantur enim prophetæ æterna ſequi/ caduca contẽnere/ cœleſtia concupiſcere/ & terre
na deſpicere:& in illis conſolantur.Secundo:potior eſt prophetia/ q̃ purum linguæ do
num.Nam potius eſt:eccleſiam/ multitudinemq; fidelium ædificare/ q̃ ſe ipſum ſolum.
qui autem prophetat:multitudinem ædificat. qui autem ſolum linguæ donum habet:
ſeipſum ſolum ædificat.ſi enim neq; ſe/ neq; alium ædificaret: id inane eſſet . quod non
97 eſt ſpiritus ſancti:ſed alterius ſpiritus eſſe cognoſceretur. Potior igitur prophetia/ q̃ pu
rum linguæ donum.Quod aperit Paulus dicens. ¶Qui loquitur lingua:ſe ipſum ædi
ficat. qui autem prophetat:eccleſiam ædificat. ¶Tertio. Quia maior æſtimatur is qui
prophetat/ q̃ qui linguis loquitur:niſi ipſe interpretari poſſit ad eccleſiæ çdificationem.
qui autem purum linguæ donum habet:loquitur quidem/ & non interpretatur. Nã in
terpretationis donum aliud eſt. Potior igitur prophetia dono linguarum:etſi donũ lin
98 guarum magnum ſit & affectabile.Quis enim nolit deum: per ſpiritum omni ligua lau
dare? Iccirco ſubinfert Paulus. ¶Velim autem vos omnes linguis loqui: ſed magis vt
prophetetis.nã maior eſt qui prophetat q̃ qui loquitur linguis:niſi interpretetur/ vt ec
cleſia ædificationem accipiat. ¶Quarto: manifeſto exemplo cognoſci poteſt / prophe
tia dono linguæ ſuperior ac potior.Nam verbi cauſa ſi adeam Hebrços/ & per ſpiritum
Carmana lingua aut Bragmana myſteria dei loquar:quid eos iuuabo? Quantum ina
99 nimata vt fiſtulæ vt tibiæ/ vt cithara/ ſonum emittentia. iuuaret autẽ prophetia. Quod
& a ſeipſo ſumens exemplum:aſſerit Paulus/ dicens. ¶Nunc autem fratres / ſi veniam
ad vos linguis loquens:quid vos iuuabo/ niſi vobis loqnar vel in reuelatione/ vel ĩ co
gnitione/ vel in prophetia/ vel in doctrina? Perinde ac inanimata vocem emittentia:
ſiue tibia/ ſiue cithara. Si diſtinctionem pthongis non dederint : quomodo cognoſce
tur quid tibia canitur aut cithara? Etenim ſi immanifeſtã vocem det tibia : quis ſe ac
cinget ad prælium ? Hunc in modum & vos per linguam/ niſi aptum ſermonem detis
quomodo cognoſcetur quid profertur? Eritis enim in aera loquentes. ¶Eritis in aera
loquentes:eritis inanes/ & nulli proficuas voces emittentes. Quinto.Quia cum tot ge
nera linguarum ſint in mũdo/ quorum nullum ieloquibile eſt: qui aliquo genere igno
to loquetur non ſolum auditoribus fruſtra aerem quatere videbitur/ ſed & barbarus/ &
100 plene ineptire.& contra:auditores loquenti barbari erunt/ ſi ſermonem eorum non cal
leat.qui autem prophetat:neq; iis quibus prophetat barbarus aut ineptus apparet. Po
tior igitur prophetia q̃ lingua.Quod & hoc pacto detegit Paulus. ¶Tot vt contingit
genera vocum ſunt in mundo: & nullum eorum ineloquibile eſt.ſi igitur neſciam vim
vocis:ero ei qui loquitur barbarus/ & is qui loquitur/ apud me barbarus. ¶Quia donũ
linguæ per ſe/ inter ſpiritus ſancti dona paruũ eſt : ideo inſtruit Paulus Corinthios/ vt
qui id ſolum a ſpiritu ſancto haberent / orarent eundem ſpiritum/ vt intelligentiæ do
num & interpretationis linguæ eis ad ſuam ipſorum maiorẽ & eccleſiæ çdificationem
largiatur. Qui enim ſolum linguam habet/ ſimilis eſt Nabugodonoſor:qui viſionẽ dei
habebat/ illam autem non intelligebat.ſic & ille loquitur:& non intelligit. orat/ & prç
conium ſpiritus ſancti dicit:& mens non capit.Qui autem linguam habet & ĩterpreta
tionem/ ſimilis eſt Danieli:qui & viſionem dei habebat/ & ĩterpretationis capiebat ĩtel
ligentiam. Bonum eſt & viſiones dei videre/ bonum eſt & orare/ & præconiũ dei in ſpiri
tu ſancto dicere: ſed melius eſt viſiones dei videre/ et intelligentia eas capere . melius ẽ

orare spiritu & diuinas laudes depromere:& eas intelligentia/menteq; capere. hoc est
enim:& spiritu & mente orare/spiritu & mente deo psallere. Illud vero: solum spiritu
orare/immo vero spiritum in nobis orare/mentem autem orantis ociosam sine opera-
101 tione & itelligentia esse. Quod & testatur Corinthijs/infusionum spiritus agnitor Pau-
lus:dicens. ¶ Sic & vos/quoniā estis zelū habētes spirituū:postulate vt ad ædificatio-
nem ecclesię abundetis. Quapropter qui loquitur lingua:oret vt interpretetur. Nam si
oro lingua:spiritus meus orat/mens autem mea sine fructu est. Quid igitur faciendum
est? Orabo spiritu/orabo quidem & mente/ psallam spiritu/ psallam quidem & mente.
Quoniam si benedixeris spiritu:quo modo is qui tenet locum idiotæ respōdebit amē/
super tua gratiarum actione/ posteaq̄ quid dicis/ nescit? tu etenim probe gratias agis:
sed alius non ædificatur. Gratias ago deo meo/omnibus vobis magis linguis loquēs:
sed malo in ecclesia quinq; sermones ex mea mente loqui/vt & alios instituam:q̄ decē
milia sermonum in lingua. ¶ Nomine spiritus:donum spiritus sancti intellige. Et is te-
net locū idiotæ:qui est spiritualis sermonis id est quem spiritus sanctus dat eloqui/igna
rus. Et maxima pars hominum cum nunc orat/nescio si spiritu: tamen mente nō orat.
Nam in lingua orat:quam non intelligit. Attamē maxime Paulus probat: vt fideles
pariter spiritu orent & mente. & qui sic vt passim solēt/orant: parum se oratione ædifi-
cant & alios nequaq̄ suo sermone ædificare valēt. Quare præstaret eos quinq; sermones
& spiritu & mente orare/& se ipsos & alios illis ædificare posse: q̄ denis millenis eius-
102 modi sermonibus orare. qui sic orant: mente & ratione pueri sunt/ qua parte nō decet
nos esse pueros/sed malicia et astu. Quapropter subiungit Paulus. ¶ Frates nolite pue
ri ratione effici:sed malicia paruuli estote/ratione autem estote perfecti. ¶ Deinde re-
dit ad eminentiam prophetiæ supra donum linguarum/ & hac sexta vtitur ratione;
Quia donum linguæ i signum datum est infidelibus: quod & testimonio approbat Esa
103 iæ prophetæ. prophetia autem datur fidelibus. Potior igitur prophetia q̄ liguæ. Et id
hoc modo testatur Paulus. ¶ In lege scriptum est/ ꝙ in alijs linguis et i alijs labijs lo-
quar populo huic:et neq; sic exaudient me/ dicit dominus. Quare linguæ in signum
sunt:non fidelibus/sed ifidelibus. prophetia autem non ifidelibus: sed fidelibus. ¶ Po
terit et hæc septima ratio ad illam superaddi. Si congregata ecclesia/ omnes linguis lo
quantur/ et ignari linguarum illarum/aut infideles illam subintrent ecclesiam: putabūt
ita loquentes insanire. deridebunt plane/ et paruipendent. Si autem prophetent om-
nes/et occulta cordis eorum eis annuncient: nequaq̄ deridebunt/nequaq̄ paruipendēt
aut insanire putabunt. sed vt deo plenos/eos venerabuntur:& procidentes ad eorū pe
104 des/deum adorabunt. Potior igitur prophetia q̄ lingue. Et id ipsum subiungit Paulus/
dicens. ¶ Si igitur tota ecclesia pariter cōueniat/ & omnes linguis loquantur/igrediā-
tur autem idiotæ aut infideles: nonne dicent ꝙ insanitis? Si autem omnes prophetēt/
ingrediatur vero quispiam infidelis aut idiota: redarguitur ab omnibus/discernitur ab
omnibus. & sic occulta cordis eius manifesta sunt: atq; ita procidens in faciem adora-
bit deum/ profitēs ꝙ deus vere in vobis ē. ¶ At dicet quispiā: quid igitur faciēdū? nō-
ne dono linguæ est vtendum? Vtendum sane & lingua/& prophetia/ & laude/ & doctri
na/ siue sapientiæ siue agnitionis/ & interpretatione/ & alijs spiritualibus donis: sed cū
105 ædificant atq; iuuant/ & vt diuina ordinatio sancit vtendum. Et quæ in his diuina sit
sanctio: subiungit Paulus/ dicens. ¶ Quid igitur est fratres? Cum conuenitis: quisq;
vestrum psalmum habet/ doctrinam habet/ linguā habet/ reuelationem habet/ interpre
tationem habet. Omnia ad ædificationem fiant. ¶ Quisq; vestrū psalmum habet/ do-
106 ctrinam habet. Id collectim intelligendum est. simul enim/ omnia habebant: separatim
vero/ separata. Et donum linguæ habentibus: hoc dat præceptum Paulus. ¶ Siue quis
piam lingua loquitur: ad duos/ aut summū tres/ et separatus loquatur. et vnus interpre
tetur. Si autē desit interpres: sileat in ecclesia/ et sibi ipsi loquatur atq; deo. ¶ Hæc de
107 dono linguæ. At de prophetis/ talis est diuina sanctio: quam hoc pacto subnectit Pau-
lus/ dicens. ¶ Prophetæ autem duo aut tres loquantur: et alij discernant. Q; si cuipiā
alij sedēti reuelatio facta est: primus sileat. Nam potestis omnes per singulum quemq;
prophetare: vt omnes discant/ et omnes exhortentur. et spiritus prophetarum: prophe-
tis subijciuntur. non enim dissentionis deus est/ sed pacis: vt in omnibus ecclesijs san-
ctorum. ¶ Quod dicitur si cuipiam alij sedenti reuelatio facta est: id est reuelata est in-
telligentia prophetiæ primi/ velit autem dicere is cui reuelatum est/ sileat primus et det
reuelationi alterius locum/ neq; vnq̄ sit aliqua dissentio. Nam author munerum: deus
est pacis/ non discordiæ atq; dissentionis. quod licet intueri in omnibus ecclesijs sācto-
rum: inter quos pax regnat/ et nulla seditio et discordia. Et ꝙ dicitur possunt ōnes pro-

phetare:ſubauditur prophetæ.omnes ſiquidem prophetæ:id munus habẽt/ vt & vni-
108 uerſim & ſingulatim valeant prophetantes ædificare. De mulieribus: ſequens diuina
ſanctio/quã ſubdit Paulus. ℂ Mulieres veſtræ in eccleſijs ſileant.non enim conceſſum
eſt eis loqui:ſed vt ſubiectæ ſint/quẽadmodũ lex ait.Si autem aliquid diſcere volũt:do
mi proprios viros interrogent. Nam inhoneſtum eſt mulierem in eccleſia loqui.ℂSed
nunquid Priſcilla/& multæ ſanctæ mulieres:etiam publicæ inſtitutionis curam accepe
runt? Eſto acceperint/ & maxime mulierum/vt viri virorum:non tamen (conſtituta ec
cleſia & in vnum congregata) temerariæ ante viros prorumpebant in ſermonem/ ſed
ſanctum (& quod eas decebat) in eccleſia ſeruabant ſilentium. Ad turbam infidelem
aut non ſatis in fide inſtructam:quid prohibebat ſi a ſpiritu ſancto monebantur/ publi
cum habere ſermonem? Id enim diuinæ non obuiat ordinationi. Sed eam quam ponit
109 circa præſentem materiam a deo eſſe ordinationem:aperit Paulus Corinthijs dicens.
ℂ An a vobis ſermo dei prouenit:aut in vos ſolos deſcendit? Si qs exiſtimatur aut pro-
pheta aut ſpiritualis eſſe : cognoſcat quæ ſcribo vobis.quoniam domini mandata ſũt.
Si quis autem ignorat:eſto ignoret. Quare fratres zelate prophetare: & loqui linguis
nolite prohibere. Omnia honeſte & ſecundum ordinẽ fiant. ℂ Neq; ſermo dei a Corin
thijs cepit/neq; i ſolos Corithios deſcendit.Sed & Paulus & alij apoſtoli diffuſius do-
na ſpiritus ſancti perceperunt/ & linguas/ & prophetias/& reuelationes/ & ſapientiam/
& ſcientiam quæ gnoſis & cognitio/& dona ſanitatũ/ & ſigna poteſtatum : vt licet ex
ſacrorum lectione voluminum/dilucide pernoſci.Quorum diuinorum munerum q̃tum
ſuę laudi conuenit/& noſtræ cõducit ſaluti:nos participes efficiat Chriſtus Iheſus gra-
tiarum largitor profuſiſſimus.Quem laudent omnia ſpiritus eius chariſmata/in ſæcu-
lorum ſæcula. Amen.
A EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ℂ Vulgata æditio. Spiritus autem loqui-
96 tur myſteria. ℂ Dicẽdum ſexto caſu:ſpiritu autem/ id eſt dono ſpiritus.Paulus. πνεύ-
ματι δὲ λαλεῖ μυστήρια. ℂ Vulgata ęditio.Nam qui prophetat:hominibus loqui-
tur. ℂ Dicẽdum qui autem prophetat:hominibus loquitur. Paulus. ὁ δὲ προφητεύ-
97 ων, ἀνθρώποις λαλεῖ. ℂ Vulgata æditio. Eccleſiã dei ędificat. ℂ Dei ſuperfluit ab
B exemplari. Paulus. ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. ℂ Vulgata æditio. Tamẽ quę ſine anima
ſunt vocem dantia. ℂ Potius ſimiliter ac/ſiue perinde ac inanimata. Reſponſio enim
eſt ad precedentia per ſimilitudinẽ. Paulus. ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόν
τα. ℂ Vulgata æditio. Niſi diſtinctionem ſonituum dederit. ℂ Potius diſtinctionem
phthongis/ ſiue tonis/ id eſt per phthongos ſiue tonos.quod idem eſt.& malim dici de
C derint pluratiue:vt referatur ad inanimata. Paulus. ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις
100 μὴ διδῶ. ℂ Vulgata æditio. Tam multa/ tot puta genera linguarũ ſunt i hoc mũdo/
& nichil ſine voce eſt. ℂ Potius:tot ſiue tanta(vt cõtingit) genera vocum ſunt. Et po-
tius etiam:& nullum eorum abſonum eſt/ vt nullum adiectiue ad genus referri intelli-
gatur. Id enim abſonum:perinde eſt ac ineloquibile. Et ſeptuagita duo genera vocum
id eſt linguarum in mundo/ & ſeptuaginta duas nationes gentium quibus ſeptuaginta
duos pręſides pręfecit angelos deus : ex concionibus Petri. De quibus Moſes ait.
Quando diuidebat altiſſimus gentes:quando ſeparabat filios Adam.conſtituit termi-
nos populorum: iuxta numerum filiorum dei.pars autem domini popul⁹ eius:Iacob/
funiculus hæreditatis ei⁹.Duodecim apoſtoli ante Chriſtum:in ſignum duodecim tri-
buum filiorum iſrael. An potius duodecim tribus Iſrael:ſignum eorũ fuerunt/ vt & Mo
ſes Chriſti/ & Aaron Petri? Alij ſeptuaginta duo diſcipuli:in ſignum ſeptuaginta dua-
rum nationum bini & bini ante faciem eius mittebantur in ſignum angelorum pręſi-
dũ nationum. boni enim angeli fuerunt:non qui gentes ad idololatriam peruerterũt.
per binos enim & binos:figurantur.quod charitatis & dilectionis eſt indicium. Et eſto
ſeptuaginta duo genera linguarum ſint precipua et eſſentialia:vnumquodq; etiam eo
rum multas in ſe accidentarias recipit differentias. vt Italum/ Hiſpanum:Gallum.ſũt
fortaſſe:qui non niſi accidentario differre crediderint.ſed nullus eſt qui neſciat q̃ pluri-
ma eſſe genera linguarum/quorum nullum eſt abſonum/ prolatuq; inconcinum : etſi
tam eſſentialem/q̃ accidentarium ignoret numerum / deo nichilominus probe cogni-
C tum. Paulus. τοσαῦτα εἰ τύχοι γένη φωνῶν ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ. καὶ οὐδὲν
101 ἄφωνον. ℂ Vulgata æditio. Quid ergo eſt? ℂ Et bene quidẽ:ſed ſuppleui hic faciẽdũ/
vt commodius ſermo intelligatur. Cum enim Paulus dicit:quid igitur eſt?perinde eſt
ac ſi roget. quid igitur faciendum eſt? quid dicendum? ℂ Vulgata æditio. Quis ſupplet
locum idiotę/quo modo dicet amen ſuper tuam benedictionem? ℂ Dicendum in prin-
cipio:qui. Prima enim particula non interrogat/et eſt ſenſus: ille qui ſupplet locũ idio-

tæ/ id est qui ignarus sermonis tui: quo modo benedictionem tuam/ qua tu benedixisti
ei/confirmabit dicendo & respondendo amen? Id enim idiotæ & sermonis ignaro
impossibile: vt apte id sciat efficere. Paulus. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώ-
D. του πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ. ¶Vulgata æditio. Gratias ago
101 deo/ q omnium vestrum lingua loquor. ¶Sic ex Paulo: gratias ago deo meo/ omni-
bus vobis magis linguis loquens. Loquebatur enim Paulus ex spiritus sancti dono
linguis omnibus: quibus & per spiritum loquebantur Corinthij/ & adhuc alijs. Nam
vbiuis gentium esset: linguis eorum cum quibus erat/ loquebatur/ non alienis etsi om-
nes sciret. Id enim ad ostentationem (alienis inquam loqui) pertinet: & non ad ædi-
ficationem. Scire enim omnes liguas apostolos: de Bartholomeo/ da mon etiam dās
responsa Indis/ quis inuitus veritatem fassus/ testabatur. Centies inquiebat/flexis ge-
nibus per diem/ centies per noctem orat dominum. Vox eius quasi tuba vehemens
est. Ambulant cum eo angeli domini: qui non permittunt eum fatigari/ nec esurire.
Semper eodem vultu/eodem animo perseuerat. Omni hora hilaris est: & lætus perma-
net. Omnia præuidet. Omnia nouit. Omnem linguam omniū & loquitur: & intelligit.
Ecce & hoc quod vos interrogatis quod & ego do vobis responsum de eo: iam ille no
uit. angeli enim domini famulantur ei: & ipsa nunciant ei. Sic & Paulus: abūdantius
(quod & ipse testatur) per spiritus sancti donum linguas/ q̄ Corinthij acceperat. Pau-
lus. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν.
¶Vulgata æditio. Sed in ecclesia volo quinq; verba loqui sensu meo. ¶Potius quinq;
sermones/ siue orationes loqui/ ex mente/ siue per mentem meam. Potes & intelligere
magis/ ex superiori particula: vt dicat malo/ siue magis volo. Paulus. ἀλλ᾽ ἐν ἐκκλη-
D σίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι. ¶Vulgata æditio. Fra-
102 tres nolite pueri effici sensibus. ¶Sensibus hic/ & paulo infra: partes rationis desi-
gnat/ ac si diceremus mente/ rationeq; nolite effici pueri. & ideo eius loco posuimus
ratione. Paulus. ἀδελφοὶ μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν. Qz si etiam inter-
pretaremur nolite pueri/ mente effici: & id quoq; ad præcedētia quadrans & ex cōseque-
tia/ id respiciens qd paulo āte dixerat malo in ecclesia quinq; sermones mea mēte loqui.
D ¶Vulgata æditio. Itaq; linguæ in signū sunt non fidelibus/sed infidelibus. Prophetiæ
103 autē nō infidelib9 sed fidelib9. ¶Dicendū ex Paulo singulariter. prophetia autē nō in-
fidelibus/ sed fidelibus siue credentibus. Paulus. ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖον
εἰσὶν οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς
ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν. Quis enim nescit prophetas Eliā/ Elizeum/
Natham/ Esaiā Hieremiam/ Ezechielem/ Danielem/ Oseæ/ Iohelem Amos/ Abdiam/
Ionam/ Micheam/ Naum/ Abacuth/ Sophoniam/ Ageum/ Zachariam/ & Malachiam/
populo Hebræorum fideli datos esse. tunc enim sola veteris legis fides erat/ quā re-
ceperant & cui adhærebant. Cum vero nouæ legis fides aduenit quam recipere de-
bebant & non receperunt: tunc infideles fuerunt. & tunc in signum datæ sunt linguæ:
vt vel sic fideles efficerentur & nouo spiritus sancti dono traherentur ad salutē. Quod
quia non intellexerunt: ad præsentem vsq; diem in infidelitate permanserunt. ¶Vul-
104 gata æditio. Nonne dicent: quid insanitis? ¶Dicendum q insanitis. Paulus. οὐκ
E ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε; ¶Vulgata æditio. Conuincitur ab omnibus/ dijudicatur ab
104 omnibus. ¶Dici potest arguitur/ siue redarguitur ab omnibus. Paulus. ἐλέγχε-
G ται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων. ¶Vulgata æditio. Et spiritus
107 prophetarum prophetis subiectus est. ¶Pluraliter dicendum & spiritus propheta-
rum prophetis subijciuntur/ siue subiecti sunt/ nichil referat. Per quod intelligis: non
spiritum sanctum qui vnicus est/ hic esse intelligendum/ sed spiritus sancti dona. quæ
etiam in prophetis varia sunt: & subijciuntur eis ad vsum. Nam eis (habitis dico)
vti possunt quando volunt. haud secus atq; aliquis scientia iam habita. spiritus autem
sanctus in se: nulli subiectus est sed subijciuntur ei omnia. Paulus. καὶ πνεύματα
προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. ¶Vulgata æditio. Sicut & in omnibus
ecclesijs sanctorum doceo. ¶Verbum doceo superfluit. proponit enim ecclesias san-
ctorum in exemplum: in quibus pax dei & nulla dissentio regnat. instar angelicarum
hierarchiarum quæ cœlestes sunt ecclesiæ: in quibus pax summa/ & quas nulla vnq̄
dissentio perturbat. Paulus. ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων. Et cō-
G tinuo subiungit. αἱ γυναῖκες ὑμῶν. id est mulieres vestræ. ¶Vulgata æditio. Si
109 quis autem ignorat ignorabitur. ¶Legendum si quis autem ignorat ignoret/ per-
missiue/ id est esto ignoret. qd perinde est ac si dicamus si quis vult ignorare hæc man-

data dei esse/me prophetiam/ & reuelationem dei habere: esto ignoret. non tamen id
bonum eius est:sed cæcitas/ & spiritus sancti carentia.quo pleriq; suo sensu inflati:do-
na eius abnegantes/ & habentibus resistentes/se sanctis charismatibus indignos effi-
ciũt. Paulus.εἰ δέ τισ ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω.¶Vulgata æditio.Omnia honeste & se-
cundum ordinem fiant in vobis.¶Particula in vobis:abundat. Paulus. πάντα εὐ-
σχημόνωσ καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. Et cõtinuo subiungit. γνωρίζω δὲ ὑμῖν
ἀδελφοὶ. notum vobis facio fratres.

CAP. XV

HIs discussis de donis spiritus: breui epilogo colligit apostolus quædã/
110 quæ euangelizauit Corinthijs/ reducens eis in memoriam/ quæ acce-
perunt & crediderunt/dicens.¶Notum autẽ vobis facio fratres.euan-
gelium quod euangelizaui vobis/ quod & recepistis / in quo & statis/
per quod & (si tenetis quo sermone euangelizaui vobis)saluamini.ni-
si forte: frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis: quod & ac-
cepi.q CHRISTVS pro peccatis nostris mortem subijt / vt scripturæ
testantur. Et q sepultus fuit: & resurrexit tertia die/vt scripturæ testã-
tur. Et q visus est Cephæ.deinde vndecim. Præterea visus est supra q̃ quingentis fra-
tribus semel.e quibus plures hucusq; superstites sunt:nonnulli etiam dormierunt. Vi-
sus est insuper Iacobo.deinde apostolis omnibus. nouissime vero omnium tanq̃ abor-
tiuo: visus est & michi. ¶Hæc sunt: quæ Corinthijs in memoriam paucis reuocat.
Christum mortem sustinuisse pro peccatis nostris: vt scripturæ testantur. Sic enim de
eo loquitur Esaias propheta. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras:
attritus est propter scelera nostra. Et iterum propter scelus populi mei percussi eum: et
dabit impios pro sepultura/ & diuites pro morte sua.eo q iniquitatem non fecerit:neq;
dolus fuerit in ore eius.& dominus voluit cõterere eum in infirmitate. De sepultura &
resurrectione tertia die:euangelicæ scripturæ apertam faciunt fidem. Sed & scripturæ
prophetiarum:in inuolucro & signo.Nam Ionas:Christi signum. cetus: sepulchrum.
mors:infernus.Erat (inquit) Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus.
Qui in figura Christi dicebat:clamaui in tribulatione mea ad dominum/& exaudiuit
me.de ventre inferi clamaui: & exaudisti vocem meam.Et subditur.Et dixit domin9
pisci:& euomuit Ionam in aridam.Qz dominus post resurrectionem suam visus sit Ce
phæ/ id est Petro & apostolis omnibus simul / & pluribus vicibus: testatur Ioan-
nes. Qz vero supra q̃ quingentis fratribus & Iacobo: nullus quatuor euangelista-
rum expresse depromit.De apparitione autẽ facta Iacobo: Hieronymus testatur se le-
gisse in euangelio quod secundum hebræos appellatur. Dominus autem iuit ad Iaco-
bum et apparuit ei.Iurauerat enĩ Iacobus se non comesturũ panem ab illa hora qua bi
berat calicem domini / donec videret dominum resurgentem a mortuis. Et dominus
ait. Afferte mensam & panem. Quo facto tulit panem & benedixit ac fregit: & dedit
Iacobo iusto/& dixit ei.frater mi comede panem tuum:quia resurrexit filius hominis a
dormientibus. Hæc se legisse dicit Hieronymus. Qz plusq̃ quingentis fratribus semel
apparuerit/ id apostolus & ex reuelatione / & ex viuæ vocis oraculo cognouisse pote-
rat. Nam dicit. plures eorum adhuc manent.& Martialis etiam vnus discipulorum
Christi/ in epistolis scriptum reliquit se eũ vidisse. Et Ignatius in suis scribit ad Smyr-
nenses. Ego autem non solum natum eum & crucifixum / in corpore passum scioi
sed etiam post resurrectionem in carne eum noui. Et q a Paulo visus sit:in actis legitur
et Corinthi dominum ei apparuisse/& in Hierusalem cum oraret dominũ vidisse præ-
cipientem ei. Festina & exi velociter ex Hierusalem: quia non recipient testimonium
tuum de me.& insuper addentem. Vade:quoniam ego in nationes longe mittam te.
Ecce non solum dominum vidit:sed & mittitur/& ab eo apostolus denũciatur. Sed vt
Beniamin in figura eius præcessit abortiuus matre moriente/& minimus/id est vltim9
duodecim filiorum Iacob:ita vltimus apostolorum/ moriente synagoga/ quasi abortiu9
factus est Paulus apostolus. Cæteri autem superstite synagoga apostoli:nati sunt. Non
111 ab re igitur Paulus abortiuo se assimilat: & minimum apostolorum se nominat/ dicẽs.
¶Ego enim sum minimus apostolorum: qui nõ sum idoneus vocari apostolus.quia per
secut9 sum ecclesiam dei. gratia autem dei sum/id quod sum. & gratia eius quæ in me
est:inanis non fuit.sed abundãtius illis omnibus laboraui.non ego quidem:sed gratia
dei quæ mecũ est. Siue igitur ego/siue illi:sic prædicam9/ & sic credidistis. ¶Qz abun-

dantius cæteris apostolis laborauerit: non sibi tribuit honorem / sed deo qui infudit gratiam/ quæ operabatur in eo. ipse vero erat instrumẽtum:& gratia dei præcipuus artifex. Neq; ipse / neq; apostoli aliter docebant: de ijs quæ supra memorata sunt.
Sed quod fecit Hermogenes Iconij/ asserens non esse aliam resurrectionem futuram/
112 sed resurrectio (inquit) iam facta est/& fit continuo in filios. quidam impostores simi-
le fecerunt apud Corinthios. Contra quorum peruersum errorem: addit Paulus. ¶Si
autem CHRISTVS prædicatur q; a mortuis surrexit: quo modo asserunt quidam
in vobis/ q; resurrectio mortuorum non est/Siquidem resurrectio mortuorum non est:
neq; CHRISTVS surrexit. ¶Ingenue enim sequitur. non est resurrectio ex mortuis/ ergo Christus non surrexit a mortuis. hoc autem est oppositum fidei: quam omnes apostoli prædicarunt. & quod nullus qui se fidelem dicit: tribuere potest. Surrexit igitur Christus a mortuis. ergo est resurrectio mortuorum. Sed quæ ad Christum non surrexisse a mortuis/sequantur incommoda: infert. vt retrouersus/& destructis quæ inferũtur absurdis sympetrasmatis/ colligat remeante ratiocinatione Christum surrexisse / &
113 resurrectionem mortuorum (vt re vera est) esse. Atq; sic ratiocinationem ad incom-
moda continuat. ¶Si vero CHRISTVS non surrexit: inanis igitur est & prædicatio
nostra/ inanis etiam & fides vestra. inuenimur etiam & falsi testes dei. q̃uia testificati
sumus contra deum/ q; suscitauit CHRISTVM: quem non suscitauit/ si nequaq̃ mor-
tui resurgunt. ¶Recurrit hæc argumentatio ex opposito. Atqui non sumus falsi testes dei dicentes contra deum / q; suscitauerit Christum quem non suscitauit/ quod signa & virtutes eos qui hoc testimonium ferunt sequentes ostendunt. Neq; dicens vestram fidem inanem/ neq; nos inanem fuisse nostram prædicationem. surrexit igitur
114 Christus a mortuis. Præterea incommoda infert/ quæ hanc sequuntur/ mortui non re-
surgunt: dicens. ¶Si enim mortui non resurgunt: neq; CHRISTVS resurrexit. si au-
tem CHRISTVS non resurrexit: vana est fides vestra / adhuc estis in peccatis ve-
stris. igitur & qui dormierunt in CHRISTO: perierunt. ¶Recta argumentatione sed disiuncta & saltuaria sequitur: igitur si mortui non resurgunt/ ergo adhuc estis in peccatis vestris (ad quid enim iuuaret peccatorum remissio: si mortui non resurgunt?) ergo qui dormierunt in Christo/ perierunt/ vt sancti omnes/ & martyres omnes. hæc autem absurdissima sunt. retro igitur/ agitur argumentum: vbi nichil concomitatur absurdum. Non pereunt dormientes in Christo: ergo in fide eius purgati/ in peccatis non sunt. ergo non est vana fides eorum. ergo surrexit Christus. ergo & mortui resurgunt. quod erat primum propositum. Præterea si non esset resurrectio mortuorum: Christi fideles qui sperauerũt/ solum essent in hac vita. Q; si solum essent in hac vita/ miserabiliores omnibus hominibus essent. quippe qui in hac vita esuriant/ sitiant/ nudi sint/ persecutiones sustineant/ in omnes casus & pericula se eonijciant/ ab omni voluptate abstineant/ nullum supplicium/ nullum crudelitatis tormentũ/ nullam denicq; mortem expauescant pro confessione nominis eius. Absit autem vt ipsi sint infœliciores omnibus hominibus. Sunt enim de quibus dicitur. In paucis vexati: in multis bene habebunt. quoniam deus inuenit eos dignos se. non igitur solum sunt in hac vita:
115 sed aliam fœliciorem expectant/& certo quidem & omni certitudine certius expectãt.
est igitur resurrectio mortuorum. Et hanc rationem addit Paulus: dicens. ¶Si in hac
vita qui in CHRISTO sperauimus/sumus solum: miseriores omnibus hominibus su-
mus. ¶Ex opposito recurrit argumentum: vt præcedentia. non sumus autem miseriores omnibus hominibus: etiam ex testimonio saluatoris dicentis. Beati eritis cum vos oderint homines/& cum separauerint vos/ & exprobrauerint/ & eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum propter filium hominis. gaudete in illa die: & exultate. ecce enim merces vestra: multa est in cœlo. non igitur solum sumus in hac vita. est igitur resurrectio. Nunc autem agit recta argumentatione/ sed analogia oppositi: Christum resurrexisse a mortuis/& resurrectionem futuram esse. Nam Christus & Adam ex opposito respondent. per Adam: mors. per Christum: vita. per Adam separatio animæ a corpore/ quæ mors est. per Christũ igitur: reunio corporis & animæ/ quæ ẽ resurrectio. per Adã: priuatio iustitiæ/ quã tenebre/ agitatio/& pœna sequitur sempiterna. per Chri
116 stũ igitur: iustitia/ quã lux/ quies/& solatiũ comitabitur æternũ. Quod itaq; sic ait Pau
lus. ¶Nũc autẽ CHRISTVS surrexit a mortuis. primitiæ dormientũ factus est. quã-
doquidẽ per hominẽ mors: & per hominẽ resurrectio mortuorũ. Nã queadmodũ i Adã
omnes moriũtur: hũc in modũ/& in CHRISTO oẽs viuificabũtur. vnusq̃sq; i proprio

ordine. Primitiæ: CHRISTVS. deinde ij qui fuerunt CHRISTI / in aduentu eius.
¶ Sed quo modo Christus primitiæ dormientium factus est: cum & Adam & tam in-
numera ante eum multitudo dormierit? Sane primitiæ dormientium est factus. Nam
primus est qui iustus & consumata quidem iustitia iustus / non debitor mortis: mortem
oppetiit. cæteri autem qui præcesserunt: debitores mortis erant. Itaq; primus iustorum
& primitiæ iustorum dormientium. Et quanq̃ ita est: videtur tamen Paulus potius hic
intelligere ꝙ Christus factus est primitiæ dormientium / id est primitiæ ex dormienti-
bus. quod & approbatio eius: ostendere videtur. Sed quo modo id inquies: cum idem
sit primitiæ ex dormiẽtibus & primus resurgentiũ a mortuis? Nunc autem ante Chri-
stũ (suscitãte Helia propheta) filius viduæ Sarreptanæ resurrexit a mortuis. resurrexit
& Lazarus / & ij quos dñs ante passionẽ suã suscitauit? Id nosse oportet duplicẽ esse re-
surrectionem. hanc: perfectam. illam: imperfectam. hanc: veritatem. illam: vmbram.
hanc: cum imutatione. illam: sine imutatione. cũ immutatione dico: cum id quod mor
tale erat: induit imortalitatem / efficiturq; immortale. Christus autem primus omniũ:
completa resurrectione vera / & quæ per immutationem est surrexit a mortuis. Chri-
stus (inquit) resurgens a mortuis non vltra moritur: mors illi vltra non domina-
tur. Cæteri autem qui ante Christum surrexerunt a mortuis: imperfecta resurrectione /
vmbratili & non per immutationem surrexerunt. Nam & filius viduæ / & Lazarus / &
reliqui quos suscitauit diuina Christi benignitas: iterum mortui sunt. non igitur hu-
iusmodi vera & consumata fuit resurrectio: sed vmbra & figura veræ & consumatæ re-
surrectionis / quam in fine adipiscentur. Sed Christus vera resurrectione resurrexit: & ij
proxime qui ob eius honorem cum eo surrexerunt / vt eum ascendentem in altum co-
mitarentur. quos & iuxta eloquium duceret / ex captiuitate ducens captiuitatem. qua-
lem & nos in fine sæculi miserante domino expectamus & resurrectioni Christi confor
mem / non Lazari / nõ cuiusq; aliorum qui ante Christum dominum surrexerunt / vnus-
quisq; i suo ordine sua gloria / suo splendore. In primo apostoli / & qui cum Christo fue-
runt & illi adhæserunt & martyres in suo / & virgines in suo / & reliqua plebs sancta si-
militer in suo: quemadmodum Christus omnia sciens & potens / & scit & voluerit. Sed
dices: viuificabuntur ne omnes in Christo? Sane: qui viuificabuntur. Sic & in Adam:
moriuntur omnes / qui moriuntur. Nam dissolutio: ex Adam. & hæc dicitur mors. & dis
solutorum reunitio: ex Christo. quæ viuificatio quadam est / & resurrectio. Verum in
Adam bifariam mori contingit: vno modo tanq̃ obnoxios & debitores mortis: quo
modo Christi iustitia non iustificati / in Adam moriuntur. Alio modo non vt debito-
res / sed vt imitatores iusti / qui cum nichil morti deberet dissolutionem quam Adam
inuexit / sponte pati voluit. vt Adæ mortem & cæterorum omnium / mortis damnum
reiiceret: redirentq; omnes in vitam. & sic iusti in Christo: in Adam moriuntur. immo
& Christus: in Adam / non necessitate / sed voluntate mortuus est. nos autem si iusti fu-
imus: in Adam morimur / quia dissolutio ex Adam est. & in Christo morimur: quia Chri
sti mortem imitamur. hoc enim est in Christo mori. omnes itaq; qui moriuntur: siue
hoc siue illo modo / in Adam moriuntur. Quid si Christus nolit aliquos corpore dis-
solui? Vt qui in aduentu forte eius viui reperientur. & idem / si sibi placeret de Enoch
& de Helia & si quis alius in aduentum eius reseruetur. Duplex etiam est in Christo
viuificatio. hæc: in gloria. illa: in pœna. hæc: iustorum. illa: iniustorum. hæc: ad mise-
ricordiam. illa: ad iustitiam dei cognoscendam. & omnes: hoc vel illo modo a Chri-
sto viuificabuntur. omnes dico: qui viuificabuntur. Nam viuificatos iam aliquos esse
a Christo: nichil prohibet. siquidem legimus / monumenta aperta sunt: & multa cor-
pora sanctorum qui dormierant / surrexerunt. & exeuntes de monumentis: post resur-
rectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem / & apparuerunt multis. non legimus
autem eos in sua sepulcra / & in suum puluerẽ amplius rediisse / sed (vt dictum iam est)
Christum ascendisse in altum & captiuã duxisse captiuitatem. Sed quid hac vniuersalẽ
117 omniũ viuificatione (quæ resurrectio est / seu ad iustitiam / seu ad misericordiam) facta /
sequetur: Paulus per spiritum dei / nobis aperit / dicens. ¶ Postea finis: cũ tradiderit re-
gnum deo / id est patri / cum sustulerit omnẽ principatum / & omnem potestatẽ ac potẽ-
tiam. Nã oportet eũ regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedib9 eius. nouissim9
inimicus tollitur mors. omnia enĩ subiecit sub pedibus eius. Cum autẽ dicat / ꝙ omnia
subiecta sunt ei: dilucidum est ꝙ præter illum / qui subiecit ei omnia. Cum autem sub-
iecta fuerint ei omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit ei omnia. vt sit

» deus omnia in omnibus. ¶ Post resurrectionem: finis sæculi. Et tunc erit regnum pa-
tris completum. quod complet filius per euangelium: ad id vsq; temporis regnans/ &
implens numerum saluandorum. & tradet regnum patri integrum: restaurata ruina
angelorum. De quo regno docuit nos id orare patrem: adueniat regnum tuum. Sed
sic dat regnum patri: q pater vt pater regnat/ & filius conregnat vt filius. Immo pa-
tris & filij & spiritus sancti/ est vnicum & indiuisum regnum: in quo filius honorificat
patrem/ & spiritus sanctus patrem & filium. Quid est oportet eum regnare donec po-
nat omnes inimicos sub pedibus eius: nisi oportet euangelio filij orbem subdere/ do-
nec pater ponat omnes inimicos/ omnes rebelles & aduersantes sub pedibus filij? per
quos inimicos & rebelles: tam homines infideles & perfidos/ q̃ næquitias spirituales
intelligimus. mors autem/ nouissimus hostis/ qui tolletur: diabolus est. cui in fine om-
nis potestas & tyrãnis sublata erit/ eo in locis pœnarũ & tormẽtis deputato. Et ifernus
(inquit) & mors missi sunt in stagnum ignis. Neq; amplius erit tyrannis: neq; extra re-
gnum dei vlla potestas humana/ neq; spiritualium næquitiarum vlla. Nam Christus
omnem principatum tollet & potestatem atq; potentiam. immo & in cœlestibus ad-
ministratorij principatus/ & potestates/ & virtutes cessabunt. Nam sua functione vsi
erunt. neq; amplius qui nunc locis/ regnis/ & personis boni angeli præsunt: ministrato-
rij spiritus erunt/ etsi perennes erunt spiritus deum in completo regno eius indefessa
laude celebrantes/ atq; laudantes. Quid est oportet eum regnare: donec ponat omnes
inimicos sub pedibus eius? De subiectione inimicorum sub pedibus Christi: mentio-
nem facit psalmus 109. & de subiectione/ omnium/ & cœlestium/ & terrestriũ/ & infe-
norum: psalmus. 8. Quod oraculum explicat id Pauli: q omnia subiecta sunt filio. id
præter eum qui subiecit ei omnia: patrem/ & quicquid est consubstantiale patri/ exclu-
dit. Et filius: secundum dispensationem carnis/ subiectus erit. secundum autem diui-
nam hypostasim & dei formam: cum patre regnans super omnia. vt filius dei/ qui de-
us est: in omnibus sit omnia/ in deo deus & regnans super omnia/ & in creaturis crea-
tura & deo subiect9 vt creatura/ sed quæ omnis creaturæ caput. Et omnis creaturæ sũ-
mitas & initium est. quomodo enim initium nõ est: quod primum omnium est/ & (vt
sic dicam) creatura increabilis/ & creator creabilis. Et quo modo non erit in omni-
bus omnia: qui erit omnium bonitas/ omnium vita/ omnium amor/ pax omnium/ sa-
lus/ fœlicitas/ & gloria/ & hæc omnia eminenter & supereminenter/ finite & infinite.
quippe qui in infinito finitus est: & infinitus i finito. Nam cum infinitus in infinito sit/
& finitus in finito (nam deus in deo: & creatura in creatura) non esset omnia in om-
nibus: si etiam in infinito non esset finitus/ & in ijs quæ finita sunt infinitus. sed de his
hactenus. Præterea occulte eorum errorem carpit: quem Martionitæ secuti sunt. ex
quo tamen potius confiteri resurrectionem mortuorum debebant: q̃ negare. Nam pro
ijs qui sine baptismo iam forte per plurimos annos/ e vita decesserant: aliquis affiniũ/
aut filius/ aut nepos/ pronepos/ ant propinquus/ aut amicus subibat defuncti sepul-
crum. & clausus intus/ nomine defuncti interrogabatur: vellet ne baptizari? eo respõ-
dente/ velle. nomine defuncti baptizabatur. At si animas superstites non credebant:
ad quid pro defunctis baptizabantur? Si credebant autem superstites: & resurrectionẽ
quoq; credere debebant. Nam corporibus vniri natæ sunt/ ad hoc ipsum naturalem
conatum & desyderium habentes. quod nequaq̃ deus illis frustra indulsit: qui nichil
vnq̃ frustra aut facit/ aut fecit. Ad quid enim Iudas Machabæus munera pro defũctis
Hierosolymis offerenda misisset: nisi superstites animas & subinde futuram resurrectio-
nem cogitasset? Vanum certe & superuacaneũ (vt & scriptura dicit) id fuisset. sic & va-
num pro defunctis baptizari: nisi qui hæc faciebant/ animas identidem superesse & fu-
turam resurrectionem cogitassent. Et hæc res q̃uis in se contineret errorem: ad eam
tamen sequitur/ credendam esse futuram resurrectionem. quid enim prohibet: ex fal-
118 sis & erroneis/ vera sequi & fidelia? Et hoc argumentum: ex rebus ipsis/ ipsisq; factis
» aduersus errantes Corinthios/ hoc modo tangit Paulus. ¶ Cæterum quid facient: qui
» baptizantur pro mortuis? Si penitus mortui non resurgunt: quid & baptizabantur
» pro mortuis? ¶ Id sane vanum/ superfluum/ & temere factum omnino videre-
tur. Sed & Paulus proponit seipsum fidei exemplum: quo modo opera & vita eius
ostendant/ ipsum certam & indubitatam de resurrectione fidem habere. Nam hanc
certitudinem habens: quotidie se periculis obijcit/ quotidie morti. Quod per eam
gloriationem testatur: quam ipse in CHRISTO IHESV habebat/ in quo solo

gloriabatur. Hanc certitudinem habens: expositas sibi Ephesi feras non deuitauit/ ni-
chilifaciens ob futuram (quam certam habebat) resurrectionem / si ab eis decerpere-
tur hanc transitoriam vitam finiens. quas nichilominus: fides eius & Christi virtus su-
perauit vt nichil ei nocere possent. At quid omnia hæc iuuissent Paulum: nisi credi-
disset/ & indubitate quidem credidisset futuram resurrectionem/ & immortalitatis ani-
marum statum? Certe si sciisset animas interituras/ & non esse futuram resurrectionem:
edisset/ bibisset / voluptate præsentem vitam non fraudasset / cogitans forte se cras
moriturum / & nichil posthac habiturum. Quod nequaq̃ ita fecit: quia de alia
119 vita / certissimo (vt sic dixerim) certior / fuit. Quod ipse hoc pacto restatur: dicens.
¶ Quid & nos omni hora periclitamur? testor nostram gloriationem/ qua glorior in
CHRISTO IHESV domino nostro: quotidie morior. Si secundum hominem cũ fe-
ris Ephesi pugnaui: quæ michi vtilitas? Si mortui non resurgũt: edamus & bibamus.
cras enim moriemur. Nolite errare. Corrumpunt probos mores alloquia praua. Re-
sipiscite iuste: & nolite peccare. Nam ignorantiam dei quidam habent. quod ad vere-
cundiam vobis dico. ¶ Vbi seipsum/ & facta sua proposuit veræ fidei exemplum: hor-
tatur eos/ ne audiant sermones/ ne admittant collocutiones bonos mores corrumpen-
tes. Omnia sane verba impiorum/ omnia carnalium: bonos mores corrumpunt. Chri-
stus: castos mores requirit. Quid adolescentum auribus/ quid eorum tenellis & incor-
ruptis animis ingeram Tibulum/ Catulum/ Terentij lenas & lenones? Ouidij heroi-
das molles/ & id genus veneficarum/ & mortiferarum syrenum cantus? Quæ omnia
vir prudens / tanto magis vir Christianus: tanq̃ naufragiorum scopulos deuitabit.
Nonne qui hæc faciunt: tenellas adolescentum animas/ spiritu sancto signatas/ Chri-
sti virgunculas/ ad corruptionem alliciunt? Quibus nichilominus vnam solam cor-
rumpentibus: expedit (iuxta diuinum eloquium) vt suspensa mola asinaria in collo
eorum demergantur in profundum maris. Nolite errare. Corrumpũt probos mores
alloquia praua. Q si propter Menandrum qui ante hoc dixit: credere non vultis: cre-
dite nunc propter Paulum idipsum resumentem. Christus pios habere vult: vult ha-
bere fideles. Quid philosophiæ studium affectantibus: sermones Lucretij ingeram/
quid Democriti/ quid Epicuri? magna admiratione septimum Plinij extollam? quid
Aphrodyseum/ vnicum prædicabo? Quid intellectum illum Abeurusth/ meras impo-
sturas summopere demirabor? & id genus insaniarum: quæ plus vniuersa occu-
parunt studia/ q̃ araneæ telæ neglecta domicilia. Resipiscite iuste: & nolite peccare.
corrumpunt pios / fidelesq; mores: alloquia praua. Et qui his ac talibus insudant:
ignorantiam dei habent. Quod ad verecundiam nostrorum temporum in plerisq; lo-
cis/ & apud multos dicendum est. Det deus vt iuste euigilent/ desertant/ & resipiscant
omnes: & non amplius peccent. & hæc & omnis sordida & sophistica lues quæ nichil
ædificant/ sed aut destruunt/ aut ædificationem impediunt: ex sana virorum Christi or-
dinatione / qui maxime episcopi & primates sunt ecclesiæ sanctæ dei/ vbicunq; loco-
rum mandentur igni. & pereat multitudo quæ nocet: & seruetur paucitas quæ saluat
circa omne studium/ & omnem (quæ nobilis esse debet) Christo deoq; per regenera-
tionis lauacrum acquisitorum/ animorum exercitationem/ vt puram & incontamina-
tam sortiamur cum sanctis resurrectionem. Sed impij mundana videre non valen-
tes: interrogant diuina/ quo modo resurgunt mortui/ & quali corpore redeunt/ non
credentes mortuum posse iterum viuificari/ & redire in vitam. Quorum stultitiam mit-
tit Paulus ad dei prouidentiam: in rebus sensibilibus & terrenis contemplandam. &
pro sua pietate qui dei superboni imitator est volẽtis omnes homines saluos fieri: illos
manuducit/ vt fideles efficiãtur. Quasi hoc pacto eos interroget: & ratione illuminatri-
ce/ immo deo rationis naturæq; duce illuminatore respondeant. & ipse responsis ad-
dat: quod deest ad perfectionem. Interroget inquam. Quo modo semen iactum in ter-
ra viuificatur? Quo modo semen in vtero animalis animatur? Dei prouidentia. Prius
tamen & semen in terra mortuum est/ q̃ viuificetur: & semen in vtero corruptum/ q̃
animetur. alioqui: semper semina manerent/ & sola quidem semina. Quali corpore exit
viuificatum semen e terra/ quod nudum & sine tali corpore positum est in terra? Qua-
li corpore exit animatũ semẽ ex vtero? Quali vnicuiq; prouidit ordinatio diuina. Tali
modo/ & talibus corporib9: mortui/ viuifican resurgẽt. Sunt eni animæ & mortuorum
corpora vsq; in diẽ iudicij tanq̃ semina terræ mandata/ aut potius tãq̃ semina mater-
nis vteris clausa/ dũ tẽp9 viuificationis adueniat. Et i plerisq; alijs: diuina ei9 de resur-

120 gendis corporibus aperitur manuductio. Quæ & hoc modo detegit ipse Paulus: di-
cēs. ¶ Sed ait aliquis. Quo modo resurgunt mortui? Quali autem corpore redeunt?
Insipiens tu: quod seminas non viuificatur/ nisi moriatur. Et quod seminas: nō corpus
quod futurum est seminas/ sed nudum granū/ forsitan tritici/ aut cuiuspiam reliquorū.
deus autem dat ei corpus vt voluit/ & vnicuiq; seminum proprium corpus. Non om-
nis caro/ eadem est caro: sed alia quidem est hominum/ alia autem caro pecorum/ alia
vero volucrum/ & alia piscium. Et corpora cœlestia sunt/ & sunt corpora terrestria: sed
alia cœlestium gloria/ & alia terrestriū. alia gloria solis/ & alia gloria lunæ/ & alia glo-
ria astrorum. nam astrum ab astro differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum.
¶ Quod addit/ alia corpora cœlestia sunt/ & alia terrestria/ & quæ sequuntur: huc ten-
dit q̄ alia erunt corpora beatorum/ & corpora miserorum. Nam corpora beatorum vt
cœlestia erunt: nullo pondere deorsum pressa/ in sublime nulla resistentia/ nullaq; dif-
ficultate nitentia/ & diuinę lucis capacia. miserorum autem: grauia/ inertia/ opaca/ hor
rendis offusa tenebris. Rursum beatorum corpora varijs beatitudinis gradibus secun-
dum suum ordinem & captum suū fulgebunt. quorundam: vt sol. quorūdam: vt luna.
& quorundam: vt stellę in conspectu dei/ sicut scriptum est. Qui sciētiam dei docti fue-
rint: fulgebunt quasi splendor firmamenti. & qui ad iustitiam erudierint multos: quasi
stellæ in perpetuas æternitates. Et saluator i Matthæo. Mittet filius hominis angelos
suos/ & colligent de regno eius omnia scandala/ & eos qui faciunt iniquitatem: & mit-
tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. tunc iusti fulgebunt sicut
sol: in regno patris eorum. Et miserorum corpora: quædam erunt secūdum varios gra-
dus/ pœnarum capacia. vt alia est pœnarum capacitas corporum hominū/ alia peco-
rum/ alia piscium/ & alia volucrum. Hæc itaq; non substantialem differentiam: sed gra
dus gloriæ/ aut passibilitatis ignominiæ/ nobis insinuant. non enim boni & mali an-
geli vt spiritus: substantia differunt. neq; beati & infœlices vt homines: substantia di-
121 stabunt. & horum & illorum corpora: immortalia & incorruptibilia. horum quidem ad
ignominiam: illorum vero ad indeficientem gloriam. ideo subdit Paulus. ¶ Semi-
natur in corruptione: resurgit in incorruptibilitate. seminatur sine honore: resurgit in
gloria. seminatur in infirmitate: resurgit in potestate. seminatur corpus animale: resur-
git corpus spirituale. est corpus animale: & est corpus spirituale. sicut & scriptum est.
Factus est primus Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuifi-
cantem. ¶ Certum est beatorum corpora: in gloria/ & in potestate resurgere. Sed quo
modo miserorum corpora: resurgent in gloria/ & potestate? Gloria certe in se est/ im-
mortalitas/ & incorruptibilitas/ in comparatione ad corruptibile & mortale: in qua &
ipsi resurgent. sed in hoc incorruptibilitatis & immortalitatis gloria eis oberit: q̄ quā
deus omnibus ordinauerat ad gloriam suam percipiendam/ in eis ob eorum iniustam
præteritam vitam/ deputatur ad perpetuam pœnam sustinendam/ ad perpetuas ferē-
das tenebras/ quæ alioqui æternam passa fuisset lucem/ & lucem quidem omnibenefi-
cam. Beatorum igitur corpora insigniter/ & non impedita ad gloriæ consumationem
percipiendam in gloria & potestate resurgunt: miseri autem in obfuscata & impedita
gloria/ & potestate. Nam eorum incorruptibilitas perfectionem icorruptibilitatis per-
cipere non potest: haud secus ac neq; malorū angelorum immortalitas & incorrupti-
bilitas perfectionem/ ad quam nata est. Corpus animale dicitur: q̄diu vegetat/ viuit/
& sentit corruptibili vita atq; sensu. Spirituale vero: quando spiritu/ vita/ & sensu im-
mortali. Animale corpus vegetat: vt nutritur/ augetur/ decrescit/ simile propagat/ &
substantiali fluxui subiacens/ nunq̄ in eodem statu permanet. spirituale corpus: neq;
vegetat/ nutritur/ augetur/ minuitur/ nichil generat. substantiali fluxui non amplius
subiectum est: sed de temporis in æui translatum est conditionem. Animale corpus: spi
ritui & menti ministrat/ operatione præueniens. spiritualis vero corporis sensibus:
mens & spiritus/ operatione celerior ministrat. illic/ mens per corpus: hic/ spiritualis
corporis sensus per mentem cognoscunt. & id maxime in eis: qui perpetuis addicti
non erunt tenebris. illic: corpus mentem absorpsit. hic: mens corpus. Primus homo/
Adam: in exemplar omnium hominum animalem vitam & in naturali corpore viuen
tiū factus. Secundus autē homo/ Christus: exēplar ex sua resurrectione & veritas/ om-
niū spiritualē vitā & in spirituali corpore victurorū. Quare nos omnes dum hanc mor-
talē vitā viuim9/ nutrimur/ augemur/ dū propagādæ soboli intēdimus: aīales/ terreni/ &
primi sumus homines/ & portamus imaginē primi in aīam viuentē facti. post vero no
uissimū diē/ ōnes spūales/ secūdi & nouissimi hoīes erimus/ portātes secundi hoīs qui e
cœlo venit imaginē. hi: fœliciter. illi vero: infœliciter. Ad hoc enī surrexit dominus in

ſpiritum viuificantem/ corpore quidem ſpirituali/ incorruptibili & immortali: vt om-
nes tam boni q̃ mali ſuam portent imaginem/ queadmodum omnes portauerunt ima-
ginem primi Adę.hi:in temporali fœlicitate.illi:in miſeria.vt & ipſe dominetur cœle-
ſtium/ & infernorum.Sed primũ ferenda nobis eſt imago primi & terreni:q̃ imago ſe-
122 cundi & ſpiritualis.ſic enim deus & natura procedunt ab imperfectis ad perfecta: non
contra.Quod & ſacer apoſtoli ſermo nobis aperit:ad ſuperiora hæc adijcientis. ❡Sed
non primũ quod ſpirituale/ ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Primus homo:
e terra terrenus.& ſecundus homo:dominus e cœlo. qualis terrenus: tales & terreni.
& qualis cœleſtis:tales & cœleſtes.Et queadmodum portauimus imaginẽ terreni:por-
tabimus & imaginẽ cœleſtis.Hoc autem dico fratres:ꝙ caro & ſanguis/ regnũ dei hæ-
reditare non poſſunt:neq; corruptio:incorruptibilitatem hæreditat.❡Omnes in reſur-
rectione/imaginem cœleſtis: in hoc ꝙ ſpirituale/ incorruptibile/ & immortale corpus
recipient/portabunt.neq; in hoc terreni:ſed cœleſtes dicentur.quandoquidem hoc:ſi-
ue boni/ſiue mali non a terreno/ſed a cœleſti habebũt.Et quod dicit/caro & ſãguis re-
gnum dei hæreditare non poſſunt: perinde eſt ac nos in animali corpore/ quod quidẽ
& vegetat/cibo & potu & alijs neceſſitatibus egens/regnum dei poſſidere non poſſu-
mus.Nam tale/corruptibile:& regnum dei/ incorruptibile. corruptio autem: incorru-
ptibilitatem non hæreditat.& contra:caro & ſanguis æternas pœnas nõ ſufferent. ſed
caro & ſanguis immutabũtur:& tam in iuſtis q̃ in iniuſtis corpus efficientur ſpiritua-
le.in his:vt æternis pœnis non cedant.in illis:vt æterna gaudia non deficiant. Nomi-
ne igitur carnis & ſanguinis:animales/ & non immutatas corporis partes intelligere
debemus.Eadem tamen caro & idem ſubſtantialiter ſanguis/non tamen amplius ani-
males/ſed ſpirituales/non corruptibiles/ ſed incorruptibiles/ & imutati: in bonis cum
123 ſpiritu regnum dei poſſidebunt/& in malis perennem gehennã.Sed de hac imutatio-
ne:ſpiritus ſancti myſteriũ referat Paulus/ dicens. ❡Ecce myſterium vobis dico.Non
omnes quidem dormiemus:omnes autem ĩmutabimur / in indiuiſibili/ in ictu oculi/
in nouiſſima tuba. clanget enim: & mortui reſurgẽt incorruptibiles / & nos immuta-
bimur.Oportet enim corruptibile hoc/induere incorruptibilitatem:& mortale hoc/ in-
duere imortalitatem.Cum autem corruptibile hoc/ induerit incorruptibilitatẽ/& mor-
tale hoc/induerit ĩmortalitatem: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt.Abſorpta eſt mors in
victoria.Vbi tuus mors ſtimulus/vbi tua inferne victoria/ſtimulus autem mortis pec-
catum.poteſtas autem peccati:lex. Deo autem gratia ſit: qui dedit nobis victoriã per
dominũ noſtrum IHESVM CHRISTVM.Quare fratres mei dilecti: firmi eſtote/ i-
mutabiles/abundantes ſemper in opere domini/ſcientes ꝙ labor veſter non eſt inanis
in domino.❡Quod dicit non omnes quidem dormiemus:ex reuelatione domini alio
loco dicit.hoc enim vobis dicimus in verbo domini:quia nos qui viuimus/qui reſidui
ſumus/ in aduẽtu domini nõ præueniemus eos qui dormierunt. quoniã ipſe dominus:
in iuſſu/& in voce archãgeli/et in tuba dei deſcẽdet de cœlo. & mortui qui in Chriſto
ſunt reſurgẽt primi:deinde nos qui viuimꝰ/qui reliquimur/ſimul rapiemur cũ illis ĩ nu-
bibus obuiã Chriſto in aera/& ſic ſemper cũ domino erimus. ij tamẽ qui viui rapiẽtur
etſi non morientur nam mors ſeparatio corporis & animæ eſt aduẽtus autẽ dñi in mo-
mẽtaneo inſtãti erit. quod ipſe idẽ dñs expreſſit dicẽs. Sicut eni fulgur exit ab oriẽte
& paret vſq; in occidentẽ:ita erit & aduẽtus filij hominis.Et reſurrectio in momẽto.in
indiuiſibili enim:vt hic (inquit) apoſtolus/in ictu oculi/in nouiſſima tuba mortui re-
ſurgent incorruptibiles.Et de ijs qui rapiẽtur obuiã Chriſto:ait etiã idẽ ſaluator. Erũt
duo in agro:vnus aſſumetur/& vnus reliquetur.duæ molentes in mola:vna aſſumetur
& vna relinquetur.duo i lecto:vnus aſſumetur. & vnus reliquetur. qui aſſumẽtur: fide-
les erũt/& in dextra dei collocabũtur/ reſurrectionis primatũ in ſuo ordine retinẽtes.
qui relinquẽtur in clangore angelicæ tubæ:in ſiniſtra/ cũ reprobis ĩmutabuntur. Nam
tam hi/q̃ illi imutabũtur. quãdoquidẽ caro & ſanguis non imutata poſſidere regnum
dei nõ valẽt:neq; futura gehennæ ſuſtinere ſupplicia. Hæc autẽ tuba/ quæ primo ele-
ctorũ reſurrectionẽ clanget/& deinde reproborũ:ſeptimi angeli tuba in apocalypſi no-
minatur.Et ãgelus(inquit)quẽ vidi ſtantẽ ſupra mare/& ſupra terrã/ leuauit manũ ſuã
ad cœlũ/ & iurauit per viuentẽ in ſæcula ſæculorũ/ qui creauit cœlũ & ea quæ in eo ſũt/
& terrã & ea quæ in ea ſunt/& mare & ea quæ in eo ſunt:quia tẽpus nõ erit ãplius. ſed
in diebus vocis ſeptimi angeli cũ ceperit tuba canere: cõſumabitur myſteriũ dei/ ſicut
euãgelizauit per ſeruos ſuos prophetas.Et hęc eſt quã loco huic/nõ oẽs quidẽ dormie-
mus/oẽs autẽ imutabimur:adaptamus intelligẽtiã.magna profecto imutatio eſt/ſiue ĩ
bonis/ſiue i malis:de mortali corpore fieri imortale/ & de corruptibili incorruptibile.

Et de imutãdis itelligitur. Nã si qui imutati cũ Christo ascẽderũt: nõ tũc imutabũtur/
quia iã imutati sũt. Sed hãc itelligẽtiã forte refutabũt. Quia fides est/ credere carnis re
surrectionẽ. si autẽ nõ oẽs dormient: nõ oẽs resurgent. Ex illo nõ conficitur: ꝙ creden
da non sit carnis resurrectio. Nam credere carnis resurrectionem: est credere mortuo-
rum resurrectionem. credo autem mortuos omnes resurrecturos: omnes dico mortuos
homines. ne quis tortuosus sophista/ aut mahumetana infectus secta: equos etiam in-
telligat & canes. Sed nobis credendum/ propositum non est: ꝙ omnes moriẽtur. Quid
si Christus: quod in se natura habuit/ sed voluntarie pro nostra salute non tenuit/ Io-
anni dilecto discipulo largitus est/ non mori inquam/ non dissolui/ volens eum absq;
dissolutione manere donec veniret/ & sola immutatione cœlestia regna capessere? in
eo ostendens qualis fuisset status hominum/ si homo non peccasset. si eum (inquit) vo
lo manere donec veniam: quid ad te? Neq; nobis ingestum est credendum omnem car
nem debere in illa die resurgere. Nã aliquã carnem credimus iam cõpleta resurrectio-
ne surrexisse. Quis id de gloriosissima carne Christi/ & intemeratæ virginis vnde caro
Christi sumpta est: negabit? Quis & forsan de iis qui cum Christo surrexerunt: & cum
eo ascenderunt in altum? Nonne enim immutatæ carnis signũ erat/ nonne spiritualis/
& incorruptibilis corporis/ ꝙ vt Christus apparebãt quibus volebãt/ & quibus volebãt
abscondebantur/ spirituali inuisibilitate disparentes. si enim sic corpus spiritu contege
re valerem/ vt nunc corpus contegit spiritum: sicut nunc in visibilitate corporis vide-
tur spiritus: sic in inuisibilitate spiritus non videretur corpus/ essetq; vt spirituale/ inui-
sibile. Nunquid sic Lazarus/ nunquid sic filius viduæ/ & qui incompleta resurrectione
surrexerant/ facere poterant? Nichil igitur absonum ita esse posse: non omnes quidem
dormiemus omnes autem immutabimur/ vt legitur in codicibus græcis. Quod subiũ
git/ tunc fiet sermo qui scriptus est/ absorpta est mors in victoria: ĩ Osee propheta non-
nichil simile scriptum est. At hic aduertẽdum est duplicem esse mortem: primam & se-
cundam. prima: dissolutio est corporis & animæ. Secunda: in gehẽnę tormẽtis æterna
summæ vitæ priuatio. Prima: inuidia diaboli introiuit in orbem terrarum. Nam deus
creauerat hominem indissolubilem. Secũda autem: primo loco debetur diabolo qui an-
te hominẽ peccauit/ & cuius suggestione peccauit homo. & secũdo loco: hominibus/
qui diabolum imitantur. Prima mors: in resurrectione vniuersaliter erit absorpta in vi-
ctoria immortalitatis & indissolubilitatis animæ a corpore. Nam mortem hãc: primus
parens mundo intulit. Secunda autem mors: non tolletur. nam hæc non primi paren-
tis: sed diaboli est. Anteꝗ enim homines essẽt: diabolo debita est: qui peccat ab initio/
& qui reparandus non est. Ad primam mortem: stimulus & punctio/ peccatum. aggra-
uatio autem peccati: lex/ id est legis transgressio. Post resurrectionem nichil amplius
adiicietur/ quod inducere possit dissolutionem. nulla amplius lex: quæ transgredi possit.
nulla amplius maligni suggestio. Nam omnis eius tyrannis/ licentia/ & potentia subla
ta erit: & vltimo iudicio ad æterna supplicia erit iudicatus. Prima igitur mors: omnino
erit sublata. noxium peccatum: sublatum. & lex/ medicina peccati: sublata. Nam in secũ
da morte: nullus curabilis. Et in secunda & æterna vita: nullus morbi susceptibilis. Sed
dices. si mors gehennæ/ mors diaboli est/ & ante homines introducta: ergo illa prima
mors dici debet. & ea quæ in corporis & animæ dissolutiõe harmonię est: secunda. Ve-
rũ dicis si hominem ad angelũ & ãgelũ quidẽ transfugã cõparas: non autem si semper
in homine stas. Nam dissolutio in homine: præcedit hominis mortẽ gehẽnæ. & ideo
iure illa/ prima: & hæc/ secunda mors dicitur. Cum igitur illam primam/ & hanc secun-
dam dicunt: semper ad hominum statum aspici volunt/ & de hominis morte esse loquẽ
dum. de qua id verissimum erit: absorpta est mors in victoria. vbi tuus mors stimu-
lus? vbi tua inferne victoria? Sic & alteram vitam/ quam secundam appellamus/ quæ ẽ
in adeptione summæ & æternæ vitæ quæ (inquit) Ioannes erat apud patrem/ & appa-
ruit nobis: boni angeli ante nos habuerunt. & nostra etiam prima/ si angelis contẽpla-
mur: longe illa posterior. cum igitur illam secundam appellamus: nos ipsos solum respi
cimus. viuent igitur & dæmones reprobi/ prima vita: semper mortui secunda. boni au-
tem angeli: vtraq; vita perpetuo viuent. Primã autem voco angelorũ vitã: quã in pro-
priæ indissolubilitate sortiti sunt harmoniæ. secundam vero: quam in summa/ & vita-
rum vita percipiunt. Quam nobis largiri dignetur Christus Ihesus/ qui hanc de morte
quam primus parens intulerat/ fecit nobis victoriam/ nobis meliori modo reparans pri
mam/ & optimam prima reparata indulgens secũdam. Cui sit honor & gratiarũ actio
A ab omni vita/ & in vtroq; sæculo: in sæculorum sæcula.
110 ❡ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ❡ Vulgata æditio. Et post vndecim.

¶Græce legitur nunc:deinde duodecim.sed arbitror rectius stare vndecim:ex testimo-
nio euāgeliorum Matthæi & Lucę / & ex actis apostolorū. Nā duodecimus Matthias:
post assumptionem eius in numero duodecim ascitus est. nō q̄ Matthias eum/ex resur-
rectione non viderit. erat enim discipulorum vnus. sed nondum erat de numero duode
cim. Et deinde non dicit ordinem/sed potius vices manifestationis domini/& si adhuc
non omnes compræhendat Paulus/sed quas ab ijs qui viderant acceperat/aut ex reue
latione cognoscebat. nūc græce. εἶτα τοῖς δώδεκα. arbitror dicendum ἕνδεκα. &
B sic bene scriptum reperisse vetustum interpretem/atq; bene vertisse. ¶Vulgata æditio.
111 Qui nō sum dignus vocari apostolus. ¶Dici potest:sufficiens siue idoneus vocari apo
stol9. Paulus. ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. ¶Vulgata ęditio. Et gra
tia eius in me vacua nō fuit. ¶Dicēdū sed gratia eius quæ in me est. Paulus. καὶ ἡ χά
ρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη. ¶Vulgata æditio. Sed gratia dei mecū.
¶Dicendum sed gratia dei quæ est mecum. totum enim:gratiæ dei tribuit Paulus. ar-
chitectonica eni:& ipse solum istrumentū/ & vas gratiæ dei, vt & saluator dicebat apo
stolis. Vos non estis qui loquimini:sed spiritus patris vestri/qui loquitur in vobis. Cum
etiam Paulus dixerat/laboraui:statim verbum suum quasi lapsus corrigit/ & dicit/nō
ego laboraui/sed gratia dei quæ in me est/sed spiritus dei i me. Paulus. ἀλλ' ἡ χάρις
τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. ¶Vulgata æditio. Sic prædicauimus:& sic credidistis. ¶Legē
C dum:sic prædicamus tēpore præsēti. Paulus. οὕτως κηρύσσομεν καὶ οὕτως ἐπι-
114 στεύσατε. ¶Vulgata æditio. Adhuc enim estis in peccatis vestris. ¶Particula eni:su-
115 perflua est. neq; hic Paulus confirmat quicq̄/ sed infert incommoda. Paulus. ἔτι ἐστὲ
ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. ¶Vulgata æditio. Si in hac vita tātum in CHRISTO
sperātes sumus. ¶Vetus iterpres iūgere videtur exclusionis particulā tātū/cū sperātes:
q̄ iūgi debet cū sumus. Et certe in hac vita:solū speramus. i altera enī vita:nō āplius
sperabimus/sed qđ sperauimus videbimus/tenebim9/āplectemur. nullus enī:qđ videt
sperat. Et fides cessabit:vbi præsens euidentissima affulgebit veritas. Et spes: vbi præ-
sentissima summi boni fruitio. Charitas autem/& illius infiniti boni amor (vt alio in lo
co:dixit apostolus) non excidet. Et per præteritum explicandum quod dixit:sperātes.
Nam sensus est apud Paulum. nos omnibus hominibus miserabiliores sumus: si nos
qui sperauimus in Christo/sumus solum in hac vita. Quod sequeretur:si non esset resur
rectio mortuorum. Nam solum esset nobis hæc vita:& non esset futura. Paulus. εἰ ἐν
τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν χριστῷ μόνον. particula tamen ἐν χριστῷ cō
tinue referenda est in ἠλπικότες. Nam aliquātulum hyperbatica est Pauli locutio:
& hoc genere loquendi frequenter vtitur. Quod & ijs qui sunt celeres & nimium fœcū
C dæ mētis accidere solet:& maxime ijs quos celeritas mouet spirit9. ¶Vulgata æditio.
116 Et sicut in Adam omnes moriūtur. ¶Dicendū sicut eni/aut quippiam simile. Paulus.
ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν. ¶Vulgata æditio. Qui in
aduentum eius crediderunt. ¶Verbum crediderunt: ex Paulo non habetur. Qz si ali-
quid fuit exprimendum:substantiuum potius (vt solet) exprimendum fuit/dicendo fue
runt. Et in aduentu. Et de primo aduentu intelligitur. non enim in secundo aduentu
D eius/qui adhuc futurus est:fuerunt aliqui qui i eū crediderūt. Paulus. ἔπειτα οἱ τοῦ
117 χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Nouissime aūt inimica destrue-
tur mors. ¶Dici potest: nouissimus inimicus vt intelligatur diabolus/cuius omnis
119 potestas tolletur/atq; euacuabitur. Paulus. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θά-
νατος. ¶Vulgata æditio. Quotidie morior propter vestram gloriā fratres. ¶Fratres
superfluum est. Et non propter vestram gloriam:sed potius per nostram gloriationem.
Vbi enim vetus iterpres posuit propter: Paulus habet particulā protestationis. At nō
tā iuramentū q̄ sancta protestatio intelligi debet. Ideo particulam per/quæ frequēter iu
rādi nota ē:omisimus/& protestationis vocabulū expressimus. ne iuramētū esse crede-
rēt: qui libēter faueāt iuramēto. Qua in re Christus audiēdus est: nō homines. Paulus.
καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν. continue subiungit ἣν ἔχω
ἐν τῷ χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. quam habeo in Christo Ihesu domino no-
stro. ¶Vulgata æditio. Cras enim moriemur. ¶Per præsens dicit cras morimur. vsus
tamen latinorum est cum aduerbio cras ad futurum spectante/potius verbum iungere
futuri. Et hoc prouerbium ex Esaia desumpsit Paulus:ex quo & gētiles qui ante Pau-
E lum eo vsi sunt/vsurpasse etiā videntur. Paulus. αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. ¶Vul
119 gata æditio. Euigilate iusti. ¶Dicendum per aduerbium:iuste. Absurdum enim est di-
cere euigilate/expergiscimini siue resipiscite iusti. vigilant/experrecti sunt:& nō est eis
resipiscendi occasio/sed errantibus. quales coarguit apostolus fuisse Corinthios. Exci-

tat igitur eos: vt expergiscātur & resipiscant ad iustitiam. Paulus. ἐκνήψατε δικαί-
ως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. ¶ Vulgata ęditio. Ad reuerentiam vobis loquor. ¶ Quia re
uerentia in bonam partē capi solet/ pro honesto timore qui parentibus & superioribus
E debetur: potius ad verecundiam/ pudorem/ aut aliquid simile vetus iterpres dicere po-
120 tuisset. Paulus. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. ¶ Vulgata ęditio. Nisi prius moriatur.
¶ Prius: superfluit. Paulus. ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. ¶ Vulgata ædítio. Dat ei corpus sicut
vult. ¶ Per præteritum dixit Paulus voluit/ id est prædiffiniuit/ & ab initio ordinauit.
Quis enim in æternitate neq; prius/ neq; posterius sit: diuinæ tamē ordinationes/ mū
do/ & omnibus quę in mūdo sunt priores sunt/ vt æterna nō æternis. Paulus. δίδωσι
σῶμα καθὼς ἠθέλησεν. ¶ Vulgata ædítio. alia claritas solis/ alia claritas lunæ/ &
alia claritas stellarum. ¶ Potuit hic vbiq; & inferius vetus iterpres dicere gloria: vbi
dixit claritas. Nam idem vocabulum paulo ante verterat gloria. vt igitur Paulus
vocabulum non mutat: neq; interpres/ interpretationis vocabulum mutare debuit/
E nisi se potius paraphrasten q̄ interpretem dici maluit. Paulus. ἄλλη δόξα ἡλίου,
121 καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ¶ Vulgata ædítio. Factus ē
122 primus homo Adam. ¶ Homo superfluit. Paulus. ἐγένετο ὁ πρῶτος ἀδάμ. ¶ Vul-
gata ædítio. Sed non prius quod spiritale sed quod animale. ¶ Latinius spirituale a
spiritu. Et animale: ab anima hic deducitur/ non a vocabulo animal/ vt & alias anno-
tauimus. neq; enim amplius spirituale corpus sortiti edent/ bibēt/ vegetabunt. Nā hoc
esset animale corpus habere: & non spirituale. Et Paulus positiuo vtitur primum: non
comparatiuo prius. sed nichili refert. Paulus. ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν,
ἀλλὰ τὸ ψυχικόν. ¶ Vulgata ædítio. Primus homo de terra terrenus. Secūdus ho-
mo de cælo cœlestis. ¶ Legendum secundus homo dominus e cœlo. Paulus. ὁ πρῶ-
τος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ.
Choicus homo id est terrenus: qui huic diuinæ sententiæ subiacet/ qua dicitur/ cinis
es & in cinerem reuerteris. Cœlestis: qui illi nō est obnoxius/ qualis procul dubio Chri
stus natura fuit. voluit tamen in se/ choici portare similitudinem vsq; ad mortem: sed
non vsq; ad resolutionem in cinerem. Quia de eo scriptum erat: non dabis sanctū tuū
videre corruptionem. Et in hoc sæculo portamus choici imaginem: qui & resolutioni
& reuersioni in puluerem obnoxij sumus. i altero vero portabimus Christi imaginem:
qui per eum (destructo mortis imperio) non amplius dissolutioni & reuersioni in terrā
erimus obnoxij (nam hoc iterum esset mori) qui immortales erimus. ¶ Vulgata ædi-
tio. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis. ¶ Dicē
dū & sicut portauimus imaginē terreni: portabimus & imaginem cœlestis/ portabimus
dico per futurum. non enī hortatur hic Paulus: sed quod futurū est prædicit. q̄diu enī
sumus in hoc mūdo: portamus imaginem terreni. sed ī altero mundo: primum portabi
mus imaginē cœlestis. ex prima enī vita: dissipabiles sumus in terræ atomos/ vt terra.
ex secūda: īdissipabiles/ vt cœlū. Quis enī diceret cœlū ī puluerē (vt terrenū corpus) re
solubile/ nūc corpus nostrū terræ: tūc cœli cōditionē feret. Paul9. καὶ καθὼς ἐφορέ-
C σαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.
123 ¶ Vulgata ædítio. Omnes quidem resurgemus: sed nō oēs immutabimur. ¶ Sic latini
codices habent. Sed ex Paulo vt dictum est: legendum/ non ōnes quidem dormiemus/
sed omnes immutabimur. Verum literam credo immutatam: q̄ verius illo modo/ q̄ hoc
modo dici crediderunt/ non intelligentes forte sacramenta rerum. Credo posse stare: vt
græce legitur. Existimant reproborum corpora non immutari: sed magna profecto im-
mutatio est de mortali effici immortale/ incorruptibile/ & indissipabile. Et capiunt imu
tationē: pro quadam immutatione ad gloriam/ & diuini splendoris susceptionem. Sed
id arbitrarium/ & (mutata litera) fingere necessariū. Paulus. πάντες μὲν οὐ κοιμη-
θησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. ¶ Vulgata ædítio. Canet enī tuba. ¶ Tu-
ba ex archetypo superfluit/ etsi intelligentiæ ex superiori adaptetur. nisi forte tuba se-
xtus casus intelligatur. Paulus. σαλπίσει γάρ. & continenter subiungit καὶ νεκροὶ,
& mortui. ¶ Oportet enī corruptibile hoc: īduere incorruptibilitatē/ et quæ sequūtur:
¶ Cū Paul9 hoc subiūgit: declarare videtur quid dixit/ īmutabimur. Q2 si reprobi īcor
ruptibilitatem induunt: immutantur. ¶ Vulgata ædítio. Deo autem gratias. Dicendū
gratia/ recto singulari. esto: ītelligatur verbū aut sit. Paulus. τῷ δὲ θεῷ χάρις. Vulga
ta ęditio. Stabiles estote & immobiles. ¶ Absq; copulatiua coniunctione profert Pau
lus. Sed id forte: notatu idignū iudicabit. Paul9. ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι.

EXactis altioribus mysterijs/familiariora prosequitur apostolus/ de clee
mosynis faciēdis in pauperes sanctos qui erant in Hierusalē/ nichil ha-
bētes propter Christum.immo qui quę haberent:in charitatis opera cō
tinuo prouide ad finem vsq₃ dispensarant.Qui opera charitatis faciunt:
emulantur dei prouidentiam misericordiam/gratiam/benedictionem.
Prouidētia: dei commune omnium & singulorū singulum bonum est.
quod sic omnibus & cuiq₃ dispensat deus: vt simul omniū & singulatī
singulorum gerere curam nutrifice videatur.Quod & misericordia ideo
dicitur:ꝙ quæq₃ creatura sic de se indiga est/vt protinus deficeret/nisi misericordia/illi
indigentiæ subueniens eam sustentaret.Gratia dicitur:quia non debitum/ sed pure di-
uinæ liberalitatis est donum. Benedictio:quia dei benedictione omnia abundant/ om-
nia hilarescunt/ & omnis tollitur indigētia. hic qui misericordiæ operibus inuigilant:
prouidi misericordes/liberales & benedicti dicuntur/ diuina sortientes per imitationē
nomina. Qui vero habēt vnde possint & non faciunt: quid aliud appellabimus q̄ impro
uidos/diuinæ prouidentiæ simulacrum contemnētes/ imisericordes/auaros/ & male-
dictos/maledictionisq₃ filios.At inquiunt:improuidi non sumus.prouidemus enim no
bis magis:cæteris hominibus. At prouidentia dei non ideo dicitur/ ꝙ deus sibi quicq̄
prouideat:sed alijs.Itaq₃ quam auari vocant prouidentiam:non est prouidentiæ simu-
lacrum sed oppositum/ non commune sed proprium respiciens bonum. non igitur
prouidentiam habent:neq₃ prouidi sunt. Vt igitur hæc sancta in alios operatio/ opus
prouidentiæ imitatur:Paulus eam cōmunionem vocat/vt capite 15 epistolæ ad Rho-
manos præcedentis libri visum est.& vt hic:conuentum siue collectionem.vt dei mise-
ricordiā: elcemosyna id est misericordia nominatur.vt apud Lucam. Δότε ἐλεημο-
σύνην.καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.date eleemosynam:& ecce omnia mun
da vobis sunt.Vt diuinā imitatur liberalitatem:gratiæ nomen sortitur. vt & in hoc ca
pite vocat Paulus. Vt dei benedictionem: vocat Paulus capite secundo ad Corithios
eulogiam/id est benedictionem.Tātum igitur opus:tam sācta sortitur nomina. Quod
124 quo pacto cōmodius facere possēt Corinthij: exēplo Galatiarorū eos prouocat dicēs.
¶De collectione autem quæ fit in sanctos: sic & vos facite quemadmodum ordinaui
ecclesijs Galatiæ. Quisq₃ vestrum per vnam sabbatorum/ apud se ponat thesaurizans
quodcūq₃ cōmode potest:vt non tunc cum veniam collectiones fiant.cum autem vene
ro:quoscūq₃ probaueritis per epistolas/ illos mittam ad perferendam gratiam vestram
in Hierusalem. Qꝫ si dignum fuerit/vt ego proficiscar:mecum proficiscentur.Veniam
autem ad vos:cum Macedoniam pertransiero. Macedoniam enim pertranseo. apud
vos autem forte permanebo/aut etiam hyemabo:vt vos me comitemini quocūq₃ pro-
ficiscar. Nolo enim vos modo in transitu videre. spero autem tempore quodam apud
vos permanere:si dominus concedat.manebo autem Ephesi:vsq₃ pentecosten. Nā ia-
nua michi magna aperta est & efficax:& aduersantes multi.¶Ecce q̄ familiariter pre-
cordia mētis suæ Corithijs aperit apostolus.qđ ē charitatis indiciū:qua in omnes ho-
125 mines propter deum Paulus feruebat.Nunc piam solicitudinem quam pro Timotheo
discipulo suo & cooperatore in euangelio Christi habebat:aperit dicens.¶Si autē ve-
niat Timotheus:videte vt secure sit apud vos. Nam opus domini operatur:vt & ego.
ne quisq̄ igitur illum nichilipendat.sed conducentes/præmittite eum in pace:vt veniat
ad me.præstolabor enī eum:vna cum fratribus. ¶Hæc de Timotheo.Nunc de Apol-
lo eloquente viro/& verum Christi zelum habente/quē requirebant Corinthij: scribit
126 impedimentorum eius excusationem/in aliud tempus aduentum eius/deo permittēte/
promittens.Sic de eo inquiens.¶De Apollo autē fratre. Multis adhortatus sum eum/
vt vna cum fratribus proficisceretur ad vos:sed omnino non fuit volūtas/ vt nūc iret/
ibit tamen cum bene oportunum fuerit. ¶Cū igitur (ita disponente deo) ad eos com-
mode venire non posset Apollo:hortatur eos apostoli benignitas/de accuratiore vigi-
lantia/cautela ne cadant a fide/ vera magnanimitate/spirituali confortatione/ quæ a
127 Christo est/qui est robur firmamētum & fortitudo nostra/& de re omni in charitate fa-
cienda dicens.¶Vigilate.state in fide.viriliter agite.cōfortamini.omnia vestra:in di-
lectione fiant.¶Cōmēdat deinde Stephanam & Fortunatum Corinthios fideles/præ-
sentis epistolæ tabellarios:qui a Corinthijs ad apostolum literas pertulerant. quibus
quidem literis:in hac epistola/apostolica dignitate/ satisfecit.nos instruens: nunq̄ nos

128 essedebere ad officia imparatos.hæc igitur gratia eorum/sancta commendatio Pauli:
qui & nos erga deum commendare dignetur. ❡Obsecro autē vos fratres.Scitis domū
Stephanæ:q̄ sunt primitiæ Achaiæ.& q̄ vt ministrent sanctis: ordinauerunt se ipsos.
obsecro inquā vos:vt & vos subditi sitis talibus/& omni cooperanti/ & laboranti.Gau
deo autem in aduentu Stephanæ/Fortunati/ & Achaici : quoniam indigentiam meā
suppleuerunt.refocillauerunt enim spiritum meum: & vestrum . Cognoscite igitur eos
129 qui eiusmodi sunt. ❡Subnectit salutationē ecclesiarum Asiaticarū/ & ex nomine Acy-
læ et Priscillæ vxoris eius/ & sua manu propria salutationem:dicēs. ❡Salutant vos ec-
clesiæ Asiæ. Salutant vos plurimum in domino Acylas & Priscilla : cum domestica
sua ecclesia.Salutant vos fratres omnes.Salutate inuicem in osculo sancto.Salutatio:
mea manu Pauli.Si quis non amat dominum IHESVM CHRISTVM:esto anathe-
ma maran atha.Gratia domini nostri IHESV CHRISTI vobiscū. Dilectio mea cū
omnibus vobis in CHRISTO IHESV . Amen.Scripta Philippis/ missa per Stepha-
nam/Fortunatum & Achaicum. ❡Cum Paulus esset Philippis quæ in Macedonia ciui
tas est:in transitu (vt dixit) Macedonię/ex Europa transmisso Egeo petens Ephesum/
quæ sub Colophone in Asia/mari vicina ciuitas est : ex ecclesijs Asiaticis comites ha-
buit qui eum deducebant.habebat eum deducentes & Acylam & Priscillam . quorum
verbis inuitatus salutat Corinthios ex parte ecclesiarum quæ erant in Asia/& nomine
Acyle & Priscillæ. Admonet tamen Corinthios dilectionis Christi:quam qui non ha
bet:reprobus erit in die aduentus domini. quod syro sermone (authore Hieronymo)
expressit dicendo Maran atha/id est in aduentu domini.Ne igitur anathema id est exe
cratio & scandalum simus/cum mittet filius hominis angelos suos / & colligent de re-
gno eius omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatem / & mittent eos in caminum
ignis:rogemus eum vt infundat nobis suam charitatem.Nos autem quātum in nobis
est & nostram adiuuat infirmitatem : demus ei & gloriam & honorē & gratiarū actio-
nem in sæcula sæculorum.Amen.
A ❡EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ❡Vulgata æditio . De collectis autē
114 quæ fiunt in sanctos. ❡Singulariter dixit Paulus:neq; verbum fiunt aut aliud expres-
sit.Expressum tamē nichil præiudicat.Paulus.περὶ Δὲ τῆσ λογίασ τῆσ ἐισ τοὺσ
ἁγίουσ. ❡Vulgata æditio.Per vnam sabbati. ❡Pluratiue dicitur sabbatorum. κατὰ
μίαρ σαββάτωρ.Et perinde est ac si dicamus per vnam diem septimanarum.Septi-
manas habuerunt Hebræi:quæ sabbata appellabant/a quiete.Nam in sabbato eorum
quieuit in sepulchro dominus . est enim dies quietis domini . Et christiani septimanas
habent:quæ & sabbata dicuntur.cuius prima dies resurrectione domini consecrata:do
minica dicitur.Debēt itaq; nominari dies:dominica/ secūda septimanæ/tertia septima
næ/quarta septimanæ/quita septimanæ/sexta septimanę: vltima septimanæ.At ritu ec
clesiastico per primā/secūdā/ tertiā/quartā feriā/& ita deinceps ad septimā vsq;.Verū ne
scio quis malus & gentilitius error obtinuit:vt excepta die domini & sabbato:cæteri a
dijs gentium adhuc nominentur.vt lunæ:a diana.martis:a dæmonio discordiarum i-
centore.mercurij ab impostore & pręsule furum.iouis ab eo quem iudęi belzebut prin-
cipem dæmoniorum appellant/sacræ literæ principem huius mundi & principem tene
brarum/quem dominus Ihesus eiecit foras.gentes autem summū deorum magna er-
roris impietate decepti/appellabant:quod in idem redit.Nam omnes dij gentium dæ-
monia.Veneris:a spiritu fornicationis.Quomodo igitur non pudet christianos his īfa-
mibus nuncupationibus nominare dies suos? Cur non docent publice qui administra-
tionem verbi habēt : quomodo oporteat eos nominari ? Cur Christianis/Publicis ędi-
ctis hoc non præcipitur/ & illud vetatur:vt ipleatur sermo qui dictus est peribit memo-
ria eorum cum sonitu? Quid audiuntur adhuc voces illæ:i quibus tam graue tam ipie
& iniuriose summa offensa est diuinitas ? Quid dicam q̄ adhuc sūt qui ex retentis no-
minibus/ gentili superstitione credūt adhuc dies illos:hunc a luna / illum a marte / &
ita de reliquis a quibus nominātur regi/& in eis/ & suis horis lunā/martem/ mercuriū/
venerem / aliquid habere potestatis ? Quid hoc est : nisi gentiles esse / & adhuc co-
lere solem/lunam/martem/mercurium/iouem/venerem/saturnum? At hic dices stellas
intelligunt.Idem error & eadem superstitio.Suas eni ij dæmones ementiebātur esse se-
des:& se per eas/terrena moderari.& ad cultū visibilis creaturę:homines prouocabāt/
contra creatorem. Facessat igitur ab omni mente fideli:hic impius error. Et in mensi-
bus:quid michi cum iano bicipiti/& fauno bicorni/cæterisq; laruis dæmonum/cū in-

feriis plutonis/cum manorte/cum aphrodite/cum atlantide maia. Vtinam & hi men-
ses a mysteriis Christi: nomina sortirentur. Primus mēsis: circūcisionis. Secūdus mēsis:
purificationis. Tertius: passionis. Quartus: resurrectionis. Quītus: ascensionis. Sextꝰ:
spiritus sancti. Nā in illis hęc mysteria Christi peracta sunt. Sed de his hactenus. ¶ Vul
A gata æditio. Nam Macedoniā pertransibo. ¶ Legendū pertranseo. Paulus. μακεδο-
124 νίαν γὰρ διέρχομαι. ¶ Vulgata ędītio. Ostium enim michi apertum est magnum &
C euidēs. ¶ In gręco: & efficax. Paulꝰ. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγεν μεγάλη καὶ ἐνεργής.
126 ¶ Vulgata æditio. Et vtiq; non fuit voluntas eius: vt nunc veniret. ¶ Legendum po-
tius & omnino non fuit voluntas: relatiuum eius abundat. Paulus. καὶ πάντως οὐκ
C ἦ θέλημα, ἵνα νῦν ἔλθῃ. ¶ Vulgata æditio. Cum ei vacuum fuerit. ¶ Accōmoda-
127 tius: cum bene oportunū fuerit. Paulus. ὅταν εὐκαιρήσῃ. ¶ Vulgata æditio. Omnia
enī vestra in charitate fiāt. ¶ Particula enī abundat. neq; hic quicq̄ cōfirmare videtur
C apostolus / sed potius præcepta dare. Paulus. πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.
128 ¶ Vulgata æditio. Nostis domū Stephanæ / & Fortunati & Achaici. ¶ Hoc in loco.
Fortunati & Achaici superuacanea sunt. Paulus. οἴδατε τὴν οἰκίαν στεφανᾶ. & cō-
tinuo subiūgit. ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας. ¶ Vulgata æditio. Gaudeo autem in
præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici. ¶ Ecce locus vnde hæc tria virorum no
mina in præcedenti loco in latinis codicibus iunxerunt. etsi vt dictum est in nullis co-
dicibus græcis iuncta illo in loco inueniantur. Et quod hic dicitur in aduentu: ęque di
ci potest in præsentia. nam hic vocabulum græcum anceps est ad vtrumq; significan
dū. & siue hoc/siue illo modo dicatur/semper intelligētia bona est. Paulus. χαίρω δὲ
ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ στεφανᾶ καὶ φορτουνάτου καὶ ἀχαϊκοῦ. ¶ Vulgata ędītio.
Quoniā id quod vobis deerat. ¶ Quod ex veteri iterprete hic dicitur qđ vobis deerat/
potius dicēdū esset: prima persona nobis q̄ secūda vobis. Paulus tamen singulariter lo
D quitur. ac si diceremus iuxta veterem interpretem quoniam id quod michi deerat. Pau
129 lus. ὅτι τὸ ὑστέρημά μου. ¶ Vulgata æditio. Salutant vos ōnes ecclesiæ Asiæ. ¶ Om
nes: superfluū. Paulus. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς ἀσίας. ¶ Vulgata
æditio. Salutant vos in domino multum Aquila & Priscilla/ cum domestica sua eccle-
sia: apud quos & hospitor. ¶ Particula apud quos & hospitor: superfluit. Paulꝰ. ἀσπά-
ζονται ὑμᾶς ἐν τῷ κυρίῳ πολλὰ, ἀκύλας καὶ πρίσκιλλα σὺν τῇ κατ' οἶκον
αὐτῶν ἐκκλησίᾳ. Et cōtinuo subiungit/ salutāt vos fratres omnes. Et apud græcos
subscriptio habetur. Scripta Philippis. Missa per Stephanā/ Fortunatū/ & Achaicū.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI PAVLI
SECVNDO LIBRO QVI EST EPISTOLAE PRIMAE AD
CORINTHIOS EXPLETO: DEO PATRI ET SPIRI-
TVI SANCTO PER IHESVM CHRISTVM
DEVM ET DOMINVM NOSTRVM/ INITII/
PROCESSIONIS / ET FINIS BENI-
GNISSIMVM INDVLTOREM
VNI DEO INCOMPRAEHEN-
SIBILI ET IMMENSO
GRATIAE SINT PER-
IMMENSAE
AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAV. APO. LIBER TER
1 TIVS/ QVI EST IN SECVNDAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS CAP. I

IN hac secũda ad Corithios epistola: fãctã præ-
mittit Paulus (vt solet) salutationẽ/ dicẽs. ¶Pau
lus apostolus IHESV CHRISTI per volunta
tem dei/ & Timotheus frater: ecclesiæ dei quæ
est Corinthi/ cum sanctis omnibus qui sunt
in vniuersa Achaia/ gratia vobis & pax a deo
patre nostro/ & domino IHESV CHRISTO.
¶Hac sancta & spirituali salutatione posita:
2 gratias de prosperis & aduersis/ pressuris & cõ-
solationibus/ cum suis/ tum Corithiorum/ agit
deo/ dicens. ¶Benedictus deus/ id est pater do
mini nostri IHESV CHRISTI/ pater misera-
tionum/ & deus omnis consolationis: qui cõso-
latur nos in omni pressura nostra. vt possimus
& nos consolari eos/ qui in omni pressura sunt.
per consolationem/ qua ipsi consolamur a deo:
quia vt abundant passiones CHRISTI in no-
bis: sic p CHRISTVM abũdat & cõsolatio nostra. Siue aũt premimur pro cõsolatione
vestra & salute/ siue cõsolamur pro vestra consolatione quæ fit in tolerantia earum pas
sionum quas & nos patimur: etiam spes nostra firma est pro vobis. sciẽtes ꝙ quemad-
modum participes estis passionum: sic & consolationis. ¶In duobus imitamur Chri-
stum deum nostrum/ & regem nostrum. Primum in tolerandis passionibus/ id est pressu-
ris & tribulationibus pro nomine eius/ & id cum gaudio. alioqui non imitaremur eũ:
qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem/ confusione contempta. Secundo cũ a pres-
suris liberamur/ aut non assunt: tota animi deuotione ferimus eũ qui liberat nos & cõ
solatur nos. qui neq; cum assunt dura & aduersa: deserit. neq; cum non assunt: despicit.
gaudentes ꝙ pressuræ nostræ aliis sunt ad salutem: eos patientiæ exemplo formantes.
gaudentes & ꝙ liberationes & cõsolationes nostrę: aliis ad consolationẽ sunt. imo nõ
solum in pressuris nostris & consolationibus nostris a deo/ gaudere debemus: sed & in
pressuris sanctorum gaudere/ ꝙ domini nostri passiones cum patientia imitentur/ hoc
scientes quia & consolationem a deo recipient/ gaudere inquam de consolatione eorũ
futura. O vita gaudiorum plenissima/ quæ neq; auferunt tristia/ neq; molliunt leta/ vita
fœlix/ vita desyderanda: quam & Paulus in pressuris suis & consolationibus ex pressu
rarum liberatione habebat. quam & augebant pressuræ sanctorum/ & consolationes
3 sanctorum/ id est in rebus tum mestis tum secundis imitationes Christi. Et de suis pres-
suris & liberationibus earum id est consolationibus a deo subiungit Paulus. ¶Nolo
enim vos latere fratres de pressura nostra/ quæ illata est nobis i Asia: quia excessiue gra
uati sumus supra vires/ adeo vt nos tederet vitæ. quinimo ipsi ad nos ipsos habuimus
denũciationẽ mortis: vt nos in nobis nõ cõfideremus/ sed in deo qui suscitat mortuos/
qui ex tali morte nos eruit atq; liberauit. i quo sperauimus: ꝙ & adhuc liberabit cõsup
plicantibus & vobis in oratione pro nobis. vt de dono ex multis personis in me colla-
to: per multos/ gratiarum actiones fiant pro vobis. ¶Deus in nobis charitatem amat:
et si in vno/ maxime in multis et amat et exaudit. Ideo Paulus preces eorum in cõmu-
ni pro se ad deum eflagitat: vt ob donum quod ex precibus multorum consequetur ad
vtilitatem eorum et aliorum/ multæ gratiarum actiones fiant erga deũ pro iis qui pre-
cibus suis id a deo obtinuerũt. Non vult enim rerum dominus seruos habere inuidos:
sed mutua dilectione se inuicem prosequentes/ et vnum pro omnium/ et omnes pro vni-
us salute supplices esse erga dominum et solicitos. tunc et vnus de bono omnium erga
dominũ/ seruitio gloriatur: et õnes de vno. tũc quisq; in se ipso gaudet/ exultat gloria-
tur/ nõ simulate/ nõ ficte/ nõ dupliciter seruire domino suo: sed in simplicitate et secũdũ
volũtatem domini sui. Immo in hoc maxime gloriatur: ꝙ dominus suus eum adiuuit/
4 ꝙ gratiã suã ad hũc i modũ seruiendum ei infudit. & non sibi hanc bene seruiendi glo
riam tribuit: sed gratiæ domini sui. Quapropter subiungit Paulus. ¶Gloriatio enim
nostra hæc est/ testimoniũ conscientiæ nostrę: ꝙ in simplicitate & syncęritate dei nõ in
sapientia carnali sed in gratia dei conuersati sumus in mundo/ abundantius autem er

ga vos. Non enī alia scribimus vobis: q̄ aut quę legitis/aut etiā cognoscitis. spero autē:
q̄ & ad finē vsq; cognoscetis. vt et nos partim cognouistis/ q̄ gloriatio vestra sumus:
vt et vos nostra in die domini IHESV. ¶ Hanc simplicitatem et syncœritatem in qua
testimonio conscientiæ gloriatur Paulus: non suam dicit/ sed dei simplicitatem et syncę
ritatem/ id est dei dono et beneficio sibi collatam. Et q̄uis vbiq; dei donum eū comita
retur: abundantius tamen id cōsecutus est cum esset apud Corinthios. vt & in hoc ma-
gis gloriari possit erga deum pro Corinthijs: & Corinthij pro Paulo erga deum/ q̄ ille
ipsorum gratia instituendorum/ maiores a deo consecutus sit gratias q̄ cum apud alios
fuerit/ et si apud omnes magnas consecutus sit gratias. Hac fiducia motus/ fiducia in-
quam maioris gratiæ ad eos illuminandos percipiendæ: voluit secundo venire ad Co-
5 rinthios/ sed ita ordinante spiritu sancto/ nō protinus executus est quod proposuerat.
Quod & ipse eis testatur dicēs. ¶ Et hac fiducia fretus: volui prius venire ad vos vt se-
cundam gratiam habeatis/ & per vos transire in Macedoniam/ & rursus a Macedonia
redire ad vos & a vobis deduci in Iudæam. ¶ Verum id non fecit: sed vt in vltimo ca
pite præcedentis epistolæ habetur/ Corinthijs dimissis/ trāsijt per Macedoniam & a Ma
cedonia nauigauit in Asiam/ vbi multas perpessus est ad mortē vsq; erūnas/ vnde ad
Corinthios se recepit. Sed nonne cum voluerit prius ad eos venire/ & non venerit: le-
uitatis est arguendus? aut duplicitate carnali ducitur/ vt sit in sermone eius carnalium
more: eiusdem nunc affirmatio/ nunc negatio? Nequaq̄ ita est. In iis siquidem qui spiri-
6 tu dei aguntur: ratum est quicquid deliberatur/ quicquid promittitur/ sed secundum spi
ritus voluntatem/ illud executioni mādatur. Qua in re addit Paulus. ¶ Hoc igitur de-
liberans: nonne leuitate sum vsus? aut quæ delibero/ secundum carnem delibero: vt sit
apud me etiam etiā & nō nō? Fidelis autem deus/ q̄ sermo noster ad nos nō fuit etiam
& non. Nam dei filius IHESVS CHRISTVS qui in vobis per nos prædicatus est/
per me scilicet/ Siluanum & Timotheum: non fuit etiam & non/ sed etiam in eo fuit.
Nam quotcūq; promissiones dei in eo: sunt etiam. & in eo: amē per nos ad gloriā deo.
¶ Etiam: affirmationis nota est. Non: negationis. Amen: cōfirmationis. Sermo igitur
iste. sermo noster ad vos nō fuit etiā & nō: perinde ē ac si dicamus sermo noster ad vos/
non fuit eiusdem affirmatio & negatio. Et id: sed in eo etiam fuit/ sed in eo/ in filio dei
affirmatio fuit. Id præterea quotcunq; promissiones in eo: sunt etiā quotquot sunt pro-
missiones in filio dei: certitudines sunt/ & affirmationes. Item id/ & in eo/ amen per nos
ad gloriā deo/ & in filio dei promissionum cōfirmatio est per nos ipsi deo ad gloriam.
Q; si per eos confirmantur promissiones dei ad gloriam deo: deus est qui eos cōfirmat/
qui gratia spiritus sancti inungit/ qui eos spiritu sancto signat. Quomodo igitur leuita-
7 te vterentur? Quomodo secundum hominem deliberarent? Quomodo nunc vnum af-
firmarent & statim negarent? Subiungit itaq; Paulus. ¶ Qui autem confirmat nos vo
biscum in CHRISTO & qui vnxit nos/ deus est: & qui signauit nos/ & dedit arrabonē
spiritus in cordibus nostris. ¶ Et nunc cur ad eos non descenderit priusq; Macedoniā
ingrederetur: causam subdit. Quia magis eos afflixisset præsens/ ob dissensiones quæ
subortæ erant: & ob nefarium & monstrosum incestum præuigni & nouercæ/ qui inter
eos contigerat. absentia autem melius & sedatius/ cumq; minori eorū perturbatione/
molestia ac tristitia: omnia etiam temperauit. nam tunc oportuisset eum venire in vir-
ga: ipse vero in spiritu lenitatis & mansuetudinis venire optabat. spiritum enim dei ha
8 bebat: qui lenis est/ & mansuetus. Hāc igitur hoc pacto causam subdit Paulus/ dicens.
¶ Ego autem testem deum inuoco in anima mea: q̄ parcens vobis/ non iterum veni
Corinthum. nō q̄ dominamur fidei vestræ/ sed cooperatores sumus gaudij vestri: quia
fide statis. ¶ Non dicit parcens vobis nolens vobis molestus esse/ non hoc inq̄ dicit:
quia velit dominari Corinthijs aut fidei eorum (serui enim Christi erant & ipse conser
uus) sed id dixit: quia velit cooperari gaudio omnium potius q̄ tristitiæ. & ipse quoq;
congaudet: quia stabiliter Christo fidem seruāt. Quam nobis Christus dominus ita sta
biliter seruare dignetur: vt per eam/ gaudio percepto æterno/ nunq̄ a laude eius & gra-
A tiarum actione cessemus. Cui debitus est omnis honor in sæcula sæculorum.
2 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Vt possimus & ipsi
consolari eos/ qui in omni pressura sunt: per exhortationem qua exhortamur et ipsi a
deo. ¶ Dicere potuit vetus interpres: per consolationem/ qua cōsolamur & ipsi a deo.
Nam quod hic inferius exhortationem et exhortamur dicit: paulo ante consolationē
et consolari vertit. par igitur erat: vt eadem verba in Paulo et in cōsequenti sermone/

eandem seruarent interpretationem. Paulus. εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς
ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ
θεοῦ. Et sacrarũ scripturarũ vsus habet: nũc verbi consolor actiua significatione vti/ vt hic
qui consolatur nos in omni pressura nostra/ nũc passiue aut neutraliter/ vt beati qui lugent/
quoniam ipsi cõsolabũtur. Si cui tamen sermo nõ placeat per consolationẽ qua ipsi cõsola-
B mur a deo: cõuertat sermonẽ ac dicat/ qua nos cõsolatur deus. Sed hæc: certainẽ grãmaticũ
2 continẽt. ¶ Vulgata æditio. Sic eritis & cõsolationis. ¶ Nullũ hic verbum habetur in Pau-
lo: & æque præsens vt futurũ intelligi potest. ac si diceret. scimus ꝙ quẽadmodum participes
estis passionũ: sic estis & consolationis. & sicut cõsolatur nos deus in omni pressura nostra:
sic & vos cõsolatur deus in afflictionibus vestris. non enĩ hic eam consolationẽ respicit/ quæ
præsentẽ sequitur vitã: sed quæ est pressurarũ huius mũdi comes. Paulus. οὕτως καὶ τῆς
B παρακλήσεως. ¶ Vulgata æditio. Quæ facta est in Asia. ¶ Dicendũ quæ facta est nobis
3 in Asia. Deestq́; vocabulũ nobis. Paulus. τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν ἀσίᾳ. ¶ Vulgata ædi-
C tio. Qui de tantis periculis nos eripuit. ¶ Potius: qui de tali morte. Paulus. ὃς ἐκ τηλικού-
3 του θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς. ¶ Vulgata æditio. In quem speramus. ¶ Per præteritum
dicẽdum sperauimus. Paulus. εἰς ὃν ἠλπίκαμεν. ¶ Vulgata æditio. Adiuuantibus & vo-
bis in oratione pro nobis. ¶ Dici potest cõseruiẽtibus/ siue cõsupplicantibus & vobis. Pau-
lus. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. ¶ Vulgata æditio. Vt
ex multarum personis facierum eius/ quæ in nobis est donationis/ per multos gratiæ agan-
tur pro nobis. ¶ Potius vt ex multis personis: ob id quod in nobis est donum/ per multos
gratiarũ actiones agantur pro vobis/ hic in fine per secũdam personã. Paulus. ἵνα ἐκ πολ-
λῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ὑμῶν.
C ¶ Vulgata æditio. Nã gloria nostra hęc est testimoniũ cõsciẽtię nostræ. ¶ Pot⁹ dicẽdũ. Nã
4 gloriatio nostra. ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστίν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσε-
ως ἡμῶν. Verũtamẽ vt alias ãnotatũ ẽ & ĩfra videbiť ferme duo hęc nomia δόξα & καύ-
χησις ĩsup & καύχημα solet vet⁹ ĩterpres ꝓ eodẽ cõfũdere. qđ ne faciam⁹: gloriã & glori
C ationẽ ꝓ diuersis ponim⁹. ¶ Vulgata æditio. Q̃ quæ legistis & cognouistis. ¶ Per præsẽs
4 dici potest: legitis aut etiã cognoscitis. Paulus. ἀλλ᾽ ἢ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγι-
νώσκετε. ¶ Vulgata ędítio. In die dñi nostri IHESV CHRISTI. ¶ In Paulo id dũtaxat:
D in die dñi Ihesu. Paulus. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. ¶ Vulgata æditio. Vt sit apud
6 me est & nõ. ¶ Dici potest etiam etiã/ & non nõ. Nã duas particulas vnã affirmãdi/ alterã
negandi hic ponit Paulus/ & vtrãq́; geminat. vna: affirmationem designat. altera: negatio-
nem. quas iuramentum prohibens: iubet saluator assumendas. Paulus. ἵνα ᾖ παρ᾽ ἐμοὶ τὸ
ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ. ¶ Vulgata æditio. Quotquot enim promissiones dei sunt: in illo est.
¶ Vt dictum est: vbicunq́; in hoc loco vetus interpres ponit est/ possumus ponere notam af-
firmationis etiam. Sed adhuc sermo relinquitur ambiguus: an in ipso monstret etiam/ an
referat dei filius. Potius intelligitur referre dei filius ex superiori sermone/ quo dicit apo-
stolus: non fuit in illo/ etiam & non/ sed etiam in illo fuit. Certum est hic particulas illas/
nominatiuorum locum tenere quod designatur articulo τὸ quem Paulus eisdem adiecit/ &
illo referre filium dei. Quare æquius videtur vt in sequentibus/ ipso: semper referat filiũ dei.
Et particulæ illæ nominatiuorum occupare locum intelligantur: & subaudiatur verbum est/
aut sunt accommode. Paulus. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ, τὸ ναί. ¶ Vul-
gata æditio. Ideo & per ipsum amen deo ad gloriam vestram. ¶ Ideo superfluit: & dicen-
dum in ipso: amen. vbi ipso: refert filium dei. Et amen: confirmationis laudis/ gratiarũ actio-
nis dei/ aut alicuius similium nota est: vicem etiam nominatiui gerens. Et non dicendum
ad gloriam vestram/ sed ad gloriam per nos. Et hæc litera Pauli propter particulas has in-
declinabiles loco declinabilium insertas/ obscura est: nisi quis attentius intelligẽtiæ inuigi-
let. Paulus. καὶ ἐν αὐτῷ, τὸ ἀμὴν τῷ θεῷ, πρὸς δόξαν δι᾽ ἡμῶν.

CAP. II

PArcens Paulus tristitiæ Corinthiorũ/ ad eos nõ venerat: & adhuc proponit ad
9 eos se nõ vẽturũ cũ suus tristis esset aduẽtus/ sed cũ omniũ cõmunis erit letitia.
Et eos ꝙ per epistolã cõtristauerit: cõsolať/ dicẽs. ¶ Decreui autẽ apud meipsũ
hoc: nõ rursus in tristitia ad vos venire. Si enim tristitia afficio vos: & quis est
qui michi letitiã affert/ nisi is qui a me tristitia afficitur? Et hoc ipsũ scripsi vo-
bis: ne veniẽs tristitia afficiar ab ijs/ a quibus me gaudiũ percipere oportebat/
confidẽs in õnibus vobis, quia meũ gaudiũ: omniũ vestrũ est. Nam ex multa
pressura & angustia cordis/ scripsi ad vos per crebras lachrymas: non vt triste-
mini/ sed vt dilectionẽ cognoscatis/ qua vberãtius erga vos afficior. ¶ Fatetur aliquos se cõ
tristasse: sed eos a quib⁹ maxime cupit letitiã percipere. cũ enĩ ij qui sancto sunt proposito &
dilectione dei pleno (qualis erat Paulus) aliquos cõtristant/ aliquos corripiunt: ad hoc ipsũ

respiciūt/vt cōtristati se emendēt/& deo sint fideles. Q2 si ij emendātur/ mores mutāt/ & in
melius proficiūt:illi/in gratiarū actiones erga deum erūpētes/ maiore letitia afficiūtur q̄ ex
eorum errore/tristitia afficiebātur. Oportet enim hanc nouam leticiā/ vt superiorē & effica-
ciorem:præcedentē pellere tristitiā. Etenim Paulus cōtristatus fuerat: sed ne omnes Corīthij
10 putarēt se cōtristasse Paulū/& aliquo inde mœrore cōficerētur/subiūgit nō oēs eū cōtristasse/
sed nōnulli errātes/& is maxime qui nefandū admiserat adulteriū/ atq; dicit. ¶Si qs autē
tristitiā intulit/ nō me tristitia affecit nisi ex parte/ne videar vos ōnes ouerare. sufficit ei qui
talis est/increpatio illa: quæ a pluribꝰ illata est. Quare ecōtrario:potius vos donate ei & cō
solamini eū.ne quo pacto q talis est/abūdātiore tristitia cōficiatur. Propter qđ obsecro vos:
resumite dilectionē erga ipsū. ¶Magna Pauli benignitas/& spūs sancti (qui benignus & su
perbenignus est) in eo habitātis signū:orat pro eo/a quo cōtristatus fuerat: & a quo cōmu-
nitas/id est Corinthiorū ecclesia scādalizata.orat inquā vt ei dimittatur ab ōnibus: vt cōso-
latione iuuetur/vt vigilēt attente ne ex nimia tristitia in mortē aut desperationē incidat/sed
effusiorē ex pœnitētia ostendāt in eū charitatē. Peccatū eius cōtegit/ quasi ante deū deletū
sit:neq; quod fuit/nominat.instruēs nos: qua charitate esse oporteat/ erga eos qui delictorū
pœnituerūt. Quo modo eni ea peccata quæ deꝰ remisisse/ texisse/deleuisse se dicit/ nō se am-
plius eorū recordari:tu infœlix homo peccatis proprijs vt catenis onustus/deteges/recorda
beris/īproperabis? & nouā ex nomine illius & improperatione tristitiā ei ingeres/super quo
angeli in cœlo gaudiū maius habuerūt q̄ super nonagita nouē iustis qui pœnitētia nō egēt?
Noli igitur qđ factū est:amplius vnq̄ aut nomīare/aut īproperare. sed rursus amplectere in
eū dilectionē:aut etiā adauge. At & nunc Paulus per obedietiā illā quā apostolo Christi de-
bent/qui & Christi personā repræsentat/vt regis legatus/regē:per eam igitur obedientiā pe-
tit/vt cōdonēt & parcāt ei/vt cōsolentur eū/& solita charitate prosequātur.ne si indignatio-
nem seruāt:per zeli similitudinē circūueniātur a sathana/nō dimittēdo ei. cui ipse in persona
Christi/imo Christus in eo dimisit. Astutia eni diaboli aliquādo est zelū/bene quidē & sācte
cęptum/in aliquibus amplius q̄ par est fouere:vt zelo qui speciē boni habet/impediat chari-
tatem.quæ & superius bonū est:& nobis arctius præcepta. Zelus enim bonus:qui misericor-
dia/ benignitate/& dilectione cōcluditur/& diuini zeli emulus. sed malus in perseueratione
& qui in fine dei placabilitatē nō imitatur. Et per huiusmodi zelum astutia sathanæ multos
11 irretit:qui se deo placere putant/cum in hoc non placeant. Quo modo enim in eo placerent:
in quo deo dissimiles sunt/ qui multus est ad ignosceudum? Proinde subdit Paulus. ¶Ad
hoc enim etiam scripsi:vt periculum vestri faciam/si in omnibus obsequentes estis. cui autē
quippiam condonatis: & ego. Nam & ego si quippiam alicui cōdonaui/ ei condouaui pro-
pter vos in persona CHRISTI/vt nou circūueniamur a sathana. non enī mentis eius astu-
tias ignoramꝰs. ¶Posteaq̄ igitur de indiscreta retentione diuturnioris indignationis & ze-
li/ quæ astutia serpentis ad illaqueandas animas fieri solet / eos admonuit: nunc aperit se
Troadem petijsse quæ maritima vrbs est Asiæ/ sperans se Titum reperire. Quo non inuēto:
tristitia affectus/istinc nauigauit in Macedoniam/ & celebre nomen Christi per eum & Ti-
mothæum vbiq; fieri. Et hoc: quia in syncæritate dei prædicant/ nichil sui admiscentes/ ex
deo loquentes/ & coram deo.nam nulli alij/ad victoriam & triumphum prædicando nomē
dei/obtinendum:sunt idonei. Ideo & reijciendi sunt & despiciendi: qui humano ingenio ad
quæstum prædicant verbum dei. Nam eiusmodi in syncæritate dei non prædicant: neq;
12 vt aute deum/sed vt ante homines. & cauponatores sunt verbi dei porius q̄ verbi dei præ-
dicatores. Dicit enim hoc pacto Paulus. ¶Cæterum cum venissem Troadem ob euangeliū
CHRISTI / & porta michi aperta esset iu domino: non habui requiem spiritui meo/ quia
Titum frattem meum non reperi. sed valefaciens eis: profectus sum in Macedouiam. Deo
autem gratia sit:qui nos semper triumphare facit iu CHRISTO. & qui odorem cognitio-
nis suæ manifestat per nos in omni loco. Quoniam CHRISTI bonus odor sumus deo: in
ijs qui saluantur/& in ijs qui pereunt. In his quidem odor mortis ad mortem/ in illis vero
odor vitæ ad vitam.& ad hæc quis sufficiens? Non enim sumus (vt multi) cauponātes ver-
bū dei:sed tanq̄ ex syncæritate/ sed tanq̄ ex deo/in conspectu dei/ in CHRISTO loquimur.
¶Non enim Paulus/& apostolici viri ex seipsis prædicabaut/ inuētiotiibus nouis studētes/
& frigidi capitis insomnijs innitentes/ vt nouitate populum detinerēt: sed quæ dominus
Ihesus eis infundebat prædicanda. Non ex seipsis vincebant: sed deus in ipsis pariebat
victoriam. ipse per eos cognitionem suam manifestabat mundo: vt citharedus per citharā/
artem suam.vt thymiama per acerram:suaueolentiam suā/ odorem quidem deo bonum &
suauē/sed electis ad vitā/reprobis autem ad mortē. nō quidē quia de se ad mortē sit: sed quia
odorē illū nō recipiebāt/& reijciebāt receptū. nā de se oibꝰ erat ad vitā: magis q̄ placida (cū
vernū tēpus est) zephyri spiracula oēs viuificāt plantas/quæ suauē flatū illū recipiunt. Ergo

odorē illū Christi ōnisaluificū nō reijciamus/sed aspitem9/teneam9/charitate vt diuino fla-
A bello foueamus/ex quo vitā percipiētes: Christo dño vitæ authori gr̄as exoluam9 perēnes.
¶EXAMINATIO nonnullorū circa literā. ¶ Vulgata æditio. Vt nō cū venero tristitiā sup
9 tristitiā habeā. ¶ Superfluit super tristitiā. Paulus. ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω. ¶ Vulga-
B ta æditio. Vt cōfirmetis in illū charitatē. ¶ Dici potest adipiscamini ad eū charitatē. Paul9.
10 κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. ¶ Vulgata æditio. Non enī ignoram9 cogitationes eius.
C ¶ Dici potest: intelligētias/cōsilia/ mētisue astutias. Et vetus interpres qđ hic vertit cogita-
11 tiones: capite quarto huius īterpretatur mētes/vbi dicit. deus hui9 sæculi excęcauit mentes
C infideliū. Paul9. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. ¶ Vulgata æditio. Cū venissem
12 autē Troadē propter euāgeliū CHRISTI. ¶ Videtur dicendū in euāgelio Christi/id est an-
nunciās euāgeliū Christi. Paul9. ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν τρῳάδα, εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ
D χριστοῦ. Nichil etiā refert: si interpretetur ob euangeliū Christi. ¶ Vulgata æditio. Deo autē
12 gratias qui sēper nos triūphat in CHRISTO. ¶ Legēdū gratia recto casu singulari. Paul9.
τῷ δὲ θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν χριστῷ. ¶ Vulgata æditio.
Et ad hæc quis tam idoneus? ¶ Tā superfluū est. Paulus. καὶ πρὸς ταῦτα, τίς ἱκανός;
¶ Vulgata æditio. Sicut plurimi/adulterantes verbū dei. ¶ Dici potest multi cauponantes.
Paul9. ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. Id enī καπηλεύω. ver-
bum designat: quod cauponā tenere/quod tabernariorum more vendere. CAP. III

AT cum dixit Paulus/non enī sumus (vt multi) cauponātes verbū dei: sed tanq̄ ex syncæritate/sed tanq̄ ex deo/ in cōspectu dei/in Christo loquimur/ dicet forte quispiā/hæc dicēs Paulus/seipsum cōmēdare incipit/ se laudare/ se efferre. Nequaq̄ ita est: sed apertā & syncærā veritatē dicit/ nō sibi sed deo tribuens honorē. Deo quidē: qui per ipsum & asseclas eius operabatur. Et q̄ se cōmendāt: ignotis/& aliorū notorū implorato fauore/se cōmendāt. Igno tus enī nō erat Paulus Corinthijs/neq̧ Corinthij Paulo: quos tanq̄ episto- lam/et cordi quidē proprio inscriptos habebat. sic eos arcta et intima cordis dilectione prosequebatur. & quorū mentes doctrina spūs sancti inscripserat/ neq̧ alieno (vt eis cōmendaretur) egebat suffragio. se autē laudare/se efferre/ carnaliū & inaniū hominum
13 est/& qui absq̧ spū dei sunt. Non igitur se cōmendat: & tanto minus se laudat/aut effert. Et
ideo dicit. ¶ Incipimus rursum nosmetipsos cōmendare? Aunne egemus (vt nōnulli) cōmē-
daticijs epistolis ad vos: aut cōmendaticijs a vobis? Epistola nostra vos estis/ scripta ī cor-
dibus nostris: quæ cognoscitur & legitur ab ōnibus hominib9/q manifestamini/q̧ estis epi-
stola CHRISTI/subministrata a nobis/scripta nō atramēto/sed spū dei viuētis/ nō in tabu-
lis lapideis/sed in tabulis carneis cordis. ¶ Ecce igitur quo modo nō cōmendationis gratia
14 superiora verba protulit: quæ carnaliter intelligētes īpingere possint tanq̄ ad cōmēdationē
propriæ personæ dicta. Sed qua fiducia ea dixerit: aperit/dicens. ¶ Confidentiā autē talē ha-
bemus per CHRISTVM: ad deū. nō q̧ sufficiamus ex nobisipsis aliquid cogitare/ tanq̄ ex
nobisipsis: sed sufficiētia nostra ex deo est/ q & suffecit nos ministros noui testamēti/ nō lite-
ræ/sed spūs. ¶ Fatetur ingenue ex se nō sufficere aliquid cogitare/ sed sufficiētiæ gloriā deo
cōcedit: qui & suffecit/id est qui & Paulū & cooperatores eius sufficiētes effecit noui testamē
ti administratores. An hoc est se laudātis: an se efferētis? Quinimo dei beneficia agnoscētis/
& laudātis. Et dixit noui testamēti: nō veteris. nā vetus testamētū: litera est. nouū: spūs. vet9
testamentū: prima lex. nouū: secūda. vetus: lex Moysi. Nouū: euangeliū Christi. Vetus/si ad
literā sequimur: nūc occidit. nouū: viuificat. vetus igitur: est ministratio mortis. nouū: mini-
stratio vitæ. Et vt aduenięte luce/tenebrę vanescunt: ita aduenięte vita/mors tollitur. & no-
uo testamēto tollitur vetus: & Christi lege/ Mosaica lex. sunt eni mysteria Christi: veritas &
lux. mysteria Moysi: vestigia & vmbræ. veritas: semper manet. vestigiū: tollitur. Ideo de emi
15 nētia noui testamēti (cui9 dei indultu administrator est) supra vetus instruit Corithios Pau-
lus/sic de veteri atq̧ nouo/dicens. ¶ Litera eni occidit/spūs autē viuificat. At si ministratio
mortis/literis efformata in lapidibus/fuit in gloria/adeo vt nō valerēt filij Israel intendere
in faciē Moseos propter gloriā faciei eius/quæ (gloria īquam) euacuatur: quo pacto nō ma-
gis ministratio spūs erit ī gloria? Nā si ministratio cōdēnatiōis gloria: multo magis abūdat
ministratio iustitiæ ī gloria. eteni in hac parte glorificatū/nō glorificatū est propter excellē-
tem gloriā. Si eni quod euacuatur per gloriam est: multo magis quod manet/ est in gloria.
¶ Dictū est nomie literæ vet9 testamētū: & nomie spūs nouū intelligi/nec absurda qđē pro-
portione. Nā literę nisi spiritib9/idest vocalibus iformētur: vanę sunt & iutiles. & nichil ex se
possūt: sed spūs & vocales dāt eis ōne posse. ita vet9 testamētū/nisi spū Christi animetur/ nisi
euangelio informetur: vanū est & iutile. Potest igit̄ tantū: quantū euāgeliū dat ei posse. Di-
citur & vetus testamentū ministratio mortis: & nūc maxime. tametsi etiā nunq̄ cōsumatam

iustitiā potuerit ministrare/sed quādā vmbratilē:quandoquidē ante euāgelij tēpus ōnes de-
scendebāt ad inferos. Sed quid hoc:nisi quędā mors/aut quędā mortis imago? Nouū aūt te-
stamentū/cōsumatā ministrat iustitiā:cū qua protinus quispiā euolat in cœlos. & ideo: recte
ministratio spūs & iustitię dicitur. Vetus itē testamētū: ministratio cōdēnationis. quia ōnes q
solū vixerūt secūdū ipsū:cōdēnati sunt/vt descenderēt ad inferos. vnde multos & quos qui-
dē voluit Christ⁹ domin⁹ exemit. captiui enī erāt. & magnific⁹ triūphator: captiuā duxit ca
ptiuitatē. Quid et si nunc deus ipsum vetus cōdemnauit & abrogauit: vt in Esaia scriptū est/
Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Neomeniā & sabbatū/& festiuitates vestras nō ferā. calē
das vestras/& solēnitates vestras odiuit anima mea. Gloriā faciei Moseos i traditione vete-
ris testamēti: leges in Exodo. sed hæc gloria: nō patuit/quatenus vet⁹ (nā nichil in eo vt hu-
iusmodi: excellēs) sed quatenus affulgebat ei nouū. duo enim cornua gessit. vnū vetus: alte-
rum nouū figurabat. affulgebat igitur nouæ legis cornu: cornui veteris. Nam nō alia luce q̄
nouę: lex vet⁹ micat. vt luna: nō alia q̄ solis. est enī lex noua omnino excellēs & pręfulgida.
Et vbiq̧ argumēto vsus est Paulus/in proloquio apud philosophos fundato/ si qđ minus est
& qđ magis/seu a maiori/seu a minori appellare placet. Et q vetus annunciabāt testamētū:
spem in deo habebāt. sed multo fortiore ratione: spes eis inualescere debet/ qui annunciant
nouū. Nā qui annūciabāt vetus: velamē mētis habebāt. quia adhuc eis nō illuxerat Christ⁹.
quodquidē velamē/quā ignorantiā/& quas mentis tenebras: velamē quod Moses faciei suę
opposuit/cū loqueretur de mōte iudęis/in symbolo figurabat. Qui autem nouā legē/ euāge-
16 lium Christi annunciāt: velamē ignorantię cordi superpositū non habēt/sed omnia eis in lu
ce patescunt. Lux autē euāgelij: Christus. Quæ mysteria nobis aperit Paulus dicens. ¶ Ha-
bentes igitur talem spem: multa confidentia vtimur. & nō quēadmodū Moses velamē super
faciē suā ponebat: ob id qđ non intenderent filij Israel in finē eius quod euacuatur/sed obcę
catæ erāt mentes eorū. Nā in hodiernū vsq̧ diē/ ipsū velamē in lectione veteris testamenti
manet nō reuelatū (quia in CHRISTO tollitur) sed in hodiernū vsq̧ diē quādo legitur Mo
ses/velamē super cor eorū positū est. quādocūq̧ aūt cōuertentur ad dominū: auferetur vela-
mē. domin⁹ autē spūs est. vbi aūt spūs domini:ibi libertas. nos autē ōnes/reuelata facie glo
riā domini speculorū instar suscipientes: eadē imagine transformamur a gloria in gloriam/
tanq̄ a dñi spū. ¶ Quia filij Israel nō poterāt in claritatē vultus Moseos intēdere/ quæ lux/
quæ claritas finē veteris legis quæ tollitur significabat/finis autē paterna lux Christus: iccir
co velamen faciei suæ Moses opposuit. Et hoc velamen tandiu habebunt iudæi/ quasi ocu-
lis mētis propriæ prætēsum i lectione librorū veteris legis/ claritatē & lucē veritatis ei⁹ ob-
tegens: q̄diu fide/mētis oculos nō figent i Christū. Nam lux librorū legis eorū: Christ⁹ est.
Vt enī lux/spiritus est ōni legēti/& nullus sine luce legere potest/vt neq̧ sine vita viuere: ita
Christus/ spūs est/veteres legētibus scripturas/ sine quo nullus eas valet intelligere. est lux/
est spūs/est vita omnis intelligētiæ. Qui autē in Christū fide illumināte respiciūt: deuelata fa
cie atq̧ retecta/vt specula gloriā illā/lucē illā/spiritūq̧ illū pure hauriūt/ efficiūturq̧ Christi-
formes/eadē imagine id est signaculo & cognitione filij dei isigniti. hi: clarius. illi: vero ob-
scurius. nō quidē pro veritatis mutabilitate: sed pro speculorū/hoc est detectarū/ & nō vela-
tarū mentiū capacitate. imo vnus & idē: paulatim a minus insigni ad insigniorē diuinorum
cognitionē surgit. vt a luce in lucē/a gloria i gloriā: ita agēte spū dei/ qui est assecla indiuidu⁹
filio dei. Quos cū patre fōtana & superineffabili luce: laus decet & gloria/ i sęculorū sæcula.
A ¶ EXAMINATIO nōnullorū circa literā. ¶ Vulgata æditio. Cōmēdatitijs epistolis ad vos
13 aut ex vobis. ¶ Deest i fine cōmēdatitijs. Paul⁹. συςατικῶν ἐπιςολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ
ἐξ ὑμῶν συςατικῶν. ¶ Vulgata æditio. Manifestati quoniam epistola estis CHRISTI.
¶ Per præsens/& id exponi potest: qui manifestamini. Paulus. φανερούμενοι ὅτι ἐςὲ ἐπι-
ςολὴ χριςοῦ. ¶ Vulgata ęditio. Sed i tabulis cordis carnalib⁹. ¶ Accōmodati⁹ carneis. Nā
carnale: in deteriorē ferme partē capi solet/ & quandā affectuū designare carnis sequacitatē.
carne⁹ autē: nō. vt id Ezechielis. Dabo eis cor carneū. De carnali autē præcedētis libri cap.
3/ dictū est. Adhuc enī carnales estis. q̄ & differētia i græco seruatur. Paul⁹. ἀλλ᾽ ἐν πλαξὶ
καρδίας σαρκίναις. Hic enī σάρκινος: illic autē σαρκικὸς dicebat. ¶ Vulgata æditio.
B Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti. nō litera/sed spū. ¶ Dicendū genitiuo ca-
14 su: nō literæ/sed spūs. ac si diceret: nō fecit nos ministros literę/ id est veteris testamenti/ sed
spūs/hoc est noui testamēti. Paulus. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθή-
B κης οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. ¶ Vulgata ęditio. In faciem Moysi. ¶ Dici po-
15 test/vt Paulus: Moseos. Nā & hic & alibi pluribus in locis Mosen scribit/sine interiecta y li-
B tera græca. Paul⁹. εἰς τὸ πρόσωπον μωσέως. ¶ Vulgata æditio. Nā nec glorificatū est
15 qđ claruit i hac parte/propter excellentem gloriā. ¶ Dici potuit qđ glorificatū est: glorifica-
tum in hac parte propter excellentem gloriā. Paulus. καὶ γὰρ οὐ δεδόξασται τὸ δεδο-

ξασμέρομ ἐρ τούτω μέρει , ἕιμεκεμ τῆσ ὑπερβαλλούσησ δόξησ. ¶ Vulgata
C ædıtio. Vt nō ıntēderēt filij Israel in faciē eius qđ euacuaſ. ¶ Legēdū in finē. Paulus.
16 πρὸσ τὸ μὴ ἀτερίσαι τοὺσ υἱοὺσ ἰσραὴλ , ἐισ τὸ τέλοσ τοῦ καταργουμέμου.
Finis enī legis veteris quæ euacuaturı Christus est. in quē adhuc iudęi infirmos fidei
oculos habētes/ intēdere nō valēt. sed velamen carnalis legis oculis suis opponūt/ non
ꝙ suapte natura carnalis sit/ sed crassi eorū sensus carnalem faciūt. q eā literaliter/ pas-
sibiliter/ carnaliterꝗ itelligūt. ¶ Vulgata ædıtio. Sed obtusi sunt sensus eorū. ¶ Potius
excęcata sūt sensa/ intelligētię/ aut mētes eorū. Paul9. ἀλλ᾽ ἐπωρώθη τὰ μοήματα
D ἀυτῶμ. ¶ Vulgata ædıtio. Nos vero oēs reuelata facie/ gloriā dñi speculātes. ¶ Specu
16 lātes: hic nō venit a θεωρέω qđ cōtēplor significat/ quasi θεωροῦμτεσ/ sed ἀπὸ τοῦ
κατόπτρου. quod speculū significat. ideo potius id significat: nos autē oēs reuelata fa
cie gloria dñi/ vt specula re cipiētes. Sed & qđ dicitur i eādē imaginē: sine prępositione
dici potest per expositionē/ ac si dicamus. gloriā dei recipiētes/ id est eādē imaginē. Qđ
si ad verbū sequēs trāsformamur/ refertur: accōmode i sextū casū mutabitur/ vt & feci-
m9. quia & vetus īterpres/ & alij Pauli īterpretes: passim i verbū sequēs referre solēt. Di
ci etiā poteit i fine: a gloria i gloriā. Nā idē est vocabulū: qđ toties ante vetus interpres
vertit gloriā. Paulus. ἡμεῖσ δὲ πάμτεσ ἀμακεκαλυμμέμω προσώπω τὴμ δό-
ξαμ κυρίου κατοπτριζόμεμοι, τὴμ ἀυτὴμ ἐικόμα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δό-
ξησ ἐισ δόξαμ.

CAP. IIII

VT igitur facies Moysi a gloria dei splendebat: sic a gloria Christi mens
Pauli & cooperatorū eius/ luce veritatis īplebatur vt lucidā/ syncærā &
apertā legis caperēt intelligētiā. quā ex misericordia dei susceperāt alijs
ministrādā. & ideo nō labebātur/ nō alicui malo succūbebāt/ nulli malū
volebāt aut cogitabāt: sed ōnes occultas cordis næquitias/ & omnia la-
tentis cōscientię secreta indecora. procul ab se faciebāt quia hāc miseri-
cordiā a deo cōsecuti erāt. In simplicitate ābulātes/ nullū dolose fallētes
verbo dei: sed manifestātes purā veritatē/ atꝗ sic se omni cōscientiæ ho-
17 minū probatos/ puros/ & integros ante deū exhibētes. Qđ & hoc pacto dicit Paulus.
¶ Quapropter hāc ministrationē habētes/ vt misericordiā cōsecuti sumus nō deficim9:
sed abijcimus occulta dedecoris/ nō ambulātes in astutia/ neꝗ dolose tradētes verbum
dei/ sed ī manifestatione veritatis/ cōmittētes nosipsos ōni cōsciētiæ hominū ante deū.
¶ At dicit quispiā. Si vos tales exhibetis/ & nullā cōscientiā hominū formidatis quæ
vos accusare possit/ sed vos omni cōmittitis: quo modo igitur nō omnib9 est cognitū
euāgeliū? Omni certe in veritate se cōmittebāt/ & āte deū: quia in nullo ante deū accu
sabiles/ i nullo repræhēsibiles erāt. Et vicio administratiōis eorū nō prouenıebat: quin
omnib9 cognitū esset. sed quia pricceps mūdi huius/ qui nō est priceps sed tyrānus/ de9
mūdi huius/ qui nō est de9/ sed cōtrarius deo: excæcauit mētes eorū q euāgeliū nō re-
cipiūt. Excęcauit inquā/ ne lux euāgelij glorię Christi/ illis infulgeat. ne in illis formet
18 Christus: q est imago dei. est enī character/ & cōsubstātialis paternæ hypostaseos ima-
go. vt filius: imago cōsubstātialis patris. Propterea subiūgit Paul9. ¶ Qꝫ si etiā occul
tū est euāgeliū nostrū: in ijs qui pereūt occultū est/ in quib9 deus hui9 sæculi: infideliū
mētes excęcauit/ vt nō infulgeat ipsis illumiatio euāgelij glorię CHRISTI/ q est ima-
go dei. ¶ At rursus dicēt q forte carnaliter & passibiliter audiūt. Vos culpā eorū q pe-
reūt/ qui euāgeliū nō recipiūt: a vobis reijcitis. Dicitis vos nō deficere/ nullū scelus i-
trinsecū mētis habere/ nō ambulare i astutia/ sine dolo verbū dei tradere i sola verita-
tis manifestatione/ testē oēm hominū cōscientiā ante deū facere: at sic dicētes/ vosipsos
iustificatis/ vosipsos p̄dicatis. Nequaq̄ seipsos iustificabāt: sed dei misericordiā. Nequaq̄
seipsos prędicabāt: sed dñm Ihesū Christū. i his oīb9 deū authorē respiciūt nō seipsos.
19 Carnales autē hoīes/ in ijs etiā q̄ dei sunt: respiciūt hoīes/ & nūq̄ valēt attēdere deū/ vt
neꝗ lippus oculus solē. Ideo subinfert Paul9. ¶ Nō enī nosipsos prędicam9: sed CHRI
STVM IHESVM dñm/ nos autē ipsos/ seruos vestros propter IHESVM. quia de9 qui
dixit de tenebris lucē splēdescere: ipse resplēduit in cordib9 nostris ad illuminationē co
gnitionis gloriæ dei/ ī persona IHESV CHRISTI. Habemus autem thesaurum hūc
in testaceis vasis (vt superexcellentia potestatis sit dei/ & nō ex nobis) in re omni pres-
si/ sed non suffocati/ indigentes sed non destituti/ persecutionem patientes/ sed non de-
relicti/ deiecti sed non pereuntes/ semper mortificationem domini IHESV in corpore
circunferentes: vt & vita IHESV in corpore nostro manifestetur. assidue enim dum
viuimus/ in mortem tradimur propter IHESVM: vt & vita IHESV manifestetur in
mortali carne nostra. Quare mors quidem in nobis operatur/ vita autem in vobis.

¶ Quo modo se prædicabāt: qui dominū Ihesum prædicabant/ qui nichil aliud se esse
dicebant q̄ omniū seruos propter Ihesum/ in quorū mentibus deus qui fecit cœlum &
terram/ & qui iussit e tenebris lucem oriri (sicut scriptū est) In principio creauit deus
cœlum & terrā/ & tenebræ erāt super faciē abyssi. Dixitq; deus fiat lux: & facta est lux.
deus inquā qui dixit/ iussit/ mandauit e tenebris lucem oriri/ illuxit eis: vt ipsi in perso-
na Christi/ vicē personæ Christi in terra gerentes/ illuminarent ad cognitionē gloriæ
dei. quæ est lucidæ & gloriosæ de deo veritatis agnitio. qui hūc thesaurū diuinæ agni
tionis/ potestatū/ & signorum: in fragili corpore/ in lutea & molli carne portabāt. vt illa
superexcellentia sapientiæ/ signorū & potestatum: deo intelligeretur tribuenda/ nō eis
qui in fragili & mortali corpore apparebāt. qui (vt ipsi testantur) ex se nichil poterāt.
quos in omni te pressos: ne illiderentur/ deus defendebat. indigētes: nō destituebat. in
persecutionibus: nō deserebat. prostratos: perire non permittebat. quos volebat in per-
ferendis tribulationibus/ imitatores passionum Christi esse: vt caro illa carnis Christi
imitatrix/ īmortalitate Christi tandē fulgeret. Et vt mors ex afflictionibus vitæ ad cō-
tumeliam vsq; crucis/ & cōdemnationē mortis turpissimæ operata est in Christo: sic &
in eis per totā virā mors operabatur vsq; ad nouissimū martyrij suppliciū. quo imita-
tione ōnisaluificæ Christi hostiæ: deo hostia offerebātur. Qui autē Christo per eos cre-
debāt: nō sic omniquaq; mors affligebat. sed in vita: fidē eandē habētes/ magnificabāt
20 Christū/ resurrectionē mortaliū corporū suorū expectātes/ & eandē imortalitatis glo-
riā. Nō ab re igitur addit Paul9. ¶ Cū habeamus autē eundē spiritū fidei: secundū qđ
scriptū est/ credidi propter quod locutus sum/ & nos credimus propter qđ & loquimur.
scientes q qui suscitauit dominū IHESVM: etiā nos per IHESVM suscitabit/ & cōsti
tuet vobiscum. nā ōnia propter vos: vt gratia multiplicata propter multorū/ gratiarū
actionem/ redundet in gloriā dei. Quapropter nō succūbimus. nam tamersi homo no-
ster exterior corrūpitur: interior tamen de die in diē renouatur. nā quod obiter leue est
pressuræ nostræ: per excellentiā/ in excellētia æternū gloriæ pōdus operatur nobis/ nō
cōsyderātibus nobis ea quæ vidētur/ sed ea quæ nō vidētur. Nam ea quæ vidētur: tem
poralia sunt. quæ autē nō vidētur: æterna. ¶ In pœnis nō succūbebant/ nō deficiebāt:
quia sentiebāt animā in dies perfici/ & ad imortalitatis possessionē accedere/ etsi corp9
ad resolutionē tenderet. quod autē patiebātur secundū corpus: leue & momētaneū esse.
quod autē restabat: id & animę ilico post corpus/ & ex resurrectione resūpto corpore/
æternū esse. Itaq; nō attendebāt ad id qđ momentaneū erat: sed ad id qđ æternū. non
ad ea quæ videbantur & tēporalia trāsitoriaq; sunt: sed ad ea quæ nō vidētur/ sed sunt
æterna/ & nullo vnq̄ tēpore finiūt. Quæ nobis largiatur Christus Ihesus rex ęternus &
inuisibilis: qui ab ōni creatura & visibili & inuisibili sit sēper & sup oia benedict9. Amē.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorū circa literā. ¶ Vulgata æditio. Iuxta quod misericor-
17 diā cōsecuti sumus. ¶ Potius: vt/ siue quatenus. Paulus. καθὼς ἠλεήθημεν. ¶ Vul-
A gata æditio. Neq; adulterātes verbū dei. ¶ Potius neq; dolose tradētes verbū/ siue ser-
18 monem dei/ siue nō decipiētes verbo dei. Paulus. μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ
θεοῦ. ¶ In quibus deus huius sæculi: excæcauit mētes infideliū. ¶ Sunt qui deū hui9
sæculi/ etiā verū deum intelligi volūt: ne cum Manichæo videātur duos deos asserere.
hūc: bonorū. illū: malorū. Verū si pro principe huius mūdi/ qui mētes malorū excæcat/
accipiatur: hæc adiectio huius sæculi diminuit & in malam partē sumitur. & excæcate
proprie & effectiue: vt cū dicitur excæcauit eos malicia eorū. Si autē de9 pro vero deo
sumitur: adiectio hui9 sæculi i bonā partē sumitur pro præsenti trāsitorio sæculo. & ex-
cæcauit: non effectiue sed permissiue. q̄tū enim ex deo est: omniū oculos aperit/ & vi-
dere facit/ & ad purū lumē respirare vult/ & ad agnitionē venire veritatis. Primū sēsū:
exponēdo secuti sumus/ nichil Manicheæ demētiæ simile excogitātes/ neq; apostoli cō
suetudini aduersantes/ qui etiā gulosorū deum ventrē appellat. quorū (inquit) deus vē
ter est. at deus venter: nō est deus. neq; illo modo deus huius sæculi deus: sed deo op-
positus. ¶ Vulgata æditio. Vt nō fulgeat illuminatio euāgelij gloriæ CHRISTI. ¶ Di
cendū vt nō fulgeat ipsis illuminatio. deest enim relatiuū ipsis/ eis/ aut quippiā simile.
Paulus. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης
A τοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Sed IHESVM CHRISTVM dominum nostrum.
19 ¶ Dicendum: sed Christum Ihesum dominum. abundat enim nostrū. Paulus. ἀλλὰ
B χριστὸν ἰησοῦν κύριον. ¶ Vulgata æditio. Nos autem seruos vestros per IHE-
19 SVM. ¶ Dicendum propter Ihesum. Paulus. ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν. διὰ
ἰησοῦν. ¶ Vulgata æditio. Ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie CHRI-
STI IHESV. ¶ Accōmodatius gloriæ dei in persona Ihesu Christi. nam prosopon:

nūc facies/nūc persona ĩterpretatur.hoc autem in loco cõsentaneius persona.Paulus.
πρὸσ φωτισμὸν τῆσ γνώσεωσ τῆσ δόξησ τοῦ θεοῦ, ἐν προσώπω ἰησοῦ
χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio.Aporiamur/sed nõ destituimur. ¶ Potius esset dicendū in-
digemus.verū per participia:& elegãter quidē Paul9 loquitur. Et aporiamur apud la-
tinos nichil significat:sed aporia/idigentiã græce.vnde verbū ἀπορουμαι: qd apud
gręcos indigeo significat.Paul9.ἀπορούμενοι, ἀλλ᾽οὐκ ἐξαπορούμενοι. ¶ Vul-
C gata æditio.Humiliamur/sed nõ cõfundimur. ¶ Id in Paulo nõ habet. ¶ Vulgata ædi
19 tio.Sēper mortificationē IHESV CHRISTI ĩ corpore nostro circūferētes. ¶ Legen-
dū semper mortificationē dñi Ihesu. Paulus. πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου
ἰησοῦ, ἐν τῷ σώματι περιφέροντεσ. ¶ Vulgata æditio.Vt & vita IHESV mani
festetur ĩ corporib9 nostris. ¶ Singulariter dicēdū:in corpore nostro.Paul9. ἵνα καὶ ἡ
ζωὴ τοῦ ἰησοῦ, ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. ¶ Vulgata æditio. Ergo mors ĩ
nobis operatur. ¶ Dicendū potius:quare mors quidem ĩ nobis operatur.Paul9.ὥστε
C ὁ μὲν θάνατοσ ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται. ¶ Vulgata æditio.Habētes autē eundē spiritū fi-
20 dei sicut scriptū est. ¶ Legi potest:per quē scriptū est.Quæcūq; enĩ scribūt prophetæ:p
spiritū sanctū vt infusorē/vt pręcipuū authorē/ sunt scripta.Paul9.ἔχοντεσ δὲ τὸ αὐ
τὸ πνεῦμα τῆσ πίστεωσ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ¶ Vulgata æditio.Scientes quo-
niã qui suscitauit IHESVM. ¶ Dicendū:dñm Ihesū.Deest enĩ dñm. Paulus.εἰδότεσ
ὅτι ὁ ἐγείρασ τὸν κύριον ἰησοῦν. ¶ Vulgata æditio. Et nos cū IHESV suscitabit.
¶ Dicendum est & nos per Ihesum suscitabit. Paulus.καὶ ἡμᾶσ διὰ ἰησοῦ ἐγερεῖ.
D ¶ Vulgata æditio. Vt gratia abundãs per multos ĩ gratiarū actione/abūdet in gloria
20 dei. ¶ Legi potest propter multorū/ grãrū actionē.Paul9.ἵνα ἡ χάρισ πλεονάσασα
διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, περισσεύσῃ εἰσ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.
¶ Vulgata æditio.Id enĩ qd ĩ præsenti est momētaneū & leue. ¶ Neq; in præsenti/neq;
momētaneū habetur:sed aduerbiū vnū quod continuo/transeunter siue obiter signifi-
cat.Paulus. τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρόν.

CAP. V

EXterior homo noster:caro mortalis.interior:anima ĩmortalis. terrestris
domus nostra huius habitationis/id est huius præsentis vitæ ac incola-
tus:rursus caro mortalis/quã inhabitamus q̃diu præsentē vitã degimus.
ædificatio ex deo æterna in cœlis:spirituale/imortale/& indissolubile ex
resurrectione corpus.Terrestris domus nostra:opaca est.illa:clara & ful
gida est/qui tamē digni erunt illa veste superuestiri.terrestris nostra do-
mus etsi a deo sit sicut scriptū est.Manus tuę domine fecerūt me & plas-
mauerūt me/totū in circuitu:interuenit tamē opus humanū. in illa autē
cœlesti & perfulgida:sola manus adhibetur diuina. quã quidē diuinã/cœlestem/ĩmor-
talem domū/dum cogitat anima nostra:ingemiscit & suspirat ad illam superiduendã.
quam profecto superinduet: si vestita fide & bonis operibus inueniatur. sin nuda:illa
non vestietur/sed tenebrosa apta tormētis/& perpetuæ morti nõ cedente.& tantū ani-
ma ad illud imortale indumētum afficitur:vt hoc etiã mortale dum mortale est/vellet
esse imortale/neq; exui velit/quãuis ipsum grauet.& si possibile esset:nõ exuendo/non
dimittendo mortale/vellet illud imutari/& illa immortali tunica superindui.quod igi-
tur anima tantū afficitur ad corpus:nõ est ob mortale corpus/sed ob corpus imortale/
hunc ei instinctū pręstãte deo/etsi nesciat in plerisq; quid affectat. In ijs tamē scit quid
21 ingemiscit/quidue affectat:qui spiritū sanctū acceperūt/huius imortalis doni sponso-
rem/imo vadem/& arrabonē. Atq; ideo ait Paulus. ¶ Exploratum enĩ habemus/q̃ si
terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: ædificationē ex deo habemus/
domū non manufactam/æternã in cœlis.Nam & in hoc ingemiscimus: domiciliū no-
strum quod e cœlis est/ superindui cupiētes/si tamen induti & nõ nudi inueniamur.Nã
& qui in hac habitatione sumus:ingemiscimus grauati/eo q̃ nolumus exui/sed super-
indui/vt absorbeatur qd mortale est a vita.qui autē afficit nos ad hoc ipsum: deus est/
& ad hoc ipsū dedit nobis arrabonē spũs. ¶ Hãc tam certã & indubitatã dat spũs san-
ctus de statu futurę resurrectionis sanctis viris cognitionē:& de absentia dei in præsen
ti vita/de præsentia eius in altera.nõ q̃ deo absentes simus/neq; in hac/neq; in futura
vita.nã omnia ei præsentia sunt.sed in hac nobis est absens/per speciē: præsens per fi-
dē.vt cæcus luci & coloribus & speculo æque præsens vt videns.lux autē colores/ spe-
culū/ei specie absentia:fide pręsentia. Credit enĩ & ĩdubitate credit:& lucē/ & colores/
& specula esse. ĩ altera autē vita:de9 pręsens erit per speciē.& fides nõ ampli9 erit ĩ te-
nebris/sed ĩ luce.Et nõ solū credet/sed et sciet & aptissime cognoscet.vt si cęc9 ad adul
tã vsq; etatē:visū tūc accipiat.lucē/colorē/& specula:p speciē tunc cognoscet. & credet

quæ credebat:ſed illuſtrata credulitate/quod eſt pluſq̃ credere.nam & ſcire & apertiſſi-
me cognoſcere.& quæ prius erant ei præſentia fide: erunt ei præſentia ſpecie. O ſi cer-
tus fuiſſet ſe aliquo anno viſum recipere debuiſſe:q̃ ſuſpiraſſet/q̃ anhelaſſet/ annum il-
lum videre?Q̃z igitur & nos ſuſpirare & anhelare debemus/ vt per ſpeciem videamus
deum/ ſi tantum ſenſibilem lucē & vltima rerum ſpectacula ſuſpirant cæci?At deme ta
lium fidem cæco:poſt illa non ſuſpirat/nullo eorum tangitur deſyderio. Sic tolle diui-
narum rerum fidem: nullus ſuſpirat ad illas/ nullus earum tangitur affectu: niſi forte
ſurdo quodam naturæ inſtinctu/quem non intelligit: quo continue ſtimulatur & pun-
gitur/vt reſpiret ad eam vitam/quæ ſine ſtimulatione/ punctura/ & dolore eſt. ſed cæ-
cus eſt:ſed deterior cęco:ſurd9/& ſurdior ſurdo.O Plini/O Luciane/O iſœlix Epicure:
O ſurdi & cœci/& quotquot huius iſœlicis ſcholæ hac ĩ parte ſũt diſcipuli. O duces ſur
dorũ & cœcorũ:ſurdis & cœcis deteriores. Quot cœcaſtis/quot in dies cœcatis: auer-
tat deus hanc tam miſerandã peſtẽ. ſanet fides: quod dæmoniũ cœcũ & ſurdũ ſaucia-
uit infidelitas.Qui autem fidem habet/& quanto magis habet:tanto vehemẽtius/ tã-
to ardentius ſpeciem affectat. nam fides inſtinctum auget:& deſyderium addit quod
fœliciter torquet.Et ſi is qui ſolam fidẽ habet/adhuc cæcus eſt/ & adhuc ſurdus: videt
tamen & audit/& inſtinctum/ & ſtimulos inſtinctus intelligit . Eſt hic igitur cæcus &
ſurdus:minus cæcus cœco/& minus ſurdus ſurdo/& vtroq; melior . Et quis maiorem
22 fidem habuit Paulo & ei ſimilibus:ideo vere & certiſſime dicit & dicere poteſt id quod
hoc pacto ſubiunxit. ¶ Qui igitur cõfidimus ſemper:& ſcimus q̧ pręſentes in corpore/
abſentes ſumus a domino.Nam per fidem ambulamus : non per ſpeciem. confidimus
autem & volumus magis abſentes eſſe a corpore: & præſentes eſſe apud dominum.
Propter quod honorifice contẽdimus:ſiue abſentes ſiue præſentes beneplacere ei.Om
nes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal CHRISTI: vt referat quiſq; quæ per
corpus/ad quæ geſſit ſiue bonum/ſiue malũ. Scientes igitur timorem dei: hominibus
ſuademus.deo autẽ manifeſti ſumus.ſpero autem & in conſcientijs veſtris nos mani-
feſtos eſſe. ¶ Itaq; idem vult hic ſermo abſentes a domino/ præſentes apud dominum:
ac nos q̃ diu in mortali corpore ſum9 / domini abſentiam habere per ſpeciei priuatio-
nem/& poſt corporis exuuias:domini præſentiã habere per ſpeciei appræhenſionem/
quantũ deus fecerit ſui capaces.etſi hic ſermo videatur eſſe conuerſus.Et duo ſunt:quæ
nos ad placẽdum deo præcipue mouere debent. Primũ: amor ſpeciei cõtẽplandæ/quæ
eſt bonũ ſuper omne bonũ & brauiũ/ad quod omnes generoſe certare & cõtẽdere de-
bemus.Secundũ:timor iudicis.qui omnes iudicabit/& condemnabit eos qui non cer-
tauerint/aut non legitime certauerint ad tam ineffabile premiũ accipiendũ. generoſi
autem & mente alacres:prima harũ rerum ad placendũ deo/ad currendum & certan-
dum ſufficienter animãtur.ignauiores autẽ & pigri:ſecunda & dei timore/ diuiniq; iu-
dicij/vt ſtimulo quodã expungũtur/excitantur/vellicãtur ad currendũ.vult autẽ deus
omnes & nobiles & ignobiles currere/ & certare brauium accipere:& per eos qui ſciũt
timorẽ ſuum hominibus nũciari/ae per eũ etiã eos qui ingeneroſiores ſunt/ad certãdũ
& ei placendum excitare:Et has duas cauſas tetigit Paulus. Primã:cum dixit. per fi-
dem ambulamus non per ſpeciem.Secundam:cũ ſubintulit. ſcientes igitur timorẽ dei
hominib9 ſuademus.Et qui legit in ſpiritu:qualis ſit/ cognoſcit.Nam a deo cognoſci-
tur.quare hæc:non tam eius q̃ dei cognitio eſt.qui autẽ legit in carne:ſe ignorat. quis
ſcit:neſcit.Quid mirũ?nam a deo ignoratur.a carne enim ignorantia/ diffidentia/ lu-
cis abnegatio.Paulus autem: ĩ ſpiritu legebat.quare ſe manifeſtum deo cognoſcebat.
quo modo enim non ſe manifeſtum cognoſceret: cuius lucem/ vt reſpicientis oculi ia-
ctum/in ſe reſpiciebat.at in carne:nullus aſpicientis oculi diuini fulgor apparet. Igitur
& manifeſtus erat Paulus Corinthijs:ſi ſpiritualiter videbãt & nõ ſecundum carnẽ/qđ
& ſperabat Paulus/& illis bene optabat.Sed hoc dicẽs: nunquid aſſentari vult Corin-
thijs/nunquid fauorẽ captare nunquid ſe cõmendare? Nequaq̃. aſſentari enim huma-
23 num & carnis eſt.Et fauore non eget humano: qui habet diuinũ. Cõmendatione non
eget humana:quem deus cõmendat.Ideo ſubdit. ¶ Non eni rurſus noſipſos cõmenda
mus vobis:ſed occaſionẽ damus vobis gloriationis pro nobis. vt illam habeatis ad-
uerſus eos:qui facietenus gloriãtur & nõ in corde. ¶ Carnaliter ſapiẽtes: exteriorẽ glo
riã quęrũt/& verã interiorẽ ignorãt.facieten9 gloriãtur:corde nõ poſſunt.Cõtra quos/
iuſte/ex ſpũalibus verbis Pauli/gloriari poterant Corĩthij.In verbis Pauli eſt excellen
tia:in verbis Pauli eſt modeſtia.Cũ excellẽtia eſt: deũ reſpicit/& ſermo in ſpiritu eſt/&
quędã extaſis diuina.Cũ modeſtia:homĩes reſpicit/et humano ſe accõmodat mori.Et
vtrũq; charitas parit: excellẽtiã charitas dei/modeſtiã/charitas proximi.Quare ſubiũ

24 git Paul⁹. ¶ Siue excellim⁹ deo/siue modeste sapim⁹ vobis: charitas certe CHRISTI
vrget nos. discernētes hoc: ꝙ vnus pro oībus mortē oppetijt. igit oēs oppetierūt. & pro
omnibus mortem oppetijt: vt viuentes iam non sibi viuant/sed ei qui pro eis mortē op
petijt/& resurrexit. ¶ Mysterium. si Christus pro omnibus mortem obijt: obijt autem/
omnes igitur. Et maxime ij circa quos mysteria Christi peracta sūt: morte Christi obie-
runt. Quare vt omnes morte Christi obierunt: ita vita Christi viuunt non sua. illa au-
tem spiritualis. debent itaq; omnes spiritualiter viuere. Et nullus in Christo viuens: vt
in Christo viuēs carnaliter viuit. neq; potest i Christo cognosci vllus carnalis: etsi aliqñ
carnalis fuit. Quid igitur dicemus de ijs qui Christum confitentur: & carnaliter viuūt?
Dicemus non amplius esse membra corporis Christi viua/sed aut mortua/ aut forsan a
sacro illo corpore/ab illibata illa massa resecta. Nā vita in Christo: noua vita est/& spiri
tualis vita. vetus autē vita & carnalis: transijt. noua est in Christo creatura. cætera quæ
25 veteris erant creaturæ: transierunt / nisi ad ea ex libertate arbitrij/contra nouam crea-
turam relabaris. Proinde subnectit Paulus. ¶ Quare nos amodo nullum scimus secun
dum carnem. si autem & secundum carnem nouimus CHRISTVM: non tamen nunc
amplius cognoscimus. Itaq; si qua in CHRISTO noua creatura: vetera transierūt. ec
ce noua facta sunt ōnia. omnia autem ex deo: qui reconciliauit nos sibi ipsi per IHE-
SVM CHRISTVM. & dedit nobis ministrationem recōciliationis: vt ꝙ deus i CHRI
STO mundum reconciliauit sibi/ nō reputans eis delicta eorum. et posuit in nobis ser
monem reconciliationis. Pro CHRISTO ergo oramus tanq̄ deo exhortante per nos.
rogamus pro CHRISTO. reconciliamini deo. nam eum qui non nouit peccatum: pro
nobis peccatum fecit: vt nos simus iustitia dei in eo. ¶ Age inquies: quando secūdum
carnem nouimus Christum? Nos quidem in carne existentes & nondum in spiritu: no
uimus Christum quando primū annunciatus est nobis Christus. Quando cathecumi-
ni: verbum Christi suscepimus/nondum sacris eius initiati. & id est nos secundum car
nē cognoscere Christum. Vbi autem baptizati sumus/quia noua sumus creatura & ve
tera transierunt / & noua facta sunt omnia (omnia quidem a deo facta noua) nos
non amplius secundum carnem nouimus Christum / sed secundum spiritum. Id au-
tem secundum carnem apte ad nos iungitur: ante nostram secundam & spiritualem na
tiuitatem. nunq̄ autem ad Christum apte iūgeretur: qui nunq̄ vixit secundū carnem/
sed eminētissime ōniū imo supereminētissime vixit secūdū spiritū. Sed addes. Qui āte
regenerationē secūdū virtutes viueret/ & vicia ola declinaret: nōne secūdū spiritum
viueret? Nequaq̄. Quomō eni secūdū spiritū viueret: qui nōdū spiritū habet/ qui nōdū
spiritū accepit? accepit eni spiritū i regeneratiōe. ergo virtutes illæ: spirituales nō sūt/
sed sunt morales sed humanæ/& quales philosophi prædicant/non quas sancti theolo
gi celebrāt. Theologos apello: Petrum/ Paulum/Ioannē reliquos apostolos / isignes
eorum discipulos Dionysium Hierotheū & similes. qui in luce spiritus diuini viderūt/
& lucem spiritus humani non contempserūt/sed hāc illius contēplatione paruifecerūt.
Petes præterea: quando reconciliauit deus mundum sibi ipsi per Ihesum Christū? No
mine mundi/homines mundi intelligere debemus. Reconciliauit & reconciliat indies
sibi mundum. Primo: quando filij iræ per regenerationis lauacrum / efficiūtur filij dei.
Secundo: quando filij recesserunt & a spirituali vita defecerūt ad vitam carnis/ & pœ
nitet eos vitæ carnis/& redeunt supplices ad patrem spiritualem/ dicētes/pater peccaui
in cœlum & coram te: iam non sū dignus vocari filius tuus. & pater pius & misericors/
suscipit eos & profert eis primam stolam/et induit illos eam quam perdiderāt spiritua-
lem iustitiam / & dat seipsum cibum vitæ æternæ in edulium letantibus et exultanti-
bus choris angelorum. Et ad hanc duplicem reconciliationem vt legati/ vt oratores
dei / in persona Christi clamat Paulus/et alij cooperatores euangelij: oramus/ roga-
mus/obsecramus in persona Christi / reconciliamini deo. O immensa dei benigni-
tas: quæ offensa / nos auersos et perire volentes tam dulciter reuocat / tam amanter
inuitat/et quem omnis creatura vt roget/est inferior: nos orat atq; rogat. Quis igitur
ad reconciliationem nō currat? Quis de tāta miseratione diffidat? Quid est ꝙ qui sum-
mus est: eum qui non nouit peccatum/pro nobis fecit peccatum/et vt peccatum ipsum/
voluit affigi cruci? mors enim peccato debebatur. voluit inquā (quæ debebatur iniu-
stis) illū affigi cruci: vt nos in eo quem pro nobis fecit peccatum/ faceret dei iustitiā.
nos: peccatum eramus. ille qui pro nobis nostrum supra se accepit peccatum / supra san
ctam et innocentem ceruicem peccati sarcinam baiulandam: dei iustitia. nobis: mors
debebatur. illi: vita. ille vero infinite bonus commutauit: graue pondus nostrum por-
tans. et mortem accipiens/et vitam suā nobis elargiēs/obligationem nostram assumēs

& secum cruci affigens nos autem liberans. Cui inuicto liberatori nostro sit honor/ po
A testas/decus & imperium: in omnia sæcula sæculorum.
¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Huius habitatio-
nis dissoluatur: quod ædificationem ex deo habemus. ¶Quod superfluit. Et habemus:
legitur. habetque hic præsens intelligentiam futuri: quod in sacris literis est frequens.
A Paulus. τοῦ σκήνους καταλυθῆ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν. ¶Vulgata ædi-
21 tio. Qui autem efficit nos in hoc ipsum deus. ¶Potius affecit aut perfecit. est enim hu-
iusmodi ad immortalitatis indumentum affectio: quædam perfectio/ quam etiam nobis
natura deus ingenuit. Paulus. ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ θεός. ¶Vul-
gata æditio. Qui dedit nobis pignus spiritus. ¶Legēdum: & dedit. Paulus. καὶ δοὺς
B ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος. ¶Vulgata æditio. Quoniā dū sum9 i hoc
22 corpore: peregrinamur a domino. ¶Potius: quod præsentes in corpore/ absentes sumus a
domino. respondent enī ex opposito vt præsens & absens in latino: æque & vocabula
Pauli in græco. Et quod vetus iterpres hic traducit peregrinamur: paulo post per ab-
sens traducit. Cur igitur & non prius? Et quod hic sumus per præsens: cur etiam & nō
prius? Et verum est id quod transfert peregrinari: ad ipsum transferri solere/ quod peregri-
nantes domo absint. sed aptius hic vbique præsens esse & absēs esse interpretārur. Et mo
dus loquendi Pauli qui frequenter ex opposito respondet: promptius intelligitur/ &
sensus melior. Paulus. ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ
κυρίου. Et paulo ifra vetus iterpres. εἴτε ἐκδημοῦντες, εἴτε ἐνδημοῦντες εὐά-
ρεστοι αὐτῷ εἶναι. sic vertit siue absentes/ siue præsentes placere illi. Quod si secutus fuis
set priorē interpretationē: dicendū illi erat/ siue peregrinātes/ siue præsētes placere illi.
¶Vulgata æditio. Vt referat vnusquisque propria corporis/ prout gessit: siue bonum/ siue
malum. ¶Dicēdum potius quæ per corpus ad quæ gessit: siue bonum/ siue malū/ id est
C siue ad bonum siue ad malum illa gesserit/ hoc est egerit. Paulus. ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ
24 σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. ¶Vulgata æditio. Siue enī
mēte excedimus/ deo: siue sobrij sumus/ vobis. ¶Quod dixit excedimus: non male. Verū
quia excellentia in bonam partē capi solet/ excessus autē plerūque in malā/ & hūc in mo
dū excellere/ & excedere: ne igitur excedimus/ mali excessus faceret phātasiā/ maluim9
dicere excellimus. hæc enim excellentia siue mauis excedentia/ qua sācta & aflata deo
pectora in ijs quæ dei sunt excedunt/ & transcendunt humana: extasis dicitur. seipsos
C enim excedunt: & extra se in spiritu diuino sunt. De qua extasi & excessu: hic diuinus
25 Paulus loquitur. Paulus. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.
D ¶Vulgata æditio. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. ¶Dicēdū
25 ex hoc nūc/ siue accommodatius amodo. Paulus. ὥστε ὑμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν, οὐδένα
οἴδαμεν κατὰ σάρκα. ¶Vulgata æditio. Quoniāquidē deus erat in CHRISTO
mūdū recōciliās sibi. ¶Potius dicēdū: vt quod de9 erat ī Christo mūdū recōciliās sibi/ siue
vno verbo recōciliabat sibi. Paulus ὡς ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων
ἑαυτῷ. ¶Vulgata æditio. Pro CHRISTO ergo legatione fungimur. ¶Dici potest:
oratores & legati constituimur. Paulus. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν. ¶Eū qui
non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit. ¶Non dicit quod Christus fecerit pecca-
tum. est enim id insanum: & absurda impietate plenissimum. Nā (vt Petrus ait & veri-
tas ipsa est) ille est qui peccatum non fecit: nec est inuētus dolus in ore eius. Sed dicit:
quod pater Christū fecit pro nobis peccatū/ & vt peccatū affigi cruci pro nobis. est enim
peccatum nostrum pariter cum eo cruci affixum/ extinctum & mortuum. Et nos effecit
deus iustitiam in ipso. sic enim illa incomprahensibilis sapiētia: mirabile hoc fecit cō-
mercium/ illum faciens peccatum i nobis/ nos iustitiam in illo/ nobis diuitias suæ inef-
fabilis benignitatis & miserationis patefaciēs/ & ingenio & astutiæ maligni miro & i-
excogitabili modo obuians. vt eum quem malignus per iuidiam deceperat: ille per mi-
serationem & benignitatem liberaret. Ipsi iterum gloria & gratiarum actio in sæ-
cula.

CAP. VI.

26 SAnctam exhortationē iam cœptam: vt legatione fūgens pro Christo
prosequitur apostolus dicēs. ¶At vero cooperantes exhortamur: ne
i vacuū gratiā dei suscipiatis. dicit enī. Tēpore acceptabili exaudi ui
te: & in die salutis adiuui te. ecce nūc tēp9 acceptabile/ ecce nūc dies
salutis. ¶Sed cuius erant cooperatores? Proculdubio dei: cuius mise-
rante voluntate missi erant ad homines/ cuius erant legati & orato-
res. Magna gratia est/ summum regem oratores suos mittere ad po
pulos ne pereant: quos si audiunt/ si imitantur/ saluantur. si contem-

nunt/ si aspernantur: pereunt / & gratiam illam summi regis/ regis æterni (qui deus est)
nequicq̃/ in vanum/ frustraq; suscipiunt. Si quis cœnobiticam vitam suscipere vellet
forte quispiam illi/ sanctę congregationis viuendi formam quam illi tenent/ exprime-
ret/ non se iactans/ non se commendans/ vanumue fauoris mundi flatum cogitans/ sed
vitam eorum atq; seipsum ad illius quidem salutem proponens futuræ vitæ si velit ex-
emplum. hunc in modum Paulus vitam suam & cooperatorũ dei in euãgelio Christi/
non se extollendi/ non personam suam commendandi gratia/ sed causa salutis Corin-
27 thiorum & omnium/ exhortationem suam prosequendo: proponit imitãdam/ atq; sub-
iungit. ¶ Nemini/ ne vllam quidem damus offensionem/ vt non vituperetur ministra-
tio nostra/ sed ĩ re õni cõmẽdabiles exhibemus nos ipsos/ vt dei ministri/ ĩ patiẽtia mul
ta/ in pressuris/ ĩ necessitatibus/ in ãgustijs/ in plagis/ in carceribus/ in seditionibus/ in la
boribus/ ĩ vigilijs/ ĩ ieiunijs/ ĩ castitate/ ĩ cognitione/ ĩ lõganimitate/ ĩ benignitate/ ĩ spi
ritu sãcto/ ĩ dilectione nõ ficta/ ĩ sermone veritatis/ in potẽtia dei/ per arma iustitiæ secũ
dorum & aduersorum / per honorẽ & inhonorationem / per diffamationem & bonam
famam/ vt seductores at veraces/ vt ignoti sed cogniti/ vt morientes & ecce viuimus/ vt
castigati at non mortificati/ vt merentes semper autẽ gaudentes. vt iopes at multos lo
cupletantes/ vt nichil habentes sed omnia possidentes. ¶ Q̃z dissimilis: vita spiritualis
a carnali vita/ cœlestis a terrena/ diuina a mundana/ Spiritualis/ cœlestis/ diuina: nemi
nem vnq̃ offendit. seipsa: ante deum & homines commẽdatur. vt lux: se ipsa/ omni ocu
lo se q̃tũ ĩ se ẽ prodit benefica. vita spiritualis: patiẽtissima ẽ/ ĩ pressuris valida/ in necessi
tatibus sufficiens/ in angustijs se dilatans/ in plagis sana/ in carceribus libera / seditio-
nibus superior/ laboribus infracta/ vigilijs & ieiunijs insuperabilis/ castitate munda/ co
gnitione prouida/ non vltrix/ benigna/ nõ suo sensui sed spiritus sancti nitẽs/ vere absq;
vlla simulatione diligens/ sermone verax/ non sua sed potentia dei freta: in prosperis et
aduersis æquabilis nunq̃ arma iustitiæ dei deserens / & cui inhonoratio & diffamatio
cedit ad beatitudinem. Beati inquit estis cum maledixerint vobis homines/ & persecu-
ti vos fuerint/ & dixerint omne malum aduersus vos/ mentientes propter me. Quod in
hac quidem spirituali vita seductio putatur: veritas est/ & ad omne bonum directio. qđ
ignoritia: dei notitia est. quod mors: vita est. quod castigatio: viuificatio. quod mestitia:
gaudium. quod inopia: diuitiæ. quod rerum destitutio: omnium bonorum possessio. At
carnalis/ terrena/ & mundana vita: omnino ex opposito respondet/ impatiens est impo
tens est tribulationum. indigẽtias/ angustias/ plagas/ carceres non ferẽs: sed alios hæc
pati cogens. seditiosa/ ociosa/ somno gulæq; dedita/ intemperans/ ignara/ in vltionem
furibunda/ immitis/ proprio sensui innitens/ simulata/ mendax verbo/ viribus proprijs
confisa/ in vtraq; fortuna iniustitijs armata/ nulla gloria/ nullus honos verus/ nulla bo
na fama. siue honor/ siue inhonoratio/ siue fama mundi/ siue infamia sit: vtcũq; miseria
est. cum videtur verax: decipit. cum nota/ illustris et splẽdida: deo ignota est. vita eius:
mors est. castigatio: futurę gehennæ inchoatio. letitia : perpetuus qui sequetur fletus.
diuitiæ: egestas . & cum omnia possidere videatur : nichil reuera penitus possidet. sed
sic mũdus hic/ suorũ perstrĩgit oculos: vt lucẽ credant tenebras/ & tenebras opinẽtur lu
cem/ & bonum ipsum fugiant/ atq; prosequantur malum. Et nonne videmus vbi viget
gelu: constringi omnia/ vbi calor: cuncta se diffundere/ dilatareq; in amplum/ Hunc in
modum vbi non est dilectio: constricta sunt omnia nullius spiritualis doni capacia. am
plus enim est spiritus: qui his angustijs non capitur/ vt neq; cœlum terra/ neq; diuini-
tas sensibili mundanaq; machina. At charitas dilatat & diffundit : vt mentes ipsæ sint
28 mundo capaciores. nam spiritum dei capiunt: quem mundus (inquit) capere non po-
test. Proinde hortatur apostolus Corinthios ad dilectionem: sine qua vitam hanc spiri
tualem/ diuinam/ ac cœlestem capere non possũt/ dicens. ¶ Os nostrum apertum est ad
vos o Corinthij. cor nostrũ dilatatum est non cõstrĩgimini in nobis/ sed constringimi-
ni in præcordijs vestris. eadẽ aũt repręhẽsione (tãq̃ filijs dico) dilatamini & vos. ¶ Qui
amatur: est in amante. si autem amans multum amat : multum est dilatatus/ & ample
ac diffuse recipit amatum. at si amatus parum redamat: anguste recipit amantem. in se
enim constrictus est/ & parũ capax. Paulus autem multum amabat Corinthios: & ideo
ample & diffuse eos in corde suscipiebat. spiritum enim sanctum / fontanum illum
in se habebat amorem/ qui cogebat eum diffuse & diuine amare. At contra/ Corinthij:
non tantum redamabant. Non ab re ergo tanq̃ filios hortatur: vt studeant se dilatare/
suscepto amatorio spiritu/ paria in amando rependere. Sed vt neq; vita spiritualis & vi
ta carnalis coherere possunt/ vt neq; iustitia & iniustitia/ lux & tenebræ / angelus lucis
& angelus tenebrarum (sunt enim hæc opposita) itaq; neq; fidelis cum infideli / neq;

29 cultus Christi cum cultu idoli: neq; templum dei cum templo dæmonis. propterea Co-
rinthijs inquit Paulus. ¶ Nolite varie copulari infidelibus. Nam quæ participatio iu-
stitiæ & iniustitiæ: & quæ communio lucis ad tenebras? Quis etiam consensus CHRI
STI ad beliar? aut quæ portio fideli cum infideli? quæ autem conspiratio templo dei
cum idolis? Vos autem templum dei viui estis/ veluti iquit deus. Quoniam inhabitabo
in eis/ & inambulabo: & ero illorum deus/ & ipsi michi erunt populus. Propter quod
exite de medio eorum & separamini: dicit dominus. & immūdum ne tetigeritis: & ego
suscipiam vos. & ero vobis in patrem/ & vos eritis michi i filios & filias: dicit dominus
omnipotens. ¶ Cum Paulus ait veluti inquit deus: ostendit se esse prophetam/ & oracu
lum per os eius dicere deum. Neq; ex alijs semper requirere oportet: quæ loquitur per
modum prophetiæ. ipse enim propheta erat: & in quo spiritus sanctus familiarius loq̄-
batur q̄ in alijs prophetis. Nonne sic alicubi prophetans ait. Spiritus autem manifeste
dicit: de nouissimis temporibus prophetiam subnectēs. quam si in alio propheta requi-
ris: operam perdis. Ne igitur nitare præsētem etiam prophetiam ex alio requirere. etsi
Esaias propheta nonnichil partim habeat propinquum/ vbi sacramenta Christi/ euan-
gelistarum/ & apostolorum aperit. Recedite inquit/ recedite. exite inde: pollutum noli-
te tangere. exite de medio eius. mundamini qui fertis vasa domini. Quis nescit cultū
dæmonum pollutum esse & immūdum: quem Corithij prohibebantur tangere? ita &
omne peccatum. Et quomodo etiam vasa domini non ferebant: qui templa dei erant?
Sic igitur nos dominus Ihesus dignetur templa sua efficere/ sic nos purificare: vt digne
A tur & in nobis perpetuo habitare/ perpetuoq; inambulare/ & hymnos & laudes gloriæ
suæ & gratiarum actiones in nobis ponere & a nobis suscipere.
26 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Adiuuantes autem
exhortamur. ¶ Accommodatius cooperātes autem exhortamur. Nam & apte coope-
A rari deo dicimus. non tamen apte (vt et alias annotatum est) adiuuare deum. Paulus.
συνεργοῦντες δὲ παρακαλοῦμεν. ¶ Vulgata æditio. Vt nō vituperetur ministe-
27 rium nostrum. ¶ Abundat nostrum ex græco. Verum quia apertiorem facit sermonem
particulam illam etiam reliquimus. Paulus. ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία. ¶ Vulga
gata æditio. Sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros. ¶ Per præ-
sens potius dicendum exhibemus/ & per rectum dei ministri. Quod & in sua tralatio-
B ne: obseruauit Ambrosius. Paulus. ἀλλ᾽ ἐν παντὶ συνιστῶντες αὐτοὺς ὡς θεοῦ
27 διάκονοι. ¶ Vulgata æditio. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. ¶ Sic ex Paulo
per arma iustitiæ dextrorū & sinistrorū. verū quia perinde est ac secundorum & aduer
sorū/ & hæc forte clariora: loco dextrorū & sinistrorū/ maluimꝰ dicere secūdorū & ad-
C uersorū Paulus. διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν.
28 ¶ Vulgata æditio. Non angustiamini in nobis/ angustiamini autem in visceribus ve-
stris. ¶ Potius dicendum: āgustamini vtrobiq;. Nā ab angustia angustor vt a molestia
molestor potius q̄ angustior dici videtur. sed de his disceptent grāmatici. Paulus. οὐ
στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε ἐν σπλάγχνοις ὑμῶν. ¶ Vulgata ædi
tio. Eādem autem habentes remunerationem. ¶ Id/ habentes in Paulo non habetur.
Et id prætendere videtur eadem remuneratione/ accusatiuo vsus loco sexti casus. quod
perinde sit ac paria reddentes dilatamini & vos. inuitat enim ad æqualem amoris re-
pensionem. quæ tamen nisi spiritus domini vberius adesset: possibilis non erat. Paulus.
τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν. & continuo subiungit. ὡς τέκνοις λέγω. ¶ Vulga-
ta æditio. CHRISTI ad belial. ¶ Græci scribunt cum r in fine beliar. quod apud He-
bræos luminis cæcitatem designare volunt: angelo tenebrarum vocabulum procul du 81
bio conueniens et accommodatum. Paulus. Χριστοῦ πρὸς βελιάρ; CAP. VII.

Quod supra dictum est/ immundum ne tetigeritis et ego recipiam vos/ et
ero vobis in patrem/ et vos eritis michi in filios et filias dicit dominus
30 omnipotens: quid sit immundum ne tetigeritis/ elucidare videtur apo-
stolus et idem in vniuersū esse: ac abstinere ab ōni macula carnis et spi
ritus dicens. ¶ Cum has igitur dilecti habeamus promissiones: purge-
mus nos ipsos ab omni macula carnis et spiritus consumantes sanctifi
cationem in timore dei. Capite nos: neminem iniuria affecimus/ nemi-
nē corrupimus/ neminem circūuenimus. ¶ Quid est capite nos: nisi do-
ctrinam nostram recipite? imo non nostram/ sed doctrinam dei: quæ vitam vobis
promittit ęternam. Et qd dicit neminem eorum se iniuria pulsasse/ neminem corrupis-
31 se/ neminem circūuenisse: id non dicit eos exprobrans aut i aliquo notans quasi ex op
posito circūuentus/ aut in aliquo lęsus ab ipsis. Ideo subdit. ¶ Quod ad codemnatio-

nem nequaq̃ dictum velim. Nam prædixi: ꝙ in cordibus nostris estis/ vt cõmoriar & cõ
uiuam. multa michi fiducia ad vos/ multa michi gloriatio propter vos. ¶ Hæc est leni-
tas/ hæc mansuetudo spiritus: quæ carnales etiam ad spiritualis vitæ desyderium tra-
here valeret. benignus est enim spiritus. Sed vnde hæc fiducia & gloriatio ob Corin-
thios ei aucta sit: aperit. Nam ex aduentu Titi qui ab Corinthijs veniens/ eorum emẽ-
dationem Paulo enarrauit/ in se autem exhibita omnis humanitatis officia/ in Paulum
32 vero desyderium ab eis haberi/ luctum/ & mirificum zelum/ & dilectionis ardorẽ. Di-
cit itaq;. ¶ Repleor consolatione/ superabundo gaudio in omni pressura nostra. Nã cũ
nos venissemus in Macedoniã: carni nostræ nulla requies data est/ sed in omni te pressi
sumus. foris pugnæ: intus pauores. sed qui cõsolatur humiles: consolatus est nos deus
in aduentu Titi. non solum autem in aduentu eius: sed & in consolatione qua consola
tus est a vobis/ referens nobis vestrum desyderium/ vestrum luctum/ vestrum zelũ pro
me/ adeo vt potius gaudeam. ¶ Vbicunq; descenderent apostoli: machinamenta ma-
ligni non deerant/ pressuræ/ tribulationes innumeræ. vt fracti pressuris carnis: a publi-
catione euãgelij desisterent. Sed isuperabilis spiritus qui habitabat in eis: faciebat eos
omnibus superiores/ õnium victores erumnarum. & vt pressuræ multæ/ ita consolatio-
nes multæ: nũc a deo desuper/ nunc deorsũ ob fidelium incrementa. Quod sibi accidis-
se Paulus non negat. Immo hæc sancta vita/ adeo plena gaudio est/ plena cõsolatione:
vt a tristitia gaudium inueniat ac consolationem. sed non qualibet tristitia: sed ab ea
quæ facit ad deum conuersionẽ. qui enim peccat: a deo se auertit. qui pœnitet: ex auer-
sione se ad deum conuertit. Tristitia igitur auersos conuertens: sancta est/ & secundum
33 deum/ & merito spirituale gaudium inducit nõ solum hominibus/ sed etiam saluatore
aperiente angelis dei. De qua subdit Paulus. ¶ Quoniã etsi contristaui vos in episto-
la: nõ ducor pœnitudine/ & si me pœnituit. Nã video/ ꝙ si & ad horã epistola illa vos
affecit tristitia: nũc gaudeo. non ꝙ tristitia affecti fuistis sed ꝙ tristitia affecti fuistis ad
pœnitẽtiã. tristitiã eni habuistis secũdũ deũ: vt nichil detrimẽti passi sitis a nobis. nam
tristitia secundum deũ: pœnitentiã in salutẽ quæ nullã habet pœnitẽtiã/ operatur. mũ
di autem tristitia: mortem operatur. Ecce enim hæc ipsa secũdum deum tristitia vestra:
quantam operata est in vobis diligentiam/ sed & purgationem/ sed indignationẽ/ sed
timorem/ sed desyderium/ sed zelum/ sed vltionem. in omni re constituistis vos ipsos:
vt puri essetis in negocio. ¶ Qui vulnera curat/ inducit dolorem: sed is dolor est ad sa-
nitatẽ/ quæ nullũ habet dolorẽ. Et talis est tristitia secundum deum: quæ est in salutẽ.
Sed dolor qui ducit ad morbum/ morbus autem ad interitum: assimilatur tristitiæ mun
di/ quæ ducit ad mortem. Quispiam opes perdidit auaritiæ suæ fomẽtum/ tristatur/ me-
ret/ queritur/ indignatur/ cœlum deumq; accusat: hæc tristitia mundi est/ & mortẽ par-
turit. Quispiam episcopatum ambit (fallor) non episcopatum/ sed præcelsæ dignitatis il
lius fastum/ sed temporalia quæ velut vmbra comitari debent spiritualia/ frustratur/ a
spe ambitionis excidit/ tristatur/ luget inconsolabiliter/ amicorum solatia saucio pecto-
ri desolatio est/ inimicos execratur/ amicos extrudit: hæc tristitia mundi est/ & futuræ
mortis quæ perpetua est nuncia. Si autem resipiscat/ & de tam insana concupiscentia
ꝙ eam habuerit doleat/ obortisq; lachrymis supplex veniam precetur/ & pauperem du
cere vitã sine fastu/ sine auaritia eligat/ ne tã periculose deũ a modo offẽdat/ cui scit hu
militatem & innocentem paupertatẽ placere/ omnis autem ambitiosus/ omnis fastuo-
sus/ superbus/ & omnis auarus nocens & iniustus: hæc profecto tristitia secundum deũ
est/ et æternę vitæ nũcia/ haud secus ac digesta humani lotij hypostasis futuræ sanitatis
indicium. Et hac sane tristitia ad primam epistolarum Pauli affecti fuerunt Corinthij:
vt diligentes essent ad iustitiæ dei defensionem/ ad indignationem in eum qui facinus
admiserat in nouercam/ ad timorem dei/ ad desyderium/ ad zelum emẽdationis delicti
& censuram/ vt oportuerat. hic enim nomen delicti tacens negocium appellat Paulus:
in quo se castos/ puros/ & integros præstitere Corinthij. satis enim intelligebant. quod
34 si nondum intelligerent ex ijs quæ continuo subiungit: prompte satis intelligere pote-
rant. Subiungit enim Paulus. ¶ Igitur etsi non scripsi vobis eius gratia qui affecit iniu
ria/ neq; gratia eius qui iniuria affectus est: scripsi tamen gratia manifestationis diligẽ
tiæ vestræ/ quæ pro nobis est apud vos in conspectu dei. ob quamrem cõsolati sumus.
& in consolatione vestra multo abundantius gauisi sumus q̃ in gaudio Titi: ꝙ refocilla
tus est spiritus eius ab omnibus vobis. quia si quicq̃ apud eum propter vos gloriatus
sum: non sum confusus. sed vt omnia in veritate locuti sumus vobis: sic & gloriatio no-
stra quæ fuit apud Titum veritas comperta est. & præcordia eius abũdantius ad vos
feruntur: quippe qui reminiscitur omnium vestrum obedientiam/ quo pacto cum timo-

re & tremore excepiſtis eũ. gaudeo q̈ in te omni cõfidere poſſim in vobis. ¶ Hæc apertã
tenent intelligentiam. Et vt male operantes decet increpatio / vt ad bonum reſpirent/
& noxium deſerant/ vt ſpiritum attendant qui lux eſt & ſanitas / & carnem contemnãt
quæ opacitas eſt & infirmitas: ſic bene operantes decet commendatio/ vt ſemper ad an
teriora procedentes/ nunq̃ retro flectant habenas / ne retro reſpicientes regno dei non
fiant apti. ad id enim hæc ſancta laus apoſtoli contendit: vt ſemper ſtent & ad ãteriora
proueliantur/ nunq̃ autem incuruentur Corinthij. Quod & ipſis & nobis/ & omni genti
& nationi tribuat Chriſtus dominus qui eſt rex ſæculorum & ante omnia ſæcula be-
A nedictus. Amen.
31 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Prædiximus eni q̈
in cordibus noſtris eſtis. ¶ Sigulari numero dicit Paulus: prædixi enim. Paulus. προ-
A είρηκα γὰρ, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστέ. ¶ Vulgata æditio. Repletus ſum cõſo
32 latione/ ſuperabundo gaudio. ¶ Quia ſuperabundo præſens eſt: primũ (etſi præteritũ
B ſit apud Paulum) ad latinam concinnitatẽ tranſtulimus in præſens. Paulus. πεπλή-
33 ρωμαι τῇ παρακλήσει. ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ. ¶ Vulgata æditio. Etſi pœni-
teret videns q̈. ¶ Potius pœnituit ſiue pœnituerit. Video enim q̈. Paulus. εἰ καὶ με-
C τεμελόμην. βλέπω γὰρ ὅτι. ¶ Vulgata æditio. Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem
33 operatur. ¶ Id quod vetus interpres dicit ſtabilem/ vocabulum pœnitentiæ priuatiuũ
eſt. quod (ſi lingua permitteret) interpretari poſſemus: impœnitibilem. Paulus. μετά-
νοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον. ¶ Vulgata æditio. Sæculi autẽ triſtitia ¶ Etſi
34 idem prætendatur: habetur tamen græce/ mũdi autem triſtitia. Paulus. ἡ δὲ τοῦ κόσ-
μου λύπη. ¶ Vulgata æditio. Igitur & ſi ſcripſi vobis: non propter eum qui fecit iniu-
riam/ nec propter eum qui paſſus eſt/ ſed ad manifeſtãdam ſollicitudinem noſtram/ quã
habemus pro vobis coram deo. ¶ Cum Paulus/ ſcripſi duntaxat ſemel exprimat: ſecũ-
do reſumpſimus ad promptiorem intelligentiam. ſed & vetus interpres iteruertit ſecũ-
dæ particulæ intelligentiam. nam: potius illi dicendum eſſet / ſecundam perſonam
mutando in primam/ & primam in ſecundam: ſolicitudinem veſtram quam habetis pro
nobis coram deo. Paulus. ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαν-
τος. οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ᾽ εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν
σπουδὴν ὑμῶν. τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. CAP. VIII.

Ommendauit Corinthios ob triſtitiam illam quam ſuſceperant ad pœnitẽtiam & multimodam ſalutarem emendationem. Nunc Macedones ob liberalitatem & opera charitatis in ſanctos/ præconijs effert: vt eorũ exemplo/ non aliter Corinthios ad conſimilem ſectandam virtutẽ prouocet q̃ pater filios / cum exempla maiorum illis proponit imitanda/ ante oculos pingendo vitam quam ſuſpicere & admirari debeant. ſic aquilæ prouocant pullos ſuos ad volandum/ ſic ad irreuerberatas oculorum acies in ſolem defigendũ: quæ prouocatis vtiliora ſunt/ magiſq̃ neceſſaria q̃ prouocantibus. Ita quoq̃ charitatem exercere/ bonaq̃ in pauperes Chriſti diſpenſare: longe vtilius & operepretium magis diſpenſantibus/ q̃ id pietatis officium hortantibus/ & q̃ ſuſcipientibus. quandoquidem illi ſimiliores euadunt deo: qui omnibus omnia gratis elargitur/ neq̃ quicq̃ a quoq̃ ſuſcipit/ niſi non ingrati animi ſuſceptorum beneficiorum gratiarum actiones. quas etiam & benefici in ſanctos & inopes viros ob miſericordiã & ſacrum liberalitatis opus diuinitatis ſimulacrum: a ſanctis illis viris percipiunt. Paulus itaq̃ cum hoc pacto Corinthios aliena propoſita imagine hor-
35 tatur & prouocat: maxime eorum bonum cogitat/ nõ ſuum/ non aliorum, etſi ſuum &
aliorum pariter bonum exiſtat: minus tamẽ q̃ illorum. Dicit itaq̃. ¶ Notam autem fa-
cimus vobis fratres gratiã dei: quæ donata eſt eccleſijs Macedoniæ. quia in multa pro-
batione preſſuræ: ſuperabundantia gaudij eorum/ & profunda inopia eorum ſuperabũ-
dauit in diuitias ſimplicitatis eorum. quia ſecundum vires/ teſtor etiam/ ſupra vires ſpõ-
tanei fuere: multa cum obſecratione rogantes nos/ vt gratia et communio miniſtratio-
nis in ſãctos fieret. & nõ vt ſperaueramus: ſe ipſos tamen dederunt/ in primis domino
& nobis per voluntatem dei. Quamobrem rogauimus Titum: vt quẽadmodũ ante cœ-
pit/ ſic etiam hanc gratiam apud vos perficiat. ¶ Titus magnæ perfectionis vir/ nõ hu
mano ſenſu quæſita/ ſed ſpiritu dei indulta: formandis virtutibus & ſpiritualibus quidẽ
præficitur. nam terreni qui ad diuina formantur: ſunt vt adoleſcentes/ qui diſciplinam
refugiunt/ & qui quæcunq̃ moliuntur præceptores ad ædificationem morum/ arbitran
tur machinamenta eſſe nichil ad ſuam vtilitatem/ ſed in vſum ſolum excogitata præce
ptorum. At nequaq̃ ita eſt. deus eni meliora ingenuit ijs qui præſunt. intelligo qui præ-

sunt:eos qui vere præsunt. nam pręesse diuina conditio est. quis enim neget deum & cũ
quidẽ solũ cũctis præesse rebus? Et iccirco q̃uis Paulus velit eos ĩ hoc diuiniformes fie-
ri/ & hanc gratiam sibi comparatum iri: non præcipit tamen/ sed consilium dat. ne Co-
rinthiorum in sanctos elargitio videatur coacta esse/ quæ ęst diuinæ liberalitatis & gra-
tiæ (qua nichil liberius excogitari potest) quædam assimilatio/ & ne aliquod in rẽ pro-
priam / propriamq; vtilitatem machinamẽtum texere videatur. tametsi & ab hac opi-
nione esset alienissimus Paulus: vt qui nunq̃ pane ocioso vesceretur. Quid enim iuuat
nos si multas dei imitationes habemus: ea tamen caremus cum habere possimus/ qua
disponit vniuersa/ cum præcipiat nos fore misericordes: sicut pater noster cœlestis mise
36 ricors est/ omnibus igitur virtutis huius officium est adiungendum. Quapropter subne
» ctit Paulus. ¶ Verum vt in omni re abundatis/ fide/ & sermone / & cognitione/ & omni
» diligentia/ & ea quæ ex vobis est erga nos dilectione: ita etiam hac in gratia abunde-
» tis. non secundum præceptum dico: sed per aliorum diligentiam/ dilectionis vestræ ge-
» nerositatem tento. ¶ Hæc aliorum diligentia qua tentat/ experitur/ & prouocat Corin-
thios: Macedonum erat. Verum in bonis exercendis : non tam humana q̃ diuina facta
sunt attendenda/ non tam emulatione hominũ q̃ Christi sumus prouocandi. ille nobis
omnia dedit: & semetipsum dedit. & cum diues esset & superdiues/ ditans omnes: pau-
per esse voluit. vt cum das pauperibus eius: bonum tuum susciperet. q̃diu iquit fecistis
vni de fratribus meis minimis: michi fecistis. Iam igitur non propter Macedonas/ sed
propter Christi imitationem: gratiæ in pauperes fiant/ & non tam pauperibus q̃ Chri-
sto nos dedisse intelligamus. Et diuites: Christum in omni paupere venerentur/ pro no
bis pauperem factum. & contra/ pauperes: in omni liberali diuite/ non secus venerẽtur
Christum locupletantem mundum. Paupertas enim Christi summæ diuitiæ sunt mun-
di. & diuitiæ eius: plenitudo gaudij sempiterni/ & thesaurus indeficiens inexhausibilis
37 boni. Age igitur: in hac elargitionis gratia/ nos maxime prouocet Christus / ita nos in
» Corinthijs exhortante apostolo ei9. ¶ Cognoscitis enim gratiã domini nostri IHESV
» CHRISTI: quia propter nos inops factus est cum esset diues/ vt nos illius inopia diui-
» tes simus. Et sententiam hac in re do. hoc enim vobis conducibile est : qui non so-
» lum facere/ sed & velle cœpists a superioribus annis. nunc autem & facto adimplere. vt
» quemadmodum est promptitudo voluntatis : hunc in modum & adimpletionis ex eo
» quod habetis. si enim promptitudo adest secundũ quod habet si quid habeat: bene ac-
» ceptabilis est/ non secundũ id quod non habet. ¶ Quisq; ex eo quod habet/ & ex eo qd
suum est/ prompta voluntate Christi pauperibus elargiri debet/ & acceptatur a deo: nõ
autem ex eo quod non habet. vt si alienum erogat pro suo: id sane deo acceptabile nõ
est. Et plerũq; euenit/ vt qui terrenorum bonorum habent abundantiam: spiritualium
penuriam patiantur. & contra qui spiritualibus bonis abundant: temporalium patian-
tur egestatem. Itaq; quædam vicaria repensio esse debet: vt fiat quædam sufficiẽs ęqua-
litas. vterq; enim excessus per se insufficiens est: sed magis terrenorum bonorum abun
dantia atq; excessus. Cum igitur qui terrena dãt/ spiritualium participes efficiuntur/ &
qui spiritualia cõmunicant participes terrenorum: fit quædam sufficiens & deo grata
38 æqualitas. Vult igitur Paulus hanc mutuam participationis repensionem/ ad sanctam
» & sufficientem fieri æqualitatem: cum dicit. ¶ Non enĩ vt alijs requies sit & vobis pres
» sura: sed vt sit æqualitas. in præsenti tempore vestra abundantia illorum indigentiam
» suppleat/ vt & illorũ abundantia in vestrę indigentiæ sit supplemento. vt fiat ęqualitas.
» sicut scriptum est. qui multum/ nõ abundauit: & qui paucum/ non minoratus est. ¶ In il
lo certe tempore pauperes sancti qui Hierosolymis erant: terrenis indigebant/ sed abun
dabant spiritualibus. & contra/ qui diuitijs abundabant / indigebãt spiritualibus. vtriq;
igitur & abundabant & indigebant: & vicissim hi illorum/ & illi horũ indigentiam im-
plebant/ sufficiebantq; quod deerat. & hanc deo placere æqualitatem : figura monstra-
uit vt legitur in Exodo. Cum qui colligerent manna: qui plus colligebant non plus ha-
bebant/ q̃ qui minus. nec qui minus colligerent: non minus q̃ qui plus colligebant. de-
cet igitur sanctos/ & qui eodem manna sed in veritate/ pascũtur/ id est corpore Christi:
studere pro dignitate/ sua æquare. in hoc enim q; summa inferioribus sua officia impen
dunt/ & inferiora superioribus obedientias rependunt: æquãtur summa imis & ima sũ-
mis sine confusione/ quolibet in suo gradu & ordine manente. superiorum ĩfluentia in-
feriorum indigentiam implet: & inferiorum refluentia superiores suos / & eos qui præ-
sunt adiuuant. Et in hoc commendat Titum apostolus: q; sponte sua (ita deo mouen-
te) solicitandi super hoc negocio Corinthios/ prouinciam susceperit. cui fideles adiun-
xit comites: qui quę collecta essent acciperent ad sanctos Hierosolymis deportãda. Atq;

39 ait. ¶ Sit autem gratia deo: qui dedit hanc diligentiam pro vobis in corde Titi. quo-
niam et exhortationis officium suscepit: et diligentior factus / sponte sua ad vos profe-
ctus est. Misimus autem et cum eo fratrem: cuius laus est in euangelio per omnes eccle
sias. Et non id solum: sed et delectus est ab ecclesijs comes noster / cum hac gratia quæ
ministratur a nobis ad ipsius domini gloriam / et promptam voluntatem nostram. id
cauentes ne quis nos repræhēdere queat in hac plenitudine: quæ ministratur a nobis.
¶ Quis nescit Lucam euangelistam comitē Pauli fuisse / & ex tēpore quo fuit cū Paulo
sacrum librum scripsisse / qui de actis apostolorum inscribitur / non tamē semper erat cū
Paulo: vt ex hoc loco cognoscitur. sed prout res ferebat: ad alia loca mittebatur. Ideo
nichil mirum si innumera facta Pauli non scribit: quæ eo absente Paulus gessit. scripsit
enim ea sola: quæ ipse præsens vidit / & quibus dum fierent interfuit. Sed quanta vigi-
lantia curabant ne cuiq̄ exemplo nocerent (nocent enim qui præsunt maxime exēplo /
si vel vnius labis / seu auaritiæ / seu ambitionis / siue intemperantiæ præbent suspitionē)
40 apertius Paulus aperit / non ad suam commendationem / sed ad eorum qui præsunt
informationem / ac subiungit. ¶ Prouidemus enim bona nō solum coram domino: sed
& coram hominibus. Misimus autem cum eis fratrem nostrum: quem probauimus in
multis persæpe diligentem fuisse. nunc autem multo diligentiorem / ob fiduciam multā
quam habet erga vos / siue q Titi loco familiaris meus sit / & in vobis cooperator / siue
q fratres mei sint apostoli ecclesiarum / qui sunt gloria CHRISTI. Indiciū igitur dile-
ctionis vestræ & gloriationis nostræ propter vos: erga eos ostendite in facie ecclesiarū.
¶ Quis nā sit hic tertius frater quem commendat / & quem vice Titi socium habebat
& cōtubernalem: forte Siluanus est. At quia non expressit: quis pro certo sit innotum
est. illi tamen insignes erant in ecclesijs / & vt apostoli: nō illi primi / qui & Christi cō-
tubernales / & principes super omnem terram positi sunt / sed apostoli secundi / & aposto
li ecclesiarum. lucebāt tamen plurimum ad gloriam Christi. Cui semper omnis honor /
A omnis lux / splendor & gloria in sæcula. Amen.
35 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Et q in multo expe
rimento. ¶ Superfluit: &. Paulus. ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ. ¶ Vulgata æditio. Non
quasi imperans dico. ¶ Potius: non secundum præceptum dico / vel non imperans di-
B co. particulę eni quasi: nullo mō in Paulo intelligētia habetur. Paulus. οὐ κατ᾽ ἐπιτα-
36 γὴν λέγω. ¶ Vulgata æditio. Quoniā propter vos egenus factus est / cum esset diues.
37 vt illius inopia vos diuites essetis. ¶ Legimus in archetypis per primam personā pro-
pter nos. Et subinde per primam personam: vt illius inopia diuites essemus / siue potius
simus. Paulus. ὅτι δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσεν πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου
πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. ¶ Vulgata æditio. Et consilium in hoc do. ¶ Dici potest:
C & sententiam in hoc do. Paulus. καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. ¶ Vulgata ęditio.
39 Gratias autem ago deo. ¶ Per rectum singularem dicitur gratia deo. Paulus. χάρις
δὲ τῷ θεῷ. ¶ Vulgata editio. Et destinatam voluntatem nostram. ¶ Potius propititu
dinem / alacritatemue nostram / siue mauis promptam voluntatem nostram. Nam & pri
us idem traduxit vocabulum vetus interpres promptam voluntatem: cum dixit. si enī
voluntas prompta est secundum id quod habet: accepta est. Et in sequenti capite prom
D ptum animum: vbi habet. scio enim promptum animum vestrū. Paulus. καὶ προθυ-
39 μίαν ἡμῶν. ¶ Vulgata æditio. In hac plenitudine quæ ministratur a nobis in domi-
ni gloriam. ¶ Particula in domini gloriā: hic abundat. Paulus. ἐν τῇ ἁδρότητι ταύ-
D τῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ᾽ ἡμῶν. et continuo subiungit. προνοοῦμεν γὰρ καλά.
40 prouidemus eni bona. ¶ Vulgata æditio. Siue pro Tito qui ē socius meus / & ī vobis ad-
iutor. ¶ Qui & est: abundant. Et potius dicendū pro Tito socius meus. et in vobis coo-
perator. sed qui est / adiecit vetus interpres: q forte credidit socius debere referri ad Ti-
tum / non attendens tunc oportuisse Paulum fecisse solœcismum / cum nomen Titi in
græco sit genitiuus / & socius meus nominatiuus / & referri potius ad eum quem cōmen
dat / non ad Titum. & particula q / expressa dilucidiorem facit intelligentiam. Paulus.
εἴτε ὑπὲρ Τίτου κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός. ¶ Vulgata æditio. Apo
stoli ecclesiarum gloriæ Christi. ¶ Potius in recto gloria Christi. Et non refertur ad
ecclesiarum / sed ad apostoli / quasi dicamus apostoli qui sunt gloria Christi. Paulus.
ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα χριστοῦ. Si enim filius sapiens gloria patris est: tā-
to magis apostoli / prima fœtura & proles Christi ad noua mūdo sacramenta inferē da /
gloria Christi sunt / quibus nulli vnq̄ sapientiores / meliores / & admirabiliores / fuerunt.
¶ Vulgata æditio. Et nostræ gloriæ pro vobis. ¶ Potius: nostræ gloriationis pro vo-
bis. Paulus. καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν.

CAP. IX

NVne commendat Corinthios:vt qui prouocatione aliorum nō egeant.
41 imo quorum exemplo/ alij ad hoc pietatis officium prouocētur/dicēs.
¶De ministratione profecto quæ fit in sanctos: superuacaneum michi
est/ vt ad vos scribam. scio enim promptitudinē vestram.qua/ propter
vos apud Macedonias glorior:ꝙ Achaia parata sit a superioribus an-
nis.& zelus qui est ex vobis complures prouocauit. ¶Achaia regio
est in qua sita est Corinthus:ex vna parte Ionium/ ex altera vero Ma-
re egeum habens. Et causam subdit apostolus:cur fratres ad eos præ-
miserit.Ne scilicet Macedones qui exemplo eorum ad hoc opus virtutis excitati erāt:
si imparatos inuenirēt & remissos ad id pietatis officiū/& ipsi quoqꝫ remitterētur.Hoc
enim habet zelus:ꝙ si in vno intēditur/& in alio.& si in vno remittitur:& in alio pau-
latim elanguescit. Quod cernere est in ijs qui zelo concertant ad victoriam: vt in mu-
sica/palestra/saltu/ & similibus exercitationibus.vbi etiam intensio zeli in certantibus
laudatur:& remissio vituperationi cedit/tametsi finis/ gloria sit inanis. Quid igitur vbi
42 de virtute/sancto quidem zelo/& perfectæ gloriæ contenditur? Quapropter subdit Pau
lus. ¶Missi autem fratres: ne gloriatio nostra propter vos/ hac in parte irrita cadat.vt
(quēadmodum dixi) parati sitis.ne si Macedones mecum veniant & inueniant vos i-
paratos:erubescamus nos/ꝙ vos in hac substantia gloriationis dicere non possimus.
Necessarium itaqꝫ duxi hortari fratres:vt præueniāt/& præparent ante promissam hāc
vestram benedictionem/ sic in promptu fore vt benedictionem/ non vt auaritiam.
¶Quid est in hac substantia gloriationis:nisi in participatione piæ erogationis in san
ctos/quæ ad decus & gloriam cedit erogantibus?& hic gloriatio/ non pro vana glo-
riatione/ sed vera sumitur: qua cum videmus aliqua ad dei honorificentiam facta/ ex-
ultamus/ & gloriamur illa posse alijs narrare/ad decus eorum qui tam insignia pa-
trarunt/ & ad prouocationem similium. Cum certe cogito Bethicum regnum nostro
tempore Christo restitutum/ animo gestio:& glorior laudibus efferre/qui tam præcla-
ram Christo peperit victoriam & bella illa sancta voco quæ sanctos faciunt/ non quæ
fratres occidunt/aut fratribus imperia diripiunt. Idem facio cum aliquot regna tot sę-
cula ignotarum regionum Christo domino accessisse audio/ & hymnos Christo nunc
alterius poli & cœli canere Aethiopas. fœlicēqꝫ illum principem dico: quem deus ad
res tam præclaras delegit. Et hæc gloriatio in rebus alienis potius q̄ in proprijs est
habenda: & maxime in eo est gloriandum/ qui gratiam præstat agendi tam egregia
& præclara facinora. Ille vnus suspiciendus/ ille admirandus/ ille ad similia & ad cę-
ptorum incrementa est inuocandus. Sic & Paulus gloriabatur/ & ampliorem gloria-
tionem quærebat in Corinthijs. Quid etiam est vestram benedictionem sic in promptu
fore vt benedictionem/ non vt auaritiam? Certe cum omnis annona multiplicatur &
abundat: benedictionis dei est indicium. Benedices (inquit) coronæ anni benignita-
tis tuæ:& campi tui replebuntur vbertate. cum autem ob scelerum punitionem anno-
na deficit:cuiusdam diuinæ maledictionis est signū. A facie (inquit) maledictionis lu-
xit terra:arefacta sunt arua deserti. Est itaqꝫ benedictio:spontanea prouidētia.& male-
dictio:prouidentiæ retractio. Erogata igitur vt benedictio sunt: quando spōtanee de-
lectabiliter/& vbertim erogātur. vbertim dico pro viribus & facultatibus & prouiden-
di studio/ id est diuinā prouidentiā imitandi. Sunt autē vt auaritia:quando aut inspō-
tanee/ aut nō pro viribus vbertim/neqꝫ prouidēdi cura elargiūtur. est eni auarus:sem-
per maledictæ terræ similis. quæ aut nichil/aut perexiguum reddit/quasi nichil curans
eorum quos nutrire debet/prouidentiam. misericors autem & liberalis/ similis benedi
ctæ terrę & omniū (dei voluntate) prouidentiæ intentissimæ. Quam vicē recipiet aua-
rus:nisi auaritiæ/nisi maledictionis/ & quæ debetur sterili & infructuose ficui/ quæ ad
vocem domini exaruit? Et quam misericors & liberalis:nisi misericordiæ nisi benedi-
ctionis? Iuste sane deus auaris sterilitates inducit/facultates aufert & minuit.& con-
43 tra/ misericordium bona multiplicat/& facultates adauget. Et hac de causa non ab re
infert Paulus. ¶Hoc autem est.Qui parce seminat: parce & metet. & qui seminat in
benedictionibus: in benedictionibus & metet. vnusquisqꝫ vt proponit in corde: non
ex tristitia/ neqꝫ ex necessitate. hilarem eni datorē diligit deus. Potēs est autē deus oēm
gratiā abūdare facere in vobis:vt i omni te semper omnē sufficiētiā habētes/ abūdetis
in ōni opere bono. vt scriptū est. dispersit/ dedit pauperib9: iustitia eius manet iæternū.
¶Qui proponit in corde:diligētius vrget opus/ vt exequatur quod bene in corde pro-

posuit. si nichil proposuit: & ipse segnis & remissus est in agendis. & qui ex tristitia elargitur: auarus est. & quantum ex sua voluntate: prouidentiam negat/ & non dei imitatur benedictionem/ sed terræ maledictum. Et qui ex necessitate erogat/ id est ex ijs quibus indiget: & quæ eius indigentiam supplent/ & inopiam: ex tristitia plerumq; facit. non id igitur vt faciat/ Paulus requirit: sed inopiæ eius sufficiendæ relinquit. Si quis tamen tantę perfectionis est/ vt etiam ex ijs quæ sibi necessaria sunt/ delectabiliter & voluntariæ Christi contemplatione/ pauperioribus sanctis eroget: mercede non carebit ante deum. qui mulierem ex necessarijs suis duo minuta æra erogantem: plus cæteris cõmendauit. Vere (inquit) dico vobis: quia hæc vidua pauper/ plusq̃ omnes misit. Nã omnes ij ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hæc autem ex eo quod deest illi/ omnem victũ suum quem habuit/ misit. Quid si necessaria nõ sunt indigentiæ/ sed necessaria voluptati? Illa sane non necessaria sunt: sed superabundant. quæ si tribuis voluptati: virtutem perdis & gratiam. si liberalitati virtutem comparas & gratiam/ & benedictionem a deo consequeris. & pro fluxa voluptate: ex eisdem bonis æterna voluptate potieris. O clarissima virtus liberalitas: ob quam solam/ terrenarum opum præstat deus abundantiam. cuius beneficiorum/ gratiarum actiones: non solum in homines/ sed & a sanctis qui ea percipiunt/ in deum redundant. Et sicut dei prouidẽtia a sũmis pertingit ad minima: ita & hæc a minimis tangit summa. Quibus igitur optandũ est vt assint fortunæ/ quibus facultates/ quibus rerum copia? Non est obscurum misericordibus & liberalibus: ob quos multiplicat deus bona. Precatur igitur Paulus vt augeat deus bona Corinthiorum: qui ad liberalitatis officium tam prompte se attingũt.
44 vt hæc diuinæ benedictionis & prouidentiæ imitatio amplius & perfectius ab eis in
dies exerceatur. Hæc itaq; est sancta Pauli imprecatio. ¶ Qui autem suppeditat semẽ
seminanti/ & panem in cibum: suppeditet & multiplicet semen vestrum/ & augeat ge-
nimina iustitiæ vestræ. in omni re diuites sitis in omni simplicitate: quæ operatur per
nos gratiarum actionem deo. quia ministratio huius obsequij: non solum replet indi-
gentias sanctorum: sed & redundat per multas gratiarum actiones in deum. per expe-
rimentum ministrationis huius/ glorificant deum: in cõfessione subiectionis vestræ in
euangelio CHRISTI/ & in simplicitate cõmunionis in eos/ & in omnes/ & in eorũ ad
deum pro vobis supplicatione bene affectorum ad vos/ ob supereminentem gratiam
dei in vobis. Sit autem gratia deo: in inenarrabili dono eius. ¶ *Si quis eminẽtem aut supereminentem aliquam habeat gratiam/ vt sapientiæ/ intelligentiæ/ consilij/ fortitudinis/ agnitionis/ pietatis/ siue misericordiæ: hanc non sibijpsi tribuat/ sed desuper/ terræ suæ inseminatam intelligat. agatq; deo authori imensas (nobis ad hoc ipsum viã præmonstrante spiritifero Paulo & gratia dei pleno) pro tam ineffabili dono gratias. Pro igitur ineffabilibus eius bonis/ quibuscunq; illa elargiri dignatur: illi sit honor/ & gloria/ & gratiarum actio in sæcula.*

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Misimus autẽ fra-
42 tres. ¶ Singulariter dicitur misi. Paulus. ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφούς. ¶ Vulga-
ta æditio. Vt non dicamus vos in hac substantia. ¶ Deest vocabulum gloriationis: di-
cendumq; est in hac substantia gloriationis. Paulus. ἵνα μὴ λέγωμεν ἐν τῇ ὑπο-
B στάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. ¶ Vulgata æditio. Repromissam benedictionem
42 hanc. ¶ Dicendum repromissam benedictionem vestram hanc: deest vestram. Paulus.
43 προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν ταύτην. ¶ Vulgata æditio. Hoc autem
dico. ¶ Abundat dico. at potius verbum est: subaudiendum. Paulus. τοῦτο δέ. Et cõ-
tinuo sequitur. ὁ σπείρων/ id est seminans/ siue qui seminat. ¶ Vulgata æditio. Pro-
ut destinauit in corde suo. ¶ Potius vt proponit/ siue eligit. Et suo: abundat. Paulus.
C καθὼς προαιρεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ. ¶ Vulgata æditio. Iustitia eius manet in sæ-
43 culum sæculi. ¶ Sæculi: abundat. & solum habetur in exẽplari in sæculum/ siue in æter-
44 num. Paulus. ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα ¶ Vulgata æditio. Præ-
stabit & multiplicabit semen vestrum/ & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.
¶ Dicendum potius: præstet/ multiplicet/ augeat. vt intelligantur bene imprecantis
verba. Paulus. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς
βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν καὶ αὐξήσαι τὰ γε-
νήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Vt in omnibus locupletati
abundetis in omnem simplicitatem. ¶ Particula vt/ abundetis: abundant ab ar-
D chetypo. Paulus. ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα. ¶ Vul-
44 gata æditio. Per multas gratiarum actiones in domino. ¶ Dicendum gratiarum
actiones deo non domino. Paulus. διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ θεῷ. ¶ Vul-

gata æditio. In obediẽtia cõfessionis vestræ. ¶Sic habet Paulus. sed sermo videtur cõ-
uersus/ atq; loco huius in cõfessione obediẽtiæ. atq; iccirco hanc expressimus intelligẽ-
tiam/ quã & cõuerso ordine intellexit Paulus. Hac eni hypallage sermonisq; subalter-
natione frequẽter vtitur. Ac etiã frequẽter euenit: qui in vna lĩgua hypallagicus sermo
sit/ ĩ alia nõ sit. ¶Vulgata æditio. Et simplicitate cõmunicationis vestræ ĩ illos. ¶Par-
ticula vestræ abundat. Id cõmunicationis/ siue si mauis cõmunionis: vnum nomẽ est
piæ elargitionis in sãctos. vt enĩ dicitur grã/ benedictio/ misericordia quæ & eleemosy-
na: sic dicitur & cõmunio. Paulus. καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτούς.

CAP. X

PEtrus apostolus in ædificationẽ ecclesiæ/ solo verbo ĩ Anania & Sap-
phira vxore eius/ mẽdaciũ morte mulctauit. In Papho/ in ædificatio-
nem Sergij Pauli: Elymã magũ/ viæ domini obluctãtem/ verbo Pau-
lus ad tẽpus cæcauit. adulterũ: sathanæ tradidit/ corporaliter affligẽdũ/
vt spiritus saluaretur in die domini. Et hæc non virtute humana facie-
bãt apostoli: sed virtute spũs/ cui omnia parẽt/ & qui omnes potestates
habet in suũ obsequium. Hinc illorũ arma ex deo/ nõ ex hominibus:
fortiora nõ solũ hominibus/ sed omnibus potestatib9 spũalibus. Atta-
men vt deus benignus est & clemẽs/ malens parcere & gratiam impartiri q̃ punire: ita
Paulus spiritu dei actus/ & diuinę clemẽtiæ imitator/ mauult clemẽtiam q̃ punitionem
in quosdã exercere/ qui inter Corĩthios erãt pseudapostoli/ false & nõ pro veritate Chri-
stum annũciãtes & contra vias domini. falsas inducẽtes doctrinas: cõtra veras aposto-
lorũ traditiones. vult inquã parcere: si resipiscãt. & vt resipiscãt: multũ eos precatur. vt
si diuina feriendi erũt plaga: intelligant id nõ Pauli maliuolentia/ non iniuria/ sed sua
culpa sibi obtigisse. Cũ enĩ deus punit/ cũ seueritatem suã ostendit: nulla id maliuolẽtia
facit qui omnibus beniuolus & benefactor est/ sed sola illius qui punitur culpa. Et hac
de causa deterret nos deus/ & pollicitationib9 allicit ne peccem9: quia punire nõ vult
sed parcere. deterrere enim/ minari/ adblãdiri/ sẽper ad bonũ allicere: est nolle punire.
tam ferme deus nõ vult punire: q̃ nõ vult homines peccare. hoc enĩ antecedit: illud ex
45 consequentia est. Et hoc modo boni dei imitator Paulus/ ad miserendũ & nõ puniẽdi
affectus: ait. ¶Ego autẽ ipse Paulus obsecro vos per mãsuetudinẽ & clementiã CHRI-
STI/ qui secundũ faciem quidẽ humilis videor in vobis/ absens autem audere in vos/
obsecro inquã: ne præsens audeã ea confidẽtia qua putor audere in nõnullos/ qui arbi-
trati sunt nos perinde ac secundũ carnem ambulantes. In carne enĩ ambulantes: non
secundum carnẽ militamus. ¶Pseudapostoli dicebãt præsentiã Pauli esse humilẽ & fa-
cile contẽptibilem/ audere autẽ in absentia/ quæ nõ auderet in præsentia: nichil aliud q̃
carnem cogitãtes/ & tanq̃ Paulus secundũ carnẽ omnia moliretur/ & nõ ex dei spiritu.
Qui enim secundũ carnẽ ambulãt/ ex seipsis alios metiẽtes: iudicãt eos secundũ carnẽ
ambulare. & vt nichil spiritus habẽt: iudicant alios nichil spũs habere. arma parãt hu-
mana: credẽtes alios nullis nisi hũanis vti posse armis. at illi proprio iudicio/ propria-
46 ue falluntur obtusitate. Nam etsi alij carneo velati amictu ambulãt: nõ tamen armis
carnalibus militãt. Quod & subdit Paulus/ dicens. ¶Nam arma militiæ nostræ nõ car-
nalia: sed valida deo ad euersionem munitionũ. cogitationes subuertimus/ & omnem
altitudinem eleuatã aduersus cognitionẽ dei. & in captiuitatẽ redigimus omnem intel-
ligentiã in obedientiã CHRISTI. & in prõptu habentus vlcisci posse omnẽ inobediẽ-
tiam/ cũ obediẽtia vestra impleta fuerit. Quę secundũ faciẽ sunt: videtis. si quis sibijpsi
suasit q̃ sit CHRISTI: cogitet rursus apud seipsum/ q̃ vt & ipse CHRISTI est/ sic &
nos. ¶Potuisset vlcisci omnẽ inobediẽtiam etiã etsi Corinthij inobediẽtes mansissent:
sed malebat apostolus si opus fuisset vltione/ eos prius in obedientiã venisse/ & pericu-
lũ efficaciãq; vltionis in alios postmodũ cognoscere. Et si inter eos erãt qui ex virtuti-
bus ac potẽtis faciẽdis sibi persuasũ haberẽt/ q̃ Christi essent: illi apud semetipsos co-
gitare debebãt/ Paulũ Christi eẽ/ & virtute & potestate a Christo nõ destitui. cęteri autẽ
q̃ solũ poterãt secũdũ carnẽ: solũ videbãt atq; iudicabãt secundũ faciẽ. qd peculiare est
humanæ infirmitatis viciũ: ex seipsis aliorũ ferre iudiciũ. At eiusmodi aliquis forte di-
cet: de potẽtia illa plusq̃ reuera est/ aut decet/ gloriatur Paulus. Hęc carnalis est cogita-
tio: quæ stipulã/ quernę fortitudini cõparat/ & culicẽ Elephãti. Quæ enĩ potẽtia carnis
ad spiritũ/ & quis potẽtiã illã metiatur: quæ ĩ se sine mẽsura est/ de qua si q̃s gloriat̃: nõ
de se/ nõ ĩ se/ sed ĩ deo gloriat̃/ ĩ quo null9 ẽ gloriatiõis excessus/ vt neq; cognitiõis/ quę
est ĩfinitæ sapiẽtiæ pelag9. min9 igit̃ sermo Pauli habet/ etiã sine proportione: q̃ res ipsa
ĩ veritate. Sed modestia ipsa seruãda ẽ: propter hoĩes. extasis autẽ & excess9: penit9 ẽ ad

47 deũ. Quapropter ſubiũgit Paulus. ¶ Tametſi enĩ quippiam abundãtius glorier de po-
teſtate noſtra/ quã dedit nobis dominus ad ædificationẽ & non ad euerſionem veſtrã:
non confundar/ vt nõ exiſtimer tanq̃ deterrens vos per epiſtolas. quãdoquidẽ inquiũt
epiſtolæ graues ſunt & fortes: præſentia autẽ corporis infirma/ & ſermo cõtemptibilis.
¶ Hæc verba erant humanorũ detractorũ in Paulum: qui carne ſapiebãt/ & humana
inflabãtur ſapientia/ aut verius deſipientia. qui humana gloriabãtur eloquentia: quos
diuina fugiebat/ vt quã contẽptibilẽ appellarent ſermonẽ. Qui cũ a deo nõ probarẽtur:
ſeipſos probabãt/ atq; cõmendabãt/ fauores expetebant humanos diuinum neſciẽtes/
diuinum nichil eſſe putãtes qui ſolus & verus/ & expetendus eſt. mos enim iſte cõmu-
nis eſt omniũ terrene & nichil diuine ſapientium/ etſi ſe omnia ſcire putantium. Quos
48 redarguit Paulus: eorum mores aperiens/ vt reſipiſcãt & emendentur/ neq; ſe temere
putent ex terrenis diuina metiri/ dicens. ¶ Hoc exiſtimet qui eiuſmodi eſt: q̃ quales
ſermone per epiſtolas ſumus abſentes/ tales & præſentes opere. nõ enim audemus noſ-
ipſos approbare: aut comparare quibuſdam qui ſeipſos cõmendant. ſed ipſi in ſeipſis
noſipſos metientes & comparãtes: noſipſos ſeipſis non intelligũt. nos autem non ſine
menſura gloriabimur: ſed ſecundum menſurã regulæ/ qua diuiſit nobis deus menſurã
ad vos vſq; pertingendi. non enim tanq̃ ad vos nõ pertigerimus: ſuperextẽdimus noſ-
ipſos. Nam & ad vos vſq; pertigimus in euangelio CHRISTI: non ſine menſura glo-
riantes in alienis laboribus. ¶ Illi pſeudapoſtoli gloriabãtur ſe eis veritatẽ de Chriſto
annũciaſſe: quod nõ ipſi/ ſed alieni præſtiterãt Corinthijs labores. & ſupra menſuram
gloriabãtur in ijs quæ nõ erant menſura/ nam in proprijs traditionibus & carnalibus
49 adinuentionibus. Et ideo amplius exhortans Paulus Corinthios: in quo vere gloriã-
dum ſit/ ſubiungit. ¶ Spem habemus: creſcente fide veſtra/ in vobis magnificari ſecũ-
dum regulã noſtrã/ abundãtius ea quæ ſupra illa veſtra ſunt euãgelizando/ nõ in alie-
na regula/ in ijs quæ prõpta ſunt gloriãdo. qui autẽ gloriatur: in dño glorietur. non enĩ
qui ſeipſum cõmendat ille probatus eſt. ſed quẽ dñs cõmendat. ¶ Dei munere nõnulla
parata Paulus habebat/ præter ea quæ audierãt Corinthij: in quibus euangelizãdis glo-
riari poſſet ſecundũ menſurã ac normã donationis Chriſti. ſed id nõ eſt in ſe gloriari:
ſed in deo qui dat. Qui enĩ in aliquo gloriatur non quia in ſe eſt/ ſed quia ab aliquo eſt:
nõ propter ſe/ ſed propter eũ qui largitur/ nõ in ſe ſed in largiente gloriatur. & hæc glo-
riatio: vera & ſancta eſt. Quam nobis largiatur Chriſtus in omnia ſæcula benedictus:
in quo ſolo vniuerſus glorietur mundus.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Abſens autem con-
45 fido in vobis. ¶ Potius hic interpretandum: audeo q̃ confido/ & intelligentia melior.
B Paulus. ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. Quæ ſecundum faciẽ ſunt
46 videte. ¶ Potius dicendum: videtis. non enim præcipit Paulus/ ſed aſſerit. Paulus. τὰ
C κατὰ πρόσωπον. βλέπετε. ¶ Vulgata æditio. Non enim audemus inſerere aut
48 comparare nos quibuſdam. ¶ Potius dicendũ: non enĩ audemus approbare aut cõpa-
rare nos quibuſdam. Paulus. οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἑαυτούς. verbum enĩ
ἐγκρίνω: peculiariter approbo ſignificat. ¶ Vulgata æditio. Sed ipſi in nobis noſmet-
ipſos metientes & comparantes noſmetipſos nobis. ¶ Vetus interpres vnam omiſit
ſubiungere particulam/ nõ intelligunt: modo nõ fuerit exemplar poſt eius traductionẽ
corruptũ. Et hæc litera Pauli ambigua eſt: eo q̃ vocabula/ primæ & tertiæ perſonæ in-
differentia ſunt. & hæc tota particula per tertiam perſonã explicari poteſt: vt ſit ſenſus.
ipſi ſe apud ſe metientes & comparantes: ſeipſos nõ intelligũt. quem ſenſum intellexit
Auguſtinus. Et per primã tota: quem ſenſum vetus interpres ſecutus eſt. ſed ineptũ red-
ditur verbum in fine. nam tertiæ perſonæ eſt. verum & particula/ partim per tertiam &
partim per primã perſonam explicari poteſt. nam ſunt qui ex ſeipſis: volunt alios meti-
ri. quod non capiũt: credunt alios non capere. quo pacto incedunt: credunt alios ince-
dere. ſed ipſi alios in ſeipſis non capiunt/ non intelligunt. quam intelligentiam ſecuti
ſumus: & quæ videtur huic loco quadrantior/ niſi cuipiam alij fortaſſe ſecus videatur.
Paulus. ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες καὶ συγκρίνοντες
D ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν. ¶ Vulgata æditio. Nos autẽ nõ in immẽſum gloria-
48 bimur. ¶ Dici potuit in ijs quæ ſine mẽſura ſunt gloriabimur. verum id intelligo idem
eſſe ac ſupra menſurã. Paulus. ἡμᾶς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα.
D ¶ Vulgata æditio. Etiam in illa quæ vltra vos ſunt euangelizare. ¶ Abundat: etiam.
49 Et potius dicendum: ſupra illa quæ veſtra ſunt/ q̃ quæ vltra vos ſunt. Paulus. εἰς τὰ
ὑπὲρ ἐκεῖνα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι. Præpoſitio enim ὑπὲρ cum ſupra ſignifi-
cat: accuſatiuo iungitur/ non genitiuo.

CAP. XI

NOn ſolum ſeductores Corinthiorum detrahebant Paulo/ dicentes præ-
ſentia corporali debilem & ſermonē eius contemptibilem:ſed & ipſum
inſipientem dicebant. id defectum putantes:quod erat per eminētiam.
O noctuæ quæ diem iudicatis noctem. Nam vt ſapientia huius mundi
inſipientia eſt ante deum / & inſipientia per defectum: ſic ſapientia dei
inſipientia eſt erga mundum / ſed inſipientia per eminentiam & per-
fectionis exceſſum. vt quod luſcioſis oculis lumen eſt: acute vidētibus/
tenebræ ſunt/ & tenebræ per defectum.& contra/ quæ clare videntibus
lux:tenebrę ſunt luſcioſis/ſed tenebræ per eminentiam/atq; exceſſum. ſic & inſipientia
Pauli/ videntibus & ſpiritualibus lux eſt: luſcioſis autem & carnalibus / tenebræ. &
haud ſecus optat Corinthios ex animi beniuolentia/ illius eminentis inſipientiæ eſſe
50 capaces:q̄ ſi quis luſcioſum optaret cōpotem eſſe lucis.quæ ideo ab eo nō videtur:quia
» ſua eminētia facultatē vidēdi eius ſuperat. Atq; hūc in modū optat Paulus. ❡Vtinam
» me parū toleraretis ī inſipientia.ſed & tolerate me. Zelo enī vos dei zelo.aptaui enim
» vos:vt vni viro virginē caſtā exhibeā CHRISTO.❡Quēpiam in ſapiētia cōcinnare/
aptare/ harmonizare/in puritate ſūmæ præſentare ſapientiæ: id nō niſi ſane in eminē-
tia eſſe poteſt/ & ſapiētia humanā ſupergrediēs ſapientiā. ceu qui noctuinos oculos ſic
harmonizaret/ vt purificatos purę luci præſentaret/purāq; eis repręſentaret lucē: opus
certe eſſet nō in tenebris/ſed ī aperta luce vidētis.Quo modo igitur Corinthij cū apta-
ti & harmonizati fuerint:hanc eminentiā inſipiētiæ nō ferūt/nō tolerant/nō capiunt?
Si non ferūt/tolerāt/ capiūt/id nō iniuria aptātis apoſtoli/ſed ſeductione maligni factū
51 eſt/qui virginē Euā ſeduxit/& ſēper inſidiatur caſtas corrūpere mētes. Ideo ſubdit apo
» ſtolus/dicens. ❡Sed timeo:ne quoquopacto/vt ſerpēs Euā ſeduxit ī aſtutia ſua/ ſic mē
» tes veſtras corrūpat a ſimplicitate quæ eſt ī CHRISTO.❡Et cauſā huius ſeductionis
ſubiūgit:quia bene/ id eſt prōpte & facile ferebāt/tolerabant/ admittebāt/ qui aliter de
52 Chriſto/ de ſpiritu ſancto/de euāgelio differerent q̄ quæ audierāt. ex qua facilitate oēs
» introductæ ſunt hæreſes & peſtiferæ ſectę.Atq; ideo ſubiūgit Paulus. ❡Nā ſi quis ve-
» niens aliū CHRISTVM prædicat q̄ quē prædicauim9/ vel aliū ſpiritū accipitis q̄ quē
» accepiſtis/ vel aliud euangeliū q̄ quod recepiſtis: bene toleratis. ❡Sed ſic certe nō eſt
faciendū.verum ſi nolumus decipi/ſi nolumus aſtutia ſerpentis mēte corrūpi:euāgeli-
ſtas/apoſtolos & Paulum audiamus/& de eiuſmodi aliter docētes repudiemus. Paulū
53 dico qui nichil minus habuit ex reuelatione: q̄ duodecim apoſtoli ex diuino (dū ad-
» huc Chriſtus ageret in terris) perceperūt ore. Qđ ipſe teſtatur:dicēs. ❡Puto enī nichil
» minus habuiſſe q̄ excellētes apoſtoli.qui tāetſi rudis ſū ſermone:nō tamen cognitione.
❡Tribuit Paulus detractoribus:q; imperitus ſit ſermone. illi enī humanā attendebāt
eloquentiā.illi/qui vnicā linguam nouerāt: Paulū putabāt imperitū/ rudē/& elinguē/
qui omnē nouerat. Verū illa imperitia & ruditas:abundātia erat cognitionis. Nā quia
Paulus omnilinguis erat: frequenter qđ alteri linguæ propriū erat/ ſuo ſermoni imiſce
bat.& hac de cauſa nōnulli putabant ſermonis idiotā/ac ignarum:cū non id ex igno-
rantia/ſed ex multiformi ſermonū cognitione procederet. adeo vt & imperitia Pauli:
ſcientiæ ſit ſuperabūdantia. Si quis eni latinus qui & idē græcus eſſet/ ſermoni latino
græcam formā imprimeret:qui ſolū latinus eſſet/ illū rudē/ imperitūq; ſermonis iudi-
caret.at vero qui vtrāq; linguā norit: dicet cognitionis illi9 abūdātiā/videri ſermonis
imperitiā. Et ſic certe accidit Paulo:in quibus nō videtur ſeruare loquendi formā/ſer-
moni conſuetam.aliūde eni:ex abundanti cognitione mutuat.Credo equidem ſi purā
loquendi formā obſeruare voluiſſet:vel Demoſthenē ipſum aut diſertiſſimū queq̄ illius
linguæ oratorē ſuperare potuiſſet. Quod & Valla/ alioqui linguarū acerrimus cēſor/ in
Remigiū quendā noſtratē de īproprietate ſermonis Paulū inſimulantē/ ſenſit. Græcā
(inquit) veritatē non cōſulis:in qua lingua Paulus accurate loquutus eſt.qui in verbis
cū proprijs/ tū ornatis dūtaxat/ rerū maieſtate ſeruata/ Demoſthenē ipſum antecellit.
hæc Valla. Et Euſebius. Paulus (inquit) iter omnes apoſtolos eruditior etiam ī verbis
videtur/ & in ſenſibus præpotens. Et Origenes in Celſum. Explana (inquit) ſi potes
Pauli epiſtolas. vtcumq; id arguas/velim:& Paulum ſuperes in dicēdo. Et tantā Pauli
tribuit eloquentiam: vt ob illam creditus ſit a gentibus aliquando Mercurius. Quod
& Lucas in actis aperit. Cum vidiſſent (inquit) turbæ quod fecerat Paulus: vocēſuā le
uauerunt Lycaonice dicentes. Dij/ facti ſimiles hominibus deſcenderunt ad nos. Et
vocabant Barnabam / Iouem: Paulm vero Mercurium/ quoniam ipſe erat dux ver-
bi. Inanem tamen florem & lenocinia linguæ qui ſæcularis eſt ſermonis ornatus:

APOLOGIA PRO PAVLO

ſpiritualiũ ſẽper fuit animorũ deuitare. Et mirũ eſt Hieronymũ tãtũ ſane virũ putaſſe
Paulũ etiã per defectũ/ſermonis fuiſſe ĩperitũ:& id etiã oſtẽdiſſe conatũ.& nõ id potius
ſenſiſſe cum variarum cognitor eſſet linguarum/interdum proprietates & formas alie-
næ linguæ locutioni græcę ĩmiſcuiſſe/ vnde ſermone imperitus putabatur. cum hæc ĩ-
peritia:multiplex etiam eſſet ſermonis ſciẽtia.ſed vt in adagio eſt. Bonus nõnũq̃ dor-
mitat Homerus. Ad vigilantes igitur hac in parte Origenem/Euſebiũ/ Lucam non mi
nus multarũ ſcios linguarũ:potius accedamus.neq; Paulũ ſentiamus per defectum ſer
mone imperitũ.Mare enim omniũ in ſe fluuiorum dulcedinem cõtinens:videtur ama-
rum. Et Paulus omnem linguã callens: ſermone imperitus. Gratias (inquit) ago deo
meo:omnibus vobis magis linguis loquens. Et hæc breuiuſcula pro imperitia ſermo-
nis Pauli non per defectum ſed per eminentiam dicta:ſufficiat apologia. Sed quid op⁹
54 de hac re longiorem agitare ſermonẽ:cum in omnibus notus eſſet Paulus Corinthijs.
Quod ſubdit Paulus:aliqua eis reuocans in memoriam/dicens. ¶Omnino autem in
omnibus manifeſti ſumus in vobis.an peccatum admiſi:meipſum humilians/ vt exal-
temini/ꝙ gratis euangelium dei euangelizaui vobis/ alias eccleſias exhauſi ſtipendiũ
capiens ad veſtram adminiſtrationẽ/Et cum præſens apud vos eſſem & egerem: nullũ
grauaui. meam enim indigentiam reſartierunt fratres: qui venerunt a Macedonia.&
i re omni : ſine grauamĩe meipſum vobis ſeruaui/ atq; ſeruabo.Eſt veritas CHRISTI
in me: ꝙ gloriatio hæc non excludetur a me in regionibus Achaiæ. ¶Hæc reſpondẽt
quibuſdam poſitis in capite nono præcedẽtis libri:ſed ꝙ hæc omnia faciebat/ ſuo qui-
dem exemplo inſtruebat eos qui Corinthios eſſent moderaturi.vt nõ in pompa ſermo-
nis gloriarentur/ non in mundi ſapientia/ nõ in elatione & ſuperbia / non in auaritia
ſuos grauantes ſubditos:ſed ſimplicem/ veracem/ & minime fucatam haberẽt oratio-
nem. deo ſaperent:non mũdo.humiles eſſent/miſericordes/ ac liberales: & in ſolo deo
ſuam gloriam quærerent. tales enim erant apoſtoli Chriſti. Sed longe aliter fecere qui
ſubintrauerunt: adeo vt ſe declararent apoſtolos ſathanæ/ qui omnino contrarius eſt
Chriſto. Nunc igitur cur Paulus ita ſe geſſerit/rationem reddit:id nõ fuiſſe odium Co-
rinthiorum (diligebat enim eos in dei charitate) ſed vt illi qui ſe vellent aſſerere apo-
ſtolos Chriſti & non eſſent/ex vita & moribus eius agnoſcerẽtur/ ne & ipſi gloriari poſ
55 ſent ꝙ eſſent apoſtoli Chriſti cum non eſſent/& cum vita & moribus cognoſcerẽtur ve-
ris apoſtolis diſſimiles. Subdit itaq; hanc cauſam:dicens. ¶Quare/nunquid quia non
diligo vos/Deus ſcit. Quod autem facio:etiam faciam/ vt abſcindam occaſionẽ eorũ
qui occaſionem volunt/vt in quo gloriantur/ſimiles inueniãtur nobis. nam huiuſmo-
di pſeudapoſtoli/operarij doloſi ſunt: trãſfigurantes ſe in apoſtolos CHRISTI. Et nõ
mirum. ipſe enim ſathanas tranſfigurat ſe in angelum lucis. haud magnum igitur ſi &
miniſtri eius tranſfigurantur perinde atq; ſint miniſtri iuſtitiæ. quorũ finis erit ſecun-
dũ opera eorũ. ¶Cũ ſpirit⁹ tenebrarũ curioſis illudit: dicit ſe angelũ eſſe lucis/& ſpiri-
tũ dei bonũ. Cui enĩ illuderet:ſi ſe ſpiritũ malũ aperte fateretur.q pythonicos ſpũs ha-
bent (quod idololatriæ peſſimũ genus eſt) bonos angelos eſſe credũt.ſe enĩ angelos lu
cis ementiũtur.& hoc eſt:eos ſe in angelos lucis tranſformare.ſic & operarij iniquita-
tis/qui exorciſmis/conſecrationibus/hymnis/thymiamatiſq; vtẽtes/ & diuinorũ nomi
num prophanationibus ſe arbitrãtur angelos bonos euocare/ſupernaſq; virtutes:quæ
nichilominus õnes ſub principe huius mũdi militant/ & ſub rectoribus tenebrarũ ha-
rum.ſed ſe ſanctos angelos dicũt.ſanctorũ angelorũ ſibi nomina ponũt. & hoc eſt:ſe ĩ
angelos lucis trãſformare.& huiuſmodi extremæ vanitatis & ſũmæ dementiæ libros/
quotquot habuerũt: Paulo docẽte Epheſi/ qui ante id tẽporis vani fuerant cõbuſſerũt/
vt in actis apoſtolorũ ſcribitur. Multi autẽ (vt illic dicitur) ex eis qui fuerãt curioſa ſe-
ctati:cõtulerũt libros ſuos/& cõbuſſerũt eos corã omnib⁹. & cõputatis precijs illorum:
inuenerũt pecuniã denariorũ quinquagita miliũ. Vtinã has tã puras nugas/tã mœras
impoſturas/tã vanas periergias/tã demonicas decipulas vltrix flãma vbiuiſgẽtiũ ab-
ſumeret / vt ſathanæ õnis toleretur occaſio ſe in angelũ lucis tranſfigurare/& ne quos
haberet miniſtros qui ad tã nefaria niterẽtur mẽtes hominũ deuoluere ſacrilegia. Sed
& ſathanas in certis viſionibus & reuelationibus ſe mẽtitur angelũ lucis:vt in prophe
tis Achab regis Iſrael/mendaciũ poſuit pro veritate:quẽ nichilominus ſpiritũ dei bo-
nũ eſſe credebãt.ſed & in Montano/Priſca/& Maximilla inſanis vatibus ſe ſpiritũ ſan
ctũ videre volebat:qui ſpũs imundiſſimus eſt.vt q ebrietatibus/& ĩpudicitijs earũ gau
debat.& nõ ſolũ in angelũ/ſed & ſe trãſfigurat in deũ:quo errore infinitã ad perditio-
nem olim inuoluit multitudinem gentium. Cum igitur Paulus in illis non gloriaretur
in quibus miniſtri ſathanæ/ſe mentientes miniſtros Chriſti:non in inſipientia gloria-

56 batur/ vt putabant. sed ipsi reuera in insipientia & per defectum insipientia gloriabã-
tur. Iccirco de insipientia quæ secundum defectum est: subiungit Paulus. ¶ Cæterum
dico: ne quisq̃ me putet insipientem esse. Sin vero secus: vt insipientem accipite me. vt
& ego aliquantulum glorier. quod loquor/ non loquor secundum dominum: sed velut
in insipientia/ in hac materia gloriationis. Quoniam multi gloriantur secundũ carnẽ:
& ego gloriari potero. ¶ Secundum hominem loquitur de hac in defectu insipientia/
non secundum deum: non q̃ in illa gloriari velit quam damnat & spernit/ sed q̃ vn-
decunq̃ secundum carnem gloriari potuisset/ longe etiam magis q̃ ipsi: si voluisset. Qui
enim secundum carnem gloriantur: seipsos respiciunt. qui autem secundum spiritum:
deum. Et prius corripit Corinthios quadam ironia/ sed correctionis (paterno quidem
ac indignante animo) gratia: q̃ insipientes secundum spiritũ tolerarent. qui in hoc glo
riabantur: q̃ eos in seruitutem veteris legis redigerent. q̃ ex substantijs eorum viue-
rent. q̃ bona eorum diriperent. q̃ fastum inter eos exercerent. q̃q̃ eorum: ad suũ nu-
57 tum dominarentur. quæ profecto res: non eis sapientia/ non prudentia/ sed dedecus
ingens/ ingensq̃ erat ignominia. Quod hoc pacto subiungit Paulus/ dicens. ¶ Liben-
ter enim toleratis insipientes cum sitis sapientes. Nam toleratis si quis vos in seruitu-
tem redigit/ si quis deuorat/ si quis diripit/ si quis extollitur/ si quis vos in faciem cedit.
quod ad dedecus dico: quasi quia nos infirmi fuerimus. ¶ Sane si sic faciendum fuis-
set: æque potuisset Paulus/ vt & ipsi. neq̃ ipse ĩ aliquo eis ĩbecillior/ infirmiorq̃ fuisset:
verum & superior. Nam si audebant se ex genere commendare: & Paulus potuisset. si
58 ex gẽte: & Paulus. si ex ministerio a deo suscepto/ si ex diligentia/ si ex fidelitate/ tole-
rantia/ & perseuerantia in eo: longe magis Paulus. Quod subdit dicẽs. ¶ In quo quis-
piam audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: &
ego. semen Abrahæ sunt: & ego. ministri CHRISTI sunt: desipiens dico/ plus ego.
¶ Quæ subiungit: ostẽdunt Paulũ amplius/ supraq̃ fuisse Christi ministrum/ q̃ illi pseu-
dapostoli: qui gloriabantur se esse ministros Christi cum non essent. cum nulla signa
59 veri apostolatus ostendere possent. Sed quæ subdit Paulus: veri ministri/ veriq̃ apo-
stoli sunt indicia. Cum se fuisse dicit. ¶ In laboribus abundantius/ in plagis excessius/
in carceribus crebrius/ in mortibus frequenter. a iudæis quinquies quadragenas (vna
dempta) plagas accepi. ter virgis cesus sum/ semel lapidat9 sum/ ter naufragium per-
tuli/ nocte/ dieq̃ in alto laboraui/ in itineribus sæpe/ in periculis fluminum/ in pericu-
lis latronum/ in periculis ex genere/ in periculis ex gentibus/ in periculis in ciuitate/ in
periculis in solitudine/ in periculis in mari/ in periculis a falsis fratribus/ in labore &
erumna/ in vigilijs frequenter/ in fame & siti/ in ieiunijs sæpe/ in frigore & nuditate/
præter illa quæ forinsecus sunt/ instantia mea quotidiana/ cura omnium ecclesiarum.
Quis infirmatur: & ego non infirmor. quis offenditur: & ego non succendor. ¶ Instan-
tia/ vigilantiaq̃ Pauli vt sanctum pastorem decet/ inintermissa erat. cura eius erat: cura
omnium ecclesiarum. quis aliorum ministrorum tanta protulit: quis tam diligens/ quis
tam vniuersaliter curans & intendens fuit/ Aliquis miuistrorum infirmatur & tanto
succumbit oneri: Paulus autem non infirmatur/ non succumbit. quispiam ministrorũ
scandalizabitur/ offendetur: Paulus autẽ nulla offensione succenditur/ nulla cõcutitur/
nulla mouetur/ vt a pio discedat officio. Sed in his Paulus non vult gloriari: quin po-
tius contra aliorum morem/ si sibi gloriandum esset/ vellet in ijs quæ sunt infirmitatis
60 suæ/ humilitatis/ & abiectionis a mundo/ gloriari. Quapropter sic & ipse subdit Paul9.
¶ Si gloriari oportet: in ijs quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domi-
ni nostri IHESV CHRISTI qui est benedictus in sæcula: scit q̃ non mentior. Dama-
sci præfectus gentis Aretæ regis/ obseruabat Damascenorum ciuitatem appræhende-
re me volens: sed per fenestrã in sporta demissus sum per murũ. atq̃ effugi manus eius.
¶ Quo pacto intentatam sibi mortem Damasci ex insidijs iudæorum/ portis vrbis vn-
diquaq̃ obseruatis/ ne mortem euaderet/ demissus a fidelibus per murum in sporta ef-
fugerit Paulus: denarrãt apostolorũ acta. quẽ enim deus tantũ ecclesiæ suæ architectũ
esse volebat: nequaq̃ maliuolentia inimicorum suorum intercipi morte/ voluit. sed vitã
illi tunc/ & toties alias ex certis eũ periculis mortis/ ad suam gloriam & nostrã salutem
donat. Vnde sit ei honor/ & gloria/ & gratiarũ actio: in omnia sæculorũ sæcula.
¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Vtinam sustineretis
A modicum quid insipiẽtiæ meæ. ¶ Potius ex Paulo. vtinam sustineretis me modicũ in
50 insipientia. Paulus. ὤφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ. Est enim insi-
piẽtiæ in Paulo datiuus: qui apud nos verteretur in ablatiuũ/ sed intelligibilius cum ei
adiungitur præpositio. ¶ Vulgata æditio. Despondi eni vos vni viro. ¶ Illud despõdi

designat in Paulo/aptaui/cōcinnaui/harmonizaui/nō id quod desponsaui/ quod græ-
ci μέμευκα dicunt. Paulus.ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶσ ἑνὶ ἀνδρί.¶Vulgata æditio.
A Ita corrūpantur sensus vestri & excidant a simplicitate/quæ est in CHRISTO. ¶Po-
51 tius legendum. corrūpat sensus vestros siue mentes/ intelligentiasue vestras. Et id &
excidant: superfluū est. Paulus.ὅυτω φθαρῆ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆσ ἁπλό-
A τητοσ τῆσ ἐισ τὸν χριςόν.¶Vulgata æditio. Alium CHRISTVM prædicat quē
52 nō prædicauimus.¶Sic græce per relatiuum et negationē sequentem/cū hic tum ī se-
quentibus particulis dicitur. Verum ad locutionem latinam accommodatius: si per q̄
er relatiuum sequens exponatur. Dat enim q̄/intelligere negationem: sermone quidem
accommodato. verbi causa alius fuit Ioannes senior qui non fuit euangelista: perinde
est ac si dicas/alius fuit Ioannes senior q̄ qui fuit euāgelista. sed hic sermo q̄ ille nostræ
linguæ accōmodatior. Iccirco per q̄ potius q̄ per non/maluimus particulā supra positā
& sequentes explicare.¶Vulgata æditio. Recte pateremini.¶Potius bene siue facile
pateremini/seu vt prius vertit vetus iterpres sustineretis. Et idem vocabulum sępe pro
sua consuetudine varijs modis transfert/ quasi aliud transferat. Et illud bene: non hic
approbationem dicit/ non in bonam partem sumitur/sed facilitatē & licentiosam pro-
nitatem. non enim eos approbat Paulus: sed accusat. Iccirco particula/ recte: nō con-
sentanee loco eius poneretur. quia recte potius approbat/ et in meliorē sumitur notā.
B Paulus.καλῶσ ἀνέχεσθε.¶Vulgata æditio. Existimo enim nichil me minus fecisse
53 a magnis apostolis. ¶Potuit modestius (vt et loquitur Paulus) hic locus interpre-
tari.¶Existimo enim nichilo caruisse/ nichil minus me habuisse q̄ magni siue excellē
tes apostoli/aut aliquid simile. Non enim hic dicit Paulus se aliquid fecisse: sed nō ca-
ruisse/id est nō minus habuisse. Paulus. λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑςερηκέναι, τῶν
B ὑπὲρ λίαν ἀποςόλων.¶Vulgata æditio. Aut nunquid peccatū feci meipsum hu-
54 milians?¶Particula aut superfluit/aut particula nunquid. & non esset dicendum aut:
sed an duntaxat/ quæ est interrogationis nota. Paulus. ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυ
τὸν ταπεινῶν.¶Vulgata æditio. Accipiens stipendia ad ministerium vestrū.¶Ex
Paulo singulariter dicitur: stipendium. Paulus. λαβὼν ὀψώνιον πρὸσ τὴν ὑμῶν
C διακονίαν.¶Vulgata æditio. Nam eiusmodi phseudo apostoli sunt operarij subdoli.
55 ¶Vno vocabulo petasyllabo dicēdū est/pseudapostoli. Paul9. ὁι γὰρ τοιοῦτοι ψευ-
δαπόςολοι ἐργάται δόλιοι.¶Vulgata æditio. Non est ergo magnum: si ministri
eius transfigurantur.¶Dicendū: si & ministri eius. sed id perexiguum. Paulus. ὀυ μέ-
D γα ὄυν, ἐι καὶ ὁι διάκονοι ἀυτοῦ μετασχηματίζονται.¶Vulgata æditio. Nō
56 loquor secundum deum.¶Legitur secundum dominū. Paulus. ὀυ λαλῶ κατὰ κύ-
ριον.¶Vulgata æditio. In hac substantia gloriæ. ¶Maluı dicere materia & gloriatio-
nis q̄ gloriæ. nam hypostasis/ materiæ nomen est/ ꝙ substet: q̄uis & varie vocabulum
hoc homonymū est. Paul9. ἐν ταύτῃ τῇ ὑποςάσει τῆσ καυχήσεωσ.¶Vulga-
E ta æditio. Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.¶Particula in hac parte superflua
57 est. Paulus. ὡσ ὅτι ἡμεῖσ ἠσθενήσαμεν. Et cōtinuo subiūgit. ἐν ᾧ δ᾽ἄν τισ τολ-
F μᾷ in quo quidem quisq̄ audet. ¶Vulgata æditio. Nocte & die in profundum maris
59 fui. ¶Maris abundat. Et feci potius dicēdum q̄ fui. Quare sat erat dixisse: nocte & die
in profundo feci/id est in mari/in alto/pelago/ saloue laboraui. Nō enim intelligo diē
& noctem Paulum in fundo maris cum imis piscibus detentum fuisse: sed inter vndas
& fluctus diem/noctemq; priusq̄ portum attingeret/ iactatum fuisse. Hanc ambiguita-
tem facit vocabulum Bython: quod nunc pro profunditate/ nunc pro mari capi solet.
vt apud nos altum: nūc pro altitudine/interdum etiam pro mari/ vt id. Multum ille &
terris iactatus & alto. Quia tamen nostri consuetius alto pro mari vtuntur/ alij profū-
do: maluimus vocabulo alto vti q̄ profundo. Paulus. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πε-
G ποίηκα.¶Vulgata æditio. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur/
59 & ego non vror?¶Legi possent hæ particulæ indefinitæ. nam & vocabulū quo vtitur
Paulus indefinite capi solet/ vt perinde sit/quis ac aliquis: & legi absq; vlla interroga-
tione. iuxta quā acceptionem: expositionem adiecimus. Possunt etiam legi interroga-
tiue: quo modo in vulgata æditione legere solent. Et tunc esto sensus. Quis infirmatur
& ego nō infirmor? quasi diceret/ si quis infirmatur: ego nō solū infirmor/sed etiā plusq̄
infirmor. Quis scandalizatur: & ego nō vror? quasi diceret vos offendimini: sed si quis
vestrū offenditur leue est. nō solū in pressuris & perferēdis molestijs offendor: sed vror/
siue igne examinor/ quod ex græco trahi potest ex illo psalmi 16. igne me examinasti/
vbi actiuum verbi eius ponitur cuius Paulus vtitur passiuo πυροῦμαι. Quod verbū
exponi/ vror in ea significatione cuius frequens vsus est apud poetas/ vt vehementer

torquentem carnis/veneriſq; cõcupiſcentiam ſignificat/ quale illud eſt. Vritur & ſterilẽ
ſperando nutrit amorem/ & apoſtolo tribuere: nefas & indignũ/ & id paſſibiliter carna
literq; itelligẽtiũ. Phãtaſia tamẽ vocabuli in hãc ſẽtẽtiã claros deſcendere fecit autho
G res. Paulus. τίσ ἀσθενεῖ καὶ ὀυκ ἀσθενῶ; τίσ σκανδαλίζεται, καὶ ὀυκ ἐγὼ
60 πυροῦμαι. ¶ Vulgata æditio. Et ſic effugi manus eius. ¶ Sic abundat. ſi tamen addi-
tur: nichil officit itelligẽtiæ. Paulus. καὶ ἐξέφυγον τάσ χεῖρασ αὐτοῦ. CAP. XII.

Vm multas tribulationes/ moleſtias/ pericula/ pauoreſq; vix ſuperatæ
eluctatę/ deuitataq; mortis enarrauerit apoſtolus/ q̃ materiã gloriandi
ſecundum carnem non præſtant / niſi quis glorietur in infirmitatibus
preſſuriſq; carnis/ ꝗ ĩ iis ipſis perferẽdis emulator ſit Chriſti/ paſſionũq;
eius particeps/ vt de apoſtolis cum ceſi fuiſſent a magiſtratibus templi/
& principibus ſacerdotum in congregatione Iudæorum ſcriptum eſt/ &
illi quidem ibant gaudentes a conſpectu conſilij/ quoniam digni habi-
ti ſunt pro nomine Iheſu contumeliam pati/ ſed hæc gloriatio non ſe-
cundum carnem ſed ſecundum ſpiritum eſt. & ſecundum carnem non eſſe gloriandum
etſi ſecũdum ſpiritum nichil prohibeat/ dudum proteſtatus eſt: & adhuc hic proteſta-
tur Paulus/ enarrans multa quæ illi acciderunt rara & ſingularia/ non ꝙ in enarratio-
ne eorum/ gloriam quærat/ ſed vt ædificentur & gloriam dent deo qui audiunt / etſi in
illis gloriari potuiſſet non vane/ non imprudenter ex hominibus gloriam quærens/ ſed
61 in deo gloriatus/ & in tantis magnalibus eius non ſibi ſed deo gloriam præbẽs. Cum
hæc igitur omnia enarrauerit: ſubdit dicens. ¶ Gloriari certe non expedit michi. Ve-
niam enim ad viſiones & reuelationes domini. ſcio hominem in CHRISTO ante an-
nos quatuordecim (ſiue in corpore neſcio/ ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit) raptũ eũ
ipſum vſq; in tertium cœlum. & ſcio eum ipſum hominem (ſiue in corpore / ſiue extra
corpus neſcio: deus ſcit) ꝙ raptus fuit in paradiſum: & audiuit ieffabilia verba/ quæ nõ
liceret homini loqui. Pro re tali gloriabor/ Equidem pro meipſo non gloriabor: niſi in
infirmitatibus meis. Qui tametſi voluero gloriari: nequaq̃ ero inſipiens. veritatem enĩ
dicam. ¶ Dictum eſt in infirmitatibus pro nomine Chriſti tolerandis gloriari: non eſſe
ſecundum carnem gloriari. neq; etiam ſi quis in magnalibus dei gloriatur / deo in eis
gloriam dans / non ſe reſpiciens ſed deum / non vane ab hominibus gloriam petens:
non imprudenter/ non ſecundum carnem gloriatur. Et norat certe Paulus in vtraq; for
te: prudenter ac ſecundum deum gloriari. Sed quid eſt quod dictum eſt: audiuit ineffa-
bilia verba/ quæ non liceret homini loqui? Hec ſane puto: quod talia erant verba illa/
& talis eorum modus: qualia & quomodo mortalis homo proferre nõ poſſet. Et ſi Pau-
lus aliqua ex eis reuelauit: non ineffabili modo & vt audiuit reſerauit/ ſed effabiliter &
more humano. Sic & ſanctam apocalypſin dilectus deo diſcipulus tradidit/ non vt au-
diuit (modo enim hominibus impoſſibili loqui: audiuit) ſed effabiliter & modo loquen-
di repræſentandiq; poſſibili. & quoties angeli nutibus ſe ingerunt / & mentibus ſecreta
reuelant/ ſic hominibus loqui impoſſibile eſt. id enim angelice loqui eſſet & non huma
ne. Illa igitur erant ineffabilia & quæ nequaq̃ liceret/ poſſibileq; eſſet homini loqui. Et
humano more potuiſſet Paulus aut ſcribere aut narrare Corinthijs quæ viderat & au-
dierat: ſed abſtinebat/ ne mortalem hominem reſpicientes / plus mortali homini q̃ par
62 fuiſſet tribuiſſent/ & plus ad eum & minus ad deũ q̃ oportebat reſpexiſſent. Quod prote
ſtatur dicens. ¶ Abſtineo tamẽ ne quiſq̃ in me reputet ſupra id quod videt me/ aut qcq̃
audit ex me. ¶ Stulti enim homines cum aliquem gratia dei vident aut opera facien-
tem/ aut dei ſecreta ſupra hominum captum referantem: eum admirantur/ ſuſpiciunt/
ſuſtollunt tanq̃ in ſe/ & ex ſe/ talem habentem virtutem. Quod & accidit Petro cũ Hie-
roſolymis in ſpecioſa porta/ Chriſti virtute erexiſſet a natiuitate claudũ. nã vidẽtes re-
pleti ſunt ſtupore et extaſi. et cucurrit omnis populus ad eum et Ioannem in porticum
quæ appellatur Salomonis. Quibus dixit Petrus. Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc/
aut quid nos intuemini/ Sic iquã admirãt vt propemodũ adorẽt/ cũ deũ ĩ illo admirari
ſuſpicere et magnificare deberent. ſcriptum enĩ eſt. laudate dominum in ſanctis eius/
non illos in ſeipſos tanq̃ in ſe et ex ſe ſãctimoniam habentes. Quod et timebat Paulus
ob imperitiam et carnalitatem audientium: ſi viſiones, reuelationes/ et (vt ſic dicã) dei
familiaritates aperte reuelaſſet, immo cum tantæ perfectionis deo quidem faciente eſ-
ſet: ne ob magnitudinem/ excellentiamq; reuelationum/ aliqua ſecundum carnem cla-
tione tentaretur: ne ſe aliquantulũ reſpiciens vane gloriaretur: datus eſt carni eius pal-
lus id eſt diabolus perſequens eum/ et ſuſcitans aduerſus eum omnes corporales preſſu
ras/ carceres/ plagas/ flagella/ verbera/ lapidationes/ naufragia/ diurnas/ nocturnaſq; i-

ter sæuas procellas/ iactationes/ pericula in itineribus/ a latronibus/ a Iudæis/ a gẽtibus/
63 & cætera id genus molestias/ quas in præcedenti capite enumerat/ & innumeras alias.
» Propterea subdit. ¶ Et ne excellentia reuelationum extollar: datum est michi flagellũ
» carni/ angelus sathan vt me cedat ne extollar. propter hoc ter dominum rogaui: vt di-
» scedat a me. & dixit michi. sufficit tibi gratia mea. potestas eni mea: in infirmitate per-
» ficitur. ¶ Cum pressuris angeretur Paulus/ vt vix carne ferre sufficeret: ter dominum ro
gauit/ vt sathanam procul ab eo faceret/ ne tot carnis grauamina illi indesinenter susci
taret. Verum responsum accepit: q̃ sufficientia ad pressuras illas perferẽdas/ ad tot mor
tes euitandas/ non ex se haberet/ sed gratia dei ea esset sufficientia / qua illas superaret.
& quod potentia dei: in infirmitate cognoscitur. cum enim vires humanæ non possunt
sed i immẽsum superantur/ at nichilominus euaditur: diuina id factum cognoscitur po-
tentia/ id diuina superatum gratia. Paulus itaq; cognoscebat potentiã dei in huiusmo-
64 di supra hominum vires pressuris in se habitantem/ vt & aperte dei gratiam / per dona
» ad aliorum illuminationem. Ideo subiungit. ¶ Libentissime igitur magis gloriabor in
» infirmitatibus meis: vt inhabitet in me potestas CHRISTI. propter quod bono sũ
» animo in infirmitatibus / in iniurijs / in indigentijs / in persecutionibus / in angustijs
» pro CHRISTO. nam cum ĩfirmor: tunc potens sum. ¶ Potentem certe se quisq̃ tunc
dicere potest: quando scit se/ non sua sed dei potentia posse. vt Daniel: plus potuit in la
cu leonum/ q̃ extra. Nam in lacu leonum/ dei potentia potuit: extra autem/ sua. Poten-
tia ne dei an Danielis feritas septem leonum/ & totidem iedia dierum domita est? in-
super & famem tot dierũ/ dei sane potentia non sua superauit. Immo & leones illi plus
potuere in lacu q̃ extra. nam dei potentia inediam tot dierũ absq; feritatis rabie/ pferre
potuerunt. Sic & Paulus cum infirmabatur/ id est supra vires premebatur: se potentio-
rem sentiebat. nam tunc se dei potentia posse: non sua. Sed cum hæc narrat Paulus: vi-
65 deri poterat Corinthijs gloriam quærere/ etsi non quæreret/ & ideo imprudentum mo-
» re facere qui gloriam quærunt. Quapropter subnectit Paulus dicens. ¶ Factus sum in-
» sipiẽs glorians: vos me compulistis. quia par fuerat me a vobis cõmendari. nichilo enĩ
» minus habui q̃ præcellentes apostoli: etsi nichil sum. ¶ Cum dicit par fuerat a vobis cõ
mendari / nichilominus habui/ q̃ excellentes apostoli: deũ deiq; gratiam attendit. Cũ
vero nichil sum: seipsum. Quod vero superaddit: respicit deum. Nam signa apostolatus
facere: non hominis/ sed dei est. Quare etsi nichili ipsum æstimare debuerunt vt ipse ẽ:
signa tamen apostolatus/ immo verius deum in signis quæ a deo sunt & a solo deo es-
66 se possunt/ venerari debuerunt. Quod facile intelligitur ex ijs quæ superioribus ãnectit
» Paulus/ hoc pacto dicens. ¶ Signa tamen apostoli peracta sunt in vobis: in omni pa-
» tientia/ in signis & prodigijs & potestatibus. Quid est eni quod minus habuistis q̃ cæ-
» terę ecclesiæ: nisi quod egoipse non onerosus fui vobis? donatæ michi hanc iniuriam.
» ecce tertio paratus sum venire ad vos: & non ero vobis onerosus. non enim quæro ve-
» stra: sed vos. Nam non debent filij parentibus thesaurizare sed parentes filijs. ego autẽ
» libentissime expendam & superexpendar pro animabus vestris: etiam si vos abundan-
» tius diligens minus diligar. ¶ Certe q̃ Corinthijs non fuerit onerosus in sumptibus fa
ciendis: id iniuria non est. Quod igitur petit hoc sibi donari/ sibi remitti: modesta iro-
nia ac repræhensio est. Quæ autem adiunxit: paternum in eos aperiunt eius affectum/
& quãdam Christi emulationem/ qui dixit. Maiorem charitatem nemo habet: q̃ vt quis
ponat animam suam pro amicis suis. Paulus non bona quærit Corinthiorum: sed Cori
thios. vt Christus in mũdum veniens non bona quæsiuit mortalium: sed mortales / vt
eos saluaret/ & faceret immortales. Patres thesaurizant filijs: non contra. sic & Paulus
thesaurizare vult Corinthijs: non contra. Bis iam ad eos veniens sumptus fecit vt eos
saluaret. paratus est tertio sumptus facere pro eorum salute: & non modo sumptus face
re/ sed et seipsũ ponere sumptum/ & immolari pro animabus eorum. Sed quæ hac cha-
ritate possit esse maior? vt cum pater sit: ipsi sint filij. cum beneficus sit: ipsi beneficijs
affecti. cum architectus sit: & ipsi eius sint opus. consequens est vt ipse plus diligens: mi
nus diligatur. amor enim directus & descendens maior/ & diuino similior: q̃ amor refle
xus/ ascendens ac resiliens. nascitur enim amor in sũmo: a quo vsq; ad ima descendẽs/
prouidendo penetrat. amor in summo est: vt in omnium patre/ opifice/ & omnibenefi-
ca virtute/ vt in fonte/ vt in sua origine. a qua in omnia directe vibratur/ permeat/ iacu-
latur: & valẽtissimo quidem & ineuitabili iactu. at quis deberet euitare velle amorem?
In cæteris autem rebus vt in natis vt in opificijs/ vt in beneficio affectis/ extra suũ fõ-
tem/ suamq; originem/ amor reflexus & resiliens/ & debiliter quidem resiliens. & talis
erat amor Corinthiorum: nec id quidem sine ratione eueniens. At dicet quispiam/ om-

nia in deteriorem partem vertens: verum est Paulum sumptus ex se fecisse/ & nulli one
rosum ex se fuisse/ sed hoc astute egit. vt submittens alios: collectaneas pecunias pro sũ-
ptibus reciperet. & etiã longe plures: q̃ fecerit ipse sumptus. Peruersæ hæ cogitationes/
vt scriptum est: separant a deo: ex infirmitate carnis nascentes. quæ pietatem iudicãt do
lum: & omnem virtutem/ omneq; virtutis opus vicium. Nequaq̃ collectaneæ fiebant in
sumptus Pauli sufficiendos/ & vltra sumptus ipsos in ampliora aucupia: sed in pietatis
opa ad sanctos & pauperes Christi ab inopia & necessitatibus leuandos. Et ad hoc ipsũ
Titus & Lucas viri sancti & omni pietate probati: cõmissi erant. quod neq; ad eorũ neq;
ad Pauli vtilitatẽ vllam cedebat: sed ad solam sanctorum leuãdam inopiam/ & ad Cori
thiorum ædificationem / exercitationemq; ad præclarissimæ virtutis opus / misericor-
diæ inquã atq; pietatis. in qua qui misericordiam expectant: præexerceri oportet. Nam
ideo beati misericordes: quoniam misericordiam consequentur. exercitatos igitur vir-
67 tute & beatos volebat Paulus esse Corithios: nõ dolo & astu circũuenire. Quod ipse re-
» spondens peruerse cogitanti & bonum opus calumnianti/ asserit: dicẽs. ¶ Sed esto/ ego
» vobis onerosus non fui: sed cum essem astutus dolo vos cœpi. Nunquid quempiam ad
» vos misi: & per eum vos circũueni? Rogaui Titum & cum eo misi fratrem: nunquid cir
» cũuenit vos Titus? Nõne hoc spiritu ãbulam9? nõne his vestigijs? Insuper existimatis:
» q; nos vobis excusemus. In conspectu dei in CHRISTO loquimur. Omnia quidem O
» dilecti: propter ædificationem vestram. ¶ Sed quid dicturi erant detractores & calum-
niatores bonorum præuidit Paulus: q; videlicet excusationem aliquam prætẽderet do-
lo & astutiæ recipiendorum sumptuum/ & cuiusdam in Corinthios publicæ exactionis
faciendæ. Hoc faciunt qui spiritu mundi ducuntur: non qui spiritu dei. Hoc faciunt qui
propriam vtilitatem attendunt: non qui publicum bonum/ non qui aliorum bonum/
& in virtute consumationem. Atqui Paulus/ Titus/ & frater cum eo missus quicunq; tã-
dem is fuerit / siue Lucas / siue Siluanus / siue quiuis alius: spiritu dei ambulabant/
publicum bonum / non proprium commodum attendebant / sed & aliorum ædifi-
cationem. Verum quia erant inter Corinthios nonnulli tales detractores / nichil
dei / nichil spiritus sentientes sed solum quæ passibilitatis & carnis / bonorum ca-
lumniatores/ & seditiones factionesq; mouẽtes: iccirco præmonet eos Paulus/ & alios
qui contra disciplinam grauiter peccauerunt / vt ante tertium eius aduẽtum resipiscãt/
agantq; pœnitentiam. id enim est resipiscere. ne in aduentu eius: deus vlciscatur i eos.
non enim Paulus vindex erat sui / non vlciscebatur: sed deus erat vindictam faciens.
Sciens igitur deum (nisi pœniterent) in aduentu eius vlturum: præmonet / præhorta-
turq; vt pæniteãt. ne ipse vidẽs dei vindictã & eos afflictos quos paterno affectu diligit:
68 tristetur/ mereat/ doleat/ & i humiliatis per cõpassionis affectũ pariter humilietur. Præ-
» monet igitur/ & futurorum præuisione præmunit eos: dicẽs. ¶ Timeo enim: ne quo pa-
» cto cum veniam/ non quales volo vos inueniam/ & ego inueniar a vobis non qualẽ vul
» tis. ne quo pacto sint contentiones/ inuidiæ/ furores/ dissensiones/ detractiones/ murmu
» rationes/ inflationes/ seditiones: ne rursus cum veniam ad vos humiliet me deus meus
» apud vos. & lugeam multos eorum qui ante peccauerunt: & non egerunt pœnitentiã
» super immundicia/ & fornicatione/ & impudentia quam admiserunt. ¶ Paternus ne af
fectus est/ pectoris ne magna dilectione feruentis indicium/ tam timere/ tã solicite præ-
munire: vt impendentia & certo futura mala deuitent/ certo futura (dico) nisi pœniten-
tia prohibeat. Sola enim pœnitentia erat: qua vitari poterant. hoc enim confugiũ/ hoc
vnicũ erat præsidiũ: quod Paulus ad deuitãdã dei plagã præmõstrat. Volebat eni et ma
gnope volebat Paul9: vt de9/ eorũ misereret/ vt eis parceret/ nõ aũt vt i eos vlcisceretur/
in hoc etiam & dei boni emulator. nã & deus absolute misereri vult et parcere: nõ ab-
solute vlcisci nisi in coincidentia misericordiæ et vltionis. cum igitur vlciscitur: miseri-
corditer vlciscitur. et cum miseretur: vlte miseretur. omnem enim pœnitentiam: pro vl-
tione acceptat deus. vt tandem sufficienter præparato: suam infundat misericordiam.
Det igitur nobis deus vt per dignam pœnitentiam/ nos ita misericordiæ eius suscipien
dæ præparemus/ vt nos eum & nunc & in futurum æterna laude cum sanctis omnibus
A celebrare valeamus.
61 » ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Si gloriari oportet
» non expedit quidem. ¶ Sine conditione dicitur in Paulo: gloriari non expedit michi.
Et quod vetus interpres dixit oportet: in aliquibus codicibus affirmandi particula est.
Et omisit particulam michi. præuenit enim Paulus ora detractorum suorum: quos mul
tos inter Corinthios esse cognoscebat. quia enim visionum & reuelationum dei sermo-
nem facturus erat: dicere poterant eum velle in illis gloriari. At præuenit eorum carna

lem cogitationem: prædicens se in eis nolle gloriari/ & sibi illo modo gloriari non ex-
pedire. Paulus. καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. sunt etiam codices qui habent
καυχᾶσθαι δεῖ; οὐ συμφέρει μοι. Et tunc non est affirmãtis particula / sed verbũ:
& perinde est ac si dicamus per questionem & continuam responsionem: gloriari opor-
tet? Non expedit michi. Et sic arbitror legit vetus iterpres: sed absq; conditione dicitur.
¶ Vulgata ædito. Siue in corpore/ siue extra corpus / deus scit: raptum huiusmodi vsq;
ad tertium cœlum. ¶ Dicẽdum hic: siue in corpore/ nescio/ siue extra corpus. deest post
corpore nescio. Et hic sermo prætendit: nescio an corporaliter an solum spiritualiter in
tertium cœlum raptus fuerit homo ille. Et de se hæc loquens Paulus: per modestiam/
vt de alio loqui videtur. non ꝙ dubitaret animam illam semper in corpore fuisse/ & cor
pus animasse: sed modus raptus / non raptus ipse ignotus erat. nam potuit vt Abacuch:
corporaliter rapi. potuit & in spiritu solum rapi/ non deferente tamen corpus: vt Ioan-
nes cum in Pathmo esset/ in spiritu raptus est in cœlum. Statim (inquit) fui in spiritu. ec
ce sedes posita erat in cœlo. Et quæ videbat & audiebat Ioannes/ inuisibilia & ineffabi
lia erant: vt et ea quæ vidit & audiuit Paulus. Dicere autem velle aliquid de ineffabili-
bus Pauli/ præter ea mysteria quæ nobis aperuit de sacramentis Christi: humanæ præ-
sumptionis est ac vanitatis. Et liber inscriptus apocalypsis Pauli/ qui de hac re ęditus
ẽ: nequaq̃ dignus visus est ab ecclesia recipi. Sed de his satis. Paulus. εἴτε ἐν σώμα-
τι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ θεὸς οἶδεν, ἁρπάγεντα
τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. ¶ Vulgata æditio. Et audiuit arcana verba q̃
non licet homini loqui. ¶ Potius: ineffabilia verba. Et potius non liceat aut nõ liceret.
Nam vocabulum quo vtitur liceat aut liceret/ dum liceat aut dũ liceret explicare solẽt.
Paulus. καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Vbi ad-
B uerte hæc vocabula ἔξεσι. ἐξὸν. ἐξουσία apud Paulũ potestatem/ facultatẽue dicere
61 solere: nõ id sẽper quod fas licitumq; est. ¶ Vulgata ęditio. Pro me autem nichil. nisi in
infirmitatibus meis. ¶ Dicendum pro me autem non gloriabor: nisi in infirmitatibus
C meis. Paulus. ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις
62 μου. ¶ Vulgata æditio. Ne quis me existimet supra id quod videt in me. ¶ Sermo con
uersus. dicendum potius ne quis in me existimet supra id quod videt me. ac si diceret:
ne quis in me intentionem figat/ & credat aliud esse q̃ quod videt me. me autem morta-
lem videt: ne credat in me & ex me diuinitatem haberi. quod Lycaones de Paulo cre-
diderant. & propter idololatriam faciles erant in creaturam oculum figere / quẽ in deũ
figere debebãt. sic figentes: decepti sunt multi a Dositheo/ multi a Simone mago/ mul-
ti deniq; ab alijs magis. Paulus. μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με
¶ Vulgata æditio. Datus est michi stimulus carnis meæ/ angelus sathanæ vt me cola-
phizet. ¶ Continuo post colaphizet: deest particula ne extollar. Et dicendum carni in
datiuo: non in genitiuo carnis. Et abundat particula meæ. Verum & potius pallus q̃
stimulus dicendum erat. Et sathan q̃ sathanæ: vt recti casus intelligatur/ & locutionis
appositio. vt sit totus sensus: datus est michi pallus carni angelus sathan/ qui me cedat.
id enĩ designat: colaphizet. ac si sic itelligamus. datus est michi pallus/ sudes/ flagellũ ã-
gelus sathanas: quo carne suffigar/ flageller/ cedar. Sũt q id datus est michi stimulus car
ni angelus sathan qui me colaphizet: pro titillatione luxuriæ/ & tentatione carnis ĩtel-
lexerunt. Et arbitror maxime apud nos id est latinos: veterem interpretem eius rei prę-
buisse occasionem. ꝙ pro pallo/ sude / aut flagello verterit stimulus. Et id de Paulo tam
spirituali/ sanctoq; viro sentire: indignum & nefas puto. Neq; vnq̃ (arbitror) id no-
stri scripsissẽt: nisi vetus interpretatio/ ad id sensus eorum torsisset. & venia dignos cen-
seo. Nã si Paulũ in Paulo legissẽt: pro eorum pietate & miti ingenio ĩtelligentiaq;/ etiã
si superior gratia defuisset: aliter sensissent. Quomodo enim huiusmodi tentatio carnis/
seu motionem / siue impetum/ seu titillationem dicas: apte pallus / sudesue dicitur? id
enim designat scolops: quo vocabulo Paulus vtitur. Quomodo angelus sathan? Quo-
modo colaphizare/ id est cedere et percutere? Præterea: nõne videmus ꝙ Paulus sei-
psum ĩterpretatur/ & quis pallus/ quis sudes/ quæ colaphizatio sathanæ sit/ & quæ ea sit
infirmitas: declarat cum ait. propter quod complaceo/ siue bono sum animo in infirmi
tatibus/ in iniurijs/ in indigentijs/ in persecutionibus / in angustijs pro Christo. Et quæ
ea sint quibus cedebat/ quibus colaphizabat eum angelus sathan/ volens eum pressuris
& molestijs ĩpedire ab euangelij Christi annunciatione: plerisq; in locis declarat. Quid
enim aliud facit cum ait. a Iudæis quinquies quadraginta (vna dẽpta) plagas accepi/
ter virgis cesus sum/ semel lapidatus sum/ ter naufragium pertuli/ die noctuq; in alto la
boraui/ in itineribus sæpe/ in periculis fluminum/ in periculis latronum/ in periculis ex

genere/ in periculis ex gẽtibus/ in periculis in ciuitate/ in periculis in solitudine/ in peri
culis in mari/ in periculis a falsis fratribus? Hæc proculdubio moliente sathana vbiq;
patiebatur. quemadmodum & ipse quoq; testatur ad Thessalonicenses scribens. Volu-
mus inquit venire ad vos ego quidem Paulus & semel & iterum: sed impediuit nos sa-
thanas. Sed ne solus videar hanc michi nouam/ immo (vt existimo) verissimam finxis
se opinionem: græcos producere possemus in medium. Ex quibus nunc sufficiat Atha
nasius hunc locũ elucidans/ angelus inquit sathan/ vbiq; incitabat ad seditiones in Pau-
lum/ vt Alexandrum architectum/ Hymenæum & Philippum Ephesi: quo varijs perse-
cutionibus & afflictionibus beatissimus Paulus afficeretur in carne/ nunc plagis/ nunc
verberibus/ nunc carcere/ infinitisq; malis quæ etiam supra homines esse videbantur:
pro quibus ter dominum rogauit. Et reliqua quæ sequuntur. Ecce sacer Athanasius qui
Paulum non per interpretem legit: non diuersa/ sed eadem nobiscum sentit. immo nos
eadem cum beatissimo viro sentimus. Et indignum est audire nõnullas/ quas quidam
absq; adeo (arbitror) & spiritu/ homines: de hoc loco finxere fabellas/ & nouas q̃ nũq̃
Paulum attigerunt infirmitatum præstigias. Faxit deus/ vt qui hæc legerint: spiritualio
ra & veriora cogitent. & non ex infirmitate damnatæ naturæ iudicent spiritualiũ infir
mitatem: quæ est ad Christi Ihesu saluatoris omnium/ & illuminatoris omnium imita-
tionem. Hæc pro veritate & deo & apostolo volente: dicta per me puto. Paulus. ἐδό-
C θημοι σκόλοψ τῆ σάρκι ἄγγελος σαθὰν, ἵνα με κολαφίζη, ἵνα μὴ ὑπαί-
63 ρωμαι. ¶ Vulgata æditio. Nam virtus in infirmitate perficitur. ¶ Dicendum: virtus
mea potestas mea/ siue potentia mea in infirmitate perficitur? Et dicendum esse mea/ vt
et est: postmodũ confirmat/ cum ait. vt inhabitet in me potestas/ siue potẽtia Christi. Nõ
eni sermo Christi: de virtute/ potestate potẽtiaue Pauli erat/ sed de sua ipsius sermonẽ
ipsũ faciebat. Paul9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. ¶ Vulgata ędi
D tio. Propter quod placeo michi i ĩfirmitatibus meis. ¶ Abũdãt: michi & meis. Paulus.
65 διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις. ¶ Vulgata æditio. Nichil eni minus feci ab ijs qui su-
pra modum sunt apostoli. ¶ Modestius (vt prius dictum est) nichil minus habui ab ijs
qui supra modum sunt apostoli. Nam verbum hic positũ: potius carere q̃ aliquid facere
D designat. Paulus. οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα, τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. ¶ Vul-
66 gata æditio. Signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos. ¶ Dicendum: si-
E gna tamen apostoli/ facta sunt super vos. Paulus. τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀπο-
66 στόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν. ¶ Vulgata æditio. Ecce tertio hoc paratus sum ve-
F nire ad vos. ¶ Pronomen hoc: superfluum est. & cum tertio aduerbium sit: quod apta
67 oratione loquitur Paulus/ verteretur barbare. Paulus. ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω
ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. Nunquid per aliquem eorũ quos misi ad vos:
circũueni vos? ¶ Potius nunquid per aliquem quem misi ad vos: siue nunquid aliquẽ
67 misi ad vos per quem circũueni vos? Paulus. μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς,
δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. Olim putatis. Potius rursum pu-
G tatis. Paulus. πάλιν δοκεῖτε. ¶ Vulgata æditio. Inflationes/ seditiones sint iter vos.
68 Abundat particula sint inter vos. Paulus. φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. & cõtinuo se-
quitur μὴ πάλιν ἐλθόντα με. ne rursus cum veniam vel cum venero nichil refert.
nã accusatiuũ participij præsentis: ita resoluimus. ¶ Vulgata ędítio. Humiliet me deus
apud vos. ¶ Dicendum deus meus apud vos. deest enĩ meus. Paulus. με ταπεινώσῃ
ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς.

CAP. XIII.

QVod præmonuit Paulus Corinthios ad pœnitentiam/ alioqui in ad-
uentu suo tertio/ dei vltione esse feriendos: id non solum commina-
69 tio est/ sed & prophetia. nã nõ ipse erat qui dicebat: sed Christus do-
minus qui per eũ loq̃batur. Atq; ideo subdit. ¶ Ecce tertio venio ad
vos. in ore duorum testium & trium stabit omne verbum. Prædixi &
prædico secundo/ tanq̃ præsens & nunc absens scribo/ ijs qui ante pec
cauerunt & cæteris omnibus: q̃ si veniã in futuro/ nõ parcam. quo-
niam experimentum quæritis in me loquentis CHRISTI: qui erga
vos non infirmatur/ sed potens est in vos. ¶ Vt prophetæ comminãtur vt absolute nõ
veniat quod prædixerunt/ nam non absolute prædixerunt/ sed nisi mores cõmutent/ &
deum sibi repropicient ij ad quos locuti sunt: hũc in modum & Paulus. Et quod dicit
in futuro non parcam: id dicit non q̃ ipse vltor sit/ sed Christus qui in eo erat. ipse ve-
ro instrumentum: vt & instrumentum potestatum & signorum. Et causa erat/ peccatis
eorũ ãnexa infidelitas: nõ credentiũ Paulũ posse punire/ nõ credentium Christum per
eum hæc mandare. Hoc fere habet omnis morbus: vt experimentum damni quærat.

neq; credit: ante experimentum. vt qui fœbrit: frigida quærit. neq; lesionem credit: nisi
post tentatum periculum. tales erant Corinthii. At dicent. Verum est Christum potentē
esse: sed homo in eo infirmus est / vt possit documento ostendere Christi potentiam.
Verum: homo Christi infirmus est ob imitationem passionum Christi in carne / sed po-
tens in virtute dei / qua cum eo viuit & potest in spiritu. Vt Elias īfirmus erat corpore /
& humanis viribus: sed potens virtute & potentia dei in spiritu. qua potuit ignē de cœ-
lo sermone elicere: & verbo cœlū claudere. nō q sermo aut verbū eius ignē de cœlo eli
cuerit / aut cœlum annos tres / & mēses sex / clauserit: sed signum fuit diuinæ in eo potē-
tiæ / ignem de cœlo elicientis / & cœlum claudentis. sic & Paulus / & homines Christi: in
70 Christo poterant. Quocirca de Christo & iis qui Christi sunt subiūgit christifer Paulus.
¶ Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: viuit tamen ex potestate dei. etenim nos infir-
mi sumus in eo: sed viuimus cum eo ex potestate dei ad vos. vosmetipsos tētate: si estis
in fide / vosmetipsos probate. An non cognoscitis vosipsos: q IHESVS CHRISTVS
in vobis est / nisi aliquo pacto estis absq; probatione? spero autem q cognoscitis: q nos
non sumus absq; probatione. ¶ Si Corinthii fidem habebant: ex seipsis periculum fa-
cere poterant / Christum dominum in Paulo & apostolis posse. Nam Christus dominus
in eis erat: & poterant. Et id cognoscebant: nisi absq; experimento & probatione erant.
q si cognoscebant: proculdubio nullo modo ignorare debebant in Paulo per quem fi-
dem habebant / Christum esse & posse. Et q̄uis ita sit: orat tamen & optat Paulus / vt qui
mala egerunt emendentur. qui non egerunt: vt nullum malum agant. ne opus sit pro-
batione potentiæ illius qua poterat in Christo. optat vt non opus sit periculum face-
re: sed appareat quasi sit absq; probatione / & periculi faciendi potestate. hoc enim om-
nes optant: qui in charitate dei minantur malis / & minas exequi possunt. malunt enim
non exequi: & non facere periculum. Nam finis est correctio morum: non executio mi-
narum. malunt itaq; videri ex aliorum emendatione absq; probatione / immo absq; pos
sibilitate probationis minarum. Et id benignissimi & clementissimi est ingenii & dei
imitatorii: qui minatur non vt exequatur / sed vt auersi conuertantur / & delinquentes
emendentur. qui omnipotens est / semper potens in promptu punire / & mauult infinitā
potentiam cohibere / quasi quodā modo impotens: q̄ ilico minarum vindictam exerce-
re. quid est enim potentiam cohibere / potentiam continere: nisi quodammodo videri
non posse? ita & dei emulator Paulus: mauult quodāmodo videri non posse q̄ periculū
71 potentiæ sua facere. Benignissimo igitur animo & dei quidem emulo subnectit dicens.
¶ Oro autem ad deum / vt nullum admittatis malum: non vt nos probatione cogniti
appareamus. verum vt vos bonum faciatis: nos autem quasi absq; probatione simus.
non enim possumus quicq̄ contra veritatem: sed pro veritate. gaudemus quandocunq;
infirmi sumus: vos autē potētes estis. ¶ Cū ōnes sācte & beate viuūt: nō sūt bella / nō sūt
pestes / non sunt ex contagione lues et morbi / nō sunt sterilitates. & complacet deo: vt
infirmus appareat / quasi non valens inducere bella / pestes / morbos / sterilitates / & vt va
lida appareat nullis turbata incursibus / hominum potentia. sic & Paulus secundum ve
ritatem loquens quam emulatur: se gaudere protestatur q debilis & infirmus in aduē-
tu suo appareat / absq; vlciscendi viribus. illi vero contra fortes sint: nulla formidantes
72 flagella / quasi nulla sint. nam non est imitatoris dei flagellare in sōres. Et gratia huius:
hanc precem præmittit atq; subiungit Paulus dicens. ¶ Hoc autem & oramus ad ve-
stræ perfectionis consumationem. quapropter hæc absens scribo: vt præsens non seuere
vtar potestate / quam ad ædificationem & non ad destructionem dedit michi dominus.
¶ Potestatem spiritualem deus dat ad ædificationem non ad destructionem. Ideo qui
spirituali potestate quomodocunq; pro libidine ferire volunt: hanc a deo non habēt po
testatem / sed se habere præsumunt quā non habent. nam quæ dei est: ordinata est. Illa
autem: inordinata. & ideo non potentia / sed potentiæ præsumptio. hanc itaq; vbi er-
73 ga Corinthios Christi erga nos expressit vlciscendi imitationem / & vltionis pie-
tatem Paulus: sancte eos salutat dicens. ¶ Quod reliquum est fratres valete / per-
fecti estote / consolamini / idem sentite / pacem habete: & deus dilectionis & pacis
erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gra-
tia domini IHESV CHRISTI & dilectio dei / & communio spiritus sancti cum omni-
bus vobis. Amen. ¶ Epistolam suam conclusit / mysterium tangens superdiuinæ TRI-
NITATIS patri dilectionem tribuens / filio gratiam / & spiritui sancto communionem.
Nam pater sic dilexit mundum: vt filium suum vnigenitū daret. Et de filio dicitur: gra-
tia & veritas per Ihesum Christum facta est. Et de spiritu sancto: etenim in vno spiritu om
nes nos in vno corpore baptizati sumus. dilectio patris: nos fecit filios. gratia filii: iu-

ſtos.vnio ſpiritus ſancti:indiuiſos.dilectio patris:nos attraxit. gratia filij: nos ornauit.
& vnio ſpiritus ſancti:nos deo cōiunxit atq̧ inſeruit. Summo igitur patri ſummo filio/
ſummo ſpiritui ſancto vni ſoli deo ſummo & ſuperſummo/ ſummus honor/ ſumma gra
tiarum actio/& laudum omnium ſumma concordia/ac vnio:in omnia ſæculorum ſæcu
A la.Amen.
69, ¶EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Ecce tertio hoc ve-
nio ad vos. ¶Satis eſt ſi dicatur:ecce tertio venio ad vos. ſuperfluitq̧ pronomen hoc/
vt & ſuperius dictum eſt.Paulus.ἰδοὺ τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. ¶Vulgata ædi
tio.Vt in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. ¶Vt abundat:neq̧ intelli-
A gentiæ opitulatur. Paulus.ἐπὶ ϛόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν.ϛαθήσεται
69. πᾶν ῥῆμα. ¶Vulgata æditio.Prædixi ergo & prædico vt præſens vobis & nunc abſēs
iis qui ante peccauerunt. ¶Ergo abundat. Et dicere debuit vetus īterpres/& prædico
vt præſens ſecundo.deeſt enim ſecundo & abundat vobis. Et īſuper dicere. Et nūc ab-
ſēs ſcribo.deeſt etiam ſcribo/iis qui præpeccauerūt/ſiue ante peccauerūt. Paulus.προ-
είρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προ-
ημαρτηκόσι. ¶Vulgata æditio. An experimētū quæritis eius qui in me loquitur Chri
ſtus? ¶Dicendum:quoniam experimentum quæritis in me loquentis Chriſti/ſiue quo-
niam experimentum/documentum/approbationēmue Chriſti qui in me loquitur. Pau
lus.ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε. τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος χριϛοῦ. ¶Vulgata ædi-
tio. Sed potens eſt in vobis. ¶Legi poteſt in vos/id eſt contra & aduerſum vos vlciſcē
do.ſic enim latini hac præpoſitione in/vti ſolent. Paulus ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν.
¶Vulgata æditio. Sed viuit ex virtute dei. ¶Virtute:potentiam/efficaciamq̧ poteſta-
tis dicit.Paulus.ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ. ¶Vulgata æditio.Sed viuimus cum
eo ex virtute dei in vobis. ¶Et hic quoq̧ ex virtute/poteſtatē dicit. Et videtur accom-
modatius in fine dicendum ad vos/aut erga vos q̄ in vobis. Paulus . ἀλλὰ ζησόμε-
B θα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως θεοῦ εἰς ὑμᾶς. ¶Vulgata æditio . Ipſi vos pro-
70 bate. ¶Rectius forte ſi dicatur/ voſipſos probate . Paulus . ἑαυτοὺς δοκιμάζετε.
¶Vulgata æditio. Niſi forte reprobi eſtis . ¶Id reprobi:ſignificat abſq̧ probatione. vt
probus:qui probat/& recte quidem probat/verumq̧ habet rerum ſēſum/veramq̧ expe-
rientiam . improbus (quod vetus interpres dicit reprobus) qui non probat/ aut qui
non vt par eſt/ probat/ qui rerum non tentat experientiam aut non veram.non eo in-
ſuper inficias hæc & paſſiue dici:pro materia ſubiecta.vt aurum probum:quod experiē
tia probatum eſt/& bene/& bonum.improbum:quod experientia monſtrauit aut impu
B tum aut ficticium.hic autem magis actionem dicunt.tentate inquit/ probate:quod eſt
71, experimini/& periculū facite.Paulus.εἰ μήτι ἀδόκιμοι ἐϛέ.Vulgata æditio.Oramus
D , autem deum.Singulariter dicitur: oro autem ad deum . Paulus . εὔχομαι δὲ πρὸς
73, τὸν θεόν. ¶Vulgata æditio . De cætero fratres gaudete . ¶Eleganter (quod moris
eſt epiſtolarum) potuit vetus interpres dicere / valete . Paulus . λοιπὸν ἀδελφοὶ
χαίρετε. Et apud græcos ſubſcriptio habetur . Ad Corinthios ſecunda: ſcripta Phi-
lippis/quæ eſt in Macedonia.miſſa per Titum et Lucam.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI PAVLI
TERTIO LIBRO QVI EST EPISTOLAE SECVNDAE AD
CORINTHIOS EXPLETO:DEO PATRI ET SPIRI-
TVI SANCTO PER IHESVM CHRISTVM DE-
VM ET DOMINVM NOSTRVM INITII
PROCREATIONIS/ET FINIS BENI-
GNISSIMVM INDVLTOREM
VNI DEO INCOMPRAEHEN
SIBILI ET IMMENSO
GRATIAE SINT
SEMPER IM-
MENSAE
AMEN.

❡COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER QVARTVS QVI EST IN EPISTOLAM AD GALATAS. CAP. I.

ECclesijs Galatarum scribens (vt facere consue
1 uit) sāctam præmittit apostolus salutationem:
dicens. ❡Paulus apostolus nō ab hominibus/
neq; per hominem/ sed per IHESVM CHRI-
STVM/ & deum patrem qui suscitauit eum ex
mortuis/ & qui mecum sunt fratres omnes: ec
clesijs Galatiæ/ gratia vobis & pax a deo patre
& domino nostro IHESV CHRISTO. qui de
dit semetipsum pro peccatis nostris: vt exime
ret nos ex præsenti sæculo malo/ per volūtatē
dei & patris nostri. Cui gloria in sæcula sæcu-
lorum. Amen. ❡Hæc est sancta salutatio in
gratia & pace Christi filij dei/ & patris æterni:
quæ omnem huius mundi sensum transcēdūt.
hęc enim gratia: regi æterno nos gratos facit.
& hæc pax: nos eidem cōciliat/ & æterni regni
participes efficit/ cœli ciues/ & dei filios. Hæc inquam sancta salutatio: spem nostræ re-
surrectionis imprimis erigit/ nobis eius verum proponens exēplar Christi resurrectio-
nem/ de patre dicens. qui suscitauit (īquit) eum ex mortuis. Vere & Christus seipsum su
scitauit. quod innuit/ cum dixit. soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud.
Ille autem (vt ait Ioannes) dicebat de templo corporis sui. Sed & spiritus sanctus susci
tauit eum a mortuis. spiritus (inquit) est qui viuificat. superdiuina enim trinitas vt essē-
tia/ natura/ & potentia: ita operatione indiuisa est/ etsi in patrem vt in fontanam ōnis
motionis originem referantur opera. Pater (inquit) in me manens/ ipse facit opera. Et
post erectam futuræ resurrectionis spem/ ineffabilem Christi in nos benignitatem/ & infi
nitæ bonitatis cœlestis patris voluntatem/ ante oculos nostros ponit/ & præsentis mun
di maliciā: vt Christi beneficia cogitemus/ & non ingrati redamemus præamātē & tan
ta beneficia largientem/ & amore in patrem tantæ erga nos pietatis/ tam clemētis vo-
luntatis/ vt qui super omnia deus est/ pater noster esse velit: rapiamur/ ipsūq; laudemus/
glorificemus/ & mūdum odiamus. Qui dedit (inquit) semetipsum pro peccatis nostris:
vt eximeret nos de præsenti sæculo malo/ per voluntatem dei & patris nostri. Hæc igi-
tur resurrectio nostra in Christi resurrectionis meditatione/ Christi benignitas/ patris
benignissima et paterna in nos voluntas: si nos moueant ad spem/ gratitudinem/ et li-
quefactiuum amorem (liquefacit enim diuinus amor: piorum animas) hunc sane amo-
rem gratia et pax Christi/ et dei patris in spiritu sancto cōsequetur. Quam Galatis/ imo
omnibus in Galatis optat Paulus. Hanc autem gratiam et pacem sequitur iugis laus
diuina/ et gratiarum actio. Quā Paulus insinuauit: tanq̄ hæc gratia et pace plenus cō-
tinuo dei laudem subiungens. Sed age inquies/ nunquid Paulus seipsum commendare
intendit/ nunquid extollere et efferre: cum ait. Paulus apostolus non ab hominibus/
neq; per hominem/ sed per Ihesum Christum et deum patrem? Nequaq̄: sed similis est le
gato cuiuspiam potētissimi regis vociferanti ad populum. Ego ad vos a rege vestro nō
ab alio: sed per ipsū missus sum. qui cū verū diceret: intēderet hac veri manifestatione
facilius populum ad bonam domini inflectere voluntatem. Nunquid huiusmodi seruus
intendit seipsum commendare/ extollere/ efferre: præcipue cum non suam sed domini
attendat personā? nunquid id tacere debuit/ aut ab īferiore q̄ a rege huiusmodi prouinciā
suscepisse? Nequaq̄. nam si (vt oportunum videbatur) tacuisset: negligentiores subditos
reddidisset. et si ab inferiore: non id modo/ sed & contemptores fortasse effecisset. Ad-
de q; & fuisset falsiloquus regię voluntatis interpres. Ita neq; hic Paulus se commēdat:
sed fideliter et humiliter domini totius maiestatis voluntatem declarat. a quo reuera &
non ab alio apostolus et missus fuerat ad gentes omnes/ inter quas erant et Galatæ: vt
manifeste cognoscentes a quo missus fuerat/ neq; negligentes essent/ neq; contempto-
res. sed et ipsi per alios seducti: ad verum dominum qui Christus Ihesus erat/ & pater
eius deus æternus et super omnia benedictus/ audito legati in persona eorū non in alie
na præconio/ statim redirent. seducti enim erant per eos qui falsi erāt apostoli: et qui se
non ex deo/ sed per apostolos missos esse mentiebantur. Propterea Galatas accusat Pau
lus q; tam cito ijs/ qui se ab alijs & hominibus quidem missos testabantur: tam facile
assentiebantur/ ab ijs quæ ab eo audierant non homine quidem/ sed mandante deo re-

2 cedentes.id certe mirum est. Atq; ideo subiungit. ¶Miror q tam cito transferimini ab eo
qui vos vocauit in gratia CHRISTI/ i aliud euangeliū.quod non est aliud: q̄ q quidam
sunt qui vos conturbant/ & nituntur euertere euangelium CHRISTI. *Sed etsi nos vel*
angelus e cœlo euangelizet vobis/ contra id quod euangelizauimus vobis : anathema.
vt prædiximus: & nunc iterum dico.si quis euāgelizat secus q̄ accepistis: anathema esto.
Nunc enim deo ne/ an hominibus confido? An quæro hominibus placere? Enimuero si
amplius hominibus placerem:CHRISTI seruus non essem. ¶Non confidebat/non mo-
rem gerebat Paulus hominibus:sed deo.& q̄uis tamdiu placere debemus hominibus/ q̄-
diu nos ædificare posse credimus:vbi tamen videmus placendi studium ædificationi ob-
esse/non amplius placendum est.alioqui serui Christi non sumus. Videbat autem beatissi-
mus apostolus/ si Galatis & pseudapostolis tunc placere studuisset/ & non potius contra-
dicere & aduersari: id ædificationi eorum officere. non igitur amplius eis placere vult.
Nam id placere humanum esset/carnale/palpatorium/& noxium. spiritualiter tamē sem-
per placere vult.Nam hoc:salutare & innoxium. placere enim spiritualiter: asserit Christi
seruitutem.carnaliter autem placere: Christi seruitutem tollit. contrariaq; sunt hæc. hoc
enim:huius mundi.illud:alterius.hoc:ciuile/mundana quidem ciuilitate.illud:ciuile/sed
ciuium ciuitatis æternæ. hoc:in fronte.illud:in corde. hoc: sine affectu/ & simulatorium.
illud:cum sancto affectu & minime fictum. illo: placemus deo & sanctis angelis. hoc au-
tem:mundo & potestatibus malignis.illud:veritas. hoc: vt plurimum mendacium parit.
3 Non vult ergo Paulus hominibus placere/nō carni:sed spiritui/ veritatem dicēs ac sub-
iungens. ¶Certiores vos facio fratres:euangelium quod euangelizatum est a me/ nō esse
ab homine.neq; enim ipsum accepi ab homine neq; didici:sed per reuelationem IHESV
CHRISTI. ¶Ex his:quod euangeliū Pauli/ siue quod a Paulo euangelizatū est/ intelli-
gere debeamus/exploratū esse potest.Id enim est apocalypsis & reuelatio a domino no-
stro Ihesu Christo facta Paulo. *Sed ne id est euangelium Lucæ?* Neq; euangelio Lucæ/
neq; alicui euangelio aduersatur.sed nō est euangelium Lucæ:sed cū omnibus cōspirās.
Euangelium Lucæ scriptū est/nō vt īmediate a Christo:sed vt ab hominibus audiuit/sed
& sanctis & deo plenis.quemadmodū ipse testatur dicens. *Sicut* (inquit) tradiderūt no-
bis qui ab initio ipsi viderunt/ & ministri fuerūt sermonis:visum est & michi assecuto om-
nia a principio/ diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile/ vt cognoscas eorū
verborum de quibus eruditus es/veritatem. Et quo modo etiam Paulus euangelium ab
hominibus accepisset didicissetue:quos infensissimos habebat & ad necem vsq; vbiuisgē
tium pertrahebat? qui statim vt baptizatus est/ priusq̄ vllum videret apostolorum/priusq̄
vllum consuleret : Christum in synagogis Iudæorum euangelizauit filium dei.& in ijs
4 Arabiæ locis:vbi neq; apostoli/neq; euangelium filij dei fuerat auditum. Quod & subiū-
git dicens. ¶Audiuistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo:quia exces-
siue admodum persequebar ecclesiam dei/ & oppugnabam eam. & promouebar in Iu-
daismo super multos coętaneos meos in genere meo: cū abundantius zelator essem tra-
ditionum patrum meorum. Cum autem placuit deo/ qui segregauit me de vtero matris
meę/ & vocauit me per gratiam suam reuelādo filium suum in me/ vt euangelizarē ipsum
in gentibus : non confestim contuli carni & sanguini/ neq; Hierosolymam redij ad eos
qui ante me fuerunt apostoli/ sed profectus sum in Arabiam. & rursum reuersus sum Da-
mascum. deinde post annos tres/ redij Hierosolymam: vt alloquerer Petrum. & mansi
apud eum diebus quindecim. alium autem apostolorum vidi nullum : nisi Iacobum fra-
trem domini.Quæ autem scribo vobis:ecce coram deo testor/q non mentior. Postea cō-
cessi in regiones *Syriæ* & Ciliciæ.eram autem incognitus facie ecclesijs Iudeæ/quæ erant
in CHRISTO. & solum audiuerant/ q qui persequebatur nos aliquando:nunc euange-
lizat fidem quam aliquando oppugnabat/& in me glorificabant deum. ¶Hæc est aper-
ta narratio/nichil/vt intelligatur/ difficultatis habens. Zelum habebat Paulus obserua-
tionum antiquæ legis: sed non secundum scientiam. peccabat enim secundum ignoran-
tiam:nō secundū deprauatæ mentis electionē.& adeo promouebatur in iudaismo/ id est ī
literali/velata/& cęca antiquæ legis obseruatione:vt ei adhuc iuueni/publicę curæ ī per-
secutione ecclesiarū Christi demādarētur.sed postea quia ignorās fecit ī incredulitate/ nō
ex certa mētis malicia:misericordiā dei cōsecutus de persecutore & blasphemo (vt ad Ti-
motheū scribit) posit⁹ est ī ministerio euāgelij. Et quid hoc est/ q segregauit me de vtero
matris meę: nisi de vtero Theocritæ/ vt de carnali matre? *Sic* enim Zozymus papa car-
nalem Pauli matrem censet fuisse nuncupatam. Et de vtero synagogæ/ vt de mystica ma-
tre/ in sinum & vbera sponsæ ecclesiæ/quæ meliora sunt vino/& fragrantiora vnguentis

optimis? Quid est vocauit me per gratiam suam: nisi accersiuit me in apostolatũ / non qui-
dem meis operibus / non meis meritis / sed per suam solam gratiam qui per se bonus est?
Quid est reuelãdo in me filium suum: nisi manifestando michi Christũ esse / per quod facta
sunt omnia verbum dei æternum? Non contuli carni & sanguini: id est cum aliquo ho-
mine mortali / vt euangelizarem Christum. adeo vt omnes fideles qui etiam ex aspectu eũ
non agnouerat sed prius persecutorem intellexerant / tunc autem Christum (zelo cæco in
illuminatum zelum conuerso) annunciantem: laudarent & benedicerẽt deum. Cum qui-
bus & nos laudemus & glorificemus deum: ꝙ ad suam gloriam nobis manifestandam / &
ad nostram ex æterna morte salutem / per seipsum delegerit Paulum instituendum / suorũ
mysteriorum sacratissimum interpretem / & fidelissimum apostolum.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literã. ¶ Vulgata æditio. Gratia vobis & pax a deo
1 patre nostro & dño IHESV CHRISTO. ¶ Nostro / nõ cũ patre / sed cũ dño iũgendũ est /
dicendũq; a deo patre & dño nostro Ihesu Christo. Paul⁹. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ
θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Cui est gloria ĩ sę-
cula sæculorũ amẽ. ¶ Verbũ est: deest in Paulo. & itelligere potes indifferẽter / aut est / aut
sit: vt insinues deo optare & velle qđ semper adest. optare eni bonũ etiã qđ semper adest /
neq; deesse potest: est bonæ volũtatis indiciũ. quã maligñ⁹ habere nõ potest: qui tamẽ scit
& asserit ꝙ deo est gloria in sæcula / sed neq; optat / neq; vult. optare igitur bonũ: solũ bo-
norũ est. asserere autẽ: tam bonorũ ꝙ malorũ. Paulus. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
B αἰώνων, ἀμήν. ¶ Vulgata æditio. Modo eni hominib⁹ suadeo an deo? ¶ Vocabulũ in
2 Paulo positũ: homonymũ est / nũc confido / nũc suadeo significãs. aptius eni si hic cõfido
vertatur: & latino more interrogetur nũc deo ne / an hominibus confido? vt respõsio intel-
ligatur / nũc deo cõfido / nõ hominib⁹. et vt ad an: respõsio negatiua intelligatur. vt in se-
quẽti interrogatione. quid eni est suadere deo an hominib⁹? deo nichil suadetur: sed cõfi-
dere tam de deo ꝙ de hominibus dicitur / etsi non sit cõfidendũ in hominibus: vt (inquit)
scriptura. Maledictus qui confidit in homine. Paulus. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ
C τὸν θεόν; ¶ ¶ Vulgata æditio. Quoniã supra modũ prosequebar ecclesiam dei & expu-
4 gnabam illam. ¶ Rectius oppugnabã / & sic interpretatus fuisset Hieronymus si fuisset in-
terpres. Inquit eni supra Ezechielẽ de ecclesia loquẽs. Quæ (inquit) loquitur in Esaia. ego
ciuitas firma / ciuitas quæ oppugnatur. non dicit (inquit) quæ expugnatur / sed oppugna-
tur. quę ædificata est supra petrã / & nulla tempestate cõcutitur. Ecce quo modo secundũ
Hieronymũ ecclesia nõ expugnatur: tametsi bene oppugnetur. Si enim expugnaretur: su-
peraretur prorsus / atq; vinceretur. Sed quid inter expugnare & oppugnare intersit: vel me-
diocriter grãmatici norunt. Paulus. ὅτι καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν
τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. ¶ Vulgata æditio. Continuo non acquieui carni &
sanguini. ¶ Hieronymus hic mauult dici non cõtuli. Ait eni in cõmentarijs huius loci:
siue vt in græco melius habet. οὐ προσανεθέμην / nõ contuli. Paulus. εὐθέως οὐ προ-
σανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι. ¶ Ecce coram deo testor. ¶ Suppleui verbũ testor / ad
D accõmodatiorem intelligentiã. deest enim græce. ¶ Vulgata æditio. Tantũ autẽ auditum
4 habebãt. ¶ Rectius audientes fuerant / siue audiuerant. Paulus. μόνον δὲ ἀκούοντες
ἦσαν. ¶ Vulgata æditio. Quam aliquando expugnabat & in me clarificabãt deum. ¶ Vt
prius rectius oppugnabat ꝙ expugnabat. Et dicere etiam potuit vetus interpres glorifica-
bant. Paulus. ἥν ποτε ἐπόρθει καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν θεόν.

CAP. II

NArrationem suã cõtinuat apostolus / quo modo paruã admodũ habuit cũ
optimis & maxime eminentibus apostolis cõsuetudinẽ / & hoc lõgis tẽporũ
interuallis / & cũ paucis: vt facilius intelligãt Galatæ ex reuelatione Chri-
sti / agnitionẽ eum accepisse / & eã quã mundo intulit de Christo annũcia-
5 tionem. Et subdit. ¶ Demum exactis quatuordecim annis: ascendi rursus
Hierosolymam cũ Barnaba pariter assumens & Titũ. Ascendi autem per
reuelationem: & obtuli eis euangeliũ qđ prædico in gentibus. secreto autẽ
ijs qui æstimantur: ne aliquo pacto in vanum currerem / aut cucurrissem.
¶ Paulus duobus ascitis testibus Barnaba ex iudaismo / & Tito ex gentibus fideli / suæ
prædicationis conscijs: obtulit / reserauit & manifestauit euangelium suum apostolis. Et
secreto quidem / & non omnibus qui hoc nomẽ sibi vsurpabant: sed ijs qui in prima æsti-
matione erãt. ꝙ cũ domino & de duodenario illo numero erãt / qui ĩ pricipio apostolicarũ
actionũ adnotatur. nõ eni pręter illos: qui se apostolos nũcupabãt / æstimationis / aut saltẽ
tantæ æstimationis erãt. & hoc spiritu sancto volẽte factum est. ne dubium esset / an vane
prædicaret / an prædicasset. non dubium quidẽ Paulo (certus enim et a deo patre / et Chri-

sto/& spiritu sancto:a quibus secreta infusione edoctus fuerat/ꝙ non vane laboraret)
sed ne id dubiũ esset apostolis & ceteris iudæis per eos credentibus. apostoli enim nõ-
dum id de Paulo:a spiritu sancto acceperãt.& reserauit eis mysteria quæ a domino ac-
ceperat.& probauerunt audita:vt quę domini & regis sui/& dei sui esse cognoscebant.
Et de non circuncidendis gẽtibus acquieuerunt.quod etiam iugum neq; mandãte spi-
ritu sancto eis imposuerant:sed solũ vt abstinerent ab idolis/idolothytis/sanguine suf-
focatorũ/& fornicatione. Et adeo fauerũt Paulo/imo doctrinæ Christi in Paulo:vt Ti-
6 tus frater ex gẽtibus/quẽ multi fratres ex iudaismo circuncidi volebant/remanserit in-
circuncisus. Quod & hoc pacto insinuans subiũgit Paulus. ¶Sed neq; Titus qui mecũ
erat cum gentilis esset:cõpulsus est propter quidẽ subintroductos falsos fratres/circun-
cidi. qui subintroierãt explorare libertatem nostrã/quam habemus ĩ CHRISTO IHE
SV:vt nos seruituti subijcerẽt. quibus ne ad horam quidẽ cessimus subiectione: vt ve-
ritas euangelij permaneat apud vos. ¶Neq; apostoli/neq; veri & spirituales fratres/gẽ
tiles ad Christi fidẽ confugientes circuncidi volebant/neq; hac seruitute legis premi:
sed ab hac cũ spiritu sancto sentientes/liberos esse volebant. verum falsi fratres/seditio-
si & carnales:illos circuncidi volebãt.& de illis introierant/non veritatis agnoscendæ
gratia(aduersatur enĩ sensus carnis:veritati)sed seditionis & turbationis causa/ vt eos
circuncidi cogerent/& maxime Titum qui erat incircuncisus. verũ hæc incircuncisio-
nis libertas/& a Paulo & ab apostolis generose defensa est. Verum dicet quispiam/pri-
usq̃ Paulus venisset ad apostolos/apostolorũ erat sententia:vt ex gentibus venientes ad
Christum/circunciderentur. si ergo non essent circũcidendi: nõne debuerunt nosse apo
stoli/Huic scrupulosæ obuiationi paucis satisfacit Paulus/gentium apostolus: dicens.
Nichil sibi curæ esse qualis ante aduentũ suũ fuerint apostoli sententiæ & deum ĩ his
reuelãdis non esse acceptatorem personæ:sed indifferenter cui vult/ non propter perso-
nam/sed propter seipsum/suãq; bonitatẽ sua propalare secreta. voluit igitur & placuit
deo reuelare Paulo: quæ cuiuis alij reuelare potuisset. & adeo reuelauit Paulo: vt ni-
chil accẽperit ab apostolis qđ nesciret.sed cõtra acceperũt apostoli a Paulo: quæ deus
eis non reuelauerat.quia sic fuit beneplacitum eius/nõ personæ respectus.& ĩ hoc gra-
tias egerũt deo:& dextras obsequiosæ dilectionis in Christo cõiunxerũt/ petẽtes a Pau
lo & Barnaba vt inopiæ sanctorũ Christi/ qui omnibus quæ possederãt abrenũciauerãt
vt eius ĩplerẽt verbũ & eius essent discipuli:memores essent apud opulẽtos gentiũ fra-
7 tres.qđ & ipsi fideliter curauerũt:& apud Rhomanos/Corinthios/Macedonas & alias
nationes. Quæ õnia subiũgit Paulus/hoc pacto. ¶Cæterũ de ijs qui aliqua in æstima
tione sunt:quales aliquãdo fuerit/ nichil mea refert.personã deus nõ accipit hominis.
Michi certe qui æstimãtur/nichil cõtulerunt:sed cõtra/videtes ꝙ creditus sum euange
lio præputij vt Petrus circũcisionis(qui enĩ operatꝰ est Petro ad apostolatũ circũcisio-
nis: operatus est & michi ad gẽtes) & cognoscẽtes gratiã quæ indulta est michi:Iaco-
bus/& Cephas/& Ioãnes qui æstimãtur colũnæ esse/dextras societatis michi atq; Bar-
nabæ dedere/vt nos essemus in gẽtibus/ipsi vero in circũcisione/tantũ modo vt inopũ
memoriã haberemꝰ.qđ & hoc ipsum studiui efficere. ¶Nõ igitur latebat veros aposto
los nõ esse gẽtes circũcidẽdas : sed nec alias iudaismi obseruãtias circa eos qui ad fidẽ
Christi venerãt esse obseruãdas.vt circũcisos nõ manducare/bibere/ & cõuiuere cũ in-
circũcisis:ab escis & thoro eorũ abstinere/& reliquis huiusmodi in quibus õnibꝰ pseu-
dodidascali Galatarũ: eos corrũpere nitebãtur. Qꝫ autẽ ad Christi fidẽ veniẽtibus/ni-
chil sit iudaismus:ostendit argumẽto Petri.qui cũ Antiochiæ esset/ & quasi iudaizãs/se
a cõuictu gentiliũ abstraheret/& ab escis abstineret ob aduentũ quorũdã fratrũ Hiero-
solymitanorũ a Iacobo adhuc iudaizantiũ/& id facere depræhẽsus esset: ei Paulꝰ per-
sonaliter obstitit.quia illa simulatio nõ ædificabat:sed nocebat tam gẽtilibus q̃ iudæis
qui eius exẽplo arbitrabantur iudaismum esse aliquid (nam non in omnibus est scien-
tia) etsi etiam Petrus sciret iudaismum esse nichil. Quod autem sciret: capite vndeci-
mo actionum apostolicarum ex sua illa diuina aduersus iudæos de talibus eum accusã
tes defensione manifeste cognoscitur. Simulatio igitur sola erat: non ꝙ ita faciendum
crederet.& diuina dispẽsatione id factum crediturꝭ vt in præsentia tam iudæorũ q̃ gen
tiliũ a Paulo repræhenderetur.repræhensus autẽ:non reluctaretur/sed veritati acquie-
8 sceret ad cõmunem tam gentiliũ q̃ iudæorum ædificationem. Quapropter ait Paulus.
¶Cum autẽ venit Petrus Antiochiam:in persona ei restiti/quia depræhensus erat.Nã
priusq̃ venirẽt quidam a Iacobo:cum gentibus edebat.cum autem venissent subduce-
bat & separabat seipsum/timens eis qui erant ex circuncisione. Et cum eo simulabant
& reliq iudæi:adeo vt & Barnabas eorũ simulatiõe/simul abstineret. ¶Ecce simulatio

Petri:& aliorũ occasione Petri. Et Petrus non tam propter se q̄ propter alios peccabat/
eratq; arguendus. Nam licebat ei cum gentibus non edere/& a cibis eorum abstinere.
simulatio tamen illa/alijs erat noxia/& ædificationi contraria:& ideo arguendus/neq;
9 in hoc ipse/neq; alij probe faciebant. Et iccirco subnectit Paulus : quo pacto simula-
• tionem Petri arguerit/hoc modo. ¶At vero quando vidi ꝙ non recte ambularent ad
• veritatem euangelij : dixi Petro coram omnibus. Si tu cum iudæus sis/ gentiliter vi-
• uis & non iudaice : cur gentes cogis iudaizare? nos natura iudæi & non ex gentibus
• peccatores:scientes ꝙ nõ iustificatur homo ex operibus legis/ sed solũ per fidem IHE
• SV CHRISTI. & nos i CHRISTVM IHESVM credidimus: vt iustificemur ex fide
• CHRISTI/& non ex operibus legis. Quapropter non iustificabitur ex operibus legis
• omnis caro. Q; si quærentes iustificari in CHRISTO inuenti sumus & ipsi peccato-
• res: nunquid CHRISTVS peccati minister est? Nequaq̄. Nam si quæ dissolui/ eadem
• rursus extruo:præuaricatorem meipsum constituo. Ego enim per legem/ legi mortuus
• sum:vt deo viuam. CHRISTO concrucifixus sum. viuo autem nõ amplius ego:viuit
• vero in me CHRISTVS. quod autem nunc viuo in carne: in ea fide viuo quæ est fi-
• lij dei.qui dilexit me: & tradidit semetipsum pro me . non irritam facio gratiam dei.
• Nam si per legem/iustitia : ergo CHRISTVS nequicq̄ mortuus est. ¶Huic coargu-
tioni manus dedit Petrus:ad vtriusq; partis ædificationem. Nam veritas euãgelij est/
suscepto Christi baptismate/ suscepta Christi fide: iudaismum nichil esse. quod & Pe-
trus non nesciebat. Nam cum natura Iudæus esset: gentiliter viuebat/ritum iudæorum
non obseruans/nisi tantisper dum simulabat:timens missos ab Iacobo offendere. id est
timens eis:ne forte ex hoc scandalizati/ desciscerent a fide. Et hic timor bonus erat.
erat enim circuncisionis apostolus:sed ex hoc timore nascens simulatio/noxia erat gẽ-
tibus quæ aderant/ & quarum Paulus erat apostolus. Ideo ex re & officio/non temera-
rie & impudenter eum arguit Paulus/non imperiose/ nõ superciliose/ non cõtentiose:
sed perbenigne & in feruore spiritus dei loquens. Quod manifestant rationes quas co-
argutioni Petri subnectit. quarum vna est: ꝙ ex operibus & obseruationibus veteris le-
gis non iustificatur homo/sed per solam fidem Christi infunditur iustificatio. Alioqui
si obseruantiæ legis iustificare possent:nequaq̄ eis confugiendum erat ad fidem Chri-
sti vt iustificarentur. ad hoc autem ipsum confugerant omnes. non igitur necessarius
ad iustificationem iudaismus. Præterea per nouam legem veteri legi mortui sumus:&
mysteria Christi sic veteris legis obseruantias destruunt/ vt lux oriens tenebras. si igi-
tur quæ mysteriorum Christi lux destruit/ iterum instauramus: nonne delinquimus &
peccatores inuenimur? quo modo igitur qui mysterijs Christi initiantur/ iudaismum
obseruabunt?quo modo per ea:destructa reparabunt?nonne peccabunt?Sed nunquid
Christus minister est peccati? Minime sane. Non igitur ministrat lex Christi/vt ea ha-
bita/seruetur iudaismus. Cæterũ in baptismate omnes Christo cõcrucifigimur/ & com
morimur/ & cum eo in mysterio resurgimus: & viuimus non amplius nostra vita/ sed
Christi vita. viuit enim in nobis Christus. vita enim nostra carnalis erat/ quæ destru-
cta est:& nunc viuimus vita aliena quæ spiritus est. nõ enim noster spiritus/sed dei est.
& lex vetus:lex vitæ carnis. lex autem noua/ lex Christi/ lex est vitæ spiritus. quo mo-
do igitur lege eius vitæ quæ destructa est:viuemus?non igitur eis qui lege Christi vi-
uunt:obseruandus est iudaismus. Rursus qui putant per obseruantias legis iustificari:
gratiam dei negant. Nam quod opera dant/non gratia est:sed operum fructus. qui au-
tem non ex operibus/sed per fidem Christi: gratiam dei astruunt/ nõ tollunt. & hi: deo
gratiam habent. illi vero:deo sunt ingrati. At quo modo erimus ingrati filio dei/in cu
ius fide viuim9:qui dilexit nos/& tradidit semetipsum pro nobis? facessant igitur ope-
ra veteris legis:ne ingrati simus/ne gratiam Christi/per quam solam omnes saluantur
irritam/superuacuam/nullamq; putemus. Deniq; si opera legis iustificant: ergo super-
uacanee Christus mortem oppetijt. at non ex nichilo/non superuacanee Christus mor
tuus est. fortior igitur superueniens:legis abstulit impotentiam . Non igitur cum le-
gis Christi potentia:obseruanda est iudaismi superata impotentia. Hæ sunt spirituales
rationes:quas in conspectu omniũ simulationẽ Petri emendans/ ex spiritu sancto pro-
fudit spiritiloquus Paulus. Cui neq; Petrus voluit:neq; alij resistere valebant . Et per-
misit deus/vt aliquantulũ/non tam sibi/q̄ alijs laberetur Petrus: vt ex illo lapsu/maior
oĩm fieret erectio/maius oĩm nasceret̃ bonũ. Et hęc permissio:diuina dicitur dispẽsatio.
Sed age/nõne Paulus similiter fuit carpẽdus:cũ circũcidit Timotheũ/cũ se septẽ dieb9
purificauit/cum oblatio pro eo in tẽplũ intraturo vt pro cæteris/facta est? sciebat ne cir
cũcisionẽ Timothęi nichil eẽ/& purificationis illi9/& hostiarũ oblatiõis obseruãtias itẽ

nichil esse? Si sciebat & faciebat: proculdubio simulabat. Quare igitur non arguēdus vt Petrus? Hæc perplexa multis ambiguitas. Verum dicimus simulationem vt simulationem/ malum non esse (nam & dominus simulauit se longius ire) sed indifferens & ad bonum/ & ad malum est. Nam si saluat/ si amplius affectum inflammat/ vt simulatio Christi amplius discipulos inflammauit vt eius præsentiam requirerent/ si ædificat: bona est. Si destruit/ si charitatem tollit/ si ædificationi aduersa est: mala est/ & repræhensibilis. Fatemur ingenue Paulum in obseruātijs iudaicis simulasse/ cum & eas nichil esse sciret: sed tunc cum nichil exemplo noceret/ sed simulatio prodesset. Cū enī Lystram venit: circuncidit Timothæum/ quem viæ comitem assumere statuerat. timēs non tam iudæos q̄ iudæis per quos transiturus erat: ne officeret fidei eorum in Christum si circūduceret incircuncisum/ ne & languescerent in fide/ aut a fide desciscerent. Insuper seditiones & tumultus sedabat: qui hac de causa in eum moueri potuissent: viamq; verbi dei liberiorem/ hoc facto ad iudæos aperire se sciebat. Et similes causæ fuere: cum Hierosolymis iudaicas purificationes simulauit. proderant enim/ charitatem saluabant/ & facilius suscipiendæ fidei Christi (quæ summa ædificatio est) non officiebant. Non igitur etsi timuerit/ & timore simulauerit vt Petrus: simili iure vt Petrus est arguendus. Nam Petrus nocebat: ille non nocebat. Aedificatio igitur aut nocumentum regulæ sunt: cum simulatio carpenda fuerit/ aut non carpenda. Omnia certe facta Pauli/ etiam simulationes: spirituales sunt. Et qui aliter intelligit: Paulum non intelligit/ sed ex carne peccat i spiritum. Det igitur nobis Ihesus Christus spiritualiter intelligere/ & se digne: quæ locutus est per apostolum suum Paulum/ vt nomen eius superbenedictum magnificare/ & glorificare valeamus in æternum.

A ¶EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Cū Barnaba/ assum-
6 pto & Tito. ¶Participio actiuo dicitur in Paulo: coassumens & Titum. Sed id parum
refert. Paulus. μετὰ βαρνάβα συμπαραλαβὼν καὶ τίτον. ¶Vulgata æditio.
Et contuli cum illis euangelium. ¶Obtuli illis: dicere possumus. Et hoc in loco: latinum interpretem carpit Hieronymus. Id quod supra inquit latinus interpres acquieui dixerat: in præsenti loco contuli interpretatus est. Et subdit. & (vt verius dicam) sermo græcus ἀνεθέμην aliud quiddam q̄ apud nos intelligitur. cum scilicet ea quæ nouimus/ conferimus cum amico: & quasi in sinum eius & cōscientiam reponimus. Paulus. καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον. ¶Vulgata æditio. Iis qui videbātur aliquid esse. ¶Particula aliquid esse: superflua est. & æque per præsens exprimitur. ac si dicamus iis qui æstimantur. Tempore enim beatissimi apostoli Pauli: ii qui familiaritate Christi vsi fuerant/ maxima in æstimatione habebātur. Qd & ipse fatetur Paulus/ & id rationis erat. Sed modus loquendi veteris interpretis/ videtur æstimationē minuere: quā reuera Paulus veneratur & adauget. videtur contēptū sonare: vbi reuerētiā sonat. Hanc diuersitatem videri facit caro & spiritus. nam qui carne legunt: contemptum cōcipiunt. qui spiritu: reuerentiam. Paulus. κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσιν. ¶Vulga-
A ta æditio. Sed propter subintroductos falsos fratres. ¶Particula sed: hoc in loco qua-
6 drare: non videtur. verum si quæ quadrat: potius quidem/ facere videtur. Nam si legis/ sed: videtur Titus non fuisse compulsus circūcidi ab apostolis/ sed tamen circuncisus ob falsos subintroductos fratres. Et coniunctionem autem refutat Hieronymus/ & superfluam putat. Nam (inquit) si legatur: non habet cui respondeat. Paulus. διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους. ¶Vulgata æditio. Quibus neq; ad horam cessimus subiectioni. ¶Melius ablatiuo casu subiectione. ne datiuos duos quibus & subiectioni: contra latinorum consuetudinem verbo cessimus/ iungere velimus. Et hic locus: ex Hieronymo emendatus est ad veritatem græcam. nam (vt ait Hieronymus) prius latini legebant per affirmationem quibus cessimus ad horam. quod & Ambrosius confirmat/ & affirmationem defendit non ex circuncisione Titi/ quem fatetur non fuisse circuncisum: sed ex circuncisione Timothæi. Verum Timothæus in illa introductione falsorum fratrum/ non fuit circuncisus: sed Lystræ vt actionum apostolicarum cap. 16/ testatur. Quare per negationem legi/ omnino & sanius & verius esse videtur. Paulus. οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. ¶Vulgata æditio.
A Ab iis autem qui videbantur esse aliquid. ¶Dici potest/ vt & prius dictum est: qui æsti-
7 mantur esse aliquid/ siue qui in aliqua æstimatione sunt. Paulus. ἀπὸ δὲ τῶν δο-
B κούντων εἶναί τι. ¶Vulgata æditio. Michi eni qui videbātur esse aliquid: nichil mi-
7 chi contulerunt. ¶Esse & aliquid: abundant. & satis est dici: qui æstimantur. Paulus. ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο. ¶Vulgata æditio. Qui videbantur columnæ. ¶Dici potest: qui æstimantur columnæ. sic facit Dionysius:

theologorum columen Petrum appellat. Paulus. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.
C ℂ Vulgata æditio. Cum autẽ venisset Cæphas Antiochiam: in faciem ei restiti/ quia re-
8 præhensibilis erat. ℂ Legendũ: Petrus. Et æque in persona ac in faciem. imo æquius: quia modestius. Vocabulũ enim hic positum: & faciem & personã significat. Verũ cõsuetudine latina cum dicitur restiti ei in faciem/ restiti in barbam: id asperum & imodestum sonat: quod Paulo tribuere nefas/ non modo in Petrum/ tantũ & tam præeminentem virũ/ sed ne in quẽq̃ aliũ vel nullius gratię vel ęstimationis virũ. At vero cũ interpretatur restiti ei in persona/ siue in personam/ aut ad personã: non sic imodestum sonat. Et quod dicitur quia repræhensibilis erat: participio vtitur Paulus. ac si diceremus: quia depræhensus erat. & in quo deprehensus: subiungit. scilicet prius edere cum gentilibus: & aduenientibus quibusdam a Iacobo se substrahere. Hoc ideo dico: quia cum conuertitur repræhẽsibilis/ quod græce dicitur ἐπίληπτος aut κατάγνωστος: asperius sonare videtur/ q̃ sermo Pauli. Et præbuit ferme hoc duriusculæ interpretationis vocabulum: inter Augustinũ & Hieronymũ sãctos & celebrabiles viros/ grauis altercationis fomentũ. quam interpretãtis modestia: aut extinxisset/ aut nullã fuisse fecisset. & hoc quoq; optabilius. Nam tales dissentiones/ nullos oblectant nisi carnales: & prorsus nullos ædificant. Tales inquã dissentiones quæ nimirũ non prorsus a radice carnis videntur expurgatæ. quæ quidẽ si ex humana imperfectione aliquãdo perfectiores turbant: quantos postea agitant/ & dissentire faciunt in inferioribus? Quare semper nitẽdum est ad intelligentiam spiritus: quæ concordiam parit & nusq̃ dissentionem. & discedendum ab ea quæ est carnis: quæ & discordiam & parit/ & amat. Paulus. ὅτε δὲ ἦλθεν πέτρος εἰς ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. ℂ Vulgata æditio. Ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. ℂ Potius legendum simul abstineret/ eorũ simulatione. Paulus. ὥστε καὶ
C βαρνάβας συναπεχθῆναι, αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. ℂ Vulgata æditio. Dixi Cephæ
9 coram omnibus. ℂ Et hic quoq; Petro habetur: vt & in superiori loco. Sed vt ex Eusebio coniectare licet: nõnulli Cepham scripserunt/ volentes Paulũ excusare a repræhẽsione Petri apostoli. & dicentes eũ Cepham/ quẽ repræhẽdit Paulus: vnum ex minoribus discipulis Christi fuisse. Quod neq; oportet/ neq; probat Hieronymus/ neq; fidelis codex græcus. Paulus. εἶπον τῷ πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων. ℂ Vulgata æditio.
D Et nos in CHRISTO IHESV credimus. ℂ Legendum per præteritum credidimus.
9 Paulus. καὶ ἡμεῖς εἰς χριστὸν ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν. ℂ Vulgata æditio. Præuaricatorẽ me esse cõstituo. ℂ Esse: superfluum est. & potius dicendum meipsum cõstituo. Paulus. παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι. ℂ Vulgata æditio. CHRISTO cõfixus sum cruci. ℂ Vno verbo dici potest: concrucifixus sum. Paulus. χριστῷ συνεσταύρωμαι.

CAP. III

IN actis apostolorum scribitur/ quidam descendentes de Iudæa docebant fratres: quia nisi circuncidamini secundũ morem Moysi/ nõ potestis saluari. Ex quorum secta venerãt ad Galatas/ & eos induxerãt vt circunciderẽtur/ & veteres cerimonias obseruarent/ tam credulos se aliter saluari non posse: in quos vt in filios perditos aut perditioni
10 proximos/ tanq̃ lugẽs pater/ tristẽ effundit Paulus querelam/ dicens. ℂ O amentes Galatæ quis vobis inuidit nõ suaderi veritate: quibus ante oculos IHESVS CHRISTVS descriptus est/ in vobis crucifixus? Hoc dũtaxat a vobis discere velim: an ex operibus legis spiritum accepistis an ex auditu fidei? ℂ Non poterant dicere Galatæ se spiritum sanctũ accepisse ex operibus legis: sed ex auditione fidei. nam anteq̃ de veteri lege quicq̃ audissent: per solam fidei in Christum susceptionem/ acceperũt spiritũ sanctũ/ manifestissimũ suæ iustificationis & salutis argumentum. Non igitur sine operibus legis/ credere debebant se iustificari &
11 saluari non posse. Et ideo amplius Paulus suã prosequitur querelam: & eos pie instruit ad fidei reuocans scientiam/ ac dicit. ℂ Siccine amentes estis: vt cum spiritu cęperitis/ nunc carne desinatis? tanta passi estis frustra: si tamẽ frustra? ℂ Videntiũ & nõ cæcorũ est: semper ad anteriora procedere/ rectitudinẽ viæ tenere/ & in melioribus stare/ & non relabi in posteriora ac deteriora. contra autẽ/ faciebãt Galatæ: & ideo iure amentes/ & cæci dicũtur/ quasi mentẽ non habẽtes/ qua lumen veritatẽq; viderẽt. Spũs quid perfectum & sublime: caro autẽ quid imperfectum/ deiectum/ & infimum. illi autem fide per spiritum inceperant: & ex inductione iudæorũ scientiã dei non habentiũ/ ex operibus legis carne desinebant. Sed q̃ impossibile est perfectũ esse simul & imperfectũ/ exaltatũ & deiectum/ sursum & deorsum: tam impossibile simul est/ spiritu/ & operibus legis

iustificari. & ideo putantes iustificationem ex operibus legis: perdebant iustificationē
spiritus/se in imo & in imperfecto constituētes. & summi/ & perfecti fiducia derelicta:
in imo & in imperfecto confidentes. & Christi perdebant iustificationem: pro qua va-
rias persecutiones/ & multa pertulerant ab infidelibus aduersa. tanta passi frustra/ fru-
stra dico & sine vllo fructu: nisi resipiscerent. Quod vt resipiscant & finem fidei non
12 amittāt/ quæ est æterna salus: nunc ex sacris eos instruit & adiuuat eloquijs hoc pacto
» Paulus dicēs. ¶ Qui igitur suppeditat vobis spiritū/ & operatur potestates in vobis: an
» id ex operibus legis sit/ an ex auditu fidei? Certe fidei. vt Abrahā credidit deo & repu-
» tatum est ei ad iustitiam. Cognoscite igitur ꝙ ij qui sunt ex fide: illi sunt filij Abrahæ.
» Præuidēs autē scriptura ꝙ ex fide iustificat gētes deus: præeuāgelizauit Abrahæ/ ꝙ be
» nedicentur in te omnes gētes. Quare qui sunt ex fide: benedicti sunt cū fideli Abrahā.
» Quicunq; vero ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. scriptum est enim. Maledi-
» ctus omnis: qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis/ faciendo ea.
» Qꝫ autem in lege nullus iustificatur apud deū: dilucidum. quia iustus ex fide viuet. lex
» autē non est ex fide: sed homo qui fecerit ea/ viuet in eis. ¶ Fides qua saluamur: ea est
qua credimus gratiam Christi nos liberasse a peccatis/ & nobis regnum tributurā cœle
ste. vt Abraham credebat dei gratia se liberatum a sceleribꝰ Chaldæorū/ & terrā pro-
missam adepturū. Chaldæa/ figura peccatorum erat: & terra promissionis/ figura cœle-
stis habitationis. Et illa nobis Christus in veritate dimittit/ ex illis nos in hac vitæ pe-
regrinatione liberans: & hanc habitationem cōpleta peregrinatione veraciter largi-
tur. Qui autem confidit in operibus: in seipso confidit/ & baculo innititur arundineo/
qui frangitur in seipso. & supernū lumen non videt: vnde descendit iustificatio. id autē
gratia Christi est/ quæ fidei cognoscitur oculo: non oculo legis/ quæ monstrat opera fa
cienda/ & obseruantiarū importabili iugo onerat. quod (in spiritu sancto dicebat Pe-
trus) neq; nos/ neq; patres nostri portare potuimus. & ideo & ipse/ & patres ipsi male-
dictum legis incurrerant/ a quo Christus eos omnes liberauit. Et quo modo fides ad iu
stificationem summū tenet/ & opera legis imum: in tertio/ & quarto capite primi libri/
qui super epistolam ad Rhomanos digestus est/ opido discussum est. Quare nichil ab re
13 fecerimus: si hic super hac re contrahemus sermonem/ reliqua Pauli prosequentes quæ
» superioribus adijcit/ dicens. ¶ CHRISTVS nos redemit de maledicto legis: factꝰ pro
» nobis maledictum (nam scriptum est. Maledictus omnis: qui pendet in ligno) vt in gē
» tibus benedictio Abrahæ fiat in CHRISTO IHESV/ vt promissionem spiritus capia
» mus per fidem. ¶ Si terram sterilem vides/ si pestes/ si bella & hostiles incursiones: ma
ledictionis signum est. & iusti qui illis intercipiuntur: maledictione aliorum feriuntur/
aliorum maledictionem ferentes/ nō suam. sic Christus omni benedictione præuētus:
nostram maledictionem ferre voluit. Et qui omnes cum Adam i ligno peccaueramus:
maledicti/ in ligno pœnas luere debebamus. ipse cōtra/ qui nichil peccauerat: in ligno
pro omnibus mori voluit/ in seipso omniū maledictum accipiens/ se peccatum faciens
& maledictū/ qui absq; peccato semper erat & maledictione. Quid est enim se peccatū
facere/ & maledictum eū qui per se innocētia & benedictio erat: nisi se obsidem pro pec
catoribus & maledictis facere/ & ignominiam & confusionem quæ peccato & maledi-
ctioni debebatur/ perferre/ vt sublato peccato & maledictione/ i ijs qui peccatores fue-
rant iustitia & benedictio repararētur? O ineffabile cōmertiū/ innocentia cōdemnatur:
& nocens absoluitur. benedictio maledicitur: & maledictus benedicitur. vita moritur:
& mortuus viuificatur. gloria confunditur: & cōfusus glorificatur. imo innocentia con
demnata/ absoluit: maledicta benedicit. vita moriens/ viuificat: & gloria cōfusa/ glorifi
cat. Neq; aliter sontes/ maledicti/ mortui & confusi/ absolui/ benedici/ viuere & glorifi-
cari potuerūt: q̄ vt diuinæ sapientiæ placuit quæ per seipsā hæc operata est. Filij Abra-
hæ secundum carnem: benedictionem rerum terrenarum acceperunt/ & terrenam pro-
missionem/ quæ figura sunt & quæ pertinent ad carnem. At vero filij Abrahæ secun-
dum fidem in Christo/ qui per eminentiam semen est Abrahæ: benedictionem & pro-
14 missionem accipiunt spiritualem/ quæ terrenæ benedictionis & promissionis est veri-
» tas. Et iccirco subnectit Paulus. ¶ Fratres (licet per hominem) nullus tamen testamē-
» tum hominis authoratum/ irritum facit/ aut superaddit. Abrahæ autem dictæ sunt
» promissiones/ & semini eius (non dicit et seminibus eius tanq̄ in multis/ sed tanq̄
» in vno & semini tuo qui est CHRISTVS) hoc autem dico testamentum præau-
» thoratum a deo in CHRISTO: lex quæ post annos quadringentos & trigin-
» ta facta est non abrogat/ ad tollendam promissionem. Nam si ex lege hæredi-
» tas: non amplius ex promissione. Atqui per promissionem: Abrahæ dedit deus.

¶ In historia Geneseos scriptum est/ dictum fuisse a deo/ Abrahæ: in semine tuo bene-
dicentur omnes gentes terrę. Quod proculdubio de Christo & spirituali benedictione/
quæ verissima benedictio est: intelligitur. quod quidem latere non potuit Paulum: qui
per spiritum sanctum nobis intelligentiam transfudit scripturarũ. Et hanc promissio-
nem confirmauit Christus dñs testamento mortis suæ: qui semen erat Abrahæ secun-
dum carnem/ sed diuinum germen/ secundum æternam generationẽ. Q₂ si testamentũ
in morte hominis authoratum/ licet per hominem sit authoratum/ nullus tamẽ irritat
& cassat/ aut aliud superordinat: tanto minus promissio benedictionis omniũ gentium
terræ/ testamento mortis filij dei postea authorata & confirmata/ potest irrita fieri aut
testamentum aliud superordinari. Si testamentum hominis nõ fit irritũ: quo modo te-
stamentum dei fiet irritũ? Christus enĩ nõ solum homo: sed etiam deus est. Sed dices/
ordinatum est vetus testamentũ. verũ ais: sed nõ est superordinatum. & non in morte
hominis: sed in morte pecoris confirmatũ/ vt non tam testamentum q̃ typus & figura
testamenti dici queat/ & quædam præparatio ad suscipiendum verum testamentũ. qđ
adhuc futurum erat. Præparatio dico infirmitatibus & morbis prouidẽs: vt beneficio-
15 rum & futuri testamenti bonorum capaces essent. Proinde subiungit diuina luce refu-
sus apostolus: his scrupulis hoc pacto paucis satisfaciens/ ac dicens. ¶ Ad quid igitur
lex? Gratia transgressionum apposita est (tantisper dum veniret semen: cui promissio
facta est) ordinata per angelos in manu mediatoris. mediator autem vnius nõ est: sed
deus vnus est. ¶ Lex vetus per angelos Moysi disposita. Moyses autẽ mediator inter
dominum & seruos. est enim mediator: ad minimũ duorum. Noua autem lex: per Chri
stum qui omnibus angelis superior est/ disposita est. & ille ipse idem qui disposuit: me-
diator est inter deum vt patrem/ & homines iam nõ vt seruos/ sed vt filios. Et tamdiu
durauit lex mediatoris humani: donec lex introducta est mediatoris diuini. tãdiu enĩ
durat seruitus: donec inducitur libertas. ergo lex vetus: erat a disponentibus angelica/
a mediatore humana/ & a suscipientibus lex erat seruitutis/ & (vt sic dicam) mancipio-
rum. At vero lex noua: ab ordinante & mediatore diuina & superangelica est/ & a su-
scipientibus lex libertatis & filiorum. lex vetus: non iustificans/ sed præparans seruos
ad iustificationem. lex noua: iam iustificans/ seruitutem tollens & liberos/ filiosq; faci-
ens. Non igitur lex loco promissorum data est: sed solum vt præparans/ vt potiones &
dietæ: quarum/ perfecta sanitate non amplius opus est. lex vetus data est vt infantium
16 in rudibus literarum elementis pedagogus/ cuius vbi virilis perfectaq; etas aduenit
non amplius est opus. Quod & beatissimus hoc pacto nobis aperit Paulus. ¶ Nũquid
igitur lex: pro promissis dei est? Nequaq̃. Nã si data esset lex quæ posset viuificare: vere
ex lege esset iustificatio. Verũ conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fi-
de IHESV CHRISTI daretur credentibus. Priusq̃ autẽ veniret fides: sub lege con-
clusi custodiebamur ad futuram fidem/ quę reuelãda erat. Quare lex pędagogus noster
fuit ad Christum: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: non amplius sumus sub
pædagogo. Nam omnes: filij estis/ per fidem. ¶ Pędagogus est: qui pueros pręinstruit
qui eos ad literas ducit. qui vbi sufficiunt excellentem audire magistrum: non eis am-
plius opus est pædagogo. Quando autem Christus venit: summus magister venit. qua-
re qui ad eum venerunt: non amplius opus habuerunt pędagogo. Lex autem pęda-
gogus: quæ præinstruebat & ducebat ad Christum. non igitur amplius fuit lege opus:
sed fide. quæ lege superior est: vt sapientia/ grammatica superior. Et vt qui venit ad sa-
pientem diligenter auscultans: sapientiam induit/ & efficitur sapienti similis/ quicunq;
sit/ & cuiuscunq; conditionis siue gallus/ siue scitha/ siue græcus/ siue liber/ siue seruus/
siue mas/ siue fœmina: nichil aliud est/ nichil aliud euadit a sapiente q̃ sapiens. Hunc
71 in modum qui ad Christum veniunt: Christum induũt/ quicunq; sint & cuiuscunq; cõ-
ditionis/ & nichil aliud sunt/ q̃ a Christo Christus. Atq; ideo subnectit Paulus. ¶ Qui-
cunq; enim in CHRISTO baptizati estis: CHRISTVM induistis. nõ est iudæis neq;
gentilis/ nõ est seruus/ neq; liber/ non est mas/ neq; fœmina. õnes enim vos vnus estis
in CHRISTO IHESV. Si autem vos CHRISTI. igitur Abrahæ semen estis: & secũ-
dum promissionem hæredes. ¶ Sequitur. Christus semen Abrahę est/ nos autem indui-
mus Christum: ergo in Christo semen Abrahę sumus. Rursus, semen Abrahæ sumus in
Christo/ in Christo autem benedictio omniũ gentium promissa est/ & vera hæreditas:
ergo benedictionis filij sumus/ & promissionis verę hæredes/ quos Christus cœlorum
rex/ in æterna ascripsit hæreditate. Et nõ gaudeamus quia filij Abrahæ sumus: sed pre-
sertim quia Christi nomen & substãtiã portamus/ & quia nomina nostra scripta sunt in
cœlis/ & vnum cũ Christo sumus. Cui sit omnis honor/ & gloria in sæculorũ sæcula.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. O insensati Galatę
10 quis vos fascinauit nō obedire veritati. ¶ Dici potest. o amētes siue stulti Galatæ/ quis
vobis inuidit non persuaderi veritate aut non acquiescere veritati. qui enim suadetur: ac
quiescit. sic enim verba Pauli: ἀνόητοι, ἐβάσκανεν πείθεσθαι/ significare videtur/
amētes/ inuidit/ suaderi. Sed & sacer Hieronymus hāc particulā obedire veritati: omisit/
quia ī exēplaribus Origenis non inuenerat interpretatā. Paulus. ὦ ἀνόητοι γαλά-
ται τίς ἡμᾶς ἐβάσκανεν τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; ¶ Vulgata æditio. Añ quo-
rum oculos IHESVS CHRISTVS proscriptus est / & in vobis crucifixus. ¶ Dat suo
dicere potuit vetus interpres: quibus & præscriptus, idest quasi ante oculos in pictura
repræsentatus: cum fuit eis de Christo ad vnguem / & tanq̄ ad viuum narrata veritas.
A Et ī vobis crucifixus: particula & superflua est. Paulus. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς ἰησοῦς
11 χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. ¶ Vulgata ędítio. Sic stulti estis. ¶ Qđ
hic stulti dicit vetus iterpres: in fronte capitis dixit īsensati. Paulus. οὕτως ἀνόητοί
ἐστε ¶ An id ex operibus legis sit an ex auditu fidei: certe fidei. Responsionē certe fidei/
quæ suppressa nichilominus intelligatur: expressimus ad maiorem/ parationemq; intelli
B gentiam. suppressus enim / & admodum breuiloquus est Paulus: totus tamen intelligē
12 tia exuberans. ¶ Vulgata æditio. Prouidens autē scriptura. ¶ Aptius: pręuidens. q̄ ille
spiritus per quem scriptura aspirata est: omnia ante sciat/ & præuideat. Paulus. προϊ-
δοῦσα δὲ ἡ γραφή. ¶ Vulgata æditio. Quia iustus ex fide viuit. ¶ Dicendum per
futurum: viuet/ vt capite primo commentariorum epistolæ ad Rhomanos iam dictum
est. Paulus. ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ¶ Vulgata ędítio. Sed q fecerit ea
B viuet in illis. ¶ Dicendum: qui fecerit ea homo. deest enim vocabulum homo. Paulus.
13 ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος. ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ¶ Vulgata æditio. Factus
est pro nobis maledictus quia scriptum est maledictus omnis qui pēdet in ligno. ¶ Qđ
prius vetus iterpres dixit maledictū/ id est maledictio: hic adiectiue dicit maledictus:
Verum fortasse accommodatius dicatur/ factus est pro nobis maledictum / aut maledi-
ctio/ q̄ maledictus: vt ex modo loquendi Pauli factus est pro nobis peccatum potiusq̄
peccator. Fieri peccatum / fieri maledictionem pro nobis: est ipsū ferre peccata nostra/
& maledictionem nostram. Qui (inquit Petrus) peccata nostra ipse pertulit in corpore
suo super lignum. Et quod ex Deuteronomio ex ędítione septuagita affert Paulus: dis-
putat sacer Hieronymus ex sententia multorum esse in Hebræo/ quia maledictio dei ē
qui appensus est. & id intelligētiæ Pauli quadrat. qui eum factum dicit κατάραν id est
maledictionem. Quasi ideo quia erat supplicium/ quo maledictionem & peccatum vo-
luit deus affici cum Christo in cruce: hanc omnibus in cruce morientibus voluit fieri
gratiam/ vt corpora eorum in crastinum non remanerent in cruce/ sed in eadem die se-
pelirentur. tanq̄ crux ante crucem/ id est ante veræ crucis aduentum & agnitionem: mi
sericordiam iam operaretur. Et hanc intelligētiā sub interpretatione septuaginta vult
B Paulus. Paulus. γενόμενος ὑπὲρ ὑμῶν κατάρα. γέγραπται γὰρ ἐπικατάρατος
14 πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. ¶ Vulgata æditio. Fratres secundum hominem/
dico tamen hominis confirmatum testamentum. Illud dico: vim habet particulæ q̄uis/
aut licet in sermone Pauli. quod ostendit aduersatiua particula tamen. verū quia id cō-
suetudini latinæ non respondet: ideo loco vocabuli dico/ particulam licet posuimus. cui
secūdū latinæ locutionis vsū: respōdet aduersatiua particula tñ / & clarior dilucidiorq;
C redditur nobis apostoli sententia. Paulus. ἀδελφοί. κατὰ ἄνθρωπον λέγω ὅ-
μως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην. ¶ Vulgata æditio. Testamētū cōfirma
14 tū a deo: quæ post quadrigētos & trigita annos facta est lex nō irritū facit. ¶ Legēdū:
præcōfirmat/ aut ante consumatum a deo in Christo. deest eni/ præ vel ante: & in Chri
sto. Paulus. διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστὸν, ὁ μετὰ ἔτη
C τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ. ¶ Vulgata æditio. Lex
16 ergo aduersus promissa dei? ¶ Id aduersus siue cōtra: vicissitudinem dicere videtur/ nō
contrarietatem. ac si quæratur: an contra siue promissorum loco/ sit lex? Paulus. ὁ οὖν
D νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ; ¶ Vulgata æditio. Omnes eni vos vnū
17 estis. ¶ Dicendum vnus. Paulus. πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε. CAP. IIII.

OMnes ante Christi aduentum cū gentes/ tum Iudæi: vt paruuli erāt
sub pædagogis/ vicarijs/ & œconomis. pœdagogi gētium: sophistæ
erāt/ ad falsum cultum dæmonum instruentes. vicarij: mēdaces. Nā
vicarios & commissarios dei se esse dicebant: & erant aduersæ pote-
statis. mali œconomi & administratores. nam mala pro bonis distri-
buebant: & bona domini dissipabant. sed Iudæorum pædagogi: le-

gitime instituebant/ præparantes ad verum dei cultum / veri dei cõmissarij / & domum
dei recte dispensantes. Et tam populus gentium q̃ Iudæorum/ vt seruus erat: quibus pæ
dagogi / vicarij/ & œconomi dominabantur. quorum tamen vtrunq; adulta ætate: vo-
luit diuina benignitas declarare filium . Adulta autem ætas/ & tẽpus (vt sic dicam) pæ
dagogatus plenũ atq; peractum: aduentus Christi/ & deo & nobis consubstantialis dei
filij & filij hominis. tunc qui voluerunt deũ patrẽ agnoscere per consubstantialẽ dei fi-
lium/ qui dignatus est noster frater fieri: non amplius in seruitute fuerũt pædagogorũ/
vicariorum/ & æconomorum . sed filij & liberi / cognoscentes patrem & patris sapien-
tiam/ maiestatem & decorem: hęreditatem cœperũt & dominium . Qui autem noluerũt:
sub pædagogis serui remanserunt/ circa rudia mundi elemẽta occupati/ nichil amplius
ad sapientiam dei proficientes/ & nichil hæreditatis & dominij capientes. Vt enim ea
quæ pædagogi pueris tradunt/ non sunt nisi quædam elementa & rudimẽta ad ea quæ
adulta ætate quæ plena est ætas/ sunt cognoscenda: ita cerimoniæ & ritus tam gẽtium
q̃ Iudæorum/ elementa erant adultam præcurrentia ætatem. hæc bene manuducẽtia:
illa perperam. & vtraq; carnalia & mundi elementa. sub his Iudæi: sub illis erant gen-
tes. At cum ætas perfecta venit/ quæ ætas est libertatis & agnitæ filiationis: nichil am-
plius studium carnis & corporalium rerum iuuat/ sed doctrina spiritus & æternarum re-
rum. & elementa mundi superuacanea erunt & officio perfuncta: vt rudia puerorũ stu-
18 dia in ætate prouecta. neq; amplius veterum ritus & nichilo magis ij qui Iudæorum q̃
gentium locum vllum habebũt. Neq; fallit analogia. Quapropter subdit Paulus. ¶ Di
co autem quãto tempore hæres paruulus est: nichil differt a seruo cũ dominus omniũ
sit/ sed sub vicarijs & œconomis est ad tempus vsq; præfinitum a patre. Simili pacto &
nos cum eramus paruuli. sub elementis mundi eramus/ seruitute astricti . quando vero
venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere/ factũ sub lege/ vt
eos qui sub lege erant redimeret/ vt adoptionẽ reciperemus. Quia autem estis filij. misit
deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba/ id est pater . Quare non ãplius
est seruus: sed filius. si autem filius: & hęres dei per CHRISTVM. ¶ Magnũ circa nos
& ineffabile benignitatis diuinæ argumentum/ q ne diffideremus ex fragilitate nostra
nos tantum habere patrem : proprium spiritum / spiritum filij sui / in corda nostra
misit / nostræ pusillanimitati fiduciam præstantem / & instruentem / vt deum ap-
pellemus patrem / quem neq; angeli appellare audent . Et vnde nobis tam grandis
fiducia? Filij dei humilitas : qui nobis fieri voluit consubstantialis . non est au-
tem factus consubstantialis angelis . caro enim factus est : & non est factus angelus.
nusq̃ enim angelos appræhendit : sed semen Abrahæ appræhendit . Si autem fi-
lij sumus/ filij autem cum patre hæreditant: & nos dei hæredes sumus / sed per eum
per quem asciti sumus in filios. In eo igitur omnis liquescat anima: per quem filij dei fa
cti sumus/ & æterni regni participes. Sed an gẽtes an Iudęi sub pędagogis seruientes/
& rudia mundi elementa discentes: tam ineffabilem viscerũ benignitatis dei circa nos
dispensationem cogitare vnq̃ potuissent/ quæ etiam cognita totum mundum conuertit
in stuporem? Quid dico cognita? tanta certe est: q cognosci non potest / & omnem fu-
git cognitionis facultatẽ. quam si nos pro insignitate sui cognoscere non possumus: sa
tis est/ & longe certe melius/ q nos ipse cognoscit filios . Quid enim iuuaret quenq̃/ re-
geni cognoscere patrem/ si rex nõ agnosceret filium? Etenim magnum bonum est ei/ qui a
rege cognitus est filius: esto nõ etiã cognosceret patrẽ. bonum tamẽ cognoscere/ & me-
19 lius cognosci: optimum & iucundissimum cognoscere & cognosci . Et proinde Galatas
alloquens/ qui gentes fuerunt: subdit Paulus. ¶ Sed tunc quidem nescientes deum: ser
uiebatis ijs qui non sunt natura dij. nunc autem cognoscentes deum/ potius vero co-
gniti a deo: quomodo rursus conuertimini ad infirma & egena elementa/ quibus e sur
sum/ iterum seruire vultis? ¶ Similes erant Galatæ ei: qui inter immunda aeducatus/ a
rege cognitus esset filius/ & ex humilibus locis aeductus/ perductus esset in sublimem pa
tris regiam/ patrem agnoscens/ & (quod melius est) a patre cognitus. verũ ille super-
no illo patris loco dimisso ad humilia descenderet ; quæ tamen prioribus minus vide-
rentur immunda/ regia libertate relicta iterum seruiturus. et ea quidem seruitute quę in
spiritus depressione est/ & in exaltatione carnis. filij autem libertas: in exultatione spiri
tus/ & depressione carnis. nõne vt degenerẽ & ignobilẽ pater iuste abdicaret / & regno
priuaret? Sic Galatæ ex seruitute dæmonum/ quæ immunda et infima erat: ad sublimẽ
dei cultum patrem deum cognoscentes/ et (quod melius est) a deo cogniti filij perdu-
cti fuerant/ sed ex illo sublimi loco et regia filiationis libertate: ad obseruantias Iudai-
cas minus quidem apparentes immundas / et in imo loco sitas descendere volebant

iterum seruituri / dies / annos / menses / neomenias & reliquas Iudæorum obseruan-
tias seruaturi / & contempta supernæ aulæ sapientia / vt pueri sedentes in puluere / malẽ
tes circa grammaticalia rudimenta & futiles dictiũcularũ quisquilias totam vitam cõ-
20 sumere. Et quomodo se ex alta Christi libertate ad Iudaicas nenias deuoluerẽt: aperit
apostolus. & eos solicitudine & exemplo sui: magna benignitate reuocat / dicẽs. ¶ Dies
obseruatis / & mẽses / & tẽpora / & ãnos. timeo vobis: ne aliquo modo frustra laboraue-
rim in vobis. efficiamini vt ego: quia ego vt & vos. ¶ Videtis (inquit) ꝙ nullas ceri-
monias secundum tempora Iudæorũ obseruo / non imolo / non scenophegia / non quicq̃
aliud ritus eorum facio. estote mei similes. nam vos æque liberi / vt & ego: & ego æque
vt vos. ego filius: vos filij. alioqui frustra laborauerim in vobis: vt qui vestram liberta-
tem retinere nolitis / sed ei præponatis seruitutem. Qui fit enim: vt filij regis sitis / & ser-
ui sitis / vt serui esse velitis? Hoc filiorum regis dedecet conditionem / dedecet & animũ.
21 At nunc Paulus charitate dei feruens / dilectionis impatiens erga eos vt erga domi-
ni sui filios: multa spiritus sancti lenitate / ad filialem reuocat libertatem / dicens. ¶ Fra-
tres obsecro vos. nulla me iniuria affecistis. scitis autem ꝙ propter infirmitatem carnis
euangelizaui vobis prius: & tentationem meam in carne mea non spreuistis / neq; re-
spuistis / sed quasi angelum dei me suscepistis. quasi CHRISTVM IHESVM. Quæ igi-
tur fuit beatitudo vestra? Testor enim vobis. ꝙ si fieri potuisset / oculos vestros eruẽtes
dedissetis michi. Quo pacto inimicus vester factus sum: veritatem vobis dicens?
¶ Nunc ex charitatis affectu precatur / amicum se declarat: vt quem nulla Galatæ laces-
serunt iniuria. immo in quem beneficia multa contulerunt: quando eis propter infirmi-
tatem carnis eorum / prius euangelizauit rudiora / & non tam alta & sublimia myste-
ria. quãdo in carne multas persecutiones passus est / paupertates & tribulationes in-
ter eos (hæ enim tentationes sunt carnis / vt inquit dominus. vos autem estis qui man-
sistis mecum in tentationibus meis) non contempserunt eum: sed vt angelum dei / vt
Christum dominum susceperunt. tũc beatitudinem putabant / tunc se beatos ducebãt:
si quid beneficentiæ in eũ collocare poterant / adeo vt libenter proprios oculos (per di-
cendi modum) vulsissent / & cor proprium si licuisset / vt ei dedissent. Quomodo igitur
nunc fit vt cum dicat & magnum / arduum / & arcanum verum de libertate filiorũ dei /
quod tunc ob infirmitatem carnis capere non poterant: factus sit eorum inimicus? aut
eos offenderit: cum tunc / cum parua dicebat tam factus fuerit eis amicus? Nequaq̃ id
consentaneum est: sed multo magis hæc alta mysteria scribens / fieri debet ami-
cus. Sequi igitur debent aucto quidem ac fortificato amore eum / qui eos reuocat in li-
bertatem / & qui eos emulatur in bono / qui emulatur dei zelo: non autem illos qui eos
ex libertate reuocant in seruitutem / ex fœlicitate in miseriam qui eos emulantur in ma-
23 lo / qui emulantur in mũdi zelo. qui erant Iudæi: seruitutem legis libertati Christi præ-
ferentes. Quapropter addit Paulus. ¶ Zelum habent ad vos non bene: sed excludere
vos volunt / vt ad eos zelum habeatis. Bona est zelatio in bono semper: & non solum
cum præsens sum apud vos. filioli mei: quos iterum parturio / donec in vobis formetur
CHRISTVS. Vellem autem præsens esse modo apud vos: & mutare vocem ꝙ idigeo
esse in vobis. ¶ Galatæ duriores saxis erant / & freto surdiores: si eorum corda nõ pene-
trabat horum verborum charitas. filioli mei: quos iterum parturio / donec in vobis for-
metur Christus. Parturire est: cũ dolore niti parere. qui dolor: ante partum nõ soluitur.
Neq; poterat apostolus ab hoc dolore solui: nisi partus in lucem ẽderetur. lux autem:
erat christus. cui cõformes restituere volebat Galatas: cui se deformarant / ad legalia le-
gis antiquæ descendentes. Quomodo enim in seruo. forma liberi retineri potest? tã cer-
te q̃ liberi conditio. Pugnant autem: liberi conditio & conditio serui. forma autẽ Chri-
sti libera est: & legis antiquæ / serua. Cum autem optat apostolus præsens esse Galatis:
indigentiam suam declarat / qua eget non propter se / sed propter Galatas esse cum Ga-
latis. & hanc vocem / ꝙ scilicet indiget esse cum eis: vellet mutare. si enim esset cum eis:
illam mutaret. non enim eius egeret quod iam haberet. esset cum eis: non egeret esse cũ
25 eis. & tunc melius / copiosius et apertius secreta hæc eis reuelaret. Quod tamen non po-
test per præsentiam: per absentiam vtcunq; valet facit / dicens. ¶ Dicite michi qui sub le-
ge vultis esse: legem non auditis? Scriptum est enim / ꝙ Abraham duos filios habuit
vnum ex ancilla et vnum ex libera. Sed qui ex ancilla quidem: secundum carnem na-
tus est. qui autem ex libera: per repromissionem. quæ sũt per allegoriã dicta. hæc eni sũt
duo testamenta. vnum a monte Sina in seruitute generans / quod est Agar. hoc eni est
Agar (Sina mons est in Arabia: et diuergit in eam quæ nunc est Hierusalem) seruit au-
tem cum filijs suis. alterum autem sursum Hierusalem libera est: quæ est mater omniũ

nostrum. Scriptū est enī. Letare sterilis quæ non paris/ erumpe & clama quæ non partu
ris: quia multi filij desertę magis/ q̄ eius quæ habet virum. nos autem fratres secundū
promissionem/ Isaac filij sumus. Sed quemadmodū tunc is qui secundum carnem na-
tus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum: hunc in modū & nunc. Sed quid
dicit scriptura? Ejice ancillam & filium eius. non enim hæreditabit filius ancillæ cum fi
lio liberæ. Igitur fratres non sumus ancillæ filij/ sed liberæ. ¶ Mirifice sacramētū duo-
rum testamētorum/ id est legis veteris & legis nouæ: nobis aperit sacerrimus apostolus
Paulus/ per duos filios Abraham/ Ismaelem scilicet & Isaac. ancillā & liberam/ Agar &
Rebeccā. per duo loca Sinā & Hierusalem. Agar/ mons Sina: lex vetus. Ismael: legis
veteris populus. Rebecca Hierusalē: lex noua. Isaac: legis nouæ populus. de Sina/ lex
vetus prodijt: & verbum domini/ quæ est lex noua/ de Hierusalē. mons Sina/ vergit in
Hierusalem: vt vetus testamentum/ in nouum tendere debet. Ante etiam aduentū Chri
sti filij Isaac secūdum carnem/ figurabant populum nouæ legis: & filij Ismaelis/ qui ex
Agar processerunt/ figurabant populum veteris. ante Christi aduentum: filij Isaac secū-
dum carnem/ dicebantur filij liberæ. & filij Ismael: filij ancillæ. hi serui erant: & illi na-
tura domini. & omnia hæc in typo & figura. Post autem Christi aduentum filij Isaac se
cundum carnem/ volentes veteri legi seruire: sunt filij ancillæ. Agar enim/ vetus testa-
mentum est/ cuius & ipsi volunt filij remanere. & gentiles ad Christi fidem venientes/
quæ est noua lex: filij sunt liberæ/ filij Rebeccæ & Hierusalem. Hęc enim: lex noua sūt.
Sed quid Abraham duos filios habens/ repręsentabat? Proculdubio Christum: duo te-
stamenta/ & duos populos habentem. & filios synagogæ sic populo suo inserentem: vt
olim vetus synagoga proselytos sibi inserebat/ et ex vtroq; populo fiebat quodammo
do vnus. multo magis in Christo: vterq; populus vnus fit. Et qui nunc est filius ancillę:
veniat ad Christum/ nascetur denuo/ et fiet filius liberæ. natus enim ex ancilla: non po
test hæreditare cum filio liberæ/ nisi nascatur denuo. quod carnaliter intelligens: admi-
rabatur Nicodemus. per nouam enim natiuitatem: efficitur filius liberæ/ atq; sic hære-
ditat/ et intrare potest in regnum cœlorum. Et vt ante Christi aduentum/ multi erant fi
lij desertæ id est ancillæ/ et pauci habentis virum id est liberę/ et filij desertæ perseque
bantur filios liberæ: sic post Christi aduentum qui sponsus est/ pauci filij ecclesiæ quæ li
bera est/ pauci filij spirituales. & multi filij carnales qui sunt filij ancillæ: et qui semper
filios aduersantur spirituales. Sed det deus sic clamores ecclesiæ exaudire: vt a modo li
bera fœcūdior sit q̄ deserta/ vt spiritus cognoscatur/ et caro damnetur. sit vterq; popu-
lus vnus agnoscens Christum patrem/ et ecclesiam matrem/ et se spiritu genitum/ spiri-
tualem liberæ filium: laudem et gloriam/ et gratiarum actionem Christo domino dan-
A tem in sæcula sæculorum. Amen.
18 ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Sed sub tutoribus et
actoribus est vsq; ad præfinitum tempus/ a patre. ¶ Vetus interpres iurisperitorum ser
uauit loquendi consuetudinem. sed verba Pauli: sic potius sonāt/ sub cōmissarijs et pro-
curatoribus. Paulus. ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶν καὶ οἰκονόμους ἄχρι τῆς
προθεσμίας τοῦ πατρός. ¶ Vulgata æditio. Quoniā autē estis filij dei: misit deus
spiritum filij sui. ¶ Superabundat dei. Paulus. ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς
τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Clamātē abba pater. ¶ Pater: rectus
est. et expositiue teneri videtur. quod vt intelligatur/ et ne credatur esse vocatiuus: par
ticulam expositionis interiecimus. Paulus. κρᾶζον ἀββᾶ, ὁ πατήρ. ¶ Vulgata ædi-
B ditio. Et hæres per deum. ¶ Legēdum et hæres dei per Christum. Paulus. καὶ κληρο-
18 νόμος θεοῦ διὰ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Quibus denuo seruire vultis. ¶ Dicēdū:
quibus denuo e sursum. deest enim: e sursum. Nam qui ex fide Christi ad legalia transe-
B unt: ex alto in preceps se deuoluunt/ ex libertate in seruitutem. Est enim libertas Chri-
sti alta: seruitus autem legis/ ima. Paulus. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε;
20 ¶ Vulgata æditio. Timeo vos/ ne forte sine causa laborauerim in vobis. ¶ Mos latino-
B rum est: dicere in hac significatione/ timeo vobis. in quo notat Hieronymus vete-
21 rem interpretem, timeo (inquit) vos posuit: pro eo quod est timeo de vobis. Paulus.
φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. Scitis
autem quia per infirmitatē carnis ¶. Potius legendum: propter infirmitatem carnis. nō
Pauli/ sed Galatarum. qui non poterant mysteriorum intelligentiam ferre. Paulus. οἴ-
δατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός. ¶ Vulgata æditio. Et tentationem vestram
in carne mea. ¶ Dicendū: et tētationem meā in carne mea. Paulus. καὶ τὸν πειρασ-
μόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου. ¶ Vulgata æditio. Vbi ē ergo beatitudo vestra? ¶ Po
tius: quæ erat ergo beatitudo vestra/ vel quę fuit ergo. Paul9. τίς οὖν ὁ μακαρισμὸς

ὑμῶν; Et respondet hanc eorum fuisse beatitudinem: si cor/ si oculos ei dare potuisset.
¶ Vulgata æditio. Ergo inimicus vobis factus sum/ verum dicens vobis. ¶ Nō asserit:
sed per interrogationem oppositum eius quod quærit: a maiori colligere vult. Quapro-
pter vt interrogatio intelligatur/ accommodatius posset dici: quare inimicus q̃ ergo ini
C micus. Paulus. ὥστε ἐχθρὸσ ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν. ¶ Vulgata æditio.
22 Bonum autem emulamini in bono semper. ¶ Potius dicẽdum ẽ per infinitiuum: bonũ
est autem emulari in bono semper. aut per verbale: bona est emulatio in bono semper.
Paulus. καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε. ¶ Vulgata æditio. Quoniã
confundor in vobis. ¶ Hic Hieronymus veterem notat interpretẽ. Græce (inquit) ma
gis proprie dicitur. ἀπορία enim non iam confusionem quæ apud illos αἰσχύνη/ si-
ue ἐντρόπη appellatur/ q̃ indigentiam & inopiam sonat. sensus itaq; iste est: vellẽ apud
vos nunc adesse/ & literarum vocem præsens ipse proferre. quia idigeo in vobis. fructus
non habeo: quos solent de disciplinis habere doctores. hęc Hieronymus. Hac de cau-
sa hũc locũ vertimus: q idigeo esse in vobis. verũ nō ieri inficias ἀπορίαν: i sacris li
teris confusionem inueniri interpretatã. vt id Lucæ. Erũt signa in sole & stellis/ & i ter
ris pressura gẽtiũ præ confusione sonitus maris & fluctuũ. id p̃ cõfusione sonitus maris
& fluctuũ: sic illic dicitur / ἐν ἀπορίᾳ θαλάσσης καὶ σάλου. ecce vbi aporia cõfusio
iterp̃tatũ ẽ. quare si seruaretur sẽsus veteris iterpretis: i idẽ redit / & sẽsus esset. vellẽ apud
vos modo præsens esse/ & mutare vocem: scilicet hanc q confundor in vobis/ inueniẽs
D scilicet vos ita recte incedentes/ vt nulla ex vestra vita suboriri confusio/ & verecundia
23 posset. & vtraq; intelligentia bona. ¶ Quæ sunt per allegoriam dicta. ¶ Allegoria est
(inquit Hieronymus) quæ aliud prætẽdit in verbis/ aliud significat in sensu. Quæ tra-
duntur in typo & figura: allegorica sunt. quæ non traduntur in figura i allegorica non
sunt/ neq; alium sensum requirunt q̃ qui exprimitur/ & quem author intẽdit/ qui vt plu-
rimum est spiritus sanctus. qui & literalis sensus appellatur: quia sine typo & figura est.
sed & idem spiritualis est. Quomodo enim spiritualis sensus non esset: cuius author est
spiritus? Quapropter qui alio modo scripta intelligunt/ & alij applicant q̃ intendit spiri
tus prophetæ: nō est sensus literalis/ nisi Iudaicus/ carnalis/ & letifer/ & est litera quæ oc
cidit. Vt verbi causa qui hunc locum / paruulus enim natus est nobis & filius datus est
nobis/ Ezechiæ regi applicant/ & id tanq̃ ouis ad occisionem ductus est/ Hieremię & i-
numera talia: sensum negauerim esse literalem/ nisi Iudaicum/ pseudographũ/ ementi
tum & fallacem. quem qui sequũtur: ruũt in mortem. Et notauerunt sancti patres qua-
tuor i sacris literis reperiri sensus: literalem/ allegoricum/ tropologicum/ & anagogicũ.
non q vbiq; hi quatuor sensus sint requirendi: sed in ijs quæ duntaxat requirunt literã/
sensum requiramus literalem. quæ allegoriam i allegoricum. & quæ dicũtur ad mores:
tropologicum. quæ autem diuinam & transcendentem requirunt intelligentiam: in il-
lis anagogem requiramus & diuinam assurrectionem. Alioqui si allegoriam requiris in
ijs quæ allegorice non sunt dicta: rem indignam facis. si humanos mores tractas / vbi
diuinitatis secreta traduntur: infra dignitatem subsistis/ & de solis claritate solum capis
vespertinum fulgorem. Ergo hæc non confundamus. sed ijs quæ requirunt literam: li
teram tribuamus. quæ allegoriam: allegoriã. quæ vtrũq;: tribuamus vtrunq;. vt histo-
ria Abrahæ & filiorum eius: vtrũq; habet. hic eni spiritus: & historiam intendit & alle-
goriam. & quæ sunt per anagogem expressa: illis solum tribuamus anagogicam intelli-
gentiam. Nam indignius est digniora ad indigniora deducere/ q̃ iferiora deducere ad
superna. Nam qui hoc facit: obscurum deducit ad lucem. qui vero illud: i lucem deuoluit
ad tenebras. sed hæc omnia bene: dum pro dignitate fiant. Et hæc per occasionem di-
cta sint: quia Paulus de allegorumenis, id est quæ per allegoriam dicuntur/ locutus est.
Paulus. ἅτινα ἐστιν ἀλληγορούμενα. ¶ In seruitutem generans quæ est Agar.
¶ Id male non est. nam relatiuum/ latine congruit cum posteriori. vt tamẽ intelligatur
referre testamentum: malui dicere quod/ dicendo quod est agar / id est quod significa-
tur per Agar. Vetus enim testamentum/ Agar designabat: & nouum/ Rebecca. Apte ta
men refert in græco: quia quod dicimus testamẽtum/ apud eos fœmininum est. Deest ta
men continuo post: hoc enim est agar. quod explicat: quod dictum est. Paulus. ἥτις
ἐστὶν ἄγαρ. τὸ γὰρ ἄγαρ. ¶ Vulgata æditio. Qui coniunctus est ei quæ nunc est Hie-
rusalem. ¶ Potius: qui diuergit siue contendit in eam/ quæ nunc est Hierusalem. voca-
bulũ eni quo hic vtitur Paulus: significat ordine procedere. Quod etiã ad mysticã alle-
goriæ intelligentiã facit. Nam vetus testamẽtum: ordinatur ad nouum/ & recto ordi-
ne quasi recto quodam calle in illud cõtendere debet. & simplici (eius quo hic ponitur
compositum) vsus est Paulus capite sequenti / vbi vertimus: si viuimus spiritu/ spiri-

tu & procedamus. Paulus. συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν ἱερουσαλήμ. ℂ Vulgata ædi-
tio. Qua libertate CHRISTVS nos liberauit. ℂ Dicendum: qua igitur libertate. & vi-
detur pertinere ad sequentem particulã & reuocari in sequẽs verbũ state. quod ostẽdit
particula igitur. Quare & hic sequens incepimus caput. Paulus. τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν
ᾗ χριστὸς ὑμᾶς ἠλευθέρωσεν, στήκετε. CAP. V.

QVia ergo scriptura iubet eijciendam ancillam & filium eius: horta-
tur pia exhortatione Galatas Paulus/ vt stent in libertate Christi. eis
denuncians ꝙ si ad seruitutem legis antiquæ redeant: eijciendos &
non futuros hæredes regni Christi. insuper & vniuersæ legi faciẽdæ
obnoxios/ quis id eis ad eternam salutẽ nõ prosit. omittentes tamẽ:
pœnas in iudicio daturi sunt acerbiores. vt qui liberi esse noluerunt:
ob eam seruitutem quam elegerunt/ aut omissam aut negligenter fa-
ctam/ grauius puniantur. et si implebunt legem / quam etiam patres
in lege implere non potuerunt: iustificabuntur iustitia legis & operum/ quæ est iustitia
serui/ & in iudicio mitius habebunt. participes tamen regni cœlestis: non efficiẽtur. Nã
ancilla/ & filij ancillæ: non hæreditabunt cum filijs liberæ. quandoquidem iustitia quę
serui est quantacunq; / non dat libertatem: sed ea iustitia quæ ex fide et gratia est domi-
24 ni nostri Ihesu Christi. Quod (vt dictum est) pie exhortãs Galatas Paulus: sacro ore
aperit dicens. ℂ Ea ergo in libertate qua CHRISTVS nos liberauit/ state: & ne rursus
iugo seruitutis detinemini. Et ego Paulus dico vobis: ꝙ si circũcidamini/ CHRISTVS
nichil vobis proderit. Testor autẽ rursus omni homini circũciso: ꝙ obnoxius est vni-
uersæ legi adimplẽdæ. soluti estis a CHRISTO: qui in lege iustificamini/ a gratia ex-
5 cidistis. nos enĩ spiritu: ex fide spem iustitiæ expectamus. ℂ Iustitia ex lege: iustitia ser
uitutis est. iustitia ex fide: iustitia est libertatis. iustitia ex lege: iustitia operum est. iusti-
tia ex fide: iustitia gratiæ. iustitia ex lege: iustitia carnis est. iustitia ex fide: iustitia spiri-
tus. Vbi Isaac venit/ & aliquãtulum adoleuit: Ismael electus est a paterna domo. sic vbi
Christus venit & fides aliquantulum adoleuit: lex vetus eiecta est. & libertas & gratia/
& spiritus/ locum habuerunt: seruitus autem/ & opera seruitutis/ & caro exularunt. Et
ꝙ Paulus non vult circũcidi gentes: non est quia aliquid sit præputium / sed quia non
vult esse seruos/ & solutos a Christo seruitutem antiquæ legis suscipiendo. circũcisus sit
vel non circũcisus aliquis: dũ hoc non fit ad onus ãtiquæ seruitutis/ nichil refert. Quid
si Iudæus qui ad onus legis circũcisus est/ ad fidem Christi veniat: nonne quia circũci-
sus/ obnoxius est vniuersæ legi adimplendæ? Nequaq̃ amplius. quia lex libertatis quæ
potẽtior ẽ seruitute/ vt lux tenebris: eũ absoluit. Quia noua natiuitas eũ legi mortifica
uit. quomõ enĩ noua vita viueret: nisi prius mortuus? Qz si adhuc obnoxium se putat:
cæcus est/ qui in luce putat esse tenebras/ & in libertate seruitutem. Qz si adhuc legi an-
tiquæ insudat: libertatem perdidit/ gratiam & spiritum. non quia circũcisus / & præpu-
tiũ non habet: sed quia in operibus seruitutis sperat/ & gratiæ diffidit. in carne cõfidit:
& diffidit spiritui. tenebras amplectitur/ nolens intendere luci. & ideo sors eius in tene-
bris: & nunq̃ in luce/ quę est regnum dei/ respirabit. igitur præputium/ aut præputij rese
ctio quæ circũcisio: nichil ad mortem aut vitam faciunt/ sed fides/ aut infidelitas. Nam
fides Christi/ siue sit cũ præputio siue cũ circũcisione/ siue sine præputio & circũcisione:
vitam & gratiam/ & spiritum operatur / & dei tanq̃ patris dilectionem. Nichil enim mi
nus habet mulier in Christo q̃ præputium/ aut circuncisio. & infidelitas vbicunq; sit/
siue cum præputio/ siue cum circũcisione/ siue absq; vtroq;: mortem/ obligationẽ/ & car-
nis facta parit/ & deum semper timere facit vt dominum & vindicem. & sic in eius cogi
tatione horrescit: vt hic timor excludat dilectionem. Quare? Quia se cogitat seruũ. &
spiritu et gratia caret/ qua se possit cognoscere filium/ et cognoscere deum patrem æter
næ hęreditatis fidelibus filijs eius largitatorẽ. at nõ id siue ĩ his/ siue ĩ illis facit præpu-
25 tium/ circũcisio/ aut vtriusq; carentia: sed (vt dictum est) fides/ aut infidelitas. Quod &
subiungit Paulus dicens. ℂ Nam in CHRISTO IHESV: neq; circũcisio quicq̃ potest/
neq; pręputium/ sed fides quę per dilectionem operatur. ℂ Quomodo enĩ fides/ quę fi-
lios facit et deum patrem: nõ operaretur per dilectionem? Operatur certe/ et erga deũ:
vt nos diligat tanq̃ filios/ et vt per dilectionem omnia circa nos agat. Et erga nos: vt
nos deum diligamus tanq̃ patrem/ quomodo & propter Christũ in cuius filiatione ise-
rimur: vult a nobis diligi/ et omnia per dilectionem nos agere vult. nonne naturale est
patrem diligere filios/ et contra/ filios patrẽ: adeo vt his nullus sit naturalior amor? sed
paternus amor vincit: quia dei ad nos repręsentat amorem. qui nos in immensum ex fi
de factos filios/ plus diligit: q̃ in illum rependere possumus amorem. Primũ Galatę per

dilectionem/vt filij currebant ad deũ:nunc autem circũcidi volentes et confidere ope-
ribus legis/currere volebant per timorem. & eum quidem timorem/ qui excludit dile-
ctionem.seruus enim delinquens/cogitans dominum & vindicem dominum/& terribi
lem:non potest nisi terrore concuti/qui secum non permittit amorem.& domini fugam
quærit/& ab eo potius abscondi q̃ currat ad eum. Sed filius etiã delinquens cum cogi-
tat patrem/& propicium patrem:confidit/non amare cessat/ & in humilitate ad patrem
misericordiarum fontem currens/ procũbit/& veniam precatur.& patris bonitatẽ expe
riens/amplius diligit/quia dimissa sunt ei peccata multa. & amor cautiorem reddit : ne
amplius pientissimum patrem offendat. Vides igitur in filijs confidentiam & amorem:
26 & in seruis diffidentiam & timorem.& filios siue iustitiam seruent/ siue delinquant / ad
deũ currere:seruos autem/potius a deo q̃ ad deum/fugere . Quod & Galatis hoc pacto
dicit Paulus. ℭ Currebatis bene:quis vos ipediuit non suaderi veritate? Suasio nõ fuit
ex eo qui vocat vos.modicum fermentum:totam massam fermentat. Ego confido i vo
bis in domino:q͏̃ nichil aliud sentietis.Quicunq; conturbat vos:portabit iudiciũ/qui-
cunq; is sit.ℭ Suasio qua suasi fuerũt circũcidi Galatæ:non ex deo/ nõ ex Christo fuit/
qui eos ad fidem vocauit.Nam vocans ad fidem:vocat ad libertatem . suadens autem
circũcisionem vocat ad seruitutẽ.mala suasio/ malaq; doctrina/etsi exigua sit:õnes qui
bus inhæserit/inficit.At Paulus non in se:sed in deo cõfidit/q͏̃ eis auxilio erit/ ne a mo
do aliud sentiant/q̃ quod scripsit eis.Et doctrinæ euangelicæ corruptorem/aut se emen
daturum/aut iudicium dei sensurum.quem/etsi cognosceret: ei tamen tanq̃ ignoto per
dei spiritum minatur/vt se emendet & plagam dei non sentiat.Quid est enim aliud le-
gem veterem Christi euangelio miscere: nisi azimo & puro / fermentum & impurũ ad-
miscere?& tunc totum fermentatum fit & impurum/ non valens ad Christi regnũ per-
ducere. Sed et illi peruersi ipostores:suadebãt Galatis/ Paulũ adhuc circũcisionẽ præ-
dicare.quod et falsũ ostendit ex persecutionibus/quas propter hoc indies a Iudæis susti
net:ostendens ex cruce domini nostri quæ Iudæis scandalum est/ esse iustitiam . et suo
27 exẽplo iducit Galatas Paulus nõ cõfidere i iustitia/ legis: sed i iustitia quã Christus no
bis attulit per suppliciũ crucis quã ꝓ nobis sustinuit cõfusione cõtẽpta/ dicẽs.ℭ Si aũt
fratres ego adhuc circũcisionẽ prædico: quid adhuc persecutionẽ patior ? Ergo subla-
tum est scandalum crucis? Vtinam et amputẽtur ij:qui disturbant vos . ℭ Egregie se-
quitur:in circũcisione est iustificatio/ergo suppliciũ crucis/ad iustificationem nichil fa
cit.et sic sublatum est scandalũ crucis. At expedit cum pro se/tũ pro alijs:e medio tolli
eos qui sic alios disturbant. nam viuentes / augent sibi supplicium / et alios in ruinam
trahunt.Iccirco vtrisq; bonum affectans:optabat illos abscindi/et e medio tolli/ nõ ani
mo vindice/non vllam optans vindictam:sed vt illi maius effugerent dãnationis sup-
pliciũ/et alij a sua salute non impedirentur.spiritualis homo spiritualiter optat: et car-
nalis/carnaliter. Qui hunc passũ intelligunt / vtinam abscindantur qui vos disturbant
dantes vltionis affectum/et plusq̃ talionis repensionem/hunc sensũ accõmodantes/vti
nam ij qui vos disturbant/non solũ circũcidantur/sed plusq̃ castrati penitus abscindan
tur/et euirentur:sensum dant carnalem qui Paulo Christiformi viro/minime cõuenire
videtur.Qui igitur legit epistolas Pauli:non aliter carnem exuere debet et induere spi
ritũ qui datur ab alto/q̃ qui se committit ad cœlestis sponsi et sponsæ legendũ epithala
mium . Nunc autem Paulus monstrata libertatis via/gratiæ et spiritus:amplius Gala
tas instruit/vt opera vocationis suæ/id est libertatis/gratiæ et spiritus faciant. et absti-
28 neant ab operibus seruitutis/peccati et carnis: vt in vera possint libertate per dilectio-
nem consistere.Atq; ita ait.ℭ Vos enim fratres in libertatẽ vocati estis:solũ ne liberta-
tem in occasione detis carni/sed per dilectionẽ vobis inuicem seruite. Nam omnis lex
in vno sermone completur:scilicet diliges proximũ tuum sicut teipsũ. ℭ Quid est solũ
ne libertatem i occasione detis carni? Duplicẽ habere potest intelligentiam. Primo.So
lum ne libertatem vestram in quã vocati estis:vlla occasione / vllaue causa cõmutetis i
subiectionem carnis.ad quã : inducere nituntur ij qui vos circũcidi volunt.Secundo.
Vocati estis in libertatem:solũ nulla causa/nullaue occasione detis libertatem carni ve
stræ.sed sit caro serua:spiritus vero liber.Nam libertas vestra:spiritualis/non carnalis.
et libertas spiritus:seruitus est carnis.et contra/libertas carnis: seruitus spiritus . Nã ex
opposito pugnant caro atq; spiritus. At quomodo in hoc sermone diliges proximũ tuũ
sicut teipsum:omnis lex impletur? Certe qui in deo et propter deum diligit proximũ suũ
sicut seipsũ/quia q̃ ipse tã proximus dei imago et similitudo est/ q̃ ipse tã proximus asci
tus est dei filius/et corpori Christi insertus:primũ et maximũ dei mandatũ etiam imple
uit.qui aũt hoc facit:proculdubio vniuersã legem iplet/ vt latius capite tertiodecimo

epistolæ ad Rhomanos ostensum est. Et ex opposito/ vbi non est dilectio proximi: est to
tius legis corruptio. quo pacto enim eum diligis: cuius imaginem videre non potes?
29 quomodo ei non libenter omnem iniuriam irrogabis: quem odis? Ac propterea odium
dilectioni proximi contrarium/ maxime prohibens/ ait Paulus. ¶ Si autem vos inuicē
mordetis & comeditis: videte ne ab inuicem consiciamini. Dico equidem: spiritu ambu
late/ & concupiscentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiscit aduersus spiritū:
& spiritus aduersus carnem. hæc autem aduersantur adinuicem adeo: vt non quæcūq;
vultis/ illa faciatis. At si spiritu ducimini: non estis sub lege. ¶ Qui sanus est: non est sub
regula medici/ etsi omnia illa vitat quæ medicus iuberet ęgro vitanda. nō quia sub re-
gula medici est: sed quia sanitatem habet/ regula medici potiorem. Qui autem spiritu
ambulat: gratiam & iustitiam dei habet ad ea quæ lex mandat facienda/ longe potiorē
lege. Qui vero sunt sub regula medici: quæ medicus mādat/ per timorē faciūt. ita & qui
sub lege sunt: per timorem faciunt/ quæ lex præcipit. Nam ægri sunt. Si eni omnino sa-
ni sunt: non sunt sub lege/ sed supra legem. & quæ faciunt: non per timorem/ sed per vo-
luptatem & amorem faciunt. Nō igitur quicunq; opera legis faciunt/ id est decalogum
mandatorum dei implent/ sub lege sunt: sed ii solum: qui carnales & nondum spiritua-
les sunt. hos regit amor: illos timor impellit. hi sani/ hi iusti: illi nondum/ sed valitudina
rii omnes/ quidam in melius & quidam in peius. Fac igitur per sanitatem/ per volupta
tem/ per dei dilectionem: non sub lege es/ sed supra legem. & omnes qui sub lege sūt: in-
30 firmitate carnis laborant. cuius opera si sequantur: regnum dei intrare non valebunt.
Quæ quidem carnis opera enumerat Paulus/ dicens. ¶ Manifesta autē sunt opera car-
nis: quæ sunt adulterium/ fornicatio/ immunditia/ impudicitia/ idololatria/ veneficium
inimicitiæ/ lites/ emulationes/ ira/ rixæ/ seditiones/ hæreses/ inuidiæ/ cedes/ ebrietates/
crapulæ & id genus similia. quæ prædico vobis/ quemadmodū & prædixi: q; qui talia
agunt/ regnum dei non hæreditabunt. ¶ Cū sanitas vna sit/ multæ sunt corporis infir-
mitates: ita & carnis. Nam dilectio dei & proximi: vtriusq; hominis & spiritus & carnis
sanitas. quam sanctitas carnis ita comitatur: vt sanitatem/ corporis pulchritudo. Dile-
ctio: tollit manifeste idololatriam/ veneficium/ inimicitias/ lites/ emulationes/ iras/ rixas
seditiones/ sectas/ inuidias/ cedes & his similia. sanctitas autem/ quæ nichil aliud est q̄
imitatiōe cœlestiū mētis & corporis puritas: tollit adulteriū/ fornicationē/ imūditiā/ ipu
31 dicitiam/ ebrietates/ crapulas/ & vniuersa quæ talia sunt. at (vt nos specialius quæ ope
ra sūt spiritus cognoscam9) ea hoc pacto enumerat spūalissim9 Paulus dicēs. ¶ At vero
fructus spiritus est: dilectio/ gaudium/ pax/ longanimitas/ benignitas/ bonitas/ fides/ mā
suetudo/ temperantia. aduersus qualia: non ē lex. Qui autē sunt Christi: carnem crucifi-
xerunt cum affectibus & concupiscentiis. Si viuimus spiritu: spiritu & procedamus. nō
efficiamur inanis gloriæ cupidi/ nos inuicem prouocātes/ & nobis inuicem inuidentes.
¶ Hæc sunt opera spiritus/ quæ omnia ordinata sunt/ & in optimam partem sumpta: di-
lectio secundum deum/ gaudium in spiritu sancto/ pax animi/ patiens quantūcunq; lon
ga promissionum diuinarum expectatio/ beniuolentia ad omnes/ innocentia vitæ/ ver-
bi & facti veritas/ et temperantia quæ est vniuersa mentis & corporis puritas & sancti-
tas quædam. hos fructus gliscamus in quibus est vera gloria/ ad hos nos inuicem pro-
uocemus: non in iis quæ carnis sunt & inanis glorię/ quæ emulationes comitātur & in-
uidiæ. Hos a Christo spiritualium charismatū profusore/ elargiri poscamus: ei gloriā dā
A tes/ laudem & honorem in sæcula sæculorum. Amen.
24 ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Testificor autem rur
sus omni homini circūcidenti se. ¶ Satis erat: circūciso/ aut qui circūciditur. Paulus.
B μαρτύρομαι δὲ πάλιν. παντὶ ἀνθρώπω περιτεμνομένω. ¶ Vulgata ædi-
26 tio. Nemini consenseritis. ¶ Hæc particula: in græco prorsus non habetur. ¶ Vulgata
æditio. Modicum fermentum/ totam massam corrumpit. ¶ Dicendum (vt & alias nota
tum est) totam massam/ siue totam conspersionem (quod idem est) fermentat. & veterē
interpretem hic facer notat Hieronymus. sensum (inquit) potius interpres suum/ q̄ ver
B bi apostoli transtulit. Paulus. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. ¶ Vulgata ędi
28 tio. Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. ¶ Dicendū datiuo: carni. & nul
lum apud Paulum ponitur verbum: sed patres nostri intelligendum verbum detis/ vo-
luerunt. Cui assetitur & Hieronymus. Paulus. μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰσ ἀφορ-
μὴν τῇ σαρκί. ¶ Vulgata æditio. Sed per charitatem spiritus seruite inuicem. ¶ Spi-
C ritus: abūdat. Paulus. ἀλλὰ διὰ τῆσ ἀγάπησ, δουλεύετε ἀλλήλοισ. ¶ Vul
19 gata æditio. In vno sermone impletur diliges. ¶ Addi potest post ipletur: scilicet/ siue
in hoc. Paulus. ἐν ἑνὶ λόγω πληροῦται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεισ. ¶ Vulgata æditio.

C
29 . Dico autem in CHRISTO spiritu ambulate. ¶In Christo: etsi non intelligentia/ ser-
mone superfluum est. Nam græce duntaxat: dico autem/ spiritu ambulate. Paulus. λέ-
D . γω δὲ πνεύματι περιπατεῖτε. ¶Vulgata æditio. Quæ sunt fornicatio/ immun-
30 . ditia/ impudicitia/ luxuria/ idolorum seruitus. ¶Hic: 17 opera carnis enumerantur/ &
totidem græce. verum græce: in principio habetur adulterium/ deinde fornicatio. & lu
xuria quarto loco: locum non habet. Hieronymi exemplar: solum 15 continebat. credo
mancum fuisse: aut nostra abundare. tria enim diuersa habuimus. Paulus. ἄτιμα ἐστὶν
μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσελγεία, εἰδωλολατρεία. ¶Vulgata ædi-
D . tio. Fructus autem spiritus: est charitas/ gaudium/ pax/ patientia/ longanimitas/ boni-
31 . tas/ benignitas. ¶Dicendum: benignitas/ bonitas. Et abundat alterum patientia/ aut
longanimitas. Nam prorsus idem: longanimitas & patientia. significatque id: æquo ani
mo lōgam alicuius rei expectationem. Paulus. καρπὸς δὲ τοῦ πνεύματος ἐστὶν
ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθοσύνη. ¶Vulgata ædi
. tio. Qui autem sunt CHRISTI: carnem suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscē-
. tijs. ¶Melius (inquit) Hieronymus vnum verbum compositum in græco est. quod
nos interpretari possumus: recrucifigentes. Adijcit. Vbi latinus interpres vicia posuit:
in græco παθήματα/ id est passiones leguntur. Et paulo post. Et hoc ita admoni-
tum sit: si vulgatam expositionem sequemur/ legentes. qui autem sunt Christi carnem
suam crucifixerunt cum vicijs/ & concupiscentijs: vt non carnem Christi/ sed suam
eos crucifixisse dicamus. Hæc ideo studiose ex Hieronymo recensuimus: vt omnes
absque vlla nube intelligant/ hanc qua passim vtuntur ecclesiæ/ expositionem/ non esse
Hieronymi/ sed qua ante Hieronymum vtebātur. & tempore ipsius vulgatam: & pro-
inde Hieronymum eam æditionem vulgatam nuncupare. Et nichil referat quod vbi ve-
tus interpres dixit vicijs/ & Hieronymus dicit esse dicendum passionibus: nos dixisse
affectibus. quia latini illud vocabulum in ea significatione qua perturbationes signi-
ficat/ malūt affectus interpretari quam passiones. secus autē: cū pressuras/ afflictiones/ & car
nis illatas molestias designat. vt cap. primo præcedētis epistolæ vbi dicitur. Vt abūdāt
passiones Christi in nobis: sic per Christum abundat & consolatio nostra. tūc enim vo-
cabulum illud: in bonam partem sumitur/ & verti debet passiones/ non affectus. cū enī
affectus & perturbationem dicit/ vt superius: tunc in malam partem sumitur. Paulus.
οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς
ἐπιθυμίαις.

CAP. VI

HIc sancta monita & præcepta quædam dat apostolus Galatis: quæ in 1
octo digerere possumus. Primum. Qui spiritualiores sunt: eos qui deli-
ctis præoccupātur/ benigne & mansuete instruentes/ reparare studeāt.
quod facile facient: si seipsos consyderabūt quia & ipsi cadere possunt.
quod & si aliquo errore caderēt: vellent & ipsi/ in spiritu māsuetudinis in-
strui. lex enī hæc/ dilectionis proximi: ex seipso ea quæ circa proximos
fiunt/ metiri. Ideo subiungitur secundum præceptū. Cōsydera teipsum: 2
ne & tu tenteris/ ne & tu labaris in delictum/ delictoque tu ipse præoccu-
peris. Tertium. Vestra inuicem onera portate/ vestra inuicem errata in mansuetudine 3
& dilectione emendate/ inuicem offensas dimittite/ & sic adimplebitis legem Chri-
sti. dicit enim. Si peccauerit frater tuus i te: vade & corripe eum inter te & ipsum solū.
Et rursus. Dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in cœlis est
dimittat vobis peccata vestra. quod si non dimiseritis: nec pater vester qui in cœlis est di-
mittet vobis peccata vestra. Quartum. Ne quis existimet se aliquid esse: cum re vera ni
chil sit. alioqui seipsum decipit. Hoc superbiam & inanem gloriam prohibet/ humilita
temque cōmendat. oculus qui ex se videre gloriatur: beneficium lucis negat. sic & qui
dona dei habens/ seipsum respicit/ seipsum aliquid esse existimat/ se effert & gloriatur:
gratiam dei ignorat/ quæ aliquid est/ non ipse. & se eius putat authorem: cuius deus
author est. & seipsum decipit: & superbus est. Humilis autem: existimat aliquid esse/ nō
se/ sed deum/ nō quod ex se/ sed quæ ex deo est gratiam. & gloriatur/ nō in se/ nō in eo quod
ex se: sed in deo/ & in dei gratia. & hæc hūilitas: vera est animi magnitudo/ veraque ma
gnanimitas. quæ in paruo parua est: & in magno maxima/ vt duplex sortita sit nomen/
& a paruitate/ & a magnitudine. est enim humilis magnanimitas: & humilitas ma-
gnanima. & nulla alia est vera humilitas/ nulla alia vera magnanimitas. ergo gratia:
verā humilitatē/ & veram magnanimitatē facit/ nō opera/ etsi opera nō desint. Et quæ
ex operibus a philosophis prædicatur: huius vmbella quædā est/ & tenue vestigiū. Quītū. 5

Quisq; suum opus examinet:& tunc gloriationem in se solum habebit/non in alio. Nã
quisq; onus suum portabit/ siue bonorum operum leue/ ad vitam: siue malorum ope-
rum graue/ad mortem. Non q̃ in seipso quisq̃ gloriari debeat. sed si quis propria facta
penset: non haber nisi in seipso gloriandi materiam. Absit tamen sic gloriari. sed qui
gloriatur:in domino glorietur. si quis autem deum iustificationis nostræ authorem co
gitet/ si quis gratiam:non in seipso sed in alio/ habebit gloriandi materiam. et si in se-
ipso (nã gratia intima est) non tamen ex seipso. Et certe si quis opus suum examinet:
videbit ex se imperfectiones/ & vnde potius in seipso confundi debeat q̃ gloriari. qua-
re ab alio vanam non petet gloriam:qui videt se in opere habere/ vnde in seipso con-
fundi possit/& onus quod reformidet ante tribunal iudicis portare. Hoc ergo præce-
ptum:non simpliciter dicit/in examine operum in seipso gloriandum/ sed latenter po-
tius confundendum. cum nullus reformidabile onus portare non habeat. Sextum.
6 Qui rudis est in fide/ & verbo ab alio instruitur: non deneget ei qui eum instruit om-
nium bonorum suorum cõmunicationem. filius/ patri qui eum ad carnalem vitam for-
mauit/ nullorum bonorum suorum negare debet communicationem: tanto minus fi-
lius secũdum spiritum/ ei qui eum format ad vitam spiritualem/ negare debet bonorũ
suorum copiam. hic enim/ filium lucis facit:ille / mundi & tenebrarũ. Verũ vt carna-
lis pater/ q̃ potest maxime filiorum bonis parcit/ & illis parce vtitur: sic & debet ho-
7 mo spiritualis/ bonis filiorum suorum parcere. Septimum. Nolite errare/ nolite in ali-
quo simulationem/ aut excusationem prætendere: quia deus non irridetur. quia quic-
quid agunt homines/ siue bonum/ siue malum/ siue in simplicitate / siue ficte: deo præ-
sente agunt/ deoq; omnia cognoscẽte. quem fallere/ cui irridere nemo potest. sed quod-
cunq; egerit homo: secundum illud & recipiet. si secũdum carnem vixerit: mortem re-
8 cipiet/ & æternum interitum. si autem secundum spiritum: vitã recipiet æternam. Octa-
uum. In bonis faciendis nunq̃ deficiamus/ nunq̃ lentescamus. quia in tempore bonum
recipiemus indeficiens: quod nunq̃ remittetur / & lentescet. immo potius intendi vi-
32 debitur: vt qui oculũ tẽdit in solem/ non videtur remitti lumẽ/ sed potius cõtinue intẽ-
di atq; augescere. Et hæc sãcta monita. hoc modo ponit apostolus. ¶ Fratres si & præ-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis reparare eum qui ta-
lis est/ in spiritu mansuetudinis. Cõsydera teipsum: ne & tu tenteris. Vestra inuicẽ one-
ra portate: & sic adimplebitis legem CHRISTI. Si enim existimat quispiam se aliquid
esse cum nichil sit: seipsum mente decipit. Opus autem suum quisq; probet: & tunc in
seipso solũ vnde glorietur habebit/ & nõ in alio. nam quisq; proprium onus portabit.
Is autem qui sermone docetur: eum qui docet in omnibus bonis participem faciat.
Nolite errare: deus non irridetur. nam quodcunq; seminauerit homo: illud & me-
tet. quia qui seminat in carne sua: ex carne metet corruptionem. qui autem seminat in
spiritu: ex spiritu metet vitam æternam. Porro bonum facientes non deficiamus. nam
proprio metemus tempore: non deficientes. Fra igitur: dum tempus habemus opere-
mur bonum ad omnes/ maximopere autẽ ad domesticos fidei. ¶ Domestici fidei sunt:
qui iam sacramentis Christi initiati fidem susceperunt. ad quos charitatem & benefi-
centiam primam/ inter mortales: habere oportet. sed etiam si possumus: & illis qui non
sunt fide imbuti/ bonum faciamus/ & studeamus cæcis aliquid lucis afferre. & lõge me-
lius: si bonæ conuersationis exemplo & beneficijs nostris/ possemus ipsos ad totam lu-
cem adducere/ quæ est Christus Ihesus in omnia & super omnia sæcula benedictus. Di
lectio enim quæ diuinæ charitatis est emula: se intra domesticos parietes nõ continet/
sed foras erumpit. sic lux/ domestice in sole manens: foras ad omnium oculos benefice
se effundit. Nunc autem Paulus inuitat Galatas ad consyderationem qualitatis litera-
rum suarum/ quales essent/ manu ne eius scriptæ essent/ & nequaq̃ simulatę: an aliena &
forte fictæ & simulatæ. vt cum cognoscerent manu Pauli scriptas (cognoscebant enim
inter eos multi scripturam manus Pauli) scirent non esse fictas/ nichilq; nõ verum cõ-
33 tinere/ contra illos qui volebant eos ad antiquæ legis tenebras/ ex regno lucis præcipi-
tare. Atq; ait. ¶ Videte qualibus literis: mea manu scripsi vobis. quicunq; volunt pla-
cere in carne/ illi compellunt vos circũcidi: solum modo vt ob crucem CHRISTI per-
secutionem non patiantur. neq; enim ipsi circuncisi/ legem dei custodiunt: sed ad hoc
vos circũcidi volunt/ vt in vestra carne gloriari possint. ¶ Causarum ob quas volebãt
dogmatici illi iudæi/ falsi magistri/ & veteris fermẽti azymis Christi permixtores: vna
erat/ quia volebant secundum carnem placere. hoc enim faciẽtes: videbãtur iudaismũ
prædicare / qui non prohibebatur/ neq; ab imperatore/ neq; a tribunalibus. Nam sa-
cro authore Hieronymo Caius Cæsar / Octauianus Augustus / & Tiberius successor

Augusti/ leges promulgauerant: vt iudæi qui erant in toto Rhomani imperij orbe
dispersi/ proprio ritu viuerent/ & patrijs cerimonijs deseruirent. Et insuper omnibus
multum in hoc placebant iudæis/ eosq; deliniebant. Alia: vt persecutionem crucis Chri
sti effugerent. Nam cum imolabant/ & suos solitos ritus faciebant: iudæi & non Chri
stiani apparebant/ etsi Christum tacite confiterẽtur. sic cum Christianis qui vbiq; quæ-
rebantur ad supplicia: non pertrahebantur ad participandas passiones crucis domini.
Tertia causa erat: vt inter carnales iudæos gloriari possent/ quod gentes ad circũcisio-
nem & iudaicos ritus seruandos induxissent/ quasi fecissent eos nõ Christianos/ sed iu-
34 dæorum proselytos/ æternæ perditionis atq; æternæ iehennæ filios. Verum non sic est
gloriandum: sed vt nobis aperit apostolus esse gloriandum/ dicens. ¶ Michi autẽ absit
gloriari: nisi in cruce dñi nostri IHESV CHRISTI. per quẽ michi mundus crucifixus
est/ & ego mundo. Nam in CHRISTO IHESV/ neq; circũcisio quicq̃ potest/ neq; præ-
putium: sed noua creatura. ¶ Quo modo potest aliquis denuo nasci/ & nouum spiritũ
accipere: nisi sit noua creatura/ non creationis huius mundi/ sed creationis supernæ?
Et hoc aliquid potest ad salutem: non circuncisio/ aut incircũcisio quæ est præputium.
& hæc noua creatura cum Christo crucifixa est/ & cum eo ex morte respirauit ad vitã
in nouæ natiuitatis mysterio/ carne & mundo superior. cui si sit gloriãdum: in sola cru-
35 ce domini nostri Ihesu Christi est gloriandum. Et pro ijs qui hanc solum gloriandi le-
gem intelligũt: subdit apostolus. ¶ Et quicũq; huic innixi fuerit regulæ: pax super eos
& misericordia/ & super Israelem dei. deinceps nullus michi labores afferat. Nam ego
stigmata domini IHESV: i corpore meo porto. Gratia domini nostri IHESV CHRI-
STI cũ spũ vestro fratres. Amen. Scripta Rhomæ. ¶ Hac sancta precatione/ claudit
epistolam suam apostolus. & quod dicitur super Israelẽ dei: perinde est ac si dicatur su-
per spiritualem populum dei. Qz vero precatur Galatas/ q non vlterius labores ei af-
ferant: illuc tendit/ q non amplius de accipienda circuncisione. nam Paulus nichil ĩ
corpore circuncisionem æstimat/ nichil præputium: sed stigmata/ & passionis domini-
cæ insignia/ quæ in corpore suo portat/ æstimat ad salutem. Non dicit circũcisionem:
sed stigmata domini Ihesu in corpore meo porto. & ideo desinant illi super hac mate-
ria plures afferre labores. non curent portare circuncisionem: sed glorientur mysterijs
passionis esse signatos. Etenim quisq; Christianus cum Christo domino concrucifixus
sit: stigmata domini Ihesu in corpore suo portat. Quo modo igitur manus quæ Chri-
sto cõclauatæ fuerunt in cruce: extẽdet ad scelera/ & pedes confossi current ad vicia/
& latus apertum feruebit auaritia/ aut alia quacunq; mala concupiscentia? Quilibet
iudæus circuncisionem portat/ signum fidei Abrahæ: nos autem stigmata domini si-
gnum fidei & redemptionis nostræ. Ipsi autem domino tantorum circa nos sacramen-
torum & mysteriorum authori: decus/ honor/ gloria/ & gratiarum actio/ in omnia sæ-
culorum sæcula. Amen.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Vos qui spirituales
32 estis/ huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. ¶ Verbum hic positum: potius perficite/
aptate/ reparate/ q̃ instruite significat. Paulus. ὑμᾶσ οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε
τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητοσ. ¶ Vulgata æditio. Considerans teipsum
ne & tu tenteris. ¶ Participiorũ/ verborũ loco: frequẽs est vsus apud Paulum. & satius
est hic verbo vti/ q̃ participio. nam consuetudinẽ Pauli non attendẽtes/ participio vtẽ-
tes: suspicantur Paulũ fecisse barbarismũ/ & substantiuo plurali epithetũ assignasse sin-
gulare. Quod nequaq̃ suspicarentur: si aduerterent eũ/ vsum pro frequenti cõsuetudine
sua/ participio pro verbo. & superior sententia: nõ per cõma/ sed per colum legẽda est.
Paulus. σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇσ. ¶ Vulgata æditio. Alter alte-
rius onera portate. ¶ Potuit & vetus interpres dicere: vos inuicem/ siue mutua onera
portate. Paulus. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. ¶ Vulgata æditio. Seipsum sedu-
cit. ¶ Hic ex compositione notat Hieronymus vocabulũ quod vetus interpres tradu-
xit seducere/ non solũ seducere/ sed mente seducere. Nam φρὴν mentẽ/ rationalemue
partem & ἀπατάω fallo/ decipio/ seducoq; significat. Paulus. ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

B ¶ Vulgata æditio. Cõmunicet autẽ is qui catechizatur verbo: ei q se catechizat. ¶ Ve-
32 tus interpres ex peregrino verbo: verba finxit non latina. Nam græci dicũt κατηχέω
doceo/ instruo/ erudio/ vnde finxit catechizo & catechizor. & pertinet ad eos qui ad-
huc rudes sunt. vnde dicebãtur catechumini/ q instruebãtur/ & erudiebãtur in fide: qui
nõdũ sacris erant initiati. Paulus. κοινωνείτω ὁ κατηχούμενοσ τὸν λόγον τῷ
κατηχοῦντι. ¶ Vulgata æditio. Tempore enim suo metemus non deficientes.
¶ Potius: tempore enim proprio. & id quoq; sermoni etiam latino accommoda-

tius. Paulus. καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι. ¶ Vulgata æditio.
C Neq; enim qui circunciduutur legem custodiũt. ¶ Dicendum: ipsi legem custodiunt.
33 deest ipsi. Paul9. οὐδὲ γὰρ περιτεμνόμενοι, αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν. ¶ Vul
D gata æditio. Et quicunq; hãc regulã secuti fuerint. ¶ Qđ vetus interpres interpretatus
35 est cap. 5 ãbulare: hic iterpretatur sequi. nos autẽ superiori loco iterpretati sumus procedere: & hic quoq; liceret/ vt diceremus quicũq; hac processerint regula. verũ eandem seruando intelligentiã/ mos latinorũ potius est dicere: quicunq; huic innixi fuerint regulæ/ neq; hic & illic aliũ sensum prætẽdimus. Paulus. καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν. ¶ Vulgata æditio. Et super Israel dei. ¶ Maluimus interpretari: super Israelem/ vt casus itelligaẽ per terminationẽ/ qui i græco per articulũ. manifeste enĩ in græco cognoscitur accusatiuus. Paulus: καὶ ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. De cætero nemo michi molestus sit. ¶ Notat Hieronymus melius dici i græco: nemo michi labores afferat/ siue exhibeat. Intelligẽtia tamẽ in idem recurrit. Paulus. τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω, ¶ Nam ego stigmata dñi Ihesu/ In corpore meo porto. ¶ Stigma/ notam/ signum/ punctionemq; significat. nam στίζω/ pungo & percutiẽdo signo designat. Sed age nũquid Paulus plagatas manus/ pedes fossos & latus apertũ/ vt Christus sensibiliter portabat? Minime. neq; id intẽdit. Sed omnia hæc spiritualiter & in mysterio. Nam in baptismo quisq; Christo cõmoritur/ Christo concrucifigitur/ manus foditur/ pedes clauatur/ latus aperitur/ moritur/ sepelitur. resurgit. stigmata Christi secũ portãs victricia signa/ angelis amabilia & dæmonibus terribilia. Quid igitur de ijs qui sensibiliter in corpore circũferũt/ illa ne stigmata Christi sunt? Si sunt: æquiuoce sunt. illis ipsis in sua redẽptione signati nõ sunt/ neq; illis stigmatis redẽpti sunt/ neq; illa redimunt. Si stigmata Christi venerãda sunt (sunt enim): illorũ maxime quibus redempti sumus/ celebritas est agenda. Stultũ profecto esset stigmatũ manuũ/ pedũ/ laterisq; viuius mortalis hominis aut fœminæ celebritatem maximam peragere: & vera stigmata corporis Christi per quæ redẽpti sumus sine honore præterire/ nullam eorũ piæ deuotionis & memoriæ celebritatẽ inducere. Absit vt in alterius hominis cruce glorier: q̃ in cruce dñi mei Ihesu Christi. neq; enim alius me redemit/ neq; alterius vulnera michi profuerunt ad vitã/ & vitam quidẽ sempiternam. Veneremur ergo illa/ imprimamus illa cordi/ infigamus illa menti. De ipsis enim & nullis alijs dictum est. Foderũt manus meas/ & pedes meos. De ipsis & nullis alijs. Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarũ? Et dicet/ his plagatus sum in domo eorum qui diligebãt me. De plaga lateris Christi & nullius alterius dictũ est. Ecce venit in nubibus: & videbit eum omnis oculus/ & qui eum pupugerunt/ & plangẽt se super eum omnes tribus terræ? Hæc sunt vera stigmata in quibus solis/ nobis gloriãdum est: quæ in mysterio ex sacris vndis abluti/ in corpore nostro portamus. Et confidenter dicendum ad eos qui nos ad opera/ aut alienas obseruãtias pertrahere volentes in eis confidere volũt. Nolite nobis in his quicq̃ laboris & molestię afferre: nos enĩ stigmata domini Ihesu: in corpore nostro portamus. in quibus solis cõfidẽtes: cætera alia aut spernimus/ aut minimi ducimus. cõfidimus i dño nostro Ihesu Christo: nõ in homine/ sed in deo. Creditis (inquit) in deũ: & in me credite. Stigmata Christi colere & in eis gloriari: nõ nisi vera religio esse potest. in alijs autem: potest esse superstitio. quod tutũ est sequamur: qđ dubiũ/ relinquamus. Sed dũ hic in foraminibus petræ imoramur: facti imemores nostri/ prolixiores q̃ par est forte fuimus. At nunc finẽ faciẽtes: adijciam9 quæ apud græcos huius epistolæ subscriptio. Apud enim eos: hæc habetur. Ad Galatas/ scripta Rhomæ.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APO.
QVARTO LIBRO QVI EST EPISTOLAE AD GALATAS
EXPLETO: DEO PATRI ET FILIO/ ET SPIRITVI
SANCTO VNIVS DEITATIS/ BONITATIS/
ET ESSENTIAE/ GRATIAE
SINT INFINITAE
AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER QVINTVS QVI EST IN EPISTOLAM AD EPHESIOS. CAP. I.

AD EPHESIOS scribẽs Paulus/ qui sunt Asiatici minoris Asiæ/ ad Egeum mare sub Colophone siti: sanctam pro sua consuetudine/
1 præmittit salutationem/ dicẽs. ¶Paulus apo-
stolus IHESV CHRISTI per voluntatem
dei: sanctis qui estis Ephesi/ & fidelibus in
CHRISTO IHESV/ gratia vobis & pax a
deo patre nostro & domino IHESV CHRI-
STO. ¶Hic est sanctus/ communis/ & iam sa
tis notus salutandi modus apostoli: cui vnam gratiarum actionem de ineffabilibus gratijs/ & donis bonitatis diuinæ in se/ & in alijs apostolis ad saluandas omnes gentes & nationes abunde/ copiose/ vberanterq; effusis annectit. nos instruens: ante omnia/ viros spirituales in admirabili bonitate dei/ contemplatione/ & contemplatę gratiarum actione/ debere versari. Nisi enim speculum ustum concipere flammas/ in solem recte conuertas: nunq̃ cõburit. ita mens nostra/ nisi hac contemplatione recte sciat ferri in deum/ illum per se bonum diuinæ bonitatis radium in se excipiens: nunq̃ inflammatur amore/ manetq; affectus mentis nostræ algidus/ & vitali calore destitutus. Vt enim corpus sine sensibili calore non viuit: æque neq; mens sine amore. est enim amor spiritualis: mentis calor. Sol/ speculum/ combustibile/ calor: deus/ mẽs/ affectus/ amor. Et quod est solis radius/ ad comburendum: hoc est bonitatis contemplatæ radius/ ad amandum. Ergo qui docet nos suo exemplo esse gratos: ille nos vocat ad diuinos amores percipiendos.
2 At nunc beati apostoli gratiarum actionis confessionem audiamus. Hæc enim sancta/
spiritualis/ & casta confessio: hæc eius gratiarum actio. ¶Benedictus deus & pater do-
mini nostri IHESV CHRISTI: qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cœ-
lestibus in CHRISTO/ vtpote qui elegit nos in eo ante constitutionem mũdi/ vt esse-
mus sancti & immaculati in conspectu eius in dilectione. qui prædiffiniuit nos in ado-
ptionem per IHESVM CHRISTVM/ in eodem secundum beneplacitum voluntatis
suæ/ in laudem gloriæ gratiæ suæ/ in qua impleuit nos gratia in dilecto. in quo habe-
mus redemptionem per sanguinem eius: quæ est remissio delictorum/ secundum diui-
tias gratiæ suæ. quã abunde effudit in nos/ in omni sapientia/ & prudẽtia: cũ nobis pa-
tefecit arcanum voluntatis suæ secũdum beneplacitum suum/ quod præstatuit in seipso
in dispensationem plenitudinis temporum/ ad omnia summatim in CHRISTO colli-
genda. Quæ in cœlis & quæ in terra sunt: in ipso sunt. in quo etiam in hæreditatis con-
sortium vocati sumus: prædiffiniti secundum propositum eius/ qui omnia operatur per
consilium voluntatis suæ. vt nos simus in laudẽ gloriæ eius: qui priores sperauimus in
CHRISTO. a quo & nos audiuimꝰ sermonẽ veritatis: quod est euangeliũ salutis ve-
stræ. ¶Omnia tribuit Paulus per Christum deo patri superimmenso/ qui omnia operatur in filio/ qui est Christus dominꝰ. Quod oportet facere eũ/ qui nouit gratus esse: & vt par est/ in bonorũ cõfessione gratias agere. Benedictio nostra est a deo patre/ nõ solum vetus & terrena qua nobis benedixit ab exordio mũdi: sed noua/ cœlestis/ & spiritualis. Non solũ in bonis mundi huius percipiendis: sed in bonis cœlestibus/ vt eis in Christo & cum Christo/ sempiterno æuo frui valeamus. Ab æterno elegit nobis duces nostros/ anteq̃ faceret mundi exordia: qui sancti & immaculati ante deum essent/ dei & hominum charitate flammantes. vt per eos: omnes homines adoptarentur in filios dei in Christo domino proprio & consubstantiali filio/ & per Christum. per eũ enim pater operatur omnia. Et hoc: nõ quia fecerimꝰ aliquid dignũ vt filio dei inserti/ adoptaremur in filios: verũ potius omnia idigna fecimus ne insereremur & adoptaremur. sed solum secundum beneplacitum voluntatis eius. O immensum & imperuium diuinæ bonitatis pelagus: quæ est ratio omnis boni. & adeo exuberans: vt in malo etiam faciat bonum/ & in omnibus exultet victrix/ vt nichil præter eam laude & gratiarum actione dignum inueniatur. & cum laudatur: non attingitur/ cum sit in immensum omni laude superior. Quid igitur laudabimus? nunquid nos/ aut opera nostra/ aut maiorum nostrorum; qui ab exordio mundi fuerunt? Nequaq̃.

Sed glotiam bonæ voluntatis diuinæ.in qua sola voluntate: et apostolos & nos/quos
per eos tanq̄ per diuinæ bonitatis legatos impleuit gratia sua/in dilecto filio suo/ in
quo nobis sunt omnia/in cuius sanguine delicta nostra dimissa sunt & absterfa/ nobis
de captiuitate maligni in libertatem regni æterni / & filiorum dei translatis/ dei sola
bonitas: ratio fuit infundendæ sapientiæ/ & prudentiæ apostolis/ reuelando mysteriū
& secretum bonæ voluntatis suæ. quo modo beneplacitum suum erat:omnia & cœle-
stia/& terrena in Christo vt in capite colligere/vnire/ cōfirmare/& in eo ruinam tā an-
gelorum q̄ hominū reparare? Quod ne nouum credatur hoc beneplacitum:ab æter-
no in seipso præstituit in plenitudine tēporū dispensandū. plenitudo autē tēporū fuit/
exacta iam mūdi pueritia & adolescentia: cum filiū suū in quo sunt omnia/& cœlestia/
& terrestria/misit in mundū cōsubstantialē nobiscum fieri. vt nos tāq̄ iam per assūptæ
carnis mysterium fratres: ad æternæ hæreditatis secū vocaret cōsortiū/ prædestinatos
secundū præscientiā eius qui operatur ōnia per filiū/qui est magni cōsilij angelus/ma-
gni & æterni cōsilij bonæ volūtatis diuinæ nūcius.Qui ergo nobis hæc nūciauerūt/&
qui a filio dei hæc mysteria audierūt:nō hæc nūciauerunt vt mortalis aliquis laudem
reporter/sed vt gloriā dei & infinite bonā voluntatē eius/ laudemus. laudātes autem:
amore flagremus.& flagrantes:tā in nos propiciæ bonitatis opes possideamus/ nunq̄
3 a tantæ bonitatis laudibus deficientes. Ad quod etiā ex cōsimilibus beneficijs per fidē
Christi susceptis/agnoscendū:hortatur Ephesios apostolus dicens. ¶ In quē & creden
tes signati estis sancto promissionis spiritu: qui est arrabo hæreditatis nostræ in redē-
ptione acquisitionis/ad laudem gloriæ ipsius. ¶ Credentes in Christum:signaculū ac-
cipiunt a spiritu sancto/sine quo signaculo nulli admittentur ad æternam hæreditatē.
quam accipimus per hoc:quod Christus in redemptione nos acquisiuit.cui debemus
laudem & gloriā.neq; aliā meditari oportet redemptionis nostræ causam: nisi bonam
patris voluntatē/ filij obedientiam & prōptam executionem/ & spiritus sancti largam
charismatum effusionē quæ sunt arræ & signacula futuræ beatitudinis.Quas res Ephe
sios spiritualiter intelligere posse: deum precatur apostolus vt adiuuet/ piam pro ipsis
in orationibus suis (quod veræ dilectionis est argumentum) memoriam erga deum
faciens.huiusmodi eni officijs:& gratia dei accrescit/ & dona diffusionis diuinæ vbe-
rius effundūtur.maxime in ijs qui q̄tum in se est gratijs se præparant diuinis. quod &
4 fide/ & sanctorum dilectione faciebant Ephesij. Quod & testatur Paulus / dicens.
¶ Propter quod & ego audiens fidem vestram in domino IHESV/ & dilectionem er-
ga omnes sanctos:non cesso gratias agere pro vobis/ memoriam vestri faciens in ora-
tionibus meis.vt deus gloriæ/domini nostri IHESV CHRISTI pater:det vobis spi-
ritum sapientiæ/& reuelationis in cognitione sui/illuminatos oculos cordis vestri. ad
hoc ipsū/ vt vos sciatis q̄ est spes vocationis ei9/& quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius
in sanctis.& quæ superexcellens magnitudo potestatis eius in nobis qui credimus se-
cundum operationem potentiæ fortitudinis eius. quā operatus est in CHRISTO is/
qui suscitauit eū a mortuis/& sedere eū fecit in dextera sua ī cœlestibus/supra omnem
principatum/& potestatem/ & virtutem/ & dominationem/ & omne nomen quod no
minatur non solum in hoc sæculo/sed & in futuro/& omnia subiecit sub pedibus eius/
& eum super omnia caput dedit ecclesiæ. quæ est corpus eius/ & plenitudo eius: qui
per omnia in omnibus impletur. ¶ Quibus æternus pater illuminat oculos cordis ad
cognitionem sui:ij ingentissimam fidem habent promissionum eius.Nam eum cogno
scunt verissimum.spem firmissimam:quia dare volentissimum. charitatem feruentissi-
mam:quia optimum/ & ineffabiles bonitatis suę diuitias vltro largiturum/ vt qui est
summum bonum/& apud quem sunt omnes thesauri diuitiarum.Et in his tribus con-
sistit donum spiritus sapientiæ & reuelationis eius. Sed & qui consyderant magnitu-
dinem potestatis operationum & signorum/ quæ pater æternus indulsit apostolis/ &
alijs credentibus in eum per dominum nostrum quem suscitauit a mortuis/ & qui in-
super consyderant exaltationem humanæ naturæ in Christo / quia ea quæ a mortuis
suscitata est/in dextera patris residens collocata est supra omnem principatum/& po-
testatem/& virtutē/& dominationē/& ne non credas etiam supra thronos/Cherubim/
& Seraphim:etiam supra illos/& supra omne quod nominari potest/nō modo in hoc
sæculo/sed & in futuro.Deus autem solus ineffabilis & īnominabilis.Omnis creatura
subiecta est pedibus eius.& ipse est secūdū etiā assumptā humanitatē/ sūmitas & caput
omnis creaturæ: creatura (vt sic dicā) increata/ & creator creatus. Qui cū sit caput in
laude dei:super omnē laudē.a deo cōstitutū caput est omniū/ in se laudē conditorū cō-

plicans.qui beati angeli/& sancti/sanctorũq; animæ sunt:& qui simul vniuersi tã summe/
tam exaltati/& õnia cõsumãtis capitis corpus sunt/& ecclesia/& plenitudo eius qui per
omnia in oĩbus ĩpletur.Neq; credas corpus Christi cõpletum/ priusq̃ restituta sint oĩa.
Et tũc õnia erũt vt vnũ aĩal absolutissimũ atq; perfectissimũ:cuius omnia mẽbra ĩ ma-
xima harmonia perẽniter erũt/deũ collaudãtia.sed & caput ipsum/gloriosissima Chri-
sti humanitas:super omnẽ laudẽ adijcit.Adijciã (ĩquit) super omnẽ laudẽ tuã.Qui igit
consyderãt hanc nostræ in Christo naturæ exaltationem: quo modo iam spe æternorũ
illorũ bonorũ nõ gestiũt/quo modo charitate tã ineffabilis dei bonitatis non inarde-
scũt/incipiẽtes in hoc mũdo laudes:quæ ĩ plenitudine Christi/ quæ corpus eius & cæ-
tus sanctorũ omniũ est/finẽ non capient in æternũ/ habitãte in eis patre & filio & spi-
ritu sancto/ deo vno / simplici & indiuiso. Cui omnis potentia/ sapientia/ & bonitas/ ti-
mor/amor/& honor in sæcula sæculorum.
B ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio.Qui prædestinauit
2 nos ĩ adoptionem filiorum per IHESVM CHRISTVM.¶Satis est dicere vt & sæpe
alias dictum est in adoptionẽ per Ihesum Christũ. Paulus. ὁ προορίσας ἡμᾶς εἰς
υἱοθεσίαν διὰ ἰησοῦ χριστοῦ.¶Vulgata æditio. Secundum propositum voluntatis
suæ.¶Potius dicendũ secundum beneplacitum voluntatis suæ.nã non hic prothesis/
quod vetus interpres interpretari solet propositũ habetur:sed eudocia/ quod bona vo-
luntas & beneplacitum æquius interpretatur. & quod ipse vetus interpres paululum
inferius interpretatur beneplacitum:vbi ait.vt notum faceret nobis sacramentum vo-
luntatis suæ secundum beneplacitum eius.Sic & hic quoq; debuit.Paulus.κατὰ τὴν
εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. In qua gratificauit nos in
dilecto filio suo. ¶Cum χαριτόω id signet quod gratia impleo: potuit vetus inter-
pres æquius vertere gratia impleuit q̃ gratificauit.Item & illud/filio suo abundat:nec
in græco habetur.Quod & sacer annotauit Hieronymus. Paulus. ἐν ῇ ἐχαρίτωσεν
ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Et cõtinuo subiungit. ἐν ᾧ ἔχομεν in quo habemus.
¶Vulgata æditio.Vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ secũdum bene-
placitum eius.¶Potius arbitror veteri interpreti fuisse dicendũ/cum notũ fecit nobis/
q̃ vt notum nobis faceret. ĩpleuit enĩ tunc eos deus omni sapientia & prudentia/cũ eis
mysterium & arcanum fidei reuelauit. ĩmo nichil aliud est omnimoda illa sapientia &
prudentia:nisi patefactio & reseratio diuini illius mysterij. Et cum vetus interpres di-
xisset/sacramentũ volũtati suæ:consequẽs erat vt dixisset secundũ beneplacitũ suũ/po-
tiusq̃ eius/vt vbiq; fecisset sermonẽ mutuũ & reciprocũ/ phãtasiãq; nõ fecisset/suã aliud
& eius aliud referre.Paulus.γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐ-
τοῦ. κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ.¶Vulgata æditio.Instaurare õnia ĩ CHRISTO.
¶Miratur sacer Hieronymus veterẽ interpretẽ verbũ ἀνακεφαλαιώσασθαι:vertisse
instaurare/& non potius recapitulare.cũ eo vocabulo vtantur & dialectici/ & oratores.
qui in fine causarũ propter memoriã iudicũ/& eorũ qui audiere negocia/recordationẽ:
recapitulationẽ facere solent.Est enĩ recapitulatio epilogus/& sũmatim multorũ præ-
cedentiũ cõpræhensio.Itaq; ad hãc intelligentiã vocabulũ circũlocuti sumus.Paulus.
C ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ χριστῷ. ¶Vulgata æditio.In quo etiam
2 & nos sorte vocati sumus.¶Particula & nos superflua est.Et potius in sortem siue cõ-
sortium vocati sumus videtur dicendum q̃ sorte vocati sumus. ne videatur id aposto-
lus suo sermone significare sorte/fortuna/aut sortitione quadam vocati sumus.quod a
diuina tam procul abest intelligentia: q̃ aliquid fortuitu aut temere ei tribuere.Sed si
dicitur in sortẽ vocati sumus/id prõpte intelligitur/in partem/portionẽ/ hæreditatẽ/cõ
sortiũ/aut quippiam simile:qđ diuinæ & apostolicę nõ aduersatur intelligẽtię.Paulus.
C ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν. ¶Vulgata æditio.In quo & vos cũ audissetis: verbũ veri-
3 tatis euangeliũ salutis vestræ recepistis. ¶Potius dicendũ prima persona/nos cũ au-
dissemus.Et verbũ recepistis/superfluũ est.Et quod dicitur in quo: perinde esse videtur
atq; a quo. Etenĩ apostoli & Paulus qui præsperauerũt in Christo: a Christo euãgeliũ
salutis/& æternæ quidẽ salutis audiuerunt. illi dum adhuc mortalis versaretur ĩ terris:
Paulus autẽ dũ gloriosus ĩmortalitatis stola trabeatus fulgens/regnaret ĩ cœlis/ Neq;
enĩ (ait) ego ab homine accepi illud neq; didici.sed per reuelationẽ Ihesu Christi.Pau
lus. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τὸ εὐαγγέλιον
τῆς σωτηρίας ὑμῶν. Et cõtinuo subiũgitur.ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες/ĩ quo & cre
dẽtes.¶Vulgata æditio.Qui ẽ pignus hæreditatis nr̃æ.¶Qui refert idẽ qđ & prius parti-
cula ĩ quo siue ĩ quẽ scilicet Christũ/ nõ spiritũ sãctũ.qđ ex græco dilucide cognoscit.nã
spũs sãcti vocabula:apđ grecos neutra sũt.& vocabulũ relatiui q:masculinũ.Et veterẽ

interpretē notat facet Hieronymus: ꝙ pignus posuerit/ nos potius arrabonē. quod qui-
dem vocabulum & latini satis vsurpare solent: est enī Christus arrabo hæreditatis no-
stræ. & ne diffidamus de æterna salute: pater æternus / pater misericordiarum & totius
cōsolationis deus/ propriū filiū nobis arrabonē donauit. proprio enī filio non pepercit:
sed pro nobis omnibus tradidit illū. O arrabo omni arrabone maior & omnibus ange
lis et vniuerso mūdo melior. Paulus. ὅσ ἐςὶν ἀρραβὼν τῆσ κληρονομίασ ἡμῶν.
C ¶ Vulgata æditio.. Propter quod audiens fidē vestrā in CHRISTO IHESV. ¶ Legē
4 dū: propter hoc & ego. Et in domino Ihesu. Paulus. Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσασ τὴν
D καθ᾽ ὑμᾶσ πίστιν ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ. ¶ Vulgata ęditio. Secūdū operationē potētiæ
4 virtutis eius. ¶ Potius dicēdū: potētiæ fortitudinis eius. Paulus. κατὰ ἐνέργειαν τοῦ
κράτουσ τῆσ ἰσχύοσ αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. In CHRISTO IHESV suscitās illū
a mortuis. ¶ Ihesu abūdat. Paulus. ἐν τῷ χριστῷ, ἔγειραν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν.
¶ Vulgata æditio. Et constituens ad dexteram suam in cœlestibus. ¶ Potius & sedere
fecit in dextera sua in cœlestibus. Paulus. καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖσ
ἐπουρανίοισ. ¶ Vulgata æditio. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. ¶ Le-
gendum: & ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ/ vt ecclesiæ datiuus intelligatur.
Paulus. καὶ αὐτὸν ἔδωκεν κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ. ¶ Vulgata
æditio. Qui omnia in omnibus adimpletur. ¶ Expressa præpositione per/ intelligentia
redditur clarior. quæ interdū apud græcos (& si non exprimitur) subintelligitur. Pau-
lus. τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.

CAP. II

VT intelligant Ephesij quod caput nunc habeant/ & cuius corporis sint:
cum apostolus dixit ꝙ deus gloriæ/ domini nostri Ihesu Christi pater/ eū
5 super omnia caput dedit ecclesiæ: adiungit. ¶ Et super vos: cū sitis mor
tui delictis & peccatis vestris/ in quibus aliquando ambulastis secundū
sæculum mundi huius/ secūdum principem potestatis aerei spiritus/ qui
nunc operatur in filijs diffidentiæ. inter quos: & nos omnes cōuersati fu
mus aliquando in concupiscentijs carnis nostræ/ facientes voluntates
carnis & cogitationū. & fuimus natura filij iræ: sicut & cæteri. Sed deus
qui diues est in misericordia/ propter multam dilectionē suam qua dilexit nos/ cū etiā
nos mortui simus delictis/ viuificauit nos cum CHRISTO. Gratia saluati estis/ & cor-
resuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in CHRISTO IHESV: vt ostendat in sæ-
culis superuenientibus/ supereminētes diuitias gratiæ suæ in benignitate super nos in
CHRISTO IHESV. Nam gratia saluati estis per fidē: & hoc nō ex vobis. dei donum
est. nō ex operib9: ne quisꝗ gloriari possit. nā eius sumus factura: creati in CHRISTO
IHESV/ ad ea opera bona quæ præparauit deus/ vt in eis ambulemus. ¶ Quādiu ali-
qui delictis & peccatis viuūt: caput eorum nō constituitur Christus. Nam mortui sunt
iustitiæ & vitæ. iustitia autē & vita: Christus. sed caput eorū est princeps mūdi huius/
maligna potestas tenebrarum: qui est diabolus & veterator/ coluber antiquus. qui cum
cœlestis fuerit: ob suam prauitatem in aera deturbatus/ pro cœlo aerē suscipiens/ muta-
uit domicilium. Et qui prius cœli: nunc aeris est spiritus. qui (vt Christus in fidelibus
operatur bona/ in spiritualibus spiritualia/ influit enim caput in mēbra operationem)
ita ex opposito in infidelibus/ obstinatis/ & rebellibus/ operatur mala/ & in carnalibus
carnalia/ vt in concupiscētijs carnis ambulent/ & secundū desyderia carnis viuant &
cogitationum/ iram dei & vindictā magis/ magisꝗ cumulātes. vt æterna cū eo & cum
omnibus maledictionis & iræ filijs: supplicia luant intermina. Et magna dei miseratio
qui viuētibus peccato & filijs iræ parcens propter ingentē dilectionem suā/ qua diligit
nos ob sibi & nobis cōsubstantialem Christum/ remedia præstat quibus delicto & pec-
cato omni/ mori possint/ vt & eos viuificet cū Christo. viuificet inquam spiritu. non enī
spiritu viuificari possunt: nisi prius aut saltem vna atꝗ simul/ carni moriantur/ atꝗ de-
lictis. est enim in carnalibus omnibus/ mori peccato natura prius: ꝗ viuificari spiritu/
ꝗ iustitiæ viuere. secus autem de ijs: quos tametsi carne circundatos / spirituales tamē
de9 oriri voluit. Nā iustitiæ luce perfusi: nullas vnꝗ iniustitiæ sensere tenebras. ideo vi-
uificati semper fuerunt: neꝗ nox diem præcessit/ neꝗ sequetur diē. Hæc tamen om-
nia operatur dei gratia & misericordia. sed & nobis qui ex morte peccati viuificamur
in spiritum: maxime necessaria. vt qui in magna necessitate & indigentia existētes: per
solam gratiam saluari possumus. sed ipse qui solus bonus est/ & qui solus potest: inopiā
nostram miseratus/ nos in meliorem vitam resuscitat. nam spiritualē/ quæ est symbolū
nouissimæ resurrectionis. & resuscitatos in dextera sua collocat: & sedere facit in cœle-
stibus in Christo. Nam quicūꝗ mortui sumus peccatis: gratia viuificati et mystice re-

ſuſcitati de corpore Chriſti ſumus/ & iam in myſterio ſedentes cum eo in dextra pa-
tris quod eſt ſymbolũ futuræ gloriæ/ diuitiarum paternæ gratiæ/ quæ in ſæculis futu-
ris ineffabili benignitate ĩ Chriſto Iheſu ſuper nos/ reuelabũtur in nobis. Simus igitur
erga deũ animo ſemper gratiarum actione pleno/ ſimus fideles. Nam gratia eius per fi
dem ſaluati ſimus: non ſaluati ex nobis neq; ex operibus noſtris/ ſed dei gratia. Gratia
autem: donũ eſt/ nõ opus. Et ne etiam fidem qua mediãte iuſtificamur/ noſtram eſſe cre
dam9: etiã & ipſa eſt dei donũ. Nichil igitur nobis: ſed omnia deo tribuere debem9. vt
non in nobis/ non in operibus gloriemur: ſed in ſola dei gratia & miſericordia. Et q̄ ſi-
mus/ & ſpirituales ſimus/ q̄q; ſecũdũ ſpiritũ in futurũ ambulabimus/ vt in fidei/ ſpei &
dilectionis operibus: hoc noſtrũ nõ eſt. illa ĩ quib9 ãbulabim9: nõ ſũt noſtra/ ſed dei. Nã
factura eius ſumus/ noua creatura creati ĩ Chriſto Iheſu. creati inquam ad ea opera bo
na/ quæ præparauit deus vt in eis ambulemus. terra enim ſumus abſq; ſemine quantũ
in nobis eſt. deus autem ſeminat bonum ſemen: in quo terram noſtram exerceamus. ſe-
mina ſuſcipimus: hymbre gratię irrigat/ & incremẽtũ dat deus. Qui aliter putat: ſeipſũ
decipit/ erga deum omnium bonorum authorem ingratus/ opus contumax non agno-
ſcens factorem. Quapropter ad ſolius dei cognoſcenda beneficia amplius excitat Ephe
6 ſios/ magnę in nos diuinæ pietatis aſſertor/ dei preco & apoſtolus Paulus: hoc pacto di
cens. ¶ Quapropter mementote q̄ vos aliquando gentes in carne/ qui dicebamini prę-
putium ab ea quę in carne circũciſio manufacta dicitur. mementote inquam/ q̄ in tẽpo
re illo eratis ſine CHRISTO/ alieni facti a legali gubernatione Iſrael/ & extranei teſta
mentorum/ promiſſionis ſpem non habentes/ & ſine deo in mũdo. nunc autẽ in CHRI
STO IHESV vos qui aliquando eminus fuiſtis: cominus facti eſtis in ſãguine CHRI
STI. ipſe enim eſt pax noſtra: qui fecit vtraq; vnum. & medium parietem clauſuræ/ ini
micitias in ſua carne ſoluens: legem præceptorũ in ædictis ſoluit. vt duos creet ĩ ſeipſo/
in vnum nouum hominem/ faciens pacem/ & reconciliet ãbos deo in vno corpore/ per
crucem inimicitias interficiens in ſeipſo. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui lõ
ge fuiſtis: & ijs qui prope. quia per ipſum ambo habemus acceſſum in vno ſpiritu ad pa
trem. ¶ Hæc eſt excitatio ſancta qua eleuat Epheſios Paulus ad beneficia dei ſuſcipiẽ
da: quæ non magis ad eos q̄ ad nos & ad omnes ex gentilibus venientes/ pertinet. Nã
a Iudæis qui ſecundũ carnem circũciſi ſunt: maiores noſtri præputiati/ incircũciſi/ & im
mũdi dicebantur. ſine Chriſto erant/ ſine legali obſeruatione legis Hebraicæ/ quæ præ-
parabat ad Chriſtum/ vtriuſq; teſtamenti extorres/ ſpem promiſſionis hæreditatis neq;
in typo/ neq; in veritate habentes/ impij & ſine deo in mundo. Nam etſi multos deos
colerent: non erant dij ſed dæmonia. quorum cultus non pietas: ſed impietas & ſummi/
veriq; dei iniuria. Sed quid nobiſcum dei miſericordia factum eſt? Nos qui aliquando
longe fuimus: prope facti ſumus in ſanguine Chriſti. qui eſt pax noſtra/ pax angelorũ
& hominum/ pax gentium & Iudæorum. qui vtraq; teſtamentum fecit vnum/ & medi-
um parietem id eſt differentiam gentium & Iudæorum inimicitias cauſantem/ in ſua
morte ſoluens. pariter & legem præceptorum quæ in cerimonijs & ędictis contineba-
tur/ tollens: vt duos populos/ gentes & Iudæos/ crearet in ſeipſo in vnum nouum homi
nem/ qui neq; amplius Iudæus neq; gentilis diceretur/ ſed a Chriſto diceretur Chriſtia
nus. Nouus: quia non amplius carnalis/ ſed ſpiritualis. non amplius ſub lege/ nam hoc ẽ
ſeruitutis. ſed in lege libertatis. vtriuſq; populi inuicem pacem faciens/ & vtrunq; deo
reconcilians. nam tam gentiles q̄ Hebręi tranſgreſſores erant: & vtriq; reconciliatio-
ne ad deum egebant. Reconciliauit autem ambos deo patri/ inimicitias inter deum &
ipſos in ſeipſo extinguens. ambos in vno corpore connectẽs/ ſcilicet in corpore ſuo. an-
gelis & ſanctis omnibus commembra faciens/ nullis amplius inimicitijs/ nullis diſſidẽ-
tijs manentibus. Quomodo enim cum cœleſtibus angelis/ ſãctis ãnimabus/ apoſtolis/
prophetis/ martyribus pacificis filijs dei & beatis omnibus commune corpus efficeres:
diſcordiam aliquam ſeruans? Quomodo Chriſto capiti tuo/ regi pacifico cohæreres/ pa
cem non habens/ qui veniens euangelizauit omnibus pacem/ cũ gẽtibus quæ a deo lõ-
ge erant/ tũ iudęis qui ex dei electione & legis præparatione prope erant? Si nõ hæres:
ſpiritu eius non viuificaris/ qui eſt ſpiritus ſanctus. membrum enim a corpore truncatũ/
vulſum/ ſeparatum: non amplius vita corporis viuit. ſi non hæres corpori/ ſi non viuis
ſpiritu: nullũ habes acceſſum ad patrem/ es filius iræ/ a recõciliatione filij dei ex-
cluſus. Nam omnes quicunq; acceſſum habent ad patrem/ quos ſuæ præſentiæ ad-
mittit/ quos vt filios acceptat: in vno corpore ſunt/ & eodem ſpiritu viuunt. in
corpore filij dei: & ſpiritu ſancto viuunt. Neq; putemus ſi adhuc in carne viui-
mus ſed non ſecundum carnem/ ſi adhuc contra mundum/ carnem/ & aereos ſpi-

ritus militamus:nos non esse cum angelis & sanctis omnibus in eodem corpore/ & spi-
ritu sancto viuere/& iā in dextera patris/patri præsentatos ac præsentes. Proculdubio
sumus. Neq; credas duas esse ecclesias eorum/qui sunt in cœlis & in terra. Nō sūt duæ/
sed vna. nam non duo Christi corpora:sed vnum corpus. non duo spiritus:sed vnus spi
ritus. Et si hæc oculis carnalibus videre nō possumus: beati tamen qui spiritu tam san
cta & admirabilia spectacula videre possunt. non quia vident:sed quia collegit eos/ in-
seruit & viuificauit dei gratia & dei misericordia. Collegit dico cū extranei essent & ad-
uenæ/& inseruit sacro illi corpori cum angelis & sanctis oibus. inseruit sibiipsi: vt vna
7 paritérq; fierent dei templum. viuificauit spiritu sancto suo. Et hæc quidem verissima
sunt. Hoc verissimum/admirabile/ & quod animas liquefacere possit circa nos diuinæ
et ineffabilis pietatis sacramētum. Propter quod sanctissime concludit Paulus. ¶ Ergo
nō amplius estis extranei et aduenæ/sed conciues sanctorum et domestici dei: supera-
dificati super fundamentum apostolorum & prophetarum/ ipso sane summo angulari
IHESV CHRISTO. In quo omnis ædificatio coaptata crescit in templum sanctum in
domino: ī quo & vos coędificamini in habitaculū dei in spiritu. ¶ Quæ pauloante apo
stolus de corpore Christi disseruit/& nunc de templo dei cuius summus angulus/ sūmus
angularis lapis Christus est: diuina sunt spectacula & diuinę in spiritu/ eiusdem rei/ san
ctæ animæ eius factæ visiones/ non humanæ cogitationes. In prima vidit gloriā Chri-
sti in similitudinem vnius omnidecoris animalis/ in se omnium sanctorum & angelo-
rum pulchritudinem referentis: cuius caput erat Christus/ diuinus & incomprehensi-
bilis decor. In secunda: gloriam Christi vidit/ in similitudinem templi dei/ omnem in se
nichilominus pulchritudinem continentis. sed mirificus & inenarrabilis decor in sum-
mo vertice/in summo angulo omnia nectēte/ qui in symbolo est Christus Ihesus super
omnia exceptus/exaltatus/sublimatus. Et vt materialium ædificiorum omnia ad fūda
mentum nectuntur/& ad fundamentū tendunt: sic in spirituali ædificio omnia in fūda-
mento nectuntur/& ad fundamentū tendunt. Sed id interest/ꝙ in materiali ędificio fū
damentum deorsum est/omnium infimum: in spirituali autem/fundamentum sursū est
& omnium summū. Nec ab re. nam materialia omnia tendunt deorsum ad fundamen
tum/spiritualia autem omnia/sursum ad suum fundamentum/ quod omnia sursum con
tinet. Materialium latissimum est fundamentum: spiritualiū angustissimum/ vnicissimū/
simplicissimum. cuius simplicitatis quanto magis capax est quæq; creatura: & tāto bea-
tior/ & deo (vt sic dicam) insertior & vnitior. Et summum illud fundamentum simplicis
simum/ summe angulare: prædicauerunt apostoli & prænunciauerunt prophetæ. ī quo
qui ædificantur: dilatantur in tēplum sanctum in domino/ a cœlis ad omnia terræ spa-
cia/spiritu sancto viuificante sanctificanteq; omnia/diffusum. filio dei in se vt in summo
fundamento: omnia vniente/ omnia sursum continente/ & deo patre sancti tēpli sui sic
fūdati/ sic sanctificati inhabitatore. Ergo contentori/ sanctificatori/ & habitatori huius
sancti templi vni deo omnium opifici: omnis honor/ decus/ laus & potestas in hoc san-
A cto templo/ suo in omnia sæculorum sæcula. Amen.
5 ¶ EXAMINATIO nonnullorū circa literā. Vulgata æditio. faciētes voluntatē carnis
et cogitationū. ¶ Pluratiue dicitur voluntates: atq; id metaphoticū perinde significās
ac desyderia. Paulus. ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν.
¶ Vulgata ęditio. Propter nimiā charitatē eius. ¶ Paulus habet ꝓpter multā dilectio-
nem/ designatq; id magnam. Et certe tanta est tāq; copiosa: vt nō aliter ingenio huma-
no capi possit/ac etiam multo minus/ q̄ mundi moles humano claudi possit pugillo/ q̄
tota maris vnda angusto cōtineri vasculo. Paulus. διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐ-
τοῦ ¶ Vulgata æditio. Et cū essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos ī CHRISTO.
¶ Legi potest: et nos existentes mortuos peccatis/ siue cum simus mortui peccatis vi-
uificauit nos cum Christo. Nam eos qui peccatis vixerunt: prius peccatis moriendū est
q̄ iustificationis gratiam percipiant. etsi non prius tempore: prius tamen ordine natu-
ræ. vt prius tenebræ depellūtur: q̄ aer luce splēdescat. Paulus. καὶ ἡμᾶς νεκροὺς ὄντας
τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησεν τῷ χριστῷ. ¶ Vulgata æditio. Gratiæ
suę in bonitate super nos. ¶ Potius in benignitate. Paulus. τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν
χρηστότητι ἐφ᾽ ἡμᾶς. Vulgata ęditio. ¶ Dei eni donū ē. ¶ Eni: abūdat. Paulus. θεοῦ
τὸ δῶρον. ¶ Vulgata ęditio. Creati in CHRISTO IHESV in operibus bonis. ¶ Cla
C rius si interpretetur: ad opera bona. Paulus. κτισθέντες ἐν χριστῷ ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις
6 ἀγαθοῖς. hic vsus videtur præpositione ἐπὶ, ἀντὶ εἰς. ¶ Vulgata ęditio. Qui eratis il
lo in tempore siue CHRISTO. ¶ Legendum est ꝙ eratis/ non qui eratis. Paulus. ὅτι
ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς χριστοῦ. Et ad lucidiorem intelligentiam/ex supe

riore particula resumptum est memētote:idq; adiectum/mementote inquam. ¶ Vulga
ta æditio. Alienati a cōuersatione Israel. ¶ Quod vetus interpres hic dicit conuersatio-
ne: politiam/ciuilitatem & rempublicam vocabulum Pauli significat. Et reuera Iudæi
ciues erant ciuitatis regniq; dei/& hinc eorum respublica: at nondum regis adoptati fi-
lij/ verum adhuc serui. sed gētes non ciuitatis regniq; dei/ sed diaboli & tyrānidis eius
ciues erant/tam alienati a gubernationis modo Hebræorum: q̄ qui sunt sub tyrāno &
tyrannice viuūt/ alienati a regalis gubernationis/optimæq; reipublicę modo. Paulus.
ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραήλ. ¶ Vulgata æditio. Et hospites
testamētorum. ¶ Vocabulum quo hic vtitur Paulus/& hospitē/& peregrinum/& extra-
neum significat. Et malui hic dicere extranei testamentorum q̄ hospites: ne videantur
gentes fuisse olim receptæ in testamentis. non enī receptæ erant: sed omnino alienę &
extraneæ factæ/donec misericordia saluatoris eas ad spem vitæ vocauit/ ne tunc quidē
suspicantes vitam futuram esse/ sed tunc authorem cōtinuo irritantes. Paulus. καὶ ξέ-
νοι τῶν διαθηκῶν. ¶ Vulgata ędítio. Et sine deo in hoc mundo. ¶ Satis est dicere ī
mundo. Paulus. καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. ¶ Vulgata æditio. Legem mādatorū de-
cretis euacuans. ¶ Potuit & vetus interpres dicere legem mādatorum in decretis/ eua
cuans/tollens/aut quippiam simile. Paulus. τὸν νόμον ἐντολῶν ἐν δόγμασι, κα-
ταργήσας. ¶ Vulgata æditio. Per crucem interficiens inimicitias in semetipso. ¶ Vbi
dicitur in semetipso: potest dici in ea. potest & dici: in eo. nā græce relatiuum ambiguū
est an referat crucem: & tunc dicendum esset in ea. an id quod dictum est in vno corpo-
re: & tunc dicendum esset in eo. an interficiens: tunc dicendum esset in seipso/q̄uis non
D tam in seipso q̄ in eo/aut in ea significat. Propter veterem tamē tralationem: posuimus
6 in seipso. Paulus. διὰ τοῦ σταυροῦ ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτοῦ. ¶ Vulga-
D ta æditio. Et pacem iis qui prope. ¶ Pacē hic abundat/ sed ex superiori loco intelligi-
7 tur. Paulus. καὶ τοῖς ἐγγύς. ¶ Vulgata æditio. Ergo iam nō estis hospites & aduenę
sed estis ciues sanctorum. ¶ Potest & hic quoq; ob superiorem causam dici extranei &
aduenæ/sed conciues sanctorum. Paulus. ἄρα οὖν οὐκ ἔτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι,
ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων. ¶ Vulgata æditio. Ipso summo angulari lapide
CHRISTO. ¶ Lapide hic non habetur/sed solum: sane sūmangulo/siue summo angu
lari Ihesu Christo. Paulus. ὄντως ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ. Sed vetus
interpres aut alij adiunxerunt lapide/propter oraculum/lapidem quem reprobauerūt
ædificantes/hic factus est in caput anguli. Et certe Christus est ille summus & acutian
gulus: in quo omne spirituale ædificiū nectitur/continetur/fulcitur. ¶ Vulgata æditio.
In quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. ¶ Sancto abundat/
nec in Paulo habetur. Paulus. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήρι-
ον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι.

CAP. III.

DE tam pulchro Christi corpore/de tam mirabili & specioso dei templo
mysteriū agnoscēs Paulus/ vt ædificationi adiuuaret/vt gentes/ Ephe
sios/Galatas/Corinthios/Rhomanos & omnigenas alios omnes/ tē
8 plum dei vt minister præpararet: nullos labores nullas pressuras/car-
ceres nullos/& vincula nulla diffugiebat. Quod ad Ephesios etiā tūc
impresentiarū vinctus/continuo testatur dicens. ¶ Huius rei gratia:
ego Paulus vinctus sū CHRISTI IHESV/pro vobis gentibus. Au
diuistis vtiq; prouinciam dispensationis gratiæ dei: quæ data est mi-
chi ad vos. quia per reuelationem innotuit michi mysterium: quemadmodū paucis an
te scripsi. quę legentes: intelligere potestis intelligentiā meam ī mysterio CHRISTI.
¶ Ecce Paulus ex visione diuinæ reuelationis fatetur se nosse arcanum/quod paulo an
te scripsit de mysterio corporis Christi & sancti templi dei/in angulari sūmo illo lapide
nexi: quem reprobauerunt ædificantes/& factus est in caput anguli cœlestis ędificij: qđ
est in immensum & absq; ratione vlla/omni visibili mundo & magnificentia eius excel
lentius. nouit inquam ex visione diuinæ reuelationis: vt & Ioānes eadem mysteria cœ-
9 lestia in visione sponsi/ & sponsæ agni & cœlestis Hierusalem in diuina Apocalypsi co-
gnouit. Et amplius prosequitur reuelationem suam Paulus: dicens. ¶ Quod in alijs ge
nerationibus non est notum factum filijs hominum: vt nunc reuelatum est sanctis apo
stolis eius & prophetis in spiritu/ gentes esse cohæredes & concorpores & cōparticipes
promissionis eius in CHRISTO per euangelium. cuius factus sum minister secundum
donum gratiæ dei: quæ data est michi secundum operationē potestatis eius. Michi mi-
nimo omnium sanctorum data est gratia hæc: in gētibus euangelizare īnuestigabiles
diuitias Christi/& illuminare omnes quę sit dispensatio mysterij absconditi a sęculis in

, deo/qui creauit omnia per IHESVM CHRISTVM. vt nūc nota sit principibus & po
, testatibus in cœlestibus: per ecclesiam multimoda sapientia dei / secundum præfinitio-
, nem sæculorum/quam fecit in CHRISTO IHESV domino nostro. in quo habemus
, ausum & accessum in fiducia: per fidem eius. ¶ Deum supra gentes regnaturū/& Chri-
stum esse expectationem earū: prædixerant prophetæ / & gentes aliquando saluandas.
Modus tamen saluationis earum / qꝫ in promissionibus hæreditatis factis Abrahæ/
hæreditatis dico non typicę sed verę/essent cōpræhensæ & quomodo/ æternis sæculis ī
præscientia dei latuit. quem saluationis gentium modum: primum cum Christus venit/
per quem deus omnia fecit(erat enim in principio apud deum omnium ratio/sapientia/
verbum: & omnia per ipsum facta sunt)cum Christus inquam venit: huiusmodi saluatio-
nis modum primum apostolis/ & prophetis suis aperuit deus. neqꝫ alium esse saluatio-
nis gentium & Hebræorum/immo neqꝫ bonorum angelorum: etsi sint varij in sanctis
& saluatis gradus/ vt & in vnius corporis membris/ & in vnius ædificij structuris. sed mo
dus saluandi omnium est: cohæreditatio/concorporatio/& comparticipatio æternæ bea
titudinis in Christo/insertio/& coædificatio in templum sanctum contectum in Christo/
sanctificatum in spiritu sancto/inhabitatum a patre æterno/ & totius dei plenissimum.
quæ Paulus cum sciat esse verissima & certissima / propter quæ omnis pressura & mole-
stia mundi est ei leuissima/ & nullius momenti: magna charitate hortatur Ephesios/ vt
ob pressuras eius nullo modo vacillent nullo modo deficiant/sed multo magis conua-
lescant effici sancta corporis Christi membra/ & sancto illi & mūdo magnificentiori/ dei
templo coaptari. Et si exhortatio ad eos parum efficax est: totius potentiæ fontem preci
10 bus pulsat/ vt ipse qui solus omnipotens est omniefficax est/ det eis potentiam & ad id
, faciendum intelligentiam/ atqꝫ ait. ¶ Quapropter peto: vt non succumbatis in pressuris
, meis pro vobis/ quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua ad patrem domini
, nostri IHESV CHRISTI: ex quo oīs paternitas in cœlis & in terra nominatur. vt det
, vobis secundum diuitias gloriæ suæ potestate corroborari per spiritum suum. vt in inte
, riori homine: habitet CHRISTVS per fidem in cordibus vestris. vt in dilectione radi
, cati & fundati: valeatis comprehendere cum omnibus sanctis/ quæ sit latitudo/ & longi
, tudo/ & profunditas & sublimitas/ ac cognoscere supereminentem cognitionis CHRI
, STI dilectionem/ vt repleamini omni plenitudine dei. Ei autem qui superpotens est/
, oīa facere superabūdātius q̄ quæ petimus & q̄ itelligimus: secūdū potēt.ā quæ opera-
, tur in nobis gloria in Ecclesia in CHRISTO IHESV in oēs generationes sæculi sæcu
, lorum. Amen. ¶ Cum solem intuemur in aqua: non ab imagine solis sol sibi nomen vē
dicat. sed a sole: conspecta imago / solis nomen sibi vendicauit. Sic deus ab entibus
qꝫ ens dicatur nomen non trahit: sed ab ipso qui summum & solū verum ens est/ cæte-
ra sibi nomina trahunt. sic vt dicatur pater: non mutuat a rebus. sed ab eo qui vera est
paternitas: in cæteris seu in cœlo/ seu in terra paternitas est nominata. Ergo pater trans
latitium nomē a rebus: non est nomē dei sed primarium & verum: a quo quæ creaturis
conueniunt/ sunt translatitia. vt enim res veræ sint & nominentur: respicienda est veri-
tas. nō contra / vt per se veritas & sit & nominetur veritas: res ipsę / ipsaqꝫ eius vestigia
si apostoli emulabimur sensum. qui potentiam sancte imprecatus Ephesijs ne succum-
bant eam a fonte omnipotentiæ postulat dari. sic de fide/ sic de dilectione/ sic de cogni
tione: qua longitudinem/ latitudinem/ profunditatem & summitatem dei comprehen-
dere possint/ & gustare supereminentem/ super excessiuam & extaticam charitatem quæ
est in cognitione Christi/ et sic omni plenitudine dei quæ est infinitas impleri. Et hoc ē
in deum transire/ et superintelligibiliter comprehendere incomprehensibilem/ et non
alio q̄ dei intelligere/ deum intelligere. ac si non specie lucis sed luce ipsa in anima exi-
stente/ lucem intelligeres/ immo si ipsa lux seipsam apprehenderet/ suiqꝫ ipsius esset ap-
prahensio: tua intellectio lux esset immo ipsa lucis apprehensio/ qua seipsam apprehen
deret. Et summe/ infiniteqꝫ potentem quęrit apostolus laudare: non secundum suā po-
tentiam/ sed secundum eam quam ipsemet omnipotens operatur/ et quæ in eo operaba
tur et in ecclesia secundum quam operatur in Christo/ et in eo sęculo / quod finem non
est habiturum/ et quod est sęculum sęculorum / et ī omnibus generationibus sanctorū/
quę a mundi exordio in sempiternum illud possidebunt sęculum. Ergo talis laus decet
eum supra omnem potentiam/ sanctimoniam/ sapientiam qui superpotens/ supersapiēs/
supersanctus est: decet inquam supra omne tempus et æuum/ in ęternitate et super ęter-
A nitatem sæculorum.
S , ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Si tamen audi-
, stis dispensationē gratię dei. ¶ Particula qua vtitur Paulus/ potius assertiua ē q̄ condi-

tionalis et dubitatoria. Quapropter et particulam fecimus assertoriam. Paulus. εἴγε
ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Quæ data ē
michi in vobis. ¶ Potius dicēdū videtur: quæ data est michi ad vos. Paulus. τῆς δο-
θείσης μοι εἰς ὑμᾶς. ¶ Vulgata ędítio. Prout potestis legentes itelligere prudētiā
meam in ministerio. ¶ Legi potest quæ legētes/ scilicet pauca quæ scripsi vobis/ siue ob
qd/ id ē ob idipsū ꝙ scripsi vobis. Et potius dicēdū itellectū seu itelligētiā meā: nō pru
dētiā meā. Et in mysterio tetrasyllabū nō ministerio pētasyllabū. Paulus. πρὸς ὃ δύ-
νασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ. ¶ Vulgata
ędítio. Quod alijs generationibus/ non est agnitum filijs hominū. ¶ Legi potest quod
in alijs generationibus. Alioqui si legitur sine præpositione vt Paulus habet: intelliga-
A tur appositiua locutio. Paul9. ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη, τοῖς υἱοῖς τῶν
9 ἀνθρώπων. ¶ Vulgata æditio. Esse gentes cohæredes/ & concorporales/ & comparti-
cipes. ¶ Malui dicere concorpores: quia vnum & idem cum reliquis saluādis corpus ef
ficiunt/ non crassæ molis/ sed spirituale scilicet corpus Christi. Si autem dico concorpo
rales: intelligi possunt cum alijs res esse corporales/ & dimensum occupantes/ crassamq;
molem. Etenim elemēta nobis concorporalia. nā corpora sūt: et nos corpora. Sed neq;
ignis/ neq; aer/ neq; aqua/ neq; terra vnq̄ dicet nobis cōcorpor. Paulus. εἶναι τὰ ἔθνη
συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα. ¶ Vulgata æditio. Promissionis
eius in CHRISTO IHESV per euangelium. ¶ Ihesu: abundat. Paulus. τῆς ἐπαγ-
B γελίας αὐτοῦ ἐν τῷ χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου. ¶ Vulgata æditio. Cuius fa
9 ctus sū ego minister. ¶ Ego: abundat. Paulus. οὗ ἐγενόμην διάκονος. ¶ Vulgata ædi
tio. Secundum operationem virtutis eius. ¶ Dici potest: potestatis eius. Paulus. κατὰ
τὴν ἐνέργειαν δυνάμεως αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Michi enim omnium sancto-
rum minimo. ¶ Enim abundat. Et vtitur vocabulo Paulus: quo se magis humiliat/ q̄
ꝙ se dicat minimum sanctorum sed minorem minimo omnium. vtitur enim compara-
tiuo quod magis innuit q̄ minimus. quo quia caremus: vsi sumus superlatiuo vt et ve-
tus interpres. Paulus. ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων. ¶ Vulgata ędítio:
Euangelizare inuestigabiles diuitias CHRISTI. ¶ Vt apertius vocabulum neget quē-
admodum ī Paulo: diximus ininuestigabiles diuitias. Paulus. εὐαγγελίσασθαι ἀνε-
ξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Qui omnia creauit: vt innote-
scat principibus & potestatibus. ¶ Post creauit: deest particula per Ihesū Christū. Et
post innotescat: deest nunc. Paulus. τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ ἰησοῦ χριστοῦ,
ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις. ¶ Vulgata æditio. Per
ecclesiam multiformis sapientia dei. ¶ Vocabulum quo hic vtitur Paulus/ potius mul
timodum & multiuarium dicit q̄ multiforme: idem tamen/ siue hoc/ siue illis modis di-
C catur itelligamus. Paulus. διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θε-
10 οῦ. ¶ Vulgata æditio. Propter quod peto vt nō deficiatis in tribulationibus meis pro-
pter vos. ¶ Legi potest authore Hieronymo vt non deficiam. Etiam vt non deficiatis:
secundum quam intelligentiam posuimus vt non succumbatis/ tum propter veterē in-
terpretem: tum propter hoc quod subiungit Paulus/ vt det vobis secūdum diuitias glo-
riæ suæ virtute corroborari/ vbi videtur pro ipsis petijsse ne deficerent/ potius q̄ pro se-
ipso. Paul9. διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν. ¶ Vul
gata æditio. Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. ¶ Sunt codices
græci qui singulariter habēt ἐν οὐρανῷ/ in cœlo. sūt & qui habēt pluratiue ἐν οὐρα-
νοῖς secundum quos legit vetus interpres: & vtriq; idem prætendunt. Et quod dicitur
omnis paternitas: hic paternitas proprie idem significat ac patria & ab vno patre de-
ducta familia. Ergo omnis cœlestis familia/ & omnis terrena familia ab illo summo æter
noq; patre: paterna familia dicitur. Paulus. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ, ἐν οὐρανοῖς καὶ
ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. ¶ Vulgata ędítio. Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ
virtutem corroborari. ¶ Dicendum potius sexto casu virtute/ id est potestate corrobo-
rari. Paulus. ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. δυνάμει
κραταιωθῆναι. ¶ Vulgata æditio. Sublimitas & profundum. ¶ Potuit dicere vetus i-
terpres/ profunditas: vt in simili dictione dixerat sublimitas. Et ordo mutatus. nam in
Paulo profūditatis: nomē præcedit: & sequitur sublimitas. Paulus. βάθος καὶ ὕψος.
D ¶ Vulgata æditio. Ei autem qui potest omnia facere. ¶ Addit Paulus dictionem ὑπὲρ
10 quam ad potens reuocauimus/ quæ & auget/ designatq; non solum posse/ sed abundan
tius magisq; q̄ posse. nam posse dei immensum & infinitum est/ iintelligibile/ & magis
q̄ posse. quam quidem præpositionem si non vis reuocare in potens: legendū erit ei qui
potens est supra/ siue vltra omnia facere/ & reliqua. Paulus. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ

πάρτα ποιῆσαι. ℂ Vulgata ęditio. Superabundãter q̃ petimus. ℂ Exposcit particula
latina q̃ potius per comparatiuum dicendum superabundantius/ vt seruetur ligu ę pro-
prietas. aut si per positiuum interpretamur/ legendũ est quæ non q̃ vt & habet Paulus.
ὑπὲρ ἐκ περίσσου ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. ℂ Vulgata æditio. Ipsi gloria in ec
clesia & in CHRISTO IHESV. ℂ Quia interpretãdo τῷ δυναμένῳ/ ei q potest/ ex-
primitur relatiuum: ideo hic/ ipsi subiicimus. ne duobus consequentibus relatiuis con
tra morem latinorum vteremur/ cum etiam & Paulus vno solo vtatur. Et quod dicitur
in ecclesia & in Christo Ihesu: coniunctio &/ abũdat. Paulus. αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκ
κλησίᾳ ἐν χριστῷ ἰησοῦ.

CAP. IIII.

NVnc Paulus ad documenta descendit / quibus quisq; parari potest: vt
corpori Christi membrum iseratur / vt templo dei aptetur/ vt tãdẽ i vni-
tatẽ illã transcendat in qua deus inhabitans & transiens/ ministrat om-
nibus sãctis suę ĩfinitæ plenitudinis abyssum/ & vbi deus est õnia & ope
ratur omnia in omnibus. Præparamur autem ad illam futuram beatitu
dinem/ ad illam omnia consumantem vnionem: per modestiam sentien
di/ prudentiæ nostræ non innitentes/ nichil nobis tribuentes / per morũ
mansuetudinem/ per æternorum bonorum quãtacunq; mora sit/ quan
tacunq; interim premant aduersa/ patientem expectationem per mutuam ĩ dilectione
secũdum deum supportationem/ omnem seruando vnitatem vt gradatim seruãdo vni-
tates: ad illam tandem summam & omnia consumantem perueniamus vnitatem. pro
qua saluator rogans patrem dicebat/ loquens primum de discipulis. Non pro eis autem
rogo tantum: sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum ĩ me/ vt omnes vnum
sint/ sicut tu pater in me/ & ego in te. vt & ipsi in nobis vnum sint. Seruanda est vnitas
spiritus in vinculo pacis/ vnitas corporis Christi/ quæ est vna sancta ecclesia catholica/
vnitas spei ęternorum bonorum/ vnitas domini/ vnitas fidei/ vnitas baptismatis. ex his
vnitatibus seruatis: ad eam quæ est consumatio omnium/ solo deo in seipso & in sua ĩfi
11 nibili vnitate illam tribuente/ peruenitur vnitatem. Quapropter Paulus hoc modo ex-
hortatur & docet Ephesios. ℂ Obsecro igitur vos ego victus in domino: vt pro digni-
tate ambuletis vocationis / qua vocati estis/ cum omni humilitate sensus & mansuetu
dine/ cum longanimitate/ vos inuicem supportantes in dilectione/ studẽtes seruare vni-
tatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus/ & vnus spiritus sitis: quemadmodum &
vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus / vna fides / vnum baptisma.
Vnus deus & pater omnium: qui super omnes est/ & per omnes / & in omnibus nobis.
ℂ Nunc in omnibus nobis est deus: qui omnia per filium operatur & consumat in spi-
ritu sancto. occultus autem per essentiam/ quæ in suprema vnione reuelabitur: sed ma-
nifestus per variam gratiarum distributionem/ prout varia sãctum dei templum decẽt
12 officia/ & varia i sacro Christi corpore membra. Quod mysteriorum dei agnitor Paulus
subiungit/ dicens. ℂ Vnicuiq; autem nostrum data est gratia: secundum mẽsuram do-
nationis CHRISTI. quapropter dicit. Ascendens in altum captiuauit captiuitatem: &
dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid hoc est/ nisi quia & descendit pri-
mum in inferiores partes terræ/ qui descendit: ille est qui ascendit super omnes cœlos/
vt impleat omnia. ℂ Mensura donationis Christi: est spiritus sanctus / charismatibus
vnũquemq; implens prout vult/ scit & conducit. Quid est captiuam duxit captiuitatem
siue potius (vt verba Pauli sonant) captiuauit captiuitatem: nisi e captiuitate eduxit
captiuitatẽ/ cui dona largitur sui spiritus / quod indies nobiscum misericordia Christi
peragit: cum fidem eius suscipimus/ e captiuitate nos educit/ & e sinistra in dexterã nos
secũ ducit/ suo corpori inserit/ dona spiritus sancti largitur/ & nos facit dei tẽplũ. Neq;
credas (etsi adhuc sumus super terram/ siue apud inferos purgationum/ explaremur)
Christum nobis abesse. nam ille qui descendit ad inferos in inferiores partes terræ: su-
per omnes cœlos erat. & qui ascendit super omnes cœlos: inferorum præsentiam non
deseruit/ etsi inferi tenebris suis obsiti/ præsentiam nunc vt tunc/ non intelligant. iplet
enim omnia Christus. mundus per ipsum factus est: & in mundo erat anteq̃ etiam vení
ret in mũdum. immobiliter enim venit in mundum: vbi iam erat/ cum cœpit apparere
hominibus. & in sua immobilitate/ immobiliter nos transfert in dexteram suam: & nos
ducit ad alta / etsi nondum huius secreti mysterij circa nos habemus intelligentiam.
quod rapti in spiritu vident/ non amplius carnis sensibus/ qui ad spiritualia cæci sunt et
inepti/ videntes: sed sensu spiritus qui ad ea validissimus est/ & videt ea quæ sensu car-
nis videntur depressa/ in spiritu exaltata/ nõ suo sed dei spiritu. quæ deorsum/ sursũ esse:
quæ in terris inter feras & muta animalia iacere/ in spiritu iam in cœlis versari/ & ha-

bere angelorum consortia.qui si in peccato ruunt / quia adhuc ruere possunt : si raptus
in spiritu videre posses/ e consortio cœlestium ruinam aliquam perciperes / non secus
q̄ si stella e cœlo rueret. Ergo corporaliter / quod ex nobis est: conuersatio nostra
in terris est. sed spiritualiter/ quod ex deo est: conuersatio nostra in cœlis est. &
in infinitum verius in cœlis & super cœlos versamur & simus si deo placet / & in
immobilitate sua nos transfert/ q̄ simus in terris:quanto verius est esse in spiritu / q̄ esse
in carne. Non est ergo parua ruina quam peccatum inducit:quandoquidem in sta-
tu spirituali aut ex cœlo/aut ex supra cœlum/ deturbat ad ima. Sed hęc omittẽtes quæ
dũ viuimus raptum & apocalypsin requirunt : ad gratias donationis Christi reuerta
13 mur.quarum aliquas hic enumerat Paulus:latius autem prius ad Corinthios/atq; ait.
¶ Et ipse dedit quosdam quidem apostolos/quosdam autem prophetas/ hos vero euã-
gelistas/illos porro pastores & doctores ad consumationem sanctorũ/ in opus ministe-
rij ad ędificationem corporis CHRISTI.donec cõcurramus omnes in vnitate fidei &
cognitionis filij dei/in virum perfectum / in mensura ætatis plenitudinis CHRISTI:
vt non amplius simus paruuli fluctuantes/& qui circunferamur omni vẽto doctrinę in
turbatione hominũ/in astutia ad insidias erroris.veritatem autẽ sectantes:in dilectio-
ne augeamus omnia in eo qui caput est CHRISTVS. ex quo omne corpus coalescit
et conspirat per omnem iuncturam subministrationis:secũdum functionem in mensura
vniuscuiusq; partis augmentũ faciẽs/ad ædificationem sui ipsius in dilectione.¶ Mira-
bilis et diligibilis corporis Christi(vt sic dicam)ædificatrix et architectrix charitas/ nõ
nostra sed dei/ nõ reflexa sed directa:sed quæ sola radios charitatis reflectentia in ædi-
ficia corporis Christi admittit.quę non cessabit ex donis spiritus sancti homines ędifi-
care:donec corpus illud absolutum sit et perfectũ. Quãdiu enim corpus nostrũ dum vi-
tã sensibilem viuimus adolescit et sumit incrementũ:nondum viri perfecti nomen su-
minus.sic dum corpus spirituale Christi sumit incrementum:adhuc ędificatur/ nondũ
perfectũ est/ nõdum viri perfecti nomẽ sortitur/et mensuram ętatis plenitudinis Chri-
sti habens. sed tũc habebit mẽsuram plenam ętatis Christi:cũ nichil amplius addetur/
sed totum ędificatum erit diuinum ędificiũ.quod nõ erit ante sæculi finem:qui claude
tur sęculo sęculorũ.Qua de causa non debemus amplius esse puuli / qui fluctuemus et
circũferamur omni vento doctrinę hominũ:nauigationẽ nostram ad deum/in hoc pe-
lago mundi/turbante astutia sathanę/qui has nobis insidias ponit erroris. sed debem9
veram doctrinam sectari/quę dei est nõ hominũ/quę spiritus sancti est non spiritus er-
roris.debemus inquam eã sectari in dilectione:quæ charitatis architectę similitudo ẽ.
et indies corpus illud augere:cuius Christus caput est. ex quo quidem vniuersum cor-
pus suam sumit harmoniam/ nexum/ et conspirationem per omnem mensuram vario-
rum membrorum ad varias functiones:quousq; quodq; membrũ/suum sumpserit ĩcre-
mentũ/suãq; mensurã/ quæ ad ædificationẽ ĩ dilectione/ ad illud pertinet ædificiũ.pars
et mẽbrũ vnũ apostoli/pars prophetæ/pars euangelistę/ pars pastores/ pars doctores/
pars martyres/cõfessores/virgines/cęlibes/viduæ:et in vnaquaq;(quę mẽbri differẽtiã
facit)sorte vitę/sancti. Et in his omnibus/si in aliquibus iam impletus non est:numerũ
impleri oportet/qui deo cognitus ẽ.et fœlix : qui ex numero alicuius membri ædificij/
nõ excluderur reprobus.Nam ædificiũ illud cũ consumatũ fuerit:in honore manebit ĩ
æternum.et ædificatur indies ex ijs:qui non secundum suum sensum ambulant/sed secũ
14 dum spiritum. Et ideo ad huius summæ pulchritudinis ædificij complementũ:suspirãs
Paulus/subiungit dicens.¶ Hoc igitur dico & testor in domino:non amplius vobis es-
se ambulandum/ quemadmodum & cæteræ gentes ambulant in vanitate mentis suæ/
obtenebratæ intelligentia.vt quæ sunt alienæ factę a vita dei propter ignorantiã quæ
est in eis:ob obstinationem cordis earũ.Quæ nil pertese:seipsas tradiderũt impudici-
tiæ/ĩ operatione omnis immundiciæ in abundantia. vos autem non hoc pacto didici-
stis CHRISTVM. Eum vtiq; audistis/& in eo edocti estis vt est veritas in IHESV:
vobis deponendum esse prioris conuersationis veterem hominem/qui corrumpitur se-
cundum concupiscentiarum illecebras/vt et renouemini spiritu mentis vestrę/& indu-
amini nouum hominem qui secundũ deum creatus est in iustitia & sanctitatis veritate.
¶ Cum dicit/dico & testor in domino non amplius vobis esse ambulandũ/quẽadmodũ
& cæteræ gentes ambulant:sancta & vehemens est assertio. quæ non solum Ephesios:
sed et õnes vehemẽter mouere debet qui audiunt. Omnis ergo vanitas mentis q̄ est in
concupiscentia rerum carnaliũ et transitoriarum /procul a nobis esse debet. Mente & i-
telligentia illuminati esse debem9:vt qui diuina vita viuamus/ea vita propter Christi fi
dem & veram dei cognitionem toto corde firmati in bono, quandoquidem gentes quæ

deum nesciunt: ob obstinationem cordis earum / quæ est induratio in malo/ dei igno-
rantiam incurrunt. & nos vere alacres animo facti: debemus nosipsos castitati tradere
in operatione omnis sanctitatis/ in abundantia. sic enim incedentes opposito scilicet
tramite q̃ gentes incedant: didicimus Christum. via enim Christi: lucida est & superno
lumine radiata. gentiũ autem: tenebricosa. Sed mirũ: tantum est lumen Christi vt etiã
luceat in tenebris/ etsi tenebræ non capiunt. Qui enĩ noua vita viuunt: prioris vitæ ve-
terem hominem deponunt/ qui corrumpitur in illecebris concupiscentiarum carnis. &
renouantur spiritu mentis/ induentes nouum hominem: qui secundum deum creatus ẽ
15 in iustitia/ et sanctitatis veritate. Sed veritati nichil vsq̧ adeo cõtrariũ est q̃ falsitas. Et
perceptionem veritatis prohibet ira. Ideo subiungẽs/ vetat illa Paulus: atq̧ ait. ¶ Pro-
pter quod deponẽtes falsitatem: loquimini veritatem vnusquisq̧ cũ proximo suo/ quia
sumus inuicem membra. Irascimini: & nolite peccare. Sol non occidat super iracun-
diam vestram. ¶ Si tantopere veritatem verborum commendat: tanto magis factorũ
veritatem intendit commendare. Si dicis / non esse fornicandum / non esse furandum/
nõ esse alijs iniurias irrogandum: verum dicis/ et est veritas verborum. At si fornicaris
& furaris/ si alijs iniuriam affers/ falsitas hæc est factorum. quam omnino falsitatem/ cũ
verborum tũ factorum: iubet apostolus esse deponendam / vt nos õni ex parte veraces
simus. Sed qui nõ est verax in verbis: tanto minus est in factis. ideo illam expressit: si-
ne qua altera esse potest. Et in omnibus his cõtemplari debemus Christum: quia tã nos
q̃ proximi/ membra corporis Christi sumus/ quod nulla decet falsitas/ sed omni ex par-
te veritas. Et quod subiũgit. Irascimini & nolite peccare. sol non occidat super iracun
diam vestram: partim permittit / partim præcipit/ parti vtitur parabola. irascimini/ per-
mittit. nolite peccare/ præcipit. sol non occidat super iracundiam vestram: parabola est.
inoxie nõnunq̃ irascimur: vt cum videmus cæcitatem & malitiã hominũ: quod & de
domino dicitur. & circũspiciens (ait Marcus) eos cũ ira: contristatus super cæcitate cor
dis eorum/ dicit homini/ extende manum tuam. & talis ira permittitur: immo etiam ni
chil prohibet si præcipitur. Nunq̃ tamen peccandũ est. Ratio: oculus est. veritas: sol & lu
men eius. ira quæ mala est & peccatum inducit: opaca nubes veritatem percipi impe-
diens/ & rationem (vt nox nigra) offuscans. hæc ira cum adest: sol occidit super irã. nã
veritas/ oculo mentis nõ amplius illucet: sed ei occidit/ tenebris falsitatis menti relictis.
Sed non satis est abstinere ab illa quæ inducit solis occasum: sed et ab õnibus quæ viæ
sunt diaboli. Christus in die habitat: & viæ Christi lucidæ. diẽ facit veritatis perceptio.
viæ diei omnes primo loco: quæ a spiritu sancto sunt ĩfusæ. secundo: quæ nostra diligẽ-
tia sunt partæ. Diabolus noctem habitat: & viæ eius tenebrosæ. nox: est falsitas/ quã fa-
cit ignorantia & veritatis occultatio. Viæ noctis: sunt vniuersa vicia. primo loco: quæ
serpens antiquus afflat/ & illa vt plurimum bestialia & tragica. secundo loco: vicia quæ
ex propria infirmitate fragilitas contrahit humana / malens ĩfirmitati carnis acquie-
scere q̃ rationi parere. Et vt Christus animarum pastor/ per lucidas ingreditur vias/ ma
xime quæ desuper illuminatæ sunt: ita ex opposito diabolus animarum prædo/ per no
cturnas & tenebrosas vias/ & maxime quas stygio afflauit halitu ingreditur. Quapro-
16 pter omnes huiusmodi tenebrarũ vias: nobis prohibet apostolus / tã in opere q̃ ĩ ver-
bo & mente/ dicens. ¶ Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur: nõ amplius furetur/
sed potius laboret/ operans manibus suis bonum/ vt habeat quod contribuere possit ĩ-
digentiã patienti. Omnis sermo marcidus ex ore vestro non prodeat: sed si quis bonus
est ad ædificationis vtilitatem/ vt det gratiam audientibus. & nolite contristare spiritũ
sanctum dei: in quo signati estis/ in die redemptionis. Omnis amaritudo/ & furor/ & ira/
& clamor/ & blasphemia tollatur a vobis: cum omni vicio. Estote autem inuicem dul-
ces/ misericordes/ condonantes vobis inuicem: quemadmodũ & deus in CHRISTO
condonauit vobis. ¶ Ex his/ vias quibus locus diabolo datur/ facto/ verbo/ mẽte ĩtelli-
gere possumus: vt eas fugiamus. sed quas in tenebris fugere non possimus: nisi illa-
to lumine. lumen autem sunt viæ Christi opere/ verbo/ & mente. quæ non impẽdio ex
ijs quæ & hic & alijs in locis q̃plurimis affert Paulus: intelligere possumus/ vt eas am-
plectamur/ auxiliante domino nostro Ihesu Christo lucidæ regionis habitatore & rege
æterno. Cui sit honor & gloria sine termino. Amen.

¶ EXAMINATIO nõnullorũ circa literã. ¶ Vulgata æditio. Cum omni humilitate &
mansuetudine. ¶ Potius dicendum cum omni humilitate sensus/ & mansuetudine. nõ
sensus quidem exterioris/ sed interioris/ rationis & prudentiæ. Paulus. μετὰ πάσης
ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος. ¶ Vulgata æditio. Soliciti seruare vnitatem
spiritus. ¶ Potius studentes seruare vnitatem spiritus. Paulus. σπουδάζοντες τη-

B ρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος. ¶Vulgata æditio. Vnũ corpus & vnus spũs
11 sicut vocati estis/ i vna spe vocationis vestræ. ¶Clarior ĩtelligẽtia ẽ si cõtinuo post vnũ
corpus & vnus spũs verbũ sitis a Paulo suppressũ: exprimatur. q̃d & dilucidioris intelli
gentiæ gr̃a fecimꝰ. Paulus. ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν
μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. ¶Vulgata æditio. Qui super õnes/ & per oĩa/
& ĩ omnibꝰ nobis. ¶Cum vetus interpres masculine dixisset super omnes: poterat idẽ
vocabulũ æque per masculinũ cõsequenter transferre/ & dicere per õnes/ ne absq̃ ratio-
ne variate videretur eiusdẽ dictionis vsum. aut expressisse primã particulã per neutrũ
qui super oĩa est & per omnia. nã sermo Pauli indifferẽs. nisi malis vbiq̃ per masculi-
nũ interpretari: quia õnibus in vltimo loco masculinũ est/ q̃d insinuat particula addita
nobis. Paulꝰ. ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν. ¶Vulgata
C ęditio. Captiuã duxit captiuitatẽ. ¶Vno verbo dici potuit captiuauit vt dixisset capti-
13 uauit captiuitatẽ/ & sic etiã psalmo 67 æditio septuagita interpretũ habet ex qua citat
Paulꝰ testimoniũ. nõ eni tẽpestate eius alia sacrarũ literarũ apud gẽtes erat ęditio. sed
captiuare captiuitatẽ est e captiuitate liberare captiuitatẽ. quæ eni liberata: nõ ãplius
captiua est. Paulus. ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. ¶Vulgata æditio. Vt adim-
pleret omnia. ¶Cõpositionẽ nõ habet Paulus/ & sufficiebat dici impleret. adĩplere enĩ
absoluere & perficere significat/ simplex autem implere nõ id necessario/ sed etiam ple-
nitudinem dicit/ quæ præsentiæ & potentiæ excludit absentiam. Paulus. ἵνα πληρώ
σῃ τὰ πάντα. ¶Vulgata æditio. In næquitia hominum. ¶Potius in turbatione ho
minum. Paulus. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Vocabulum enim κυβεία prima
syllaba per ypsilon/ & secunda diphthõgo: potius confusionem & turbationem dicit
ἀπὸ τοῦ κυβεῖν quod miscere/ confundere/ & turbare significat/ q̃ malitiam quæ di-
citur κακία prima syllaba/ per alpha/ & secunda per iota. Non negauerim tamen: eam
confusionem & turbationem hominũ/ ex nequitia procedere. vt vndarum crispatio/ tu-
multuatio/ & turbatio: a flatuum oritur origine. ¶Vulgata æditio. Crescamus in illo
per omnia. ¶Dicere potuit vetus interpres: augeamus in illo omnia. Siue eni marty-
res vnũ membrũ faciũt/ virgines aliud mẽbrũ/ cõfessores aliud mẽbrũ/ & viduæ ac con
tinẽtes aliud mẽbrũ: eorũ numerꝰ augeri debet vsq̃ ad diẽ nouissimũ/ vt perfectio cor-
poris Christi ĩpleatur. Siue prudẽtes & sapiẽtes in spũali legis intelligẽtia: oculi sũt. ex-
ploratores secretis examiationibꝰ vt deuia quæq̃ corrigãt: aures. dẽtes: discreti. labia:
doctores & prędicatores. collũ: firmi & cõstãtes. humeri: onera valide pro Christo por
tantes. brachia: fortes fidei bellatores. manus: actiui & misericordes. tibiæ: ecclesiã spõ-
sam sustinẽtes. pedes: plebs sãcta currẽs secũdũ pręcepta euãgelij pacis. omnia augere
debemus in Christo: ad salutẽ omniũ. Et si exteriora pulchra sunt: tãto pulchriora esse
debẽt interiora. Sicut canitur in cãtico. Oculi tui: colũbarũ/ absq̃ eo q̃d intrĩsecus latet.
dẽtes tui: sicut greges tonsarũ/ quę ascẽderũt de lauacro. labia tua: sicut vitta coccinea/
& eloquiũ tuũ dulce. Et reliqua quę dicũtur de mẽbris spõsæ: quæ sunt mẽbra corporis
Christi. Paulꝰ. αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. ¶Vulgata æditio. In mẽsurã vni-
uscuiusq̃ mẽbri. ¶Ex Paulo dicendũ: vniuscuiusq̃ partis. Paulꝰ. ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκά-
D στου μέρους. ¶Vulgata æditio. Hoc igit̃ dico & testificor ĩ dño vt iã nõ ãbuletis sicut
14 & gẽtes ãbulant. ¶Rectius per ĩfinitiuũ vt in Paulo & accõmodatius latinæ locutioni
si resoluatur per nõ esse ãbulãdũ. Et dicẽdũ: cęteræ aut reliquæ gẽtes. Paulꝰ. τοῦτο οὖν
λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν καθὼς καὶ τὰ
λοιπὰ ἔθνη. ¶Vulgata ęditio. In vanitate sẽsus sui. ¶Malui supra dicere: nõ ãplius.
& hic mẽtis suę. quia sic videmur meliꝰ diuiniloqui Pauli sẽtẽtiã assequi. Paulꝰ. ἐν μα
ταιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν. ¶Vulgata æditio. Per ignorãtiã q̃ est ĩ illis. ¶Dicendũ:
propter ignorãtiã. Paulus. διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς. ¶Vulgata ędi
tio. Propter cæcitatẽ cordis ipsorũ. ¶Vocabulũ quo hic vtitur Paulus/ significat perti-
naciã/ obstinationẽ/ cæcitatẽ. Et si relatiuorũ ipsorũ prorprie referendũ est ad gẽtes/ di-
cẽdũ fuerat ipsarũ. Cum enim dei benignitas apostolos misit ad omnes illuminãdos:
arbitror eos solos cæcos mansisse/ qui obstinati & pertinaces fuere. ita obstinatio: cæci-
tatis illius & ignorãtiæ causa. Vnde fit vt vtrũq̃ bene dicatur propter cæcitatẽ cordis
ipsarũ & propter obstinationẽ cordis ipsarũ/ sed obstinationẽ videtur sonare nescio q̃d
(vt sic dixeri) causantius. Paulus. διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν. ¶Vul
gata æditio. Qui desperantes/ semetipsos tradiderũt impudicitiæ. ¶Relatiuũ/ semper
retulimꝰ ad gẽtes: vt sermõis latinorũ/ formã magis obseruet. Et q̃d vetꝰ iterpres dicit
desperãtes: placet Hieronymo potiꝰ dici indolẽtes. nã Paulꝰ sic habet οἵτινες ἀπηλ
γηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ. Siquidem ἀλγέω doleo significat.

vnde addita abdicatiua particula compositum videtur ἀπηλγηκότες pro quo dixi-
mus nichil pertesæ: eundem sensum prætendentes, neq enim ab ἐλπίζω compositio-
nē habere posse videtur. ¶Vulgata æditio. In operationem immunditię omnis/ in aua-
ritiā. ¶Cur hic non dicamus in abundātiā/ in excessū/ cum auaritia id sonare videatur
apud latinos quod philargyria / id est argenti pecuniæq cupiditas / & quæ speciale
viciū est/ vt fœbris/ vt hydropisis specialis morbus/ hic autem generale vocabulum po
natur/ plusq̄ oportet habere designans/ quod nichil aliud q̄ abundantia superflua/ ex-
cessus/ & (vt sic dicam) insatiabilis quædam cupiditas est. q̄to enim quicq̄ magis disce
dit a fine: tanto minus satiari potest. nam quodq in suo fine quiescit. īmundum enim
omne: q̄ remotissime a fine abest. ¶Vulgata æditio. Si tamen illum audistis: & in eo
edocti estis. ¶Hanc particulam (vt de quibusdam superioribus dictum est) maluimus
exponere asserendo/ q̄ sub conditione dubitando, nam hic & illic eadem est in Paulo
particula. Paulus. εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε. ¶Vulgata
E æditio. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem. ¶Po-
14 tius per infinitiuū aut gerundiuum loquendum est: adiūgiturq ad id audistis & edo-
cti estis. Paulus. ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν πα-
λαιὸν ἄνθρωπον. ¶Vulgata æditio. Secundum desyderia erroris. ¶Iuxta Rhoma-
næ linguæ consuetudinem: hic sermo videtur hypallagen continere/ & perinde esse ac
si diceremus secūdum desyderiorum errorem. hac de re iuxta hanc intelligentiam cō-
uertimus secundum concupiscentiarum illecebras. plerūq enim rectus in vna lingua
sermo videtur: qui in alia videtur permutatus. Quapropter & plerūq cum sermo ad li-
teram conuersus/ videtur continere hypallagen: nos ad rectitudinem/ seruata eloquij
sententia transferimus. Non q̄ forma loquendi Pauli nō sit perfectior. vt eni scriptura
hebraica perfectior est nostra (illa enim a dextra / naturæ motum imitata procedit in
sinistram. nostra vero quodam modo contra naturam/ a sinistra vergit in dextram) ita
forma hebraica/ & forma locutionis Pauli: perfectior est nostra. Nam nostra in multis
conuersa est. & proinde cum nostram respicimus: hypallagen iudicam9. & cum ad no-
stram loquendi formam reducimus: clarior nobis est & familiarior/ & dexteram locu-
tionem cōmutamus in sinistram. Et reuera dexter est sermo Pauli: quo in hoc capite ter
vtitur. Primo secundum concupiscentias illecebrarum. Secundo in iustitia & sanctita-
te veritatis. Tertio ad ædificationem vtilitatis. quæ quasi permutata essent: conuerso
sermone & aptiori apud nos locutione vertimus secundum concupiscentiarum illece-
bras. in iustitia/ & sanctitatis veritate. ad ædificationis vtilitatem. & hic noster sermo
sinister est. Proinde sermo Pauli: melior & sapientior. sermo autem noster: inferior/ sed
quo ad nos notior & vsitatior. & hij sermones ijdē sunt/ nichil prorsus i sentētia sed in
sola loquendi forma differentes. & nostra loquendi forma/ id est latina: secundum na-
turam hypallage est & figuram continet. forma autem Pauli: recta est/ & absq figura:
tametsi oppositum iudicamus. Et hæc pro dignitate sermonis eloquiorum supra cæte-
ros loquendi modos: etsi aliter iudicēt linguarum censores. Verum de his satis ne hæc
pauca pro occasione de proprietate linguarum/ magnam & inextricabilem agginant
linguarum pugnā. Paulus. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. ¶Vulgata ædi-
tio. Et sanctitate veritatis. ¶Sic & Paulus habet. Sed latino vsui videtur committere
hypallagen. Quare ea ratione quæ proxime supra dicta est: sermonem conuertimus ac
diximus/ & sanctitatis veritate. Paulus. καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. ¶Vulgata ædi
G tio. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. ¶Vocabulum quo hic vtitur Pau
16 lus: potius marcidum q̄ malum significare videtur. Et marcidum sermonem intelligi-
mus: qui nullum fructum/ nullam ædificationem vlli est allaturus. res enim marcida:
flacca/ & infructuosa est. Paulus. πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ
ἐκπορευέσθαι. ¶Vulgata æditio. Sed si quis bonus ad ædificationem fidei. ¶Di-
cendum ad ædificationem vtilitatis/ vel ad ædificationis vtilitatem: ne vt iam dictum
est videatur hypallage. Paul9. ἀλλ' εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας.
¶Vulgata æditio. Omnis amaritudo/ & ira/ & indignatio. ¶Potius omnis amaritu-
do/ & furor/ & ira. Paulus. πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργή. ¶Vulgata ædi-
tio. Estote autem inuicem benigni. ¶Mauult hic sacer Hieronymus/ potius esse dicen-
dum estote autem inuicem suaues: vt id ex opposito videatur apertius respicere id q̄d
dictum est amaritudo. Hac quoq de causa dixim9 dulces. quæ enim magis aperte op-
ponuntur: q̄ dulcedo & amaritudo/ dulce & amarum? Paulus. γίνεσθε δὲ εἰς ἀλ-
λήλους χρηστοί. Sic enim χρηστὸς: dulcis interpretatur Psalmo 24. Vbi sic sacer
psalmorum interpres ait. Dulcis & rectus dominus. χρηστὸς καὶ εὐθὺς κύριος.

CAP. V.

17 AMplius vias Christi lucidas/ & eis oppositas tenebrosas/ prosequitur cũ
Ephesijs/ tũ nobis aperire Paulus/ dicens. ¶ Estote igitur imitatores dei:
tanq̃ filij dilecti. Et ãbulate in dilectione: vt & CHRISTVS dilexit nos/
& obtulit seipsum pro nobis oblationem & hostiam deo/ in suauitatem
odoris. Fornicatio autẽ & omnis ĩmundicia/ aut auaritia/ ne quidem no-
minetur in vobis/ quemadmodũ decet sanctis/ aut turpitudo/ aut stultilo
quium/ aut facetiæ quæ nequaq̃ res sunt decentes : sed potius gratiosus
sermo. ¶ Totum bonum nostrum est ĩ imitatione Christi. vita enim eius:
exemplar nostrum est. dilectio eius: forma & idea dilectionis nostrę. vt propter eũ qui nos
dilexit: sic inuicẽ diligamus vt mori malimus q̃ offendere proximum/ q̃ offendere Christi
membrũ/ in quo Christus formatus est/ et qđ spiritu Christi viuit. Vbi hæc Christi imita-
tio/ vbi hæc dilectio aderit (est enim totus Christus amor/ totaq; dilectio) non solũ non
erit fornicatio/ ĩmundicia quæuis/ auaritia/ turpitudo/ stultiloquiũ/ facetiæ oblectamenta
mundi quærentes: sed ne hæc quidẽ nominabuntur/ vt par est sanctis & sanctorum decet
18 colloquia. Verum omnis sermo gratia cõditus erit/ & emulus Christi sermonis/ vtpote qui
a gratia eius profluet. Sed q̃ miseri erunt qui dilectione illa dilectionis Christi emula carẽ
tes/ in illa mala incidẽt: quæ & a quibus deterrens aperit apostolus/ dicẽs. ¶ Hoc eni co-
gnoscite: ꝙ omnis fornicator/ aut ĩmũdus/ aut auarus qui est idololatra/ id ẽ idolorũ ser-
uus/ non habet hæreditatẽ in regno CHRISTI & dei. ¶ Regnũ dei est omne bonũ. Qui
nõ hæreditat regnũ dei: priuatur omni bono. & nõ solũ priuatur: sed vt ignauus/ in omne
detruditur malũ/ in omne suppliciũ/ a quo nõ est ereptio. Neq; audiẽdi sunt impij: qui deũ
dicunt has humanas res/ quas animæ tantisper dũ corpore alligatæ sunt/ per corpora ge-
runt/ parum curare/ exutis autẽ ignoscere/ & facile veniam dare. Sed quo modo nõ curat/
19 aut parum curat: si tam grauia flagella in eos mittit/ pestes/ sterilitates/ & id genꝰ/ tanq̃ in-
digni sint prouidentia sua/ Nequaq̃ ita sentiendũ. Quapropter subnectit apostolus. ¶ Ne-
mo vos seducat vanis sermonibus. Nam propter hæc: venit ira dei in filios diffidentiæ.
nolite igitur comparticipes eorum fieri. Eratis enim aliquando tenebræ: at nunc lux in do
mino. tanq̃ filij lucis ambulate. Nam fructus spiritus: est in omni bonitate/ & iustitia/ et ve-
ritate. Probate quid beneplacitũ est deo: & nolite cõmunicare operibus infructuosis tene-
brarum. at potius autem redarguite. ¶ Filij diffuadentiæ sunt: qui sibi vias dei non sua-
dent/ sed diffuadent potius/ & discredunt/ & oppositas vias iudicant bonas atq; sequẽdas.
& hi tenebræ sunt/ & in vijs tenebrarum ambulant. non tenebræ sensibiles: sed tenebræ
spiritus. quibus cum additæ sunt sensibilis noctis tenebræ: in tenebris spiritus & ĩ tenebris
mundi existentes/ audent quæ horrendũ est/ & dicere/ & cogitare. quorum opera non sunt
imitanda: sed illustratione spiritus redarguenda/ & eliminanda. sunt enim opera tenebra-
rum/ & opera sine fructu/ in omni næquitia/ iniustitia/ & falsitate. Sicut ex opposito opera
spiritus: sunt opera lucis & cum fructu/ in omni bonitate/ iustitia/ & veritate. illi: filij tene-
brarum. hi: filij lucis. hi: vt qui in luce & die sunt/ stant/ vigilant/ viuunt/ & lucem aspiciũt.
illi: iacent/ dormiunt/ vitæ lucisq; extorres. Sed cum tam nefaria agant cum tenebræ sint/
cum strati sint/ cum dormiant ĩmo cum mortui sint: quanta dei pietas/ quanta clementia/
spiritus sanctus per se/ eos excitat/ & clamat/ Surge qui dormis/ & resurge ex mortuis: & il
luminabit te Christus. volens vnũquemq; ad veram vitam/ & veram lucem respirare: qui
20 Christus Ihesus est super omnia misericors & benignus. Et hãc ineffabilem circa nos etiã
mortuos dei pietatem/ miserationum dei reserator Paulus aperit nobis/ dicẽs. ¶ Quæ enĩ
in occulto fiunt ab ipsis: verecundũ est & dicere. Omnia autẽ quæ redarguũtur: a luce ma-
nifestantur. nam omne quod manifestatur: lux est. Quapropter dicit. Surge qui dormis/ &
resurge ex mortuis: & illuminabit te CHRISTVS. ¶ Q̃diu nox est: & mundus/ & aer te-
nebrosus est/ & non manifestatur. quod autem eum manifestat: lumen est/ quod confutat/
discutit & expellit tenebras. q̃primum autem lumen oritur: mundus & aer manifestatur/
& lumen est/ luminisq; particeps. quo modo enĩ manifestaretur: in se lumen non habens/
quo modo autem lumen in se haberet: non discussis tenebris/ Hunc in modũ qui in nocte
sunt spũali: nõ manifestãtur nisi a lumine/ & lumine quidẽ spirituali. At q̃tũcunq; in nocte
profunda sint/ si Christi lumen eis oritur: continuo manifestantur redargutis/ confutatis/
discussisq; eorum tenebris/ & continuo lumen sunt luminisq; spiritualis participes. & hæc
est iustificatio impij: quæ repente fit a lumine Christi/ non ab operibus. Cur ergo omnes/
quod in nobis est spiritu sancto excitante/ adiuuante/ & viuificante : non exurgimus ad
illius diuini luminis ortum in nobis venerabunde suscipiendum/ quod nos iustificat:

quod nos de cõfuſione tenebrarũ tranſfert in regnũ lucis/Lumen hoc eſt/ quo de⁹ nos co
gnoſcit:quo non orto/deo ſumus ignoti.Q uid enim magis poteſt eſſe ignotũ/quid magis
immanifeſtum: q̃ quod deo (quẽ nichil latet/neq; latere poteſt) ignotũ & ĩmanifeſtũ eſt/
Quapropter magna diligẽtia/ magnaq; cautela viuẽdum eſt/cauẽdo videlicet omnia quæ
ſunt tenebrarũ:ne abcedẽte diuino illo lumine/deo rurſũ ignoti & ĩmanifeſti ſimus.& ac-
curate inſiſtẽdo ſpũs ſancti operibus/quę ſunt in priuato/pſalmi/ hymni/cãtica ſpiritua-
lia/gratiarũ actiones ad deũ pro omnibus tam proprijs q̃ aliorũ bonis.In cõmuni autem
21 ac publico:mutua dilectio/ſubiectio/ſubuentio/& opera vitæ coram hominibus lucentia/
vt glorificent omniũ patrẽ qui in cœlis eſt.Qua de cauſa ſubiungit Paulus/dicẽs. ¶ Vide-
te quo modo accurate ambuletis:nõ vt inſipiẽtes/ſed vt ſapientes. Emite tẽpus:quoniam
dies mali ſunt.Quapropter nolite fieri ĩprudẽtes:ſed intelligẽtes quę volũtas ſit dei.Et no
lite inebriari vino in quo eſt inſalubritas:ſed replemini in ſpũ/loquẽtes vobiſipſis in pſal-
mis/& hymnis/& canticis ſpũalibus/cantãtes & pſallentes in cordib⁹ veſtris dño. gratias
agẽtes ſemper pro õnibus:in nomine dñi noſtri IHESV CHRISTI deo & patri. Subdi-
ti inuicẽ in timore CHRISTI. ¶ Cũ caritas eſt/pœnuriaq; rerũ:tunc vigilãtius incũbunt
homines/vt quicquid poſſint/ ſibi cõparent annonę.identidẽ cũ tẽpora mala ſunt/cũ pau-
ci ſint boni qui aliquid boni peragãt in tẽpore/ſed plurimi mala:ſuadet apoſtolus vt quã-
tũcunq; tẽporis poſſumus (vt in caritate annonæ) nobis emamus/in õnibus horis bona
operantes.Quid enĩ aliud eſt emite vobis tẽpus quia dies mali ſunt:q̃ emite vobis victũ/
quia dies cari ſunt/Cũ enĩ ſemen iactũ in terrã perit:cariſtiã facit. identidẽ tẽpus cũ perit:
facit dierũ malitiã.At cũ homines operãtur malũ:nõne tẽpus illud eis perit/neq; illud ac-
quirũt/Soli igitur boni:tẽpus acquirũt/& ipſum eis nõ perit.vt enĩ caritas annonæ/ agro
rũ ſterilitas eſt:ita malitia dierũ/tẽporis eſt ſterilitas.Sed quibuſnã boni acquirũt ſibi tẽ-
pus/Bonis profecto operib⁹/ex diuinæ gratiæ fœcũditate manãtibus.quib⁹ ſi omnes ho-
mines intẽderent:nõ ſecus ea omnẽ tẽporis ſterilitatẽ auferrent/ q̃ ros & cœleſtis hymber
annonæ caritatẽ. Soli igitur boni/diuites ſunt tẽporis:mali vero inopes/vt qui nichil ſi-
bi emant tẽporis/ſed nec habeãt vnde emere poſſint.precioſa nimirũ res/tẽpus eſt:quę ſo-
la virtute/cœleſti fœcũda rore/boniſq; emitur operib⁹.O vtinã ſtuderemus oẽs magis eſſe
mercatores tẽporũ q̃ diuitiarũ:tametſi nichil etiã ęſtimem tẽpore precioſius/neq; aliquem
in hoc mundo ditiorẽ eſſe q̃ qui diues eſt tẽpore.nam qui diues erit in hoc mũdo tẽpore:
diues erit ĩ altero æternitate.qui lucratur & emit tẽpus:nõ fit imprudẽs/ſed intelligẽs quę
ſit voluntas dei bona.nõ vino quærit impleri/in cuius ĩpletione eſt inſalubritas:ſed quęrit
ſpũ ſancto impleri/in cuius ĩpletione eſt õnis corporis mẽtiſq; perfecta ſanitas.pſallit/hym
nizat/ſpũaliter canit/pro omnibus gratias agit/ſuperior inferioribus ad eorũ inſtitutionẽ
ſe ſubijcit/& humiliat/& inferior ſuperioribus.Nũc autem ſpecialiora digerit officia/vxo-
rum ad viros & virorũ ad vxores. inter quos vinculũ amoris eſſe debet:quod inter Chri-
ſtum & eccleſiã.In paradiſo enĩ Adam Chriſtũ repræſẽtabat: Eua eccleſiã. formatio Euæ
ex oſſibus & carne Adæ: formationem eccleſiæ ex carne & oſſibus Chriſti. & deſponſatio
Adæ & Euæ:deſponſationem Chriſti & eccleſiæ/propter quam factũ eſt ſæculum. Et ideo
inter virum & vxorem deſponſationis ſacramentũ tantum eſt in exemplari/ id eſt in Chri
ſto & eccleſia:vt vir patrem & matrem deſerat & adhæreat vxori.& cõtra: vxor patrem &
matrem/& adhæreat viro.tam ſublime/ & tam altũ voluit nobis deus declarari Chriſti &
eccleſiæ vinculum:vt arctius ſit q̃ inter patrẽ & matrem/ & quodcũq; genus affinitatũ.Et
nos qui carnales ſumus/q̃q̃ ſacra circa nos geri nõ videmus myſteria:nichilominus tamẽ
circa nos magnã geruntur ſacramẽta. & ſponſus omnis: Chriſti veri & æterni ſpõſi eſt ſi-
gnaculũ.& ſponſa omnis:eccleſiæ/ſpõſæ imaculatæ ſignaculũ. Videat igitur vir quiſq;:ne
ſuam maculet imitationẽ.& vxor quæq;:ne ĩpure & indigne repræſentet eccleſiã. Videat
etiam vt qui cũ ſponſa/adhæret Chriſto vt ſponſo:lõge magis illi pluſq̃ patri & matri hæ-
reat.ipſe enĩ eſt veritas.cuius gratia dictũ eſt:propterea relinquet homo patrẽ ſuũ & ma-
trem/& adhærebit vxori ſuæ/magnũ & ineffabilem amorẽ/quẽ Chriſtus habet ad eccleſiã
ſuam nobis oſtendẽs.Quẽ igitur Chriſto repẽdere poſſumus amorẽ/quam adhæſionis vi-
cem:qui mẽbra eccleſiæ ſumus/ Pluſq̃ certe patri & matri hærere debemus/ pluſq̃ vxori &
natis/vt nunq̃ ſeparari quæramus.Nam hanc coniunctionem in ĩmenſum arctiorem fecit
deus/q̃ inter virum & mulierem.Nam hæc eſt vmbra:illa lux.hæc veſtigium: illa veritas.
& huius imitationis gratia: non licet viro dimittere vxorem / neq; vxori virum. & hac
22 (vt dictum eſt) in Chriſto/ vt in exemplari/ magna ſunt myſteria.Propter quod myſte-
riorum reſerator Apoſtolus ſubdit/ dicens. ¶ Vxores proprijs viris ſubiectæ eſtote tanq̃
domino:quia vir eſt caput vxoris/vt & CHRISTVS caput eccleſię/& ipſe eſt ſaluator cor
poris.Q uemadmodum igitur eccleſia ſubditur CHRISTO:hũc in modũ & vxores pro-

priis vitiis in re omni. Viri diligite vxores vestras: quẽadmodũ & CHRISTVS dilexit ecclesiã/ & seipsum obtulit pro ea/ vt eã sanctificaret/ purificãs lauacro aquæ in verbo/ vt cõstitueret eam sibiipsi gloriosam ecclesiã/ nõ habentẽ maculã aut rugã/ aut quicq̃ huiusmodi/ sed vt sãcta sit & imaculata. hũc in modũ debent viri suas vxores diligere tanq̃ sua corpora. qui diligit suã vxorẽ: seipsum diligit. nullus enĩ vnq̃ suam carnẽ odio habuit. sed nutrit & fouet eam: quẽadmodũ & dominus ecclesiã. quia mẽbra sum9 corporis eius: ex carne eius/ & ex ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrẽ/ & adhærebit vxori suæ: & erũt duo in carne vna. Hoc mysteriũ magnũ est: ego autẽ dico in CHRISTO & ecclesia. Attamẽ & vestrũ ad vnũ vsq;: sic suã quisq; diligat vxorẽ tanq̃ seipsũ. ita vt & vxor reuereatur virũ. ¶ Aperuit mysteriũ apostolus: qđ nõ carneis/ sed spũalibus videtur oculis. Et vt Christus est saluator corporis sui/ quæ est ecclesia: ita vir debet studere saluti vxoris suæ quæ corpus suum est/ ipse vero caput. & si opus etiam esset: seipsũ offerre deberet pro vxore/ vt eã sanctã & purã haberet. Sed nullus ad veri sponsi accedit amorẽ. Nam & Christus spõsus: seipsũ obtulit pro sua sponsa ecclesia/ vt eã sanctificaret/ purificãs eã lauacro aquę baptismatis in verbo/ qđ est nominis/ æterni patris/ & filij/ & spũs sancti inuocatio. imo purificauit eã in fonte perenni gratiæ spũs sancti in eã largiflue & superabundanter effusę: & in accessu altissimorũ inhabitatorũ patris & filij/ & spũs sancti. Sed & reliqua quæ diuino sensu inseruit Paul9/ spirituali viro statim fiunt cognita. Augeat nobis deus spiritũ ad hæc mysteria digne cogitanda & cognoscenda/ & gratiam addat ad digne viuendũ iuxta dignitatem eorũ quæ fuerũt cognita. Ipsi autem a nobis & ab omni creatura/ indissolubili vinculo omnis honor & gloria/ in omnia sæculorum sæcula. Amen.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Sicut filij charissimi.
17 ¶ Dicendum filij dilecti. nunq̃ enim Paulus vtitur vocabulo quod charissimi aut cha-
rissimus designat/ sed semper dilecti aut dilectus/ diligibiles aut diligibilis. Paulus. ὡς
τέκνα ἀγαπητά. ¶ Vulgata æditio. In odorem suauitatis. ¶ Sic habet Paulus: sed
cõuertimus q; secundũ latinorum cõsuetudinẽ faciat hypallagen. Paulus. εἰς ὀσμὴν
εὐωδίας. ¶ Vulgata æditio. Sicut decet sanctos. ¶ Cum vetus interpres paulo ante
dixisset in vobis: potuit consequenter dicere sicut decet sanctis absq; locutionis repræ-
hensione/ & ad Paulũ conformius. Paulus. καθὼς πρέπει ἁγίοις. ¶ Vulgata ædi-
tio. Aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet. ¶ Dicendum est pluratiue & genere neu-
tro quæ ad rem non pertinent. Et Paulus hic habet vocabulum: quod apud philoso-
phos ad honestum etiam verborum iocum pertinet. quem etsi humana virtus admit-
tit: perparum tamen decet sanctos & spirituales viros. qua in re/ id est in comitate & fa
cetijs si qui dextri erunt: plus in hoc humani q̃ diuini/ plus carnales q̃ spirituales iudi-
cabuntur. Si igitur a vita sanctorum & vere spiritualium virorum arcetur eutrapelia:
quanto magis scurrilitas/ & omnis licentiosa dicacitas? Paulus. ἢ εὐτραπελία, τὰ
οὐκ ἀνήκοντα. ¶ Vulgata æditio. Sed magis gratiarum actio. ¶ Mauult hic sacer Hie
ronymus & scite quidem/ pro loco subiectaq; materia vocabulum εὐχαριστία/ inter-
pretatum iri gratiosus sermo q̃ gratiarum actio. Et si etiam pro loco: non eat inficias
interdũ interpretari posse gratiarum actio. Homonymũ enim est. Quod quidẽ & hoc
in loco obseruauimus. Paul9. ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία. Et gratiosus hic sermo:
non ab humana gratia & carnali/ sed a spirituali est intelligẽdus. Sed qui philosophi-
cus: gratiosus ne est? Certe: sed humanus/ & qui in ea parte sũmam cõtineat perfectio-
nem/ sed nondum spiritualis. Qui autem ex sacris eloquijs superphilosophicus est: iam
vere gratiosus (nam a spiritu sãcto qui gratiarum est indultor) iam & spiritualis. Sed
B non omnes: radij directi & obliqui/ boni sunt iudices. ¶ Vulgata æditio. Hoc enim sci
18 tote cognoscentes. ¶ Satis erat dixisse/ hoc enim cognoscite aut estote cognoscentes.
Paulus. τοῦτο γὰρ ἐστὲ γινώσκοντες. ¶ Vulgata æditio. Aut auarus quod est ido-
lorum seruitus. ¶ Dicẽdum: aut auarus qui est idolorum seruus masculino genere/ nõ
illic neutro/ istic fœminino. Paul9. ἢ πλεονέκτης ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. ¶ Vul
B gata æditio. Propter hæc enĩ venit ira dei in filios diffidentiæ. ¶ Mauult & hic Hiero
19 nymus dici: in filios diffuasibilitatis. & vbicunq; in Paulo vetus interpres posuit filios
diffidentiæ: intellige filios ĩpersuasibiles/ & qui credere nolũt/ neq; ea recipere quæ sug
sunt salutis/ sed pertinaces/ adusq; veritati resistũt. Paulus. διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται
C ὀργὴ τοῦ θεοῦ, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. ¶ Vulgata æditio. Fructus enĩ
19 lucis est. ¶ Dicendũ. Fructus enĩ spũs est. Paulus. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος.
¶ Vulgata æditio. Probãtes quid sit beneplacitũ deo. ¶ Dicẽdũ dño. Et vsus est Paul9
more suo participio probãtes pro verbo. Qđ reductũ ĩ verbũ probate: nobis facit accõ-

modatiorem locutionem. Paulus. δοκιμάζοντεσ τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ κυρίῳ.
¶Vulgata æditio. Magis autem redarguite. ¶Dicendum: magis autem & redarguite.
D Paulus. μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. ¶Vulgata æditio. Omnia autē quæ arguūtur:
20 a lumine manifestantur. Cū vetus interpres paulo ante dixisset/ eratis enim aliquando
tenebræ nunc autē lux in domino/ vt filij lucis ambulate: consequens erat vt idē voca-
bulum/ hic lucē vbiq; interpretaretur/ ne in Paulo diuersitatis vocabulorū faceret phā
tasiā: cū semper eodē vocabulo vtatur. Paulus. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ
τοῦ φωτὸσ φανεροῦται. Vbiq; eni vtitur Paulus hoc vocabulo φῶσ, φωτόσ.
¶Vulgata æditio. Et illuminabit te CHRISTVS. ¶Dici & hic posset (authore Hie-
ronymo) & orietur tibi Christus/ siue affulgebit tibi Christus. Verū quia id cū veteris
interpretis cōspirat intelligētia: iccirco non curauimus interpretationem mutare. Pau-
D lus. καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστόσ. ¶Vulgata æditio. Videte itaq; fratres quo modo
21 caute ambuletis. ¶Fratres abundat. Et potius dicendū exacte/ diligēter/ accurate/ aut
quippiam simile q̃ caute. Paulus. βλέπετε οὖν πῶσ ἀκριβῶσ περιπατεῖτε.
¶Vulgata æditio. Redimētes tempus. ¶Potius emētes. Et nichil absonum est si par-
ticipium mutemus in suū verbum. Paulus. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν. ¶Vulgata
æditio. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. ¶Sunt qui ęque dici malunt in quo
est insalubritas. Paulus. καὶ μὴ μεθύσκετε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία. Siquidem
ἀσωτία sit a nomine σῶσ/ qđ saluus siue σῶοσ quod & saluus/ & sospes significat:
recte asotos insaluber/ & asotia insalubritas interpretabitur. An translatitium sit: cum
illud luxuriosum & hoc luxuria interpretatur/ ꝙ luxuriosi elāguidi & morbidi esse so-
leant. quippe qui cum in proprium corpus peccant: propriam substantiam prodigūt &
dissipāt. Sed hoc de vocabulo certamē/ missum faciamus grāmaticis: qui curiosius ori-
gines vocabulorum q̃ philosophi Nili caput exquirunt. ¶Vulgata æditio. Cantantes
& psallētes in cordibus vestris domino. ¶In græco singulare est: in corde vestro. Neq;
forte ab re. quia debet omniū in corpore Christi existentiū esse cor vnū/ & anima vna.
Verum propter euphoniam malui cum veteri interprete vertere in cordibus vestris do
mino q̃ in corde vestro domino. Tum quia id ambiguū faciebat an intelligendū fuis-
set in corde vestro/ an vestro domino. quorum vtrūq;/ & vocum incōcinnitas/ & sermo-
nis ambiguitas: plurali numero vtendo/ tollitur. Paulus. ᾄδοντεσ καὶ ψάλλοντεσ
D ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ. ¶Vulgata æditio. Mulieres viris suis subditę sint.
22 ¶Potius dicendum proprijs viris/ & per secundam personam subditę estote. Paulus.
αἱ γυναῖκεσ τοῖσ ἰδίοισ ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε ὡσ τῷ κυρίῳ. ¶Vulgata
E æditio. Ipse saluator corporis eius. ¶Dicendum & ipse est saluator corporis. ¶Eius:
22 abūdat. Et nō esset dicendū eius sed sui. Paulus. καὶ αὐτόσ ἐστι σωτὴρ τοῦ σώμα-
τοσ. Et cōtinuo subiūgit. ἀλλ᾽ ὥσπερ. sed sicut/ aut quippiam simile. ¶Vulgata ædi-
tio. Viris suis i omnibus. ¶Habetur proprijs viris in omni/ siue in re omni/ singulari-
F ter. Paulus. τοῖσ ἰδίοισ ἀνδράσιν ἐν παντί. Sed id perexiguū est. ¶Vulgata ædi-
22 tio. Mundans eā lauacro. ¶Eam hic abūdat expressum: sed sufficienter intelligitur ex
superiori particula. Paulus. καθαρίσασ τῷ λουτρῷ. ¶Vulgata æditio. Propter hoc
relinquet homo patrē & matrem suā. ¶Paulus habet patrem suum & matrē. Paulus.
G ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωποσ τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα.
¶Vulgata æditio. Vxor autē timeat virū suū. ¶Suū abūdat. Et potius reuereatur vi-
22 rū/ vt hic timor reuerētiæ & liberalis itelligatur/ nō illiberalis & seruilis/ qualis iter vi-
rum vxoremq; esse non debet/ neq; inter parentes & liberos. timere enim ad vtrunq;
cōmune/ reuereri autē speciale. Et in hoc etiam loco Paulus cōmuni pro speciali vti-
tur: ꝙ hoc pacto soleant Græci. Paulus. ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Ita vt reuereatur
virum.

CAP. VI.

NObis mysterium arctissimi vinculi reserauit Apostolus: nunc nobis alia
referat. Et primū de vinculo patris & filiorum. Pater enim refert creā-
tem: & filij creaturarū sunt similitudo, terra patriam cœlestem signat: &
longęuitas/ æternitatē. Igitur in symbolo filios obedire patri/ & hono-
rare patrē: est creaturas obedire creatori & honorare creatorē. sed hoc
multo magis: quāto creator est veritas/ & pater similitudo. Et i vestigio
ac similitudine promissa/ filijs honorātibus carnales patres/ super terrā
longęuitas: est in exēplari & in veritate honorātibus deū/ in cœlesti pa
tria promissa æternitas. Et hoc magnū est inter deū & creaturā: sed minus arctū vincu-
lum/ q̃ inter Christū & ecclesiā. nam naturæ distantia maior inter deum & creaturam/
q̃ inter Christum & ecclesiam: adeo vt creatura vix ob discessum adherere deo videa-

23 tur/Christo autem maxime. Propterea de hoc vinculo subiungit Paulus. ¶ Filij obe-
dite parentibus vestris/ in domino. nam hoc iustum est. Honora patrē tuū & matrem:
quod est mandatum primū in promissione/vt bene tibi sit/ & sis lōgęuus super terram.
Et patres nolite ad iram prouocare filios vestros:sed educate ipsos in disciplina & ad-
monitione domini. ¶ Quid est obedite parentibus vestris in domino:nisi imitatione il
lius obedientiæ/ quā debetis domino creatori vestro? Nam hæc est imitatio diuinæ iu-
stitiæ. Hic enim est sensus spiritus. Et patres erga filios:imitari debent omniū creato-
rem/qui dulciter creaturæ prouidet/non exacerbat/sed ad optimū dirigit. Disponit eñi
omnia suauiter:& omnibus suæ bonitatis cognoscēdæ capacibus/dulcem sui infundit
cognitionem. talis debet esse patris erga filios benignitas/ prouidētia/ & directio:vt in
qua/ vt in signaculo refulgeat diuina benignitas/prouidentia/& semper ad optimū de-
ductio. magna sunt & ardua in re omni circa nos mysteria spiritus: quæ sensibiliter vt-
cūq; possumus pro dignitate imitari debemus. Nunc de tertio vinculo/minus q̄ secū-
dum arcto peragit:quod est domini ad seruos. Serui eñi minus hærent domino/ q̄ filij
parentibus. Et si ad spiritū & veritatē omnia reuocamus:magis ecclesia hæret Christo/
q̄ creatura creatori. & creatura vt creatura/magis hæret deo vt creatori:q̄ creatura ser-
ua/hæreat deo vt dño. Lapsus eñi & peccatū fecit creaturā seruam. Nam vnde minæ
& punitiones:nisi propter peccatū & offensā? Vnde etiā timor/& tremor creaturę erga
deum:nisi propter delictū & offensā? Quæ eñi semper obediuit & sēper venerata est vt
debuit:non formidat/nō horret/nō tremiscit. Ergo terrenus dñs est erga seruos/vt dñs
omniū erga peccatores. serui autē (etiā si nichil peccent) similitudo sunt peccatorū. at
vt deus benignus est/misericors/ patiēs & multus ad ignoscendū:ita terrenus domin9
qui gerit in se æterni dñi vestigiū/benignus esse debet/misericors & pronus ad ignoscē
dum. ęque serui supplices esse debēt:qd tremor & timor dñorū suorū indicat. obediētes/
& in similitudine oīa ad dños gerere/ quæ peccatores ad deū volētes ei9 misericordiā
24 & gratiam promereri. omnia enim circa nos in figura pertranseunt. Et de hoc vltimo
vinculo diuinā etiā sententiā affert Paulus/dicēs. ¶ Serui obedite dominis carnalib9 cū
timore & tremore in simplicitate cordis vestri/tanq̄ CHRISTO/nō ad oculū seruitio
vt hominibus placētes/sed vt serui CHRISTI/faciētes volūtatē dei/ ex aīo cū beniuo
lentia seruiētes/tanq̄ dño & nō hominib9. Id nō ignorātes:q̄ qdcunq; quisq; fecerit bo
num/ hoc referet a dño/siue seruus sit siue liber. Et dñi paria repēdite erga eos/remit-
tentes minas:cognoscētes q̄ & vestri ipsorū domin9 in cœlis est. & apud eū nō est per-
sonarū acceptio. ¶ Hæc sunt tria vincula/quibus ī imagine inferior mūdus cōtinetur:
cōiugale/paternū/herile. & tribus cōsimilibus:superior cōtinetur in veritate. Primū &
summū vinculū spōsi & spōsæ/Christi & ecclesiæ. vltimum & infimū dñi & peccatorū.
mediū creatoris & creaturarū. Et hæc:vt domin9 dedit/sint explicata. Sub vltimo vin-
culo quæ cōtinētur:sunt debilia/adeo etiā vt ne dęmones quidē ab hoc vinculo vt ser
ui nequā/excludantur. sed quæ sūmo & medio vinculo cōtinētur:fortia sunt/ dūmodo
cognoscāt vnde pēdet eis fortitudo/ & quib9 armis aduersus seruos nęquā bellare de-
beāt. Nā duo illa vīcula:sunt vincula pacis/quantū in ipsis est. sed tertiū mouet bellū:
quod assimilatur bello facto in cœlo/cū boni angeli cōtra malos fecerūt victoriā. Et id-
circo in tertiū & tertij gratia/accipiēda sunt arma/non terrena/sed cœlestia: nō in pro-
pria virtute/sed in diuina certandū. Neq; eñi boni angeli aliter vincūt:sed causam vi-
ctoriæ & gloriā in deū referūt/ dicentes. Facta est salus/& virtus/& regnū dei nostri &
25 potestas Christi eius. Quāobrem ad spiritualis militiæ imitationē hortat̄ ōnes Paulus/
dicēs. ¶ Cæterū fratres mei:iualescite in dño/& ī potētia fortitudinis eius. induite om-
nē armaturā dei:vt possitis stare aduersus insidias diaboli. quia nō est nobis lucta aduer
sus carnē & sanguinē:sed aduersus principat9/aduersus potestates/aduersus cosmocra-
toras tenebrarū sęculi huius/aduersus spūales næquitias in cœlestib9. Quapropter assu
mite omnē armaturā dei:vt possitis resistere in die mala/& stare per ōnia perfecti. State
ergo pręcincti lūbos vestros in veritate/ & induti thoracē iustitiæ/& calciati pedes in
expeditione euāgelij pacis:in omnibus assumētes scutū fidei/in quo possitis omnia tela
maligni ignea extinguere/& galeam salutaris suscipere/& gladiū spiritus quod est ver-
bum dei. Per omnem orationem & obsecrationē/ orantes omni tempore in spiritu:&
in hoc ipso vigilantes in omni seruitio & intercessione pro omnibus sanctis/& pro me.
vt michi detur sermo in apertione oris mei/ad audendū notū facere mysteriū euange-
lij/pro quo orator ago in catena:vt in eo audeam quēadmodum decet me loqui. ¶ Si
videremus hominē carnalem oculis spūalibus:ille lumbos repletur falsitate. nam falsæ
voluptatis:hic est locus. Cor plenū iniustitia. Pedibus nudis & inualidis est:quibus ad

bona feratur. Scutum non habet: quo concupiscentias ardoris/ quas vt spicula imittit malignus/ retundat. Capitis protectionem non habet. nam Christo qui caput est/ non hæret. Ligua eius venenū insanabile. Penitus iermē/ captiuūq3: quo vult trudit aduersarius/ & quacunq3 parte vult sauciat exarmatum. Nulla pars eius plaga & vulnere caret. miserabile spectaculum deo & angelis/ & etiam mundo: nisi mundus esset cæcus. Cum respicis/ & respiciendo concupiscis: malignus oculos tuos vulnerauit. Cū syrenū blanditijs demulceris: aures incantauit. Cum detrahis/ cū blasphemas: linguam venenauit. Ergo omnia mēbra cōtra astutias maligni nobis sūt armāda. Renes veritate/ vt cingulo & baltheo: contra concupiscentiarum falsitatem. Cor iustitia/ vt pectorali ac thorace. Pedes pace operum dei: vt calciamētis veloces/ ad expeditiorem annūciationem euangelij Christi. Telis concupiscentiarum: fidei fortitudinem opponamus tanq̄ scutum. Christus qui salutaris noster est: sit nobis pro galea. Armemus linguam verbo dei/ vt gladio acutissimo: quo confodiamus malignum hostem nostrum/ serpentem antiquum/ & omnia venena eius deuitemus. Et in omnibus his non nostra fortitudine: sed a domino impetrata/ qui est omniū spiritualiter bellantiū virtus/ nos præualere posse putemus. Hæc sunt arma spirtualia/ hic est Christi miles: quem deus & angeli cōspectant/ & quem iuuant ad victoriam/ quem & coronant victorem. ille autem: ante thronum dei deponit victoriæ coronam/ victorię gloriam deo tribuēs: hæc circa nos in spiritu (nisi inermes sumus/ nisi nos exarmauerit malignus) omni die geruntur. & dum viuimus in terris: in cœlestibus & cōtra spirituales nequitias victores sumus. Sed pro excubijs/ ne nos hostis noster excipiat incautos: oratio vigil & intēta esse debet ad deum. Inquit enim qui videbat sathanā expetētem nos/ vt in hoc bello cribret sicut triticum: vigilate & orate/ vt non intretis in tentationem. Verū vt Ephesijs monstraret nos nostra fortitudine præualere non posse/ sed dei fortitudine/ ipse qui Apostolus erat/ qui potestatem signorū habebat/ qui habebat prophetiam/ & gratiā sanitatum/ & reliqua spiritus sancti charismata: sibi a deo precibus eorum gratiā illam qua præualere possit/ impetrari postulat. argumēto in humilitate vsus/ si ipse qui apostolus erat/ qui tot & tātis gratijs pollebat/ proprijs viribus nichil poterat/ nichil illis confidebat: tanto minus & ipsi poterant/ tanto minus & proprijs viribus confidere debebant. Sed & cū Epistola misit Tychicum: vt familiari in spiritu consolatione/ intelligerent viuæ vocis oracu
26 lo quæ circa eum pro domino nostro Ihesu Christo fideliter certantem/ agerentur. Atq3
ait. ¶ At vero vt sciatis & vos quę apud me gerūtur/ quid ago: omnia vobis patefaciet
Tychicus dilectus frater/ & fidelis minister in domino. quem misi ad vos ob idipsum:
vt cognoscatis quę circa nos sunt/ & consoletur corda vestra. Pax fratribus & dilectio
cum fide a deo patre/ & domino IHESV CHRISTO. Gratia cum omnibus qui dili-
gunt dominū nostrum IHESVM CHRISTVM in incorruptibilitate. Amē. Scripta
Rhomæ. missa per Tychicum. ¶ Vt salutationem sanctam fronti epistolæ præfixit: ita sancta valefactione epistolam claudit. imprecatione scilicet pacis dei/ dilectionis & fidei: non quales mundus dat/ sed quas dat deus pater/ & in spiritu suo dominus noster Ihesus Christus. insuper & sancta imprecatione gratiæ omnibus diligentibus Christū in incorruptibilitate. Opera carnis corruptibilia sunt: opera vero spiritus/ incorruptibilia. ergo qui diligunt dominū nostrum Ihesum Christum in incorruptibilitate: in spiritu sancto diligunt. Igitur patri æterno & domino nostro Ihesu Christo/ & spiritui sancto qui vnum sunt/ a quo pacem illam/ & dilectionem/ & fidem/ & omnem gratiam expectamus: indiuisus honor/ & gloria/ & gratiarū actio in omnia sęculorū sæcula. Amē.
A ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Honora patrem tuū
23 & matrem tuam: quod est mandatum primū. ¶ Tuam post matrem abundat. Paulus.
τίμα τὸν πατέρασου, καὶ τὴν μητέρα, ἥτισ ἐςὶν ἐντολὴ πρώτη. ¶ Vul-
B gata æditio. Sed æducate illos in disciplina & correptione domini. ¶ Potius dicendū:
23 & admonitione dn̄i. Quod & aduersus veterē interpretem annotat Hieronymus. Pau-
lus. ἀλλ᾽ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. ¶ Vulgata ædi-
B tio. Non ad oculum seruientes. ¶ Aeque dici potest: non oculari seruitio/ siue non ad
24 oculum seruitio. Paulus. μὴ κατ᾽ ὀφθαλμοδουλείαν. ¶ Vulgata æditio. Ex ani-
mo cum bona voluntate seruientes. ¶ Paulus dicit ex anima cū beniuolentia. Ex ani-
ma quidem vt & in Deuteronomio. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo/ & ex
tota anima tua. Verum mos latinorū est/ in simili locutione apostolicæ: ex animo/ ma-
sculino genere vti/ etsi animū pro anima accipiant. morem igitur gessimus linguæ: &
diximus cū veteri interprete ex animo. Paulus. ἐκ ψυχῆσ μετ᾽ εὐνοίασ δουλεύ-
οντεσ. ¶ Vulgata æditio. Vester dominus est ī cœlis. ¶ Potius vestri ipsorum domi-

nus est in cœlis.Paulus.ὑμῶν ἀυτῶν ὁ κύριος ἐστὶν ἐν ὀυρανοῖς.❡Vulgata ædi
tio. Et personarum acceptio non est apud deum. ❡Legendum est relatiue eum/non
B deum:refertq; dominum in superiori particula positum/vestri ipsorum dominus in cœ
25 lis est.Paulus.καὶ προσωποληψία ὀυκ ἔστι παρ᾽ ἀυτῷ.❡Vulgata æditio.De cæ
tero fratres cōfortamini ī domino.❡Deest mei post fratres.Paul⁹.τὸ λοιπὸν ἀδελ-
φοί μου ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ.❡Vulgata æditio.Et in potentia virtutis eius.
❡Potius fortitudinis eius:quod & sacer ānotat Hieronymus.Paulus.καὶ ἐν τῷ κρά-
τει τῆς ἰσχύος ἀυτοῦ.❡Vulgata æditio.Induite vos armaturam. ❡Vos abundat.
Et vocabulum quo vtitur Paulus vniuersaliter/& omnem armaturā significat.Paulus.
ἐνδύσασθε πανοπλίαν.❡Vulgata æditio.Sed aduersus pricipes & potestates/ad-
uersus mundi rectores tenebrarum harum. ❡Sunt qui malunt hic dici principatus q̄
pricipes.Et aduers⁹ potestates/ sine copulationis nota p̄cedēte. Et etiā tenebrarū seculi
huius non harum.Et quod vetus interpres dicit mundi rectores/quod vno vocabulo
dicitur apud Paulum:malui vocabulū Pauli retinere/ne videremur inconiuncte & in-
concinne ad rectores duo substantiua adiungere scilicet mundi/ & tenebrarum harum.
Et vt itelligāt astrologi qui quotānis dominū āni aliquē statuunt/aut Saturnū/ aut Io-
uē/aut Martē/ & ita de reliquis quē & cosmocratorē vocāt/ qdā etiā cronocratorē:q̄ gē-
tilitie loquātur.Et quis is sit cosmocrator/ nisi priceps aliquis tenebrarū:q & ex ātiqua
illa ruina angelorum/ principatum id est durā tyrannidem adhuc exercet in eos/ qui ar
mis dei & verę fidei non cōpugnāt/ & pręsidio bonorū angelorū victoriam faciunt/In
filios enim lucis:nichil possunt. Nam eiusmodi principatus et potestates sunt tenebra-
rum sæculi huius.Absit igitur vt Christiani qui filij sunt lucis:sibi huiusmodi dominos
anni aut statuant/aut nominēt.Nos eni habemus dominū Ihesū Christū:qui dominus
est totius temporis & ęternitatis.Paulus.ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξ-
ουσίας, πρὸς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ ἀιῶνος τούτου. ❡Vulgata
æditio. Contra spiritualia næquitiæ in cœlestibus. ❡Dici potest etiam cōtra spiritualia
næquitiæ in cœlestes:q̄uis propter veterem interpretē dixerimus in cœlestibus. In cœ-
lestes dico:quia huiusmodi spirituales næquitiæ nō āplius sunt cœlestes/ nō sunt in cœ
lo.neq;(inquit eloquium)locus inuentus est eorum amplius in cœlo. sed in caliginib⁹
& profundis tenebris deiectæ/cōtinuo cœlestibus aduersantur. Ideo nichil videtur ab-
surdū si per accusatiuum transfertur & dicitur contra spiritualia næquitię in cœlestes/
siue aduersus spirituales næquitias in cœlestes:quod idem valuerit. Sic enim apertius
exprimimus eas esse spirituales næquitias contra veros cœlestes/quorū conuersatio est
in cœlis. Et sic illis cœlestibus aduersæ sunt (de viris cœlestibus loquor: dū peregrini
sunt) q nonnūq̄ aliquos de statu illo cœlesti deturbāt ad suarū tenebrarum confusio-
nē.Paulus.πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.❡Vul-
gata æditio. Propterea accipite armaturam dei. ❡Vt dictum est vocabulum Pauli om
nem armaturam significat:ne videamur aliquid armorū diaboli quibus spiritualia im-
C pugnat/nobis retinere. Paul⁹.διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θε-
25 οῦ.❡Vulgata æditio. Omnia tela nęquissimi. ❡Potius maligni q̄ nęquissimi. Paulus.
πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ.❡Vulgata æditio.Et galeā salutis assumite. ❡Po-
tius salutaris/et per infinitiuū loquitur Paulus assumere/non assumite.Paulus.καὶ τὴν
περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθαι.❡Vulgata æditio.Et in ipso vigilātes.
❡Legendū:& in hoc ipso.Paulus.καὶ εἰς ἀυτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες. ❡Vulgata
æditio.In omni instantia & obsecratione.❡Potius in omni seruitio.Paulus.ἐν πάσῃ
D προσκαρτερήσει, καὶ δεήσει.verbū eni προσκαρτερέω apte seruio / deseruio ne
25 significat.❡Vulgata æditio.Pro quo legatione fungor in catena ista.❡Ista:abundat.
D Paulus.ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει.Et contiuuo subiūgit.ἵνα ἐν ἀυτῷ παρ-
26 ρησιάσωμαι vt in eo audeā. ❡Vulgata æditio.A deo patre nostro & domino IHE-
SV CHRISTO..❡Solū græce legitur a deo patre/& domino Ihesu Christo.abūdatq;
nostro in nostris codicibus.Paul⁹.ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.
❡Vulgata æditio.In īcorruptione.❡Poti⁹ vocabulū gręcū incorruptibilitatē q̄ incor-
ruptionē dicit. Et multi codices latini habent in corruptione particula nō abdicāte:qđ
lōge deprauati⁹ legit/q̄ i icorruptione/priuāte/abdicāteq; particula.Paul⁹.ἐν ἀφθαρ-
σίᾳ.Et apđ gręcos subscriptio habet.Ad Ephesios scripta Rhomæ.missa per Tychicū.

❡COMMENTARIORVM EPI.BEA.PAV.APO.QVINTI
LIBRI IN EPI.AD EPHE.CVM DEI GRA-
TIARVM ACTIONE
F I N I S.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER SEXTVS QVI EST IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES. CAP. I.

AD Philippenses scribens apostolus/ qui popu-
li sunt in mediterraneis Macedoniæ propiqui
1 Amphipolitanis: sanctã (vt solet) præmittit sa
lutatione/ dicens. ¶Paulus & Timotheus ser-
ui IHESV CHRISTI: oibus sanctis i CHRI-
STO IHESV qui estis Philippis/ cũ episcopis
et diaconis/ gratia vobis et pax a deo patre no
stro & dño IHESV CHRISTO. ¶Hæc san-
cta/ casta/ & spiritualis salutatio: quam ad deũ
gratiarum actio/ feruens dei & in deo proximi
dilectio/ & oratio quæ est sancta mentis in deũ
in eadem dilectione eleuatio/ comitatur. Quas
tres comites sequẽti sermone/ pio exprimit affe
2 ctu Paulus dicẽs. ¶Gratias ago deo semper/
in omni memoria vestri/ in omni oratione
mea pro omnibus vobis: cum gaudio depre-
cationem faciens super communione vestra in
euãgelio. a prima die hucusq; hoc ipsum suasum habẽs: ꝙ qui cœpit in vobis opus bo
num/ cõsumabit vsq; in diẽ CHRISTI IHESV. quẽadmodũ par michi est/ vt hoc sen
tiam de omnibus vobis: ob idipsum ꝙ vos habeã in corde/ in viculisq; meis/ & in de-
fensione/ & confirmatione euãgelij/ cum vos omnes comparticipes mei in gratia sitis.
Testis eni michi est deus: quo pacto desydero vos omnes in visceribus IHESV CHRI
STI. Atq; hoc oro: vt dilectio vestra etiam magis ac magis abũdet in cognitione &
omni sensu. vt vos probetis ea quæ potiora sunt: vt sitis syncæri & irrepræhensibiles in
die CHRISTI/ repleti fructu iustitiæ per IHESVM CHRISTVM/ in gloriã & laudem
dei. ¶Dies Christi duplex est: particularis cuiusq; in morte/ & vniuersalis in nouissimo
die. In particulari: quisq; particulari iudicio iudicatus ẽ/ i die mortis suę. In vniuersali:
quisq; iudicabitur vniuersali iudicio corã omnibus siue ad gloriã/ siue ad confusionem
æternã. particulari: anima sumit iudiciũ sine corpore. vniuersali: iudiciũ suscipitur cum
anima & corpore. Et hæc vtraq; dies Christi: horrẽda malis/ sed desyderanda bonis/ &
etiã maxime desyderanda. Et quid est quod apostolus dicit: ob idipsum ꝙ vos habeã in
corde in vinculis meis/ nunquid vult in catenis ferreis quibus ob veritatem euangelij
obstringebatur/ Quis catenæ illæ preciosæ essent/ quas vtinã liceret michi osculari quæ
sacros pedes illos tetigerũt/ accinctos in expeditione euangelij pacis: potest etiã & illud
intelligi de vinculis amoris/ quibus alligari debent omnia Christi mẽbra. quæ vincula
3 omnibus vinculis sunt preciosiora & quibus ne quidem nunc ad nos caret. Attamẽ de
primis vinculis sequentẽ subdit sermonẽ/ dicens. ¶Nosse autẽ vos velim fratres: ꝙ quę
circa me sunt/ magis ad promotionem euangelij successerunt. ita vt vincula mea mani
festa fuerint in CHRISTO: in toto prætorio/ & cæteris omnibus. Et cõplures fratrũ in
domino confidentes ob vincula mea: abundantius ausi sunt/ intrepide sermonẽ dei lo
qui. Quidam autem & propter inuidiã & contentionem: quidam vero propter bonã vo
luntatẽ CHRISTVM prædicant. Qui autẽ ex contentione CHRISTVM annunciãt:
id non caste. cum existiment se pressuram vinculis meis afferre. qui vero ex dilectione:
quia sciunt ꝙ ad defensionem euangelij positus sum. Quidnam id est: nisi ꝙ omni mo-
do siue occasione/ siue veritate CHRISTVS annunciatur: & in hoc gaudeo & etiam
gaudebo. Scio enim ꝙ hoc michi cedet in salutem/ per vestram orationem & submini-
strationem spiritus IHESV CHRISTI: secundũ expectationem & spem meã/ ꝙ in nul
lo confundar. sed in omni fiducia vt semper/ etiã nunc magnificabitur CHRISTVS in
corpore meo: siue per vitã/ siue per mortem. Michi enim vita CHRISTVS est: mors lu
crũ. ꝙ si michi fuerit vita in carne: hæc michi fructus operis est. Et quid eligã: sum ne-
scius. cõprimor autẽ e duobus: desyderiũ habens vt dissoluar/ & sim cũ CHRISTO lon
ge multo melius. & ꝙ permaneã in carne: qd magis necessariũ est propter vos. ¶Qui
ꝑdicabãt Christum ob inuidiã vt audita materia propter quã Paulus in vincula conie-
ctꝰ erat/ seditio oriretur/ & tãto magis Paulus vrgeretur quasi caput & author illius no
uitatis: bonũ quidẽ faciebant. Nam bonum est annunciare Christum. sed non caste/ nõ
pure/ non sancte id faciebant. Qui autẽ prædicabãt/ volentes supplere id quod Paulus
ob impedimentum vinculorum exequi nõ poterat/ scientes ꝙ a deo ordinatus esset ad

prædicandum euangelium/ ad defensionem euangelij in vincula coniectus / detinere-
tur: hi quidē bonū opus/& bene faciebant.eratq; eorū intentio sancta/casta/atq; pura:
& hi in veritate prædicabant:& illi occasione/ & calua quidem occasione. sed tantum
erat Christi præsidium/q̄ siue id occasione/& fictione facerent/siue in veritate: semper
proficiebat fides/& numerus accrescebat saluandorū.vnde omni ex parte Paulus gau
debat. Vicula ei iniecerant vt deijcerent euangelij fidem : & visa constantia & alacri-
tate Pauli/tanto magis in cordibus aliorū inualescebat & fortificabatur fides. & q̄cūq;
machinabantur ad eam extinguendam:tanto magis accēdebant/ & augmentū/ incre-
mentumq; illi præstabant. Perinde atq; si ignē extinguere voles/ & ille tanto magis ex
proiectis aquis maiores conciperet flammas:nonne id supra naturā esset? nōne diuina
perciperetur virtus? sic & in illis diuinā percipere debebāt virtutem/ & non fuisse homi-
nis potestatem. Et qui videat in omnibus aduersantibus diuinam superare virtutem:
quo modo non gaudeat? Nimirum igitur in contemplatione diuinæ virtutis omnia su-
perantis / gaudebat Paulus: & se semper gauisurum testatur. Quomodo non gaude-
ret / qui sciebat q̄ siue viueret / siue moreretur / vtrum eueniret / id sibi cessurum esset
ad salutem? vita illi Christus : mors illi lucrum. et vtrumq; Christus / et vtrumq; lu-
crum. Et plane dubius erat / quod præferre deberet : an vitam / an mortem. si lucrū
proprium respicit : mors præferēda. nam erit cum Christo deposita mortalitatis tuni-
ca:& non amplius in speculo & ænigmate / sed facialiter Christum cognoscens. quod
longe melius est:q̄ in corruptibilitate / & sub obscuro velamine Christum cognoscere.
vita illi Christus/mors Christus:sed vita (vt sic dicā) Christus velatus/ & mors Chri-
stus reuelatus. rursus vita somnus:mors vigilia. Christus vt scientiæ habitus. Tam enī
dormiens q̄ vigilans: vere habet scientiæ habitum . sed solum vigilans / per præsentiā
& actum. Sic & Paulus & viuens & moriens vere habebat Christum:sed in morte per
præsentiam & actum.& hoc illi proprium erat lucrum. Si lucrum respicit alienū: præfe
renda vita. Nā q̄diu viuebat:multos ædificabat/multos adducebat ad Christum.& hoc
erat ei alienū lucrū . Ecce igitur mors:lucrū. vita:lucrū. sed mors:proprium. vita:alie-
num. mors:vnius. vita:innumerorū. verum dum lucro reseruatur alieno:proprium non
amittebat/quod est Christum videre per speciē & vita æterna/sed differebatur. Sic itaq;
manebat vtrunq; lucrum:hoc præsens/illud futurū. sic vita erat illi præferēda/non sim-
pliciter & propter se:sed propter lucrorum cōplicationem / cuius vel maxime necessita-
tem habebat bonum alienum. mors autē nō vtrūq; cōplicabat.& ideo vitā plura bona
complicantem/scit sibi adhuc a deo donari/& per prophetiæ spiritum se adhuc Philip-
4 penses visurum. Et q̄uis sacrū pectus arderet & cuperet dissolui/suspirās ad Christi præ-
sentiā: non tamen vitam contemnit vt multis prosit/ & ad similē adducat immortalita-
tis vitam. Et ideo subdit/ dicens. ¶ Et hoc exploratum habēs : scio q̄ manebo / & cum
omnibus vobis permanebo ad promotionē vestram/ & gaudiū fidei. vt gloriatio vestra
abūdet in CHRISTO IHESV in me:per meam rursus præsentiā ad vos. Solum pro
dignitate euāgelij CHRISTI:res gerite. vt siue veniam & visitem vos/siue sim absens
audiam quæ erga vos/q̄ statis in vno spiritu/vno animo cōcertantes fidei euangelij/in
nullo cōsternati ab aduersarijs. Quod illis autem indiciū est perditionis: vobis profe-
cto est salutis. Et hoc a deo. quia vobis donatum/est pro CHRISTO / non solū in ipsū
credere sed etiā pro ipso patri:idem certamen habentes quale vidistis in me/& nūc au-
ditis de me. ¶ Gloriari/& abundantius gloriari poterant Philippenses non in se sed in
Christo:q̄ ipsorum & aliorum fideliū gratia/seruabatur Paulus in vita. neq; sathanas
qui eius vitæ ob multiplicem fructum inuidebat: vlla arte / vllis ingenijs/ vllis pressu-
ris ei præualere poterat qui tanq̄ mortalis speciem gerens/ vt immortalis iam quidā es-
set. neq; enī bonis gloriari vetitū est:sed mandatū in domino gloriari/ sicut scriptū est.
Gloriamini omnes recti corde. Res Christianæ bene geruntur/recta est in corpore Chri
sti politia:dū nulla mēbrorū dissidentia est/sed vno spiritu viuunt/non fusa/non strata/
sed stantia & erecta ad sublimia/anima vna/& voluntate vna/ certantes sanctū implere
euangeliū/nullis aduersarijs cedentes/neq; mundi quæ sunt pressuræ/ neq; carnis quæ
sunt concupiscentiæ/neq; maligni quæ sunt insidiæ/suggestiones & immissiones malę.
Et vt incredulis/& eis qui saluatorē nostræ vitæ dominum in cruce damnauerūt/ crux
est mortis & perditionis signum/credentibus autem nobis signum vitæ & salutis per-
petuæ: ita afflictiones & pressuræ quæ a malis infliguntur bonis / maxime id cum pro
Christo/eędem signū sunt & mortis & vitæ/perditionis & salutis. mortis & perditionis
malis. at bonis vitæ & salutis.& cum in cæteris tum in his / & Paulus & Philippēses
pro Christo multas patientes pressuras:signū vitæ habebant. Quæ signa etsi nō habe-

mus/ & non sumus digni nostra tempestate pro Christo pati: nõ excludat nos a sua mi-
sericordia/ qui est omni laude & gloria maior/ & dignus superlaudari ab omni genera-
tione. Et quicquid illi placuerit de nobis ordinare: ipsi scit omnis honor/ & decus et glo
A ria ab omni lingua/ populo/ tribu/ & gente in sæculorũ sæcula. Amen.
1 ¶EXAMINATIO nõnullorum circa literã. ¶Vulgata æditio. Qui sunt Philippis cũ
episcopis & diaconibus. ¶Cum apostolus Philippenses alloquatur: præstat vertẽdũ (vt
& in superioribus epistolis dictũ est) qui estis Philippis. Et dicendum: & diaconis/ id est
ministris/ non diaconibus. Nam diaconos recto singulari græce dicitur. & diaco aut dia
con vnde oporteret diacones inflecti: neq; græce/ neq; latine arbitror vnq̃ legi. Paulus.
A τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. ¶Vulgata æditio.
2 Confidens hoc ipsum. ¶Dici & hic quoq; potest accõmodatius: hoc ipsum suasum ha-
B bẽs/ cõpertũ/ certum/ aut quippiam simile. Paulus. πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο. ¶Vul
2 gata æditio. Socios gaudij mei omnes vos esse. ¶Non gaudij/ sed gratiæ potius legen-
dũ est. Paulus. συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. ¶Vul-
gata æditio. vt sitis synceres in diẽ CHRISTI. ¶Aeque posse dici videtur: in die Chri-
sti. non enim hic mora attendi videtur: sed potius vt sitis puri & integri cum in die iudi
cij astabitis tribunalibus Christi. Paulus. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ εἰς ἡμέ-
ραν χριστοῦ. Neq; id moueat q̃ Paulus hac præpositione εἰς vtens/ accusatiuo iun-
git. nam promiscue vti solet εἰς et ἐν. Q; si potius vti placet accusatiuo: itelligatur mo
B ra ac successio/ perinde ac si diceremus ad diem vsq; Christi: quæ est dies iudicij/ cũ par
3 ticularis/ tum vel maxime vniuersalis. ¶Vulgata æditio. Ita vt vincula mea manife-
sta fierẽt in CHRISTO: in õni prætorio. ¶Potius: toto prætorio. Paulus. ὥστε δεσ-
μούς μου φανερούς ἐν χριστῷ γενέσθαι, ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. ¶Vulgata
æditio. Vt plures e fratribus. ¶Legendũ: & nõ vt. Paulus. καὶ τοὺς πλείονας τῶν
C ἀδελφῶν. ¶Vulgata æditio. Quidã ex charitate sciẽtes quoniã in defensione euãge
3 lij positus sum. Quidã autẽ ex contentione CHRISTVM annunciant nõ syncære: ex-
istimantes pressurã se suscitare vinculis meis. ¶Hic particulæ sunt permutatæ. & pri-
mo loco exprimuntur ij qui ex contentione/ secundo autẽ loco ij qui ex charitate siue
dilectione. Et in capite vtriusq; particulæ: legendum est potius qui/ q̃ quidam. vt in pri-
ma particula dicamus qui autẽ ex cõtentione. Paulus. οἱ μὲν ἐκ ἐριθείας τὸν χρι-
στὸν καταγγέλλουσιν, οὐκ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσ-
μοῖς μου. οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖ-
μαι. ¶Vulgata æditio. Dum omni modo. ¶Paulus habet πλὴν παντὶ τρόπῳ.
quod magis præter/ siue nisi/ significare videtur/ & intelligibiliorẽ reddit sententiã q̃ cũ
exponitur per dum. apte enim intelligitur. Quid enim/ nisi q̃ gaudeo & etiam gaude-
bo quomodocunq; Christus annuncietur. ¶Vulgata æditio. Quia in nullo confundar.
¶Ne videatur quia/ esse causale: potius dicendũ videtur/ q̃ in nullo cõfundar. Paulus.
ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. ¶Vulgata æditio. Michi enĩ viuere CHRISTVS
est/ & mori lucrũ. ¶Paulus viuere & mori: nominaliter sumere videtur. quod ex articu-
lis adiunctis vt nominibus: cognoscitur. Ad quod insinuandum: per nomina/ vita &
D mors/ conuertimus. Paulus. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν χριστὸς. καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.
4 ¶Vulgata æditio. Et hoc cõfidẽs scio. ¶Dici & hic quoq; potest: et hoc exploratũ ha-
bens/ aut quippiam simile: Paulus. καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα. ¶Vulgata æditio.
Vt gratulatio vestra abundet in CHRISTO IHESV in me. ¶Dicendum potius glo-
riatio vestra. Paulus. ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν χριστῷ ἰησοῦ ἐν
ἐμοί. ¶Vulgata æditio. Per meum aduentum. ¶Indifferenter dici potest et aduentũ
et præsentiam. Paulus. διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας. ¶Vulgata æditio. Tantum di
gne euangelio CHRISTI conuersamini. ¶Intelligibilius/ et sermoni latino quadran
tius: si dicatur pro dignitate. Et illud conuersamini significat/ politiam/ regimen/ resq;
cum priuatim priuatas/ tum publice publicas administrari. Paulus. μόνον ἀξίως τοῦ
εὐαγγελίου τοῦ χριστοῦ, πολιτεύεσθε. ¶Vulgata æditio. Audiam de vobis quia
statis in vno spiritu vnanimes collaborãtes. ¶Potius: audiam quæ circa vos. Et vetus
interpres vt frequẽter solet: quia pro q̃ vtitur. Et q̃d dicit vnanimes: dici potest anima
vna/ siue vno animo. Q̃d etiam collaborantes: potius exprimẽdũ est concertantes. Pau
lus. ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες. ¶Vulgata æditio. Et in nullo terreamini ab aduersarijs. ¶Participio vtit
Paulus non verbo/ participio quidem quod significat conturbari/ aut consternati. Pau
lus. καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων. Et duplici negatio-
ne negat Paulus/ et abundantius quidem negat. Sed more latinorũ et maxime pro-

pter cōtensiosiores dialecticos/ qui nō intelligentiam/ sed vbiq; cōtensionem quærūt: satis est apponere vnā. ¶ Vulgata æditio. Quæ est illis causa perditionis. ¶ Nō dicitur in Paulo causa perditionis: sed potius ostēsio siue indicium. Paulus. ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις. ¶ Vulgata æditio. Et nunc audistis de me. ¶ Legendū & nunc auditis de me. Paulus. καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. vbi præpositione pro præpositione vtitur: aut dicendum/ in me.

CAP. II.

PHilippenses signa salutis cum apostolo communia/ pro Christo pressuras patientes/ habebant/ Christum diligebant/ vnitatem spiritus seruabant/ dilectionem mutuam colebant. & hoc: apostolo gaudium. sed si ad finem vsq; permanerent: maius/ & plenum eius erat gaudium. Quapropter eos hortatur/ & vehementer quidem hortatur in gratijs/ et ingētibus beneficijs dei eos adiurans vt perseuerent: non relabētes ad carnalia. Etiam qui in quoq; statu sunt maiores: Christum imitētur et eius humilitatis exemplū. Qui cum deus esset: formam serui īduit/ vt nobis esset ve-
5 ræ humilitatis exemplar/ qui est veritas gloriæ. Et hæc est eius ex vehementi et arden-
te dilectionis affectu/ profecta: ad Philippenses exhortatio. ¶ Si qua igitur consolatio
in CHRISTO/ si quod solatiū dilectionis/ si qua cōmunio spiritus/ si qua misericordia
et miserationes: implete gaudium meum/ vt idem sentiatis/ eandē dilectionem haben-
tes/ vnanimes/ vnum sentientes. nichil per cōtentionē aut inanem gloriam/ sed in hu-
militate sensus: arbitramini vobisipsis inuicem preeminere. non quæ vestra sunt quisq;
cōsyderate: sed et quisq; quod aliorum. Hoc enim sentite in vobis/ quod et in CHRI-
STO IHESV. qui cū in forma dei esset/ non rapinam arbitratus est esse æqualem deo/
sed seipsum exinaniuit formam serui accipiens/ in similitudine hominū factus/ et figu-
ra inuentus vt homo. humiliauit seipsum/ factus obediens vsq; ad mortem: mortem au-
tem crucis. Propter quod et deus ipsum exaltauit/ et donauit ei nomen quod est super
omne nomen: vt in nomine IHESV omne genu flectatur/ cœlestium/ et terrestrium/
et infernaliū. et omnis lingua confiteatur/ q; dominus est IHESVS CHRISTVS: ad
gloriā dei patris. ¶ Cum Christus dominus in hūc mūdū venit: nō quæ sua cōsyderabat/ sed quæ aliorum/ et quæ nostra futura erant bona. Et qui natura dominus erat omnium: venit non dominari/ sed seruire/ natura seruis. Filius (inquit) hominis non venit ministrari/ sed ministrare. O natura serui/ duriores saxis/ aspide surdiores/ ceciores tenebris: qui nescitis vos ob humilitatē/ & tātā cordiū liq;factricē humilitatē/ domini & dei vestri/ humiliari. omnibus humilibus hanc exaltationem sua humilitate comparauit: vt humiles omnes exaltentur/ & nominentur super omnia alia nomina/ in illo diuinæ humilitatis nomine super omnia exaltato/ quod ē superdulce & superbenedictū nomē Ihesus. quod cœli venerantur/ terra colit/ inferi tremiscunt: cui incuruant omnia/ venerationis & obedientiæ genua. & nichil est quod humilitati resistere possit: vt quæ eodē throno cum summa maiestate residet. Sed quomodo in similitudinem hominū factus est: qui vere homo factus/ omnem aliam etiam secundum naturam/ excedit hominum veritatem? Quomodo figura inuentus vt homo: cuius Adam & cæteri homines nō sūt nisi typus & figura? Duas in se naturas Christus verissime habet/ diuinam & humanā. diuina: forma dei. humana: forma hominum est. diuina: veritas est. humana: diuinæ imago & similitudo. diuina: archetypus & exemplar. humana: figura. Et humanā formam diuinæ esse imaginem & similitudinem: quid aliud diuinū testatur eloquium/ cū deum inducit loquentem ac dicentem/ faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostram? Quomodo igitur Christus qui diuinæ formæ humanam formam coniunxit/ qui in veritate & exēplari erat de9: ī similitudine & in figura nō est īuentus homo? Et si homo ad alium hominem & ad inferiora verus/ & vt veritas sit: ad deum tamen nō nisi similis & similitudo est/ ad exemplar non nisi figura. Sed in Christo nō est nuda similitudo/ non est nuda figura vt in nobis: sed similitudo vera & exemplaris figura/ immo quæ est veritas & archetypus. Nam Christus homo/ vere deus est. Et nunc ad gloriam æterni patris omnis lingua cōfiteatur/ q; Ihesus Christus dominus/ et deus est. neq; enī dei patris gloria esset: filium habere qui deus non esset. His itaq; de vtraq; forma Chri-
6 sti diuine ab apostolo recensitis/ exhortationē suā prosequitur ad Philippenses dicēs:
¶ Quare dilecti mei vt semper obedistis/ non vt in præsentia mea solum/ verū nūc mul-
to magis in absentia mea: cum timore ac tremore vestram salutē operamini. nam deus
est qui operatur in vobis & voluntatem & operationē pro bona voluntate. Omnia faci-
te sine murmurationibus/ & disceptationibus: vt sitis irrepræhensibiles et simplices fi-
lij dei/ imaculati in medio generationis malignæ & peruersæ. in quibus lucetis vt lu-

, minaria in mundo: sermonem vitæ retinentes / ad gloriationem meam in die CHRI-
, STI. quia non in vanum cucurri neq; in vanum laboraui. sed etsi imolor in sacrificio
, & obsequio fidei vestræ: gaudeo & congratulor omnibus vobis. Itidem autem & vos
, gaudere & congratulamini michi. ¶ Cum aliquid boni volumus/ maxime quod diui-
num & spirituale est / et operamur/ voluntatem illam executioni demandantes : deus
est qui volũtatem illam & actum effectumq; pro beneplacito suo in nobis operatur/ nos
autem dei instrumentum sumus. neq; enim oculus cœlestia videt: nisi cœlum in eo ope
retur/ q̃uis oculus ad cœlum vt animatus / & cœlum vt inanimatũ. at mens nostra ad
deum vt inanimata: deus autem vt animatus & superanimatus. deus vt actus: mens vt
materia. Cui igitur motionẽ & motionis actionẽ tribuemus? Et humanæ & diuinæ phi
losophiæ est ignarus: qui non actui/ sed potentiæ tribuit operari. Deus igitur & volũta-
tem/ & energiam/ actũq; ac operationẽ in spiritualibus operatur. & illi tanq̃ filij dei irre
præhensibiles/ simplices/ & immaculati absq; vlla vituperatione ab eo acceperunt esse/
& lucere in mundo vt luminaria & stellæ in cœlo. sine quibus (vt cœlum sine luminari-
bus & stellis) totus mundus in obscuro esset. sic & vniuersus hominum cœtus teter/ opa
cus & densissimus sine diuina luce tenebris esset obsit⁹. qualis forte nũc ẽ apud Aethio-
pas/ Gymnadas/ Anthropophagos: quibus nõdũ Christi lux illuxit / etsi sub mesurania
cœli plaga vbi sensibilis mundi sol semper discurrit/ habitent. Illa enim luce non indi-
gent: sed Christi luce/ vt obscurus vitæ status illuminetur. Illi/ quid sit omnino carnalis
homo ostendunt: gratia autem Christi/ quid sit spiritualis monstrat. & hi & illi extremi:
& vtriq; simplices. Sed inter hos & illos medij: qui secundũ faciẽ & in fronte spiritua-
les sunt/ & in occulto carnales. Sed an hi filij dei sunt? Minime. nam oportet filios dei
integros esse & simplices. hi autem neq; integri spirituales / neq; integri carnales: non
sunt simplices/ sed duplices. et eodẽ iure illi excluduntur a veris spiritualibus & filijs dei:
qui secundum faciẽ carnales sunt/ secundũ autẽ mentẽ casti ac spirituales. nã duplices/
& non sunt integri tales: sed preconis dei transgredientes præceptũ. per quẽ mãdat nos
oportere esse irrepræhensibiles/ integros/ & simplices/ immaculatos & sine vituperio/ lu
centes/ & non tenebrosos. Et vt tales sint homines: libenter impendere deberemus ani
mas/ vt imitatores Christi essemus. qui pro nobis/ vt tales essemus mortu⁹ est: & seipsũ
victimam & oblationem deo patri pro nobis obtulit/ immolatus in cruce. Quem Chri
stiformis Paulus libenter/ & gaudenter imitaretur: pro ijs quos Christo acquirebat/ im-
mo quos Christus per eum sibi acquirebat/ immolationẽ suscipiens. qui enim ardet spi
ritu/ ad salutem multorum bonũ vitæ odorem reddens: immolatur & sacrificatur deo ĩ
odorẽ suauitatis. & gaudet & exultat in ipsa delibationis suæ hora / vt sancti martyres:
& suo odore vitæ/ cæteros homines ad gaudium et exultationem ĩuitat. Quod Paulus
ĩdies vt thus in acerra positum faciebat. sed nũc ad humiliora descendit/ altum dei cõ-
silium relinquens/ et proprium referans (id est humanitatis officia: quæ spiritui nõ sũt
7 contraria imo consentanea) veluti ex maxima et multiremi naue descendẽs in cymbã/
, sed quæ semper maximæ naui adhæret / atq; ait. ¶ Spero autem in domino IHESV/
, me breui missurum ad vos Timotheum: vt et ego bono sim animo / certior factus eorũ
, quæ circa vos geruntur. neminẽ enim habeo æquiore animo: qui ingenue ea quæ circa
, vos sunt curaturus sit. nam omnes quæ sua sint/ quærunt: nõ quæ CHRISTI IHESV.
, Experimentum autẽ eius cognoscitis: quia tanq̃ cum patre filius/ mecũ seruiuit in euã-
, gelio. Hunc igitur spero me missurum/ confestim: vt videro quæ circa me erunt. cõfido
, autem in domino: q; et ipse cito veniam. ¶ Hæc est cõmendatio fidelitatis et integrita
tis Timothei a Paulo: in omni argumẽto charitatis erga Philippẽses. quos nisi in per-
sona visitet: suo non satisfaciet animo. sic amor et vera dilectio: amatorũ requirit præ-
sentiam. Sæpe Paulus Rhomæ vincula Christi portauit: et sæpe Christus eum liberauit
vt inde proficisceretur quo vellet/ et quo spiritus eũ dirigeret. Et q̃uis tũc Paulus vin-
ctus esset: a spiritu dei certior factus/ sciebat se soluẽdũ/ et ad eos profecturũ. poterat enĩ
e Rhoma transmissa adria/ aut itinere terrestri multas Europę circũlustrando terras/ ad
Philippenses descendere atq; Macedonas. Et Paulũ id itineris confecisse contendunt
adhuc Pruteni/ et quædã gens barbarorum/ rigẽti polo vicinior. quos etsi perpetua gla
cies et gelu constringat: tentauit tamen Paulus saluifico et inextinguibili igne Christi
calefacere. quibus nichil adest dulcius/ q̃ hospitis Pauli/ dei altissimi apostoli nomẽ au-
dire. hæc igitur ĩdicia sunt Paulũ quod de propria visitatione pollicebatur/ impleuisse.
Sed et præmittit Epaphroditum apostolũ Philippensium: qui a Philippensibus missus
ad Paulũ/ eius indigẽtias in vinculis detenti leuauit/ & õne impleuit humanitatis offi-
cium. qui probe instituit in fide Philippenses/ quem & ipsi quoq; diligebant tanq̃ osten

forem lucis et salutis / et perductorem ad veram vitam quæ est agnoscere Christum/
et agnitum sequi omnisalutiferum. et apud Paulum eius leuans indigentias : vi-
ces Philippensium suppleuit. quibus congratulatur apostolus : q ex maxima & de-
sperata infirmitate benignitas Christi ei indulserit vitam/ quæ multis alijs adhuc erat
8 necessaria / immo & ipsis Philippensibus. Et virum sancte commēdat (virtus eni nō ni-
si sancte cōmēdatur) atq; subdit. ¶ Necessariū autē existimaui mittere ad vos Epaphro-
ditum fratrem & cooperatorē & cōmilitonem meum/ vestrum autem apostolum/ & mi-
nistrum indigentiæ meæ: quoniā certe desyderio omnium vestrum afficiebatur. & mo-
leste ferebat: ob idipsum q audieratis eum aduersa valitudine laborasse. Eniuero pro-
xime ad mortē laborauit. sed deus misertus est eius: & nō modo eius sed & mei / vt tri-
stitiam super tristitiam non sustinerem. Diligentius igitur eum misi: vt videntes eū rur-
sus gaudeatis/ & ego minus sim tristis. *Suscipite* igitur eum in domino/ omni cum gau-
dio: & eos qui huiusmodi sunt: honorabiles habete. quoniam propter opus CHRISTI
ad mortem vsq; appropinquauit: ex deliberatione/ positurus animam/ vt suppleret erga
me id quod deerat officij vestri. ¶ Ex his intelligimus Epaphroditum nō ex aliquo ex-
cessu/ non fortuito in languorem morti tam vicinum incidisse: sed ex cōtumelijs & pres-
suris quas pertulit pro nomine Ihesu / non solum illas pertulisse contentus/ sed paratus
denuo tantas perferre. & si opus esset animam ponere: vt Paulo in vinculis coniecto &
duro carceri mancipato subueniret/ eiusq; indigentias leuaret omniū Philippensiū vi-
cem implens. Quem ad solatiū omniū Philippensium/ ex morte pene rediuiuū: præmit-
tit cū sancta hac epistola/ consolatoris dei imitator apostolus. Gratię igitur Christo regi
gloriæ sint: qui præstat esse fideles/ ex morte eū reuocās qui ad vitam cæteros consola-
A tur æternam. Amen.

5 ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. *Si qua societas spiri-
tus.* ¶ Dici potest: si qua communio spiritus. Paulus. εἴ τις κοινωνία πνεύματος.
¶ Vulgata æditio. *Si qua viscera miserationis.* ¶ Potest & hic etiā dici si qua misericor
dia & miserationes. Paulus. εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. Quid eni σπλάγχνα
aliud q̄ viscera/ aut (vt sic dicam) visceralitas & misericordia? ¶ Vulgata æditio. *Vt idē
sapiatis.* ¶ Sapiatis idem est vocabulum quod vsitatius apud latinos sentire interpreta
ri solet: & quod proximo præcedēte capite/ vetus interpres sentire interpretatus est/ vbi
dixit. Iustum michi hoc sentire pro omnibus vobis. Et cuius/ continuo post/ participiū
vertit sentientes: cum dicit idipsum sentientes. Et haud multo post idem verbum senti-
te, vbi ait. hoc enim sentite in vobis. Quare & hic quoq; æquum erat : vt idem verbum
verteret sentiatis. Paulus. ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε. ¶ Vulgata æditio. *Idipsum sentien-
tes.* ¶ Potius: vnū sentiētes. Paulus. τὸ ἓν φρονοῦντες. ¶ Vulgata æditio. *Nichil per
contentionem/ neq; per inanem gloriam.* ¶ Secunda particula non peculialiter in Pau
lo negatur/ sed disiungitur. Paulus. μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν. ¶ Vulga
ta æditio. *Sed in humilitate.* ¶ Hic vocabulum est: quod superius diximus humilitatē
sensus quæ est quædam rationis bona simplicitas ostendere. Si enim homines/ siue vi-
ri/ siue mulieres sic mente affecti sunt & ratione/ quo modo ouis & turtur corpore & ap-
petitu: ij sunt simplicitatem mentis habentes. Paulus. ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ.
¶ Vulgata æditio. *Superiores sibi inuicem arbitrantes.* ¶ Satius videtur per secundam
personam esse loquendum/ & dicendum vobisipsis: ex illo quod superius dixit . implete
gaudium meum/ & nō minus ex hoc quod subnectit. hoc enim sentite in vobis. Paulus.
ἀλλήλων ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. ¶ Vulgata æditio. *Non quæ sua
sunt singuli consyderantes.* ¶ Et hic etiā per secundam personam loquēdū : quæ vestra
sunt/ aut sint. Et per verbum dicendum cōsyderate . Paulus. μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος
σκοπεῖτε. ¶ Vulgata æditio. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo.* ¶ Se abū
dat. Paulus. οὐκ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. ¶ Vulgata æditio. *Et habi
tu inuentus vt homo.* ¶ Habetur græce figura. Paulus. καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς
ἄνθρωπος. q̄q̄ & hoc vocabulū σχῆμα longe varie exponi solet: nunc figura/ forma/
species/ schema/ modus/ interdum etiam habitus. ¶ Vulgata æditio. *Cœlestium/ terre-
strium/ & infernorum. & omnis lingua cōfiteatur quia dominus IHESVS in gloria est
dei patris.* ¶ Dicendum: cœlestium/ & terrestrium. Et particula omnis lingua confitea-
tur et quod subsequitur: duplicem sensum habere potest. Vnus qui expressus est a vetere
interprete: vt verbum est intelligitur post gloria . Sed & angeli & sancti omnes in glo-
ria sunt dei patris/ et si id a Christo latissimo discrimine. nam Christus dominus/ in for-
ma dei est in æqualitate gloriæ cum deo patre/ cæteri autē neq; angeli/ neq; sancti in il-
la esse possunt æqualitate gloriæ. Alius sensus hic in litera expressus est: vt verbum est/

intelligitur post dominus. dicere enim Christum dei filium/dominũ esse / & deum esse:
dei patris gloria est . qui cum deus & dominus sit : æterna fœcunditate coæqualem sibi
et deum & dominum genuit. Et vterq; sensus & pius & acceptabilis. Et hanc duplicita-
tis sensuum possibilitatem reliquit nobis Paulus : ex eo q͂ nullũ expressit verbum per
quod vel hunc/vel illum potius agnoscere possemus. Paulus. ἐπουρανίων καὶ ἐπι-
B γείων καὶ καταχθονίων. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι κύριος
6 ἰησοῦς χριςὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ❡Vulgata æditio. Itaq; charissimi mei
sicut semper obedistis:non vt in præsentia mei tantum . ❡Legendum:dilecti mei . Et
cur vetus interpres non dixit in præsentia mea / vt et continuo post dicit in absen-
tia mea / aut vtrobiq; pari iure exposcit ratio / dicendum primitiuo mei / aut vtro-
biq; deriuatiuo mea. Paulus.ὥστε ἀγαπητοί μου καθὼς πάντοτε ὑπηκούσα-
τε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου. ❡Vulgata æditio. Qui operatur in vobis et vel-
le & perficere. ❡Quia Paulus vtitur infinitiuis pro nominibus : nichil alienum visum
est/si nomina poneremus quæ latinis sunt vsitatiora/ q͂ infinitiua pro nominibus. Et vo-
cabulũ Pauli potius operari dicit q͂ perficere. Paulus. ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέ-
λειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Et cur etiam tam e vicino vetus interpres ὁ ἐνεργῶν iterpre-
tatur qui operatur:& τὸ ἐνεργεῖν perficere? ❡Vulgata æditio. Omnia autẽ facite sine
murmurationibus & hæsitationibus. ❡Satis est dicatur õnia facite. Et vbi vetus inter-
pres dixit hæsitationibus:dici potest disceptationibus/ disputationibus/id est multa di
scussione. Non enim decet terrenos seruos murmurare/neq; præcepta dominorum non
facere nisi ea discusserint. tanto minus & hæc quoq; decerent spirituales seruos:qui glo-
riantur dominum se habere/non in terris sed in cœlis omnia facta/& dicta eorũ cõtuẽ-
tem ac rimãtem/quem etiam nulla effugere potest cogitationum. Paulus. πάντα ποι-
εῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. ❡Vulgata æditio. Sine reprehensio-
ne/in medio nationis prauæ. ❡Dici & hic in principio potest: imaculati. Paulus. ἀμώ-
μητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς. Siquidem ἄμωμον etiam immaculatum inter-
C pretari solent. nec ab re. nam qui sine macula est:merito irreprahensibilis est. ❡Vulga
6 ta æditio. Sed etsi emulor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ. ❡Legendũ: im-
molor/non emulor. Et arbitror vicio scriptorum euenisse vt nunc in q͂plurimis codici-
bus legatur emulor. Paulus. ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουρ-
γίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. ❡Vulgata æditio. Idipsum autem vos gaudete. ❡Illud idi-
psum:arbitror æquius ad consuetudinem latinam dici posse itidem (id est id idem sed
euphoniæ causa apud grãmaticos primum d transit in t) siue identidem . Paulus. τὸ
δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε. ❡Vulgata ęditio. Neminem enim habeo tam vnani-
mem qui syncæra affectione pro vobis solicitus sit . ❡Non habetur græce qui syncæra
affectione/ sed solum aduerbium vnũ/quod ingenue/ generose/peculiariter/aut aliquid
simile significat. Paulus . οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον . ὅστις γνησίως τὰ περὶ
ὑμῶν μεριμνήσει . ❡Vulgata æditio. Omnes enim quæ sua sunt quærunt. ❡Studiũ
eorum qui quærunt:non circa habita/sed circa habenda maxime versatur. Quare æque
aut potius futuro optantis dicendũ videtur: omnes enim quæ sua sint quærunt/ q͂ præ-
senti indicante sunt. Paulus autem verbum non expressit . Et dixit Christi Ihesu . Ordo
ergo in vulgata ęditione imutatus. Paulus. οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν,
οὐ τὰ χριςοῦ ἰησοῦ. ❡Vulgata æditio. Experimentum autem eius cognoscite. ❡Po
test & hoc æque per præsens indicantis interpretari. Paulus. τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ
γινώσκετε. ❡Vulgata æditio. Quia sicut patri filius mecum seruiuit in euãgelio. ❡Vt
eodem casu dicatur me & patre vt & græce eodem casu dicuntur:sumpsi cum/ ex sequẽ
te particula/et præfixi patre. sic enim sermo latinitati videtur accõmodatior . Paulus.
ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον. ❡Vulgata
æditio. Mox vt videro quæ circa me sunt. ❡Videtur potius verbum futuri temporis au
D diendum/& ideo potius exprimendum erunt q͂ sunt. Paulus. ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ
8 ἐμέ. ❡Vulgata æditio. Nam & infirmatus est vsq; ad mortem. ❡Non dicitur vsq;:sed
vocabulũ quod hic ponitur vicinitatem potius dicit. Paulus. καὶ γὰρ ἠσθένησε πα-
ραπλήσιον θανάτῳ. ❡Vulgata æditio. Et ego sine tristitia sim . ❡Diminutionem
hic dicere videtur/ac si diceremus intristior/siue minus tristis. Paulus. κἀγὼ ἀλυπό-
τερος ὦ. ❡Vulgata æditio. Vsq; ad mortem accessit tradens animam suam. ❡Potius
appropinquauit q͂ accessit . Suam in fine abundat . Et vetus interpres dicens tradens
animam: minus exprimit q͂ græcum intendit/non solum designans tradere animam
sed ex voluntate/sponte/& ex deliberatione . Paulus. μέχρι θανάτου ἤγγισε, πα-
ραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ.

CAP. III.

QVæ autẽ erant quorũ Epaphroditus post cõmunem ex aduẽtu eius letı-
tiã Philippẽses admoniturus erat/ & quæ ad officiũ apostoli pertinebãt:
hic aperit Paulus. illa enĩ erãt: ne seducti a veteri iudæorũ fermẽto/ cir-
cũciderẽtur/ & seruituti legaliũ colla subderẽt: quos gratia Christi libe-
ros/ gratis fecerat. Cũ enĩ filiꝰ terreni alicuius regis primitꝰ locũ aliquẽ
itrat: captiui/ & ad graues operas dãnati/ gratis soluũtur. Et qui gratia
solutis (nisi aliud accidat) seruitutẽ imponit/ aut alia onera: iniuriã filio
regis facit. sic cũ filius æterni regis sancto aduẽtu suo hũc mundũ illu- 1
strauit/ cũ mũdi huius carcerẽ intrauit/ illucẽs splẽdore gloriæ suæ ijs qui erãt in tene-
bris & in vmbra mortis: captiuos õnes/ & ad dura mortis iperia dãnatos/ gratis libera-
uit. Et iiuriã gratię Christi liberatoris nostri facit: qui seruituti/ liberatos addicere vult/
quasi gratia Christi rãta nõ esset/ vt quę õnino liberare potuisset/ liberosq́ꝫ efficere. quasi
filius æterni regis & ipse æternus: tãtus nõ esset/ qui aduẽtu suo in propriã quã ipse cõ-
didit ciuitatẽ/ integrã captiuis & pressis dare potuisset libertatẽ. O iudæi gratiã negãtes
filij dei/ & sanctũ eius in mundũ/ aduẽtũ inhonorãtes: resipiscite. liberos in seruitutẽ re-
digere velle: libertati eorũ inuidere est. circũcisio signaculũ fidei erat/ ante seruorũ libe
rationẽ. quo si masculus seruitutis iugo pressus carebat: exterminabatur aĩa eius. Ma-
sculus (inquit) cuius præputij caro/ circũcisa nõ fuerit: delebitur aĩa illa de populo suo.
Ergo quod modo in carne facitis: nõ est ãplius circũcisio (nã definitio ei nõ conuenit)
sed est quædã cõcisio circũcisioni opposita. quãdoquidẽ qui hoc pacto cõcisus & (vt sic
dicã) recutitus fuerit: exterminabitur aĩa eius/ nisi ad gratiã saluatoris recurrat/ & in ea
sola suã salutẽ collocet. Ergo qui suadẽt circũcidi: nõ circũcidunt/ sed cõcidunt potius
& recutiũt. inuidẽt saluti: nõ saluãt. opus perdũt: nõ laborãt. Sed quo nomine aptius ta
les nominãtur/ q̃ canes: quorũ proprietas est seruitutẽ amare/ & extraneis omnibꝰ inui
9 dere? Quapropter de huiusmodi iudęis/ Philippensiũ animũ ad gaudiũ supernũ erigẽs/
» & cõtra tales præmuniẽs ac cautos efficiens: subdit Paulus. ¶ Quod reliquũ est fratres
» mei gaudete in dño. Hæc vobis scribere q̃ michi nõ pigrũ: tam vobis securũ est. Aduer
» tite canes/ aduertite malos operarios. aduertite cõcisionẽ. Nos enĩ sumus circũcisio qui
» spũ/ dei cultũ habemus/ & gloriamur in CHRISTO IHESV/ & nequaq̃ in carne fidu-
» ciam habemus. Qq̃ & ego in carne fiduciã habere posse videor. si quis alius videtur ĩ
» carne cõfidere posse: ego magis/ circũcisus octaua die/ ex genere Israel/ de tribu Benia-
» min/ Hebræus ex Hebræis/ secundũ legẽ Pharisęus. per zelũ persecutus ecclesiã: secũ-
» dum iustitiã quæ in lege est/ factus irreprẹhẽsibilis. Sed quæ michi videbãtur lucra: hęc
» ego arbitratus sum damnũ propter CHRISTVM. Verũ eniuero arbitror õnia damnũ
» esse: propter eminẽtiã cognitionis CHRISTI IHESV dñi mei. propter quẽ omnia hoc
» cifeci/ & existimo sterquilinia esse: vt CHRISTVM lucrifaciã/ & inueniar in eo nõ ha-
» bens meã iustitiã quæ ex lege est/ sed eã iustitiã quæ ex deo est per fidẽ CHRISTI. vt ĩ
» fide cognoscã eum/ & potestatẽ resurrectionis eius/ & cõmunionẽ passionum eius: con-
» formatus morti eius/ si quo pacto occurrã ad resurrectionẽ mortuorũ. ¶ Paulus octaua
die secundũ veteris legis præceptũ circũcisus/ ex genere Israel/ de tribu Beniamĩ/ He-
bræus ex Hebræis/ secta Pharisæus quæ religiosior & obseruãtior legaliũ videbatur/ q
zelum antiquæ legis habuit vsq́ꝫ ad persecutionẽ ecclesiæ/ in obseruationibus legis fa-
ctus irrepræhẽsibilis/ Paulus inq̃ qui talis fuit: nichil prorsus in his cõfidit/ nichil hæc
omnia existimat. Quo modo igitur gentes/ quæ neq́ꝫ octaua die circuncidũtur vt lege
præceptũ ẽ/ neq́ꝫ ex genere Israel sũt/ neq́ꝫ de vlla tribu/ neq́ꝫ Hebræi/ neq́ꝫ ex Hebręis/
neq́ꝫ ex vlla secta/ sine aliquo legis zelo/ sine vlla obseruatione in circũcisione & lega-
libꝰ Hebræorũ/ cõfidere debẽt? quo modo existimare illa sibi aliquid profore? Si quicq̃
rationis habẽt: nequaq̃ debẽt. Hoc argumẽto a maiori vsus est Paulus: vt diuinis ostẽ-
dat etiã humana cõspirare. Verũ vt Christus est verꝰ agnꝰ paschalis: ita baptismꝰ Chri
sti vera circũcisio. signaculũ enĩ est fidei: quo si quis careat/ extermiabitur aĩa eius. Ni-
si quis (ait) renatus fuerit ex aqua & spũ sancto: nõ potest introire in regnum dei. Quo
modo igitur vera circũcisio non est: cui veritatis circuncisionis definitio conuenit? In
baptismo/ Christo cõmorimur/ petra quę est Christus/ tota carne circũcisi: vt totꝰ simus
spũs. quo modo enim spirituales facti: carne circũcisi non sumus? Resurgimus cũ Chri
sto: vt sic Christiformes/ ad nouissimã mortuorum resurrectionem occurramus. Et tãta
est eminentia cognitionis Christi/ gratię/ & mysteriorum eius ad iustitiam legis anti-
quę/ & obseruantias eius: quanta lucis ad tenebras/ libertatis ad seruitutem/ lucri
ad damnum/ preciosi ad sterquilinium/ & diuini ad terrenum. At quis vbi offertur

lux/libertas/lucrũ/preciosum/ diuinũ:nõ cõtinuo paruipẽdet & nichilifaciet tenebras/
seruitutẽ/damnũ/sterquiliniũ/terrenũ? tam magnipẽdenda erat Paulo/ tam insignis &
pręeminens Christi cognitio/iustitiæ/& gratiæ eius:& tã nichilifacienda/vilis & abie-
cta iustitia legis/ obseruãtiarũ/& operũ eius. At dicet quispiã/ postq̃ ergo Paule tãtifa-
cis/tam eminentẽ habes Christi cognitionẽ:iam appręhẽdisti/iã beatus es/iam eã per-
fectionẽ adeptus quã alij in resurrectione expectãt. Id egregie refutat Paulus. nam ad-
huc in spe currit/nõ in fruitione. in spe certa/sẽper ad anteriora & potiora se porrigẽs:
nõ in termino cursus quiescẽs/qui est status i Christo/nõ cursus ad Christũ. qui est frui-
10 tio Christi:nõ Christi fruẽdi spes ac desyderiũ. actus:nõ habitus. dies:nõ nox. facies:nõ
velamen. veritas:nõ vestigiũ. Quã ob causam addit Paulus. ¶ Nõ q̃ iam cõpræhẽde-
rim/aut iam profectus sim:sed prosequor si & id cõpræhendã in quo & cõpræhẽsus sũ a
CHRISTO IHESV. Fratres ego nondũ meipsum autumo cõpræhẽdisse. vnũ tamen
est:quæ retro sunt obliuiscens. ad ea vero quæ ante sunt/me extendẽs: secundũ scopum
prosequor brauiũ supernæ vocationis dei in CHRISTO IHESV. Quicũq; igitur per-
fecti sumus:hoc sentiamus. Et si quid aliter sentitis:& hoc deus vobis reuelabit. Verũ-
tamen ad quod peruenimus:eidẽ regulæ innitamur/idem sentiamus. ¶ Quid est id/in
quo cõpræhẽsus est Paul9 a Christo Ihesu:nisi veritas/archetypus/exẽplar? Proseque-
batur igitur & currebat/vt i veritate/ archetypo/exẽplari cõpræhẽderet: similitudines/
typos/& vestigia deserere volẽs. Quæ sunt illa quæ retro sunt/quę illa quæ ante? Retro:
lex vetus/legales obseruãtiæ/similitudines/typi/figuræ. Ante sunt:lex noua/mysteria
Christi veritas/archetypus/exẽplar. Verũ adhuc mysteria Christi dũ viuimus/quę ve-
ritates typorũ hebræorũ sunt:typi nichilominus sunt cœlestiũ veritatũ/quæ primũ re-
uelabũtur dũ cõpræhẽdem9 in quo & cõpręhẽsi sumus/& dũ nõ ãplius per velamẽ/sed
facietenus videbimus. Illas autẽ nudas & nõ amplius (q̃uis sacro) velamine velatas/
adũbratasq; veritates/maxime prosequitur Paulus. & ad hoc:scopũ/id signũ metamq;
aio præfinitã habet Christũ. more eorũ qui ad scopũ & præfinitũ signũ omnes suas di
rigunt sagittas/vt accipiãt brauiũ:sic omnes suos actus ad Christũ dirigit/nũq̃ oculos
a Christo deflectẽs/vt supernã in ipsa veritate accipiat ęternę vitę palmam. nõ quã me-
ritũ opusq; peperit:sed quã supernæ vocatiõis dignatio impartit. Hoc ita sentiẽdũ erat
Philippẽsibus. Qđ si aliter errore decepti sentiebãt:hoc ita esse vt diuinæ veritatis p̃co
Paul9 aperuit/deus eis reuelaturũ prædicit. Ad qđ tamẽ in hoc statu peruenimus (per-
uenimus enĩ ad symbola Christi/lucẽ autẽ hebraicæ vmbrę:sed nõdũ ad cõpræhẽsionẽ)
in hoc igitur statu eidẽ regulæ initamur/& idem sentiam9. regula nostra:euãgeliũ Chri
sti/in omni cõcordia & idẽtitate. vbi enĩ diuersitas/vbi secta/ vbi hæresis:nõ est sentiẽ-
di idẽtitas & veritas. veritas dico symbolica:quæ etiã superiorẽ habet exẽplarẽ/quæ est
scopus & veritas/& prædestinata meta ad quã semper ad ãte procedẽs diuinæ viæ cur-
sor & agnitor intẽdebat Paulus. Ideo seipsũ proponit Philippẽsib9 exẽplum:vt ad exẽ
plar pertingãt. Se inq̃ proponit exẽplũ more eorũ qui primi scãdẽtes:vias norũt ad al-
11 ta/& eos accusãt qui scãdere volẽtibus præcipitia parãt. exẽplar autẽ/sublimius cœlo:
pręcipitiũ autẽ/profũdius abysso. Ait itaq; dux noster sub duce ęterno:Paul9. ¶ Imita-
tores mecũ estote fratres:& cõsyderate eos qui sic ãbulãt/ vt nos habetis exẽplũ. Nam
multi ãbulãt:quos sæpe dicebã vobis (nũc etiã & flẽs dico) iimicos crucis CHRISTI.
quorũ finis interitus. quorũ de9 vẽter est: & gloria i cõfusione eorũ q terrena sentiũt. No
stra enĩ respublica in cœlis est:vnde etiã saluatorẽ expectamus dñm IHESVM CHRI
STVM. qui trãffigurabit corpus humilitatis nostræ ad hoc:vt ipsũ cõforme fiat corpo
ri gloriæ suę secũdũ operationẽ potẽtiæ/qua ipse potest etiã sibijpsi subijcere oĩa. ¶ Cũ
inuitat Paulus Philippẽses ad imitãdũ secũ:ad imitationẽ exẽplaris vocat/qui Christ9
est/& ad figẽdũ in Christo oculũ. cũ autẽ ad se attẽdendũ:non vocat ad exẽplar/sed ad
typũ & exemplũ. exẽplũ enĩ/typus est:& exẽplar/archetypus. Et qui quenq̃ aliter/& vt
imitationis terminũ pręter Christũ imitãtur:male imitãtur. quãdoquidẽ & Paulus etiã
a seipso nõ nisi imitationis dicitur typus:a quo ad exẽplar protinus trãseundũ. nec ab
re quidẽ. Nã ordinationẽ politiæ & functionis suæ:ab exẽplaribus cœlestibus/ecclesia
Christi etiam dũ in terris versatur/desumit & mutuat. etiã quæ tãtisper agit/typi sunt:
exemplaria autem/sunt in cœlis. Ergo reuera respublica nostra in cœlis est:quæ autem
in terris est/symbolica est. Et nonne vbi rex est: respublica est. Rex autem noster Chri-
stus super omnia benedictus:in cœlis est. vnde & aduentum eius expectamus/cum ve-
niet in maiestate sua/& omnes angeli eius cũ eo. & tũc imutabimur/ & eorũ qui sæculi
illius regione lucis digni erunt:transfigurabit corpora ad cõformitatem corporis glo-
riæ suæ/secundũ operationẽ omnipotẽtiæ suę/qua sibi potest subijcere omnia. tũc typi/

tũc ſymbola finẽ habebũt/ præſentibus iam veritatib9/& archetypis. tũc in vera repu-
blica noſtra verſabimur. tũc nõ p ænigmata ſignorũ noſtrorũ: ſed reuelate/ & denuda-
te lucidã & apertã capiemus intelligentiã. Et in õnibus his admirabimur/ & laudabi-
mus infinite ſapientẽ dei potentiã/ infinite potentẽ ſapientiã/ infinite potentẽ ac ſapiẽ-
tem dei bonitatẽ/ deitatẽ vnã trihypoſtaticã. Quam decet omnis laus/ & honor/ & gra-
tiarum actio/ poteſtas/ & imperium/ in omnia & ſuper omnia ſæcula ſæculorum.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Videte conciſionem:
9 ¶ Verti potuiſſet contuſionẽ. ſed cũ vertitur cõciſio: melior eſt alluſio ad nomẽ circũci-
ſio. nam contuſio ſermone latino nõ alludit ad nomẽ circũciſionis vt in græco. Paul9.
βλέπετε τὴν κατατομήν. Cũ eni dicitur περιτομὴν et κατατομὴν: nomen no-
mini alludit. ¶ Vulgata æditio. Qui ſpũ ſeruimus deo. ¶ Magis dicendũ qui ſpũ dei/
colimus/ ſiue cultũ habemus. vt dei cũ ſpiritu iũgatur nõ cũ colimus. nã & verbũ quod
hoc loco ponitur culturã ſignificãs: datiuũ etiã apud græcos expoſcit. ſed in Paulo dei
in genitiuo/ non deo in datiuo dicitur. Paulus. οἱ πνεύματι θεοῦ, λατρεύοντες.
¶ Vulgata æditio. Q̃q̃ & ego habeam confidentiã in carne. ¶ Poſſet & hoc ad Pauli
intelligentiã verti/ & ſeruata latini ſermonis proprietate: hoc pacto. tamen & ego ha-
berem cõfidentiã in carne ſi quis alius videretur cõfidere in carne. aut vt ſupra in lite-
ra expoſitum eſt ex græco. Minus eni hoc modo aſſerere videtur: q̃ ſi dicatur/ q̃q̃ & ego
habeã cõfidentiã in carne. At quo modo aſſereret Paulus ſe habere cõfidentia ĩ carne:
cũ continuo ante dixerit/ & gloriamur in Chriſto Iheſu/ & non in carne fiduciã habẽ-
B tes/ Paulus. καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. ¶ Vulgata æditio. Cõ
9 uerſatus ſine querela. ¶ Potius legendũ factus irrepræhenſibilis. Paulus. γενόμενος
ἄμεμπτος. ¶ Vulgata æditio. Hæc arbitratus ſum propter CHRISTVM detrimẽta.
¶ Singulariter dicit Paulus detrimentũ/ ſiue dãnũ. Paulus. ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν
χριστὸν ζημίαν. ¶ Vulgata æditio. Propter quẽ omnia detrimentũ feci/ & arbitror vt
ſtercora: vt CHRISTVM lucrifaciã/ & inueniar in illo. ¶ Poſſet & hoc detrimentũ fe-
ci/ dici damnũ duxi/ quod ãplius eſt q̃ nichilipendere. nichilipẽdebat igitur õnia præ-
ſertim legalia Paulus propter Chriſtũ/ & pluſq̃ nichilipẽdebat: vtpote quę damnũ & i-
pedimentũ afferebant ad acquirendũ Chriſtũ. Vt & ſtercora/ vt & inueniar: hic vt/ bis
abũdat. Et poſt ſtercora deeſt eſſe. Paulus. δι᾽ ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦ-
μαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. ¶ Vulgata
æditio. Sed illã quæ ex fide eſt CHRISTI IHESV/ quę ex deo eſt iuſtitia. ¶ Iheſu abũ
dat ab exemplari. Et iuſtitiã in fine accuſãte caſu dicendũ eſt. Paul9. ἀλλὰ τὴν διὰ
πίστεως χριστοῦ τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην. Sed & hoc apud veterẽ interpretẽ ex-
cuſabile: q͞p articulũ accuſantis caſus mutauerit in rectũ. quare & id cuius erat articul9
mutauit in rectũ: dixitq; nominãte caſu iuſtitia. Verũ & id perexiguũ. ¶ Vulgata ædi-
tio. Et ſocietatẽ paſſionũ illius. ¶ Dici poteſt cõmunionẽ/ cõmunicationẽ/ aut quippiã
ſimile. Quoties eni quiſpiã pro Chriſto moritur: cõmunio hęc paſſionũ eius ĩtelligitur.
Nunquid caput eſt totius corporis & omniũ mẽbrorũ/ qđ patiẽtibus mẽbris/ omnibus
cõpatitur/ & moriẽtibus cõmoritur: in ſeipſo quidẽ ĩmortalis/ & in mẽbris ſuis quibus
terrã implet/ vſq; ad diẽ nouiſſimũ mortalis/ quæ precioſa mors quotidie in ſãctis ĩple-
tur: & maxime in glorioſis pro nomine eius martyrib9. Qđ etiã & noſtro æuo accidiſſe
vidimus ĩ Paruo Simone Tridẽtino/ puero vix triẽni: in quo qđ potuerũt perfidi iudæi
dominũ glorię recrucifixerũt Chriſtũ. brachia extẽderũt/ manus & pedes cõfoderũt/ la-
tus aperuerũt/ cõtumelias/ irriſiones/ & opprobria tanq̃ Chriſto intulerũt/ crudeliſſima
morte cõfecerunt. Chriſtus autẽ ſuã in eo paſſionẽ recognoſcens ac oſtendẽs/ ad infan-
tis memoriam in quo paſſus fuerat: cæcos illuminauit/ ſurdos audire fecit/ mutos lo-
qui/ leproſos mundauit/ mortuos ſuſcitauit/ & omne ſignum fecit in quo vere cogno-
ſcitur eſſe Chriſtus/ qui facit magna & ſtupẽda ſolus. Ego anno quingenteſimo ſupra
mileſimum qui fuit vniuerſalis Iubilæus vidi fœlicis infantuli corpus: quod cum il-
lis inſigniis ſplendidioribus aſtris occurret ad iudicium. vidi & tunc infantuli matrẽ
nõdum mea æſtimatione quadragenariam: per quã ſanctis erga deum me cõmendaui
martyris precibus. Et vt adhuc hæc melius cõmunicatio paſſionũ Chriſti in ſãctis in-
telligatur martyrib9: audiamus Linum/ imo Chriſtũ idipſum in paſſione Petri apoſto-
li/ aſſerẽtem. Sic eni de Petro cũ paſſurus eſſet/ & multorũ lachrymis deuictus/ libera
fuga martyriũ ad ſuperſtitũ ſalutem declinaret: ſcribit Linus. Dũ pergeret/ inquit: ceci-
derũt illi faſciamẽta ex crure/ demolita a cõpede. Vt autẽ portã ciuitatis voluit egredi:
vidit ſibi Chriſtũ occurrere/ & adorãs eum ait. Domine quo vadis? Reſpondit ei Chri-
ſtus: Rhomam venio iterũ crucifigi. Et ait ad eũ Petrus. Domine: iterũ crucifigeris? Et

dixit ad cũ dominus. Etiã: iterum crucifigar. Petrus autẽ dixit. Dñe: reuertar/ & sequar
te. Et his dictis: dñs ascẽdit in cœlũ. Petrus autẽ prosecutus est eum multo intuitu atq;
dulcissimis lachrymis. Et post hęc rediens in seipsũ: intellexit/ de sua dictũ passione/ ꝙ i
eo dñs esset passurus. Hæc Linus. Hæc est cõmunio passionũ Christi. Et cũ mẽbra Chri
sti Christo magis inserantur q̃ nobis aut manus/ aut pes: quis dubitat quicquid mẽbro
Christi infertur Christo inferri/ quãdoquidẽ quicquid manui aut pedi nostro infertur/
nobis quoq; infertur. Et patiente manu patimur/ patiẽte pede patimur: tanto magis pa
tiente Christi mẽbro/ & Christus patitur. Quidquid mẽbro Christi siue bonũ/ siue malũ
irrogabitur quodcũq; illud sit: Christo factum reputabitur. Faciat igitur hæc cõmunio
Christi & mẽbrorũ eius/ õnes cautos: ne cũ hominẽ offendere credũt/ & nichil aliud vi
dent q̃ hominẽ/ offendãt ipsum Christũ & dominũ/ & regẽ/ & iudicẽ omniũ. Sed de his
C satis. Paulus. καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Si
9 quo modo occurrã ad resurrectionẽ quæ est ex mortuis. ¶ Id perinde valet ac si dicere-
mus: vt aliquo pacto occurrã ad resurrectionẽ mortuorũ. vsus enĩ Pauli/ mosq; loquẽdi
interdũ est vti particula si pro vt: nõ dubitãdo/ sed asserẽdo potius/ vt in præsenti loco.
Paulus. εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. ¶ Vulgata ęditio.
C Fratres ego me nõ arbitror cõpręhẽdisse. ¶ Legendũ nõdũ arbitror. Paul9. ἀδελφοὶ
10 ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι. ¶ Vulgata æditio. Ad destinatũ
persequor/ ad brauiũ supernę vocationis dei. ¶ Qđ vetus interpres dicit destinatũ: de-
signat id qđ aĩo præcipue habemus intentũ/ & (vt sic dicã) obiectũ ac finẽ ad quẽ pro-
xime assequendũ omnes actus nostros dirigimus. quo assecuto: adepti sumus supernũ
brauiũ. Perinde ac sagittarij scopũ sibi proponunt: ad quẽ semper attẽdunt/ quẽ & qui
proxime attingunt/ adipiscũtur brauiũ. Christus autẽ scopus noster/ neq; in alium quẽq̃
cũ quicq̃ operamur/ aut ab aliquibus abstinemus respicere debemus: sed in eum solũ/
vel attentissimi. Alioqui similes erimus malis sagittarijs: qui temere sagittas emittunt/
nullo brauio digni/ sed dedecore/ & ignominia. Paulus. κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ
τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ. ¶ Vulgata æditio. Et hoc vobis de-
us reuelauit. ¶ Legendum per futurum reuelabit. Paulus. καὶ τοῦτο ὁ θεὸς ὑμῖν
D ἀποκαλύψει. ¶ Vulgata æditio. Veruntamen ad quod peruenimus vt idem sapia-
10 mus & in eadem permaneamus regula. ¶ Ordo particularum permutatus. Et vbi di-
citur vt idem sapiamus: vt/ abundat. Paulus. πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ
στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Veruntamen ad quod peruenimus: eidem in-
nitendum regulæ/ idem sentiendum. Et idem est: si infinitiua/ in subiunctiua resoluan-
D tur. ¶ Vulgata æditio. Imitatores mei estote fratres. ¶ Dicit Paulus coimitatores mei.
11 Sed quid hoc coimitatores mei: nisi mecum imitatores/ Paulus. συμμιμηταί μου
γίνεσθε ἀδελφοί. ¶ Vulgata æditio. Sicut habetis formam nostram. ¶ Dici potest:
sicut habetis nos exẽplum. Paulus. καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς. ¶ Vulgata æditio.
Nostra autem conuersatio in cœlis est. ¶ Potius hic dicendum videtur: nostra enim
respublica in cœlis est/ q̃ conuersatio. Nondum enim cõuersatio nostra in cœlis est. sed
vera respublica nostra in cœlis est. adhuc enĩ versamur in mundo & inter rerũ symbo-
la/ & nondũ inter symbolorũ veritates. Ergo in regimine rerũ inferiorũ: supernũ regi-
men attendendũ. vt omnia ad imitationẽ verę reipublicę fiant: quæ i cœlis est. Vbi nõ
symbola: sed symbolorũ existunt veritates. Paulus. ἡμῶν γὰρ πολίτευμα, ἐν οὐ-
ρανοῖς. ¶ Vulgata æditio. Vnde etiã saluatorẽ expectamus dominũ nostrũ IHESVM
CHRISTVM. qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori clarita-
tis suę. ¶ Vnde etiã: græce habetur ex quibus &. Nostrũ: abundat. Qui reformabit: po
tius qui transfigurabit. Configuratũ: cõforme. Claritatis suæ: gloriæ suę. Paulus. ἐξ ὧν
καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον ἰησοῦν χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ
σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γένεσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώ
ματι τῆς δόξης αὐτοῦ.

CAP. IIII.

Magnam Christi saluatoris & opere/ & sermone exprimens benignita-
tem/ precatur Apostolus Philippenses/ vt sic stẽt in Christo/ nichil cu
rantes circuncisionem & legales vmbras: quæ illustratione primi ad-
12 uentus saluatoris in nichil iere/ vt oriẽte sole tenebræ. Atq; eum agi-
tante benignitatis dei spiritu: ad Philippẽses ait. ¶ Quare fratres mei
dilecti & desyderati/ gaudium & corona mea: sic state in domino dile
cti. ¶ Et non solũ spiritus feruoris & dilectionis Christi curã gerit vi-
rorũ/ verum etiã & mulierũ: ne sinerẽt aut suaderent filios circũcidi/
sed idem de Christi fide sentirẽt/ quod & viri. imo & hic volũt Clemẽs Alexãdrinorũ/

Eusebius & Græci Paulum propriȩ vxoris/ nõ tacere memoriã/ cui mulieres alias cõmē
13 dat. & maxime vt ijs sit auxilio quæ in euangelio laborauerunt. Quam in hac valefa-
ctione epistolæ cum cæteris salutat: subiũgens quod sequitur. ¶Euodiam rogo/ etiam
Syntychen rogo: idem sentire in domino. Etiam rogo & te ingenua coniunx: ad-
tuua eas quæ certauerunt mecum in euangelio/ cum & Clemente/ & cæteris coope-
ratoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Valete in domino semper/ iterum
dico valete. Mansuetudo vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Ni-
chil soliciti sitis: sed in omni oratione/ & obsecratione/ cum gratiarum actione petitio-
nes vestræ notæ sint apud deum. & pax dei quæ exuperat omnem mentem: custodiat
corda vestra & intelligentias vestras in CHRISTO IHESV. ¶Ecce ex nomine du-
as rogauit/ Euodiam & Syntychen: propriamq; coniugem rogauit/ salutauit/ sanctecq;
valere optauit. Mitesq; & mansuetos: cum viros/ tum mulieres/ coram omnibus appa-
rere postulauit. nũciauit dominũ prope esse. nullam aliã nobis esse debere solicitudinē:
nisi orandi/ obsecrandi/ cum gratiarum actione regnum dei/ & iustitiam eius/ & vitæ
necessaria a deo petendi. Sed quid est/ dominus prope est? Certum est vitam tempora-
lem breuem esse: cuius terminus mors. quæ cum adest: & dominus adest. metam cucur
rimus: in termino metæ Christus dominus/ iudex aut ad vitam/ aut ad pœnam. Si cõ-
stat igitur cuiq; mortem prope esse/ & se breuem/ & incertã vitam ducere: cõstat etiam
& dominum prope esse. Cui tunc districte: particulariter actorum nostrorum ratio red-
denda est. Sed cum vult nos apostolus solicitudinem ponere/ nisi orationis/ obsecra-
tionis/ gratiarum actionis & similium: nunquid vult nos ociosos esse? Nequaq̃. nam &
qui hæc agunt: ociosi non sunt. Sed & vult eos operari: prouidentiæ dei cooperantes
ad vitæ necessitates/ ad fouendam honestatem/ & omnia virtutum officia. nam & vi-
14 derant Paulum operantem: vt panem gratis non comederet/ quod est honestatis. Hac
de causa adiungit. ¶Quod superest fratres: quæcunq; sunt vera/ quæcunq; honesta/
quæcunq; iusta/ quæcunq; casta/ quæcunq; amabilia/ quęcũq; laudabilia/ si qua virtus/
& si qua laus: hæc reputate. quæ & didicistis/ & accepistis/ & audistis/ & vidistis in me:
hæc agite. & deus pacis erit vobiscũ. ¶Ecce quo modo vult nos esse veraces/ graues/
iustos/ temperatos/ & vnicuiq; virtutum operam nauantes/ quas philosophi commen-
dant. non q̃ in ijs sit nostra iustitia: sed nos ad illam suscipiendam parant/ & eam con-
tinente habitam/ contentamq; conseruant. neq; enim nisi in speculo terso & polito
imago formatur: neq; diuiniformitas nisi in anima quodam modo parata/ polita ac
tersa. Et qui nulli virtuti/ nulli honestæ rei dat operam: assimilatur trunco mortuo/ qui
superuenientibus radijs solaribus non viuificatur. sic neq; ille radijs gratiæ Christi in
omnibus & super omnes lucentibus/ viuificatur. Atq; q̃primum secundum aliquod vir-
tutis opus operari incipit: viuificari cognoscitur/ perinde atq; arbor q̃primũ folia pro-
15 fert. Quapropter opere virtutis Philippensium cognito: congratulatur eis Paulus/ di-
cens. ¶Gauisus sum autem in domino magnifice: quia tandem reuiruistis/ vt pro me
sentiretis, in quo & sentiebatis: at oportunitatem nondum habebatis. Nunquid quia
indigerem dico? Minime. Ego enim didici in ijs quæ assunt: sufficientiam habere. scio
& humiliari. scio & abundare in omni re: & in omnibus instructus sum/ & saturari/ &
esurire/ & abundare/ & inopiam ferre. Omnia possum in CHRISTO: qui me validum
facit. ¶Paulus Philippēses ad pietatis opus in sanctos admonuerat/ at tardi fuerãt ad
subuentionem illam/ quasi succum humoremq; non habentes/ aut non cum apostolo
id sentientes/ manus illi pietatis officio extendentes. sed tandem reuiruerunt virtutis
succum/ fœcundante gratia Christi/ resumentes. Pro quo magno animo exultat Pau-
lus in domino/ & pariter eos excusat (quæ sua est benignitas) q̃ non sic tardi fuerunt/
quia cum eo de opere pietatis faciendo non sentirent: sed quia nondum habebãt opor
tunitatem atq; facultates. Immo & pariter se excusat Paulus: q̃ id non propter propri-
am fecerit indigentiam. in ijs enim quæ aderant siue multa/ siue pauca: nouerat habe-
re sufficientiam/ nouerat & prospera/ & aduersa æque tolerare. & q̃ in omnibus id pos-
set/ insuperabilis: hoc non erat suum posse/ sed posse quod illi ministrabat Christus/ in
quo poterat omnia/ & qui est omne posse. Verum Philippenses adeo operi pietatis stu-
duerunt: q̃ non solum pro cõmunibus sanctorum indigentijs vigilauerunt/ sed & ad
proprias Pauli miserunt indigentias. Et q̃uis Paulus indigere nesciret. quo modo enĩ
qui Christũ in pectore habet/ q̃ est õne bonũ: indigere potest? quo modo qui vere/ Chri
sti magnitudine magnanimus est: idigere potest? cui paupertas pro Christo/ diuitię sũt:
pressuræ/ & molestiæ/ gaudiũ. qui diuitias/ qui honores mũdi huius oẽs/ nichili pēdit: so
lum diuitias/ solum sufficientiã/ gratiã Christi putãs/ qua affatim plenus est/ ac abun-

rissimi & desyderatissimi / gaudium meum & corona mea. sic state in domino charissimi. ¶Non supellatiuis vtitur hic Paulus/ sed nominibus positiuis dilecti/ desyderati. Paulus. ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτως στήκετε ἐν κυρίῳ ἀγαπητοί. ¶Vulgata æditio. Euchodiam ro-
A
13 go/ & syntychen deprecor idipsum sapere in domino. ¶Legendum Euodiam per u quintam & quartã vocales/ se continuo sequẽtes. Et arbitror vicio scriptorũ: in codicibus latinis vocabulum hoc fuisse corruptum. Et Syntychen duplo y/ t exili/ & ch aspirato scribi debet. Et quod vetus interpres dicit rogo & deprecor: idem vocabulum est apud Paulum/ παρακαλῶ. Quod dicitur idipsum sapere: nõ minus accõmodate verteretur idẽ sentire. Paul9. εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν. ¶Vulgata æditio. Etiam rogo & te germane compar. ¶Quod hic dicitur etiam: affectantis particula est in Paulo. Et quod vetus interpres dicit/ & te germane compar: videtur potius Paulus ad mulierem loqui q̃ ad virum. quod ex eo quod cõtinuo subiungitur intelligi potest: vt cui tanq̃ mulieri mulieres cohabitatrices cõmendat adiuuandas. Et Clemens/ & Eusebius & pars bona Græcorum: hunc locum intelligunt de propria vxore Pauli. quam tam familiariter & ex affectu alloquitur Paulus. Iuxta quorum placita interpretati sumus: etiam rogo & te ingenua coniunx. nam quod dixit vetus interpres germane: poti9 ingenuum/ peculiare/ & proprium significat. Qđ vero compar: accõmodatissime vertitur coniunx. Sic enim habet. Paulus. ναὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ σύζυγε γνήσιε. Sed huic interpretationi multi forsitan reclamabunt. Et maxime ex dictis Hieronymi ad Eustochium de virginitate seruanda: ad quam scribens ait. De virginibus (inquit apostolus) præceptum domini non habeo. Cur? Quia & ipse vt esset virgo/ non fuit imperij/ sed propriæ voluntatis. Hæc sacer Hieronymus. Non negauerim Beatissimũ Paulum virginem fuisse/ & magnum ac eximium virginitatis prçconem fuisse. propter quod & Iconij vincula/ & carceres perpessus est. Sed ex autho re id repetire difficile est. neq; ei9 rei: Hieronym9 author esse potuit/ tot ãnos post Pauli memoriam scribens. Non enim sequitur: eximius prædicator virginitatis erat/ passim viros & mulieres ad candidæ virginitatis votũ inducens/ ergo virgo erat. Nã authore Lino: idem faciebat Petrus/ qui vxorem & liberos habebat. Et sic quidẽ faciebat: vt propter viginitatis prædicationem/ & inductam Rhomanis mulieribus per sancta & casta exhortationis verba castimoniam/ ad martyrij supplicium pertractus sit. sic & cæteri apostoli: qui Christum virginem de virgine natum annunciabant. Sciebant enim virgini domino/ virginis matris filio/ & superuirgine patre æterne nato: maxime placere virginitatis mundiciam. Sed nonne Paulus inter virgines se locat cum ad Corinthios dicit/ velim autem omnes homines esse tanq̃ & meipsum? Et cum rursum dicit. dico autem ijs qui sine vxore sunt/ & ijs quæ viduæ sunt/ bonum ipsis est si maneant quemadmodum & ego? Non aperte. nam in primo loco/ loquitur de ijs qui vxores habebant: qui secundum virginitatem/ similes Paulo esse non poterant. Sed in hoc duntaxat: ꝙ etsi thorum habentes/ perpetuo propter orationem/ iuge dei seruitium/ & Christi regis æterni imitationem continerent. vt & Paulus: ab omni muliebri contactu/ propter eadem abstinebat. Et in secũdo loco loquitur de ijs qui sine vxoribus sunt/ quod cœlibibus conuenit & viduis/ & de mulieribus quæ cœlibes sunt & viduæ. Sic igitur: ex his locis non habemus ꝙ se magis inter virgines locet q̃ inter continentes in thoro/ & inter cœlibes ex thoro. Quid si vxor Pauli/ quæ ob Christum continebat/ & ad virginitatis votum Philippicas adolescentulas instituebat/ per martyrium/ aut aliquo pacto aliter præcesserat ad Christum: nunquid tunc Paulus inter agamos/ & ex thoro cœlibes annumerandus esset? Sed piaculum est dicere Paulum habuisse vxorẽ. At quo modo piaculum: cum neq; is qui non ducit vxorem peccet/ neq; is qui ducit? neutrum enim malum est. tanto minus sanctam & perpetuo propter Christum dominũ continentem duxisse. Sed & Clemens/ Alexãdrinorum episcopus/ & Eusebius Pãphili/ & pleriq; veterum alij/ hunc locum Apologiæ Pauli ad Corinthios: nonne habemus potestatem sororẽ mulierem circunducendi/ quemadmodũ & reliqui apostoli/ & fratres domini/ & Cephas? de propria vxore dictũ intelligi volũt. Quod vt magis pateret sententia eorum: illum locũ vertimus. nõne habemus potestatẽ sororem/ vxorẽ circũducẽdi? nam ɣque vxor ac mulier: vocabulũ illic a Paulo positum interpretari solet. Sic enĩ ĩ ecclesiastica historia/ Eusebi9/ cũ eos enumerat qui ex stromatis Clemẽtis/ vxores habuere: addit. Sed & Paulũ (inquit) nõ tedet apostolũ in quadam epistola mentionẽ & salutationẽ facere cõparis suę: quã & ideo se negat circunducere/ vt ad prædicationem euãgelij expeditior fiat. Vbi mẽtionẽ facit suę cõparis? Certũ ẽ ĩ hoc loco. Vbi negat se

circunducere? Id cõstat in loco Epistolæ ad Corinthios præallato. Veruntamen dices:
oppositum asserit ad Eustochium scribens Hieronymus. inquit enim. Neq; eni audien
di sunt: qui eum habuisse vxorem confingunt. Ingenue fateor: Hieronymũ illius sentẽ
tiæ fuisse/ Paulum videlicet vxorem non habuisse. Sed qui oppositum tutantur: infi
cias ibunt/ se confingere Paulum vxorem habuisse. Nunquid non audiendus Paulus:
qui id dicere (vt & ipsi dilucide ostendunt) videtur? Nonne audiendus diuinus Igna
tius: qui & Paulo coętaneus/ & qui Paulum vidit in carne? qui inter coniugatos in epi
stola ad Philadelphienses collocat Paulum. Non detraho autem inquit cæteris beatis
qui nuptijs copulati fuerunt: quorum nunc memini. opto enim deo dignus ad vestigia
eorũ in regno ipsius inueniri. Sicut Abraham et Isaac et Iacob. Sicut Ioseph et Esaias
et cæteri prophetæ. sicut Petrus et Paulus et reliqui apostoli qui nuptijs fuerunt socia
ti. qui non libidinis causa/ sed prolis subrogandæ gratia: coniuges habuerunt. Hæc
Ignatius. Quid igitur faciemus? Tribuemus Hieronymo libenter: Paulum castitatis
amatorem/ virginem fuisse. At non tam facile vxorem non habuisse: maiorum recla
mante authoritate. et id quoq; facientium: non absq; ratione. dictum autem illic Hie
ronymi: neq; maiorum authoritatem/ neq; oculatorum testium fidem qualis (nullo in
ficiãte) diuinus fuit Ignatius / neq; scripturæ rationem habere videtur: sed potius sua
siunculam arbitrariam/ ac oratorium dicẽdi modum. Ad tenellam enim virginem scri
bens/ vt exemplo tãti viri propositum virginitatis firmaret/ pariter et ad feruentiorem
apostoli amorem pertraheret: suadebat et virginem Paulum fuisse/ et nullam vxorẽ ha
buisse. Quã primum suasisse satis erat. Etenim regina virginum habuit virum: et virgo
permãsit in æuum. Non minus laudatur Ceciliæ virginitas quæ virũ habuit/ cuius et vir
ginitatem deo consecrauit: q̃ si virgo nullum virum habuisset. immo magis et suspici
mus et admiramur. Vrsula agminis virginum dux: virum habuit/ et virginem deo con
secrauit. Nonne magis admirantur Alexij nobilis Rhomani virginitatem/ qui tenellã
formosissimam/ & nobilissimã virginem duxit vxorem/ quã & ad simile votũ induxit: q̃
si virgo fuisset/ nullam per æuũ habẽs vxorẽ? Sic igitur in Paulo nõ minus celebrãda/
quin potius admirãda magis (tametsi duxerit vxorem) virginitas. Immo in vtroq; &
in Paulo/ & in vxore virgine/ admirãda. Et hoc admirari: est donũ dei/ est gratiam dei
in vtroq; admirari. Non itaq; continuo fit: vxorem habuit. ergo virgo non est. cum tot
claros viros videamus vxores habuisse/ & contra/ clarissimas mulieres habuisse viros:
& nichil aut his/ aut illis virginitatis detrimẽti fuisse. verum magis claritudinem attu
lisse. Et quid mirum/ si Paulus genere nobilis (vt sacer scribit Sophronius) virginem
secundum patriam consuetudinem desponsarit: quam cũ adolescens ad Christum vo
catus sit/ nõdũ ad vocationis suæ tẽpus tetigerit/ vocatus autẽ/ Christo domino nõ suã
modo sed & pariter adhuc intactæ licet desponsatæ comparis/ virginitatem sacrarit/ vt
& virginem/ & sponsum admiremur Paulum/ & apostolum/ & prophetã/ & omnis gra
tiæ vas electionis plenissimũ? Sed hæc forsitan/ nos longius pertraxerunt occasione di
cti Hieronymi: quod multos ad contentiosam altercationem allexit. At puto neq; nos
Hieronymo/ neq; nobis Hieronymũ tam dissentire q̃ videri. Particularem enim scribe
bat epistolam/ & ad particularẽ virginem: ad quam sic magis expediebat scripsisse/ q̃
mentionem vllam nuptialiũ fecisse. facta enim nuptiarum aut sponsaliũ mentione: po
tuit virgo in suspitionem non seruatæ virginitatis venire. Si autẽ vniuersalẽ scripsisset/
aut ad omniũ manus venturam ratus fuisset: alter forsitan/ plenius eius rei indagata
veritate differuisset. Sed de his hactenus etiam (q̃ par forte fuisset) abũdantius. ¶ Vul
gata æditio. Adiuua illas quæ mecũ laborauerũt in euangelio. ¶ Ecce quo modo mu
lieri mulieres cõmendat: & mulieres quidem sanctas & euãgelicas. Et dicendũ potius
certauerunt mecũ q̃ laborauerũt. Paulus. συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ
εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. ¶ Vulgata æditio. Cum Clemente & cæteris adiuto
ribus meis. ¶ Aptius dicitur Cum & Clemẽte/ & cæteris cooperatoribus meis. Paulus.
μετὰ καὶ κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου. ¶ Vulgata æditio. Gau
dete in domino semper/ iterum dico gaudete. ¶ Cũ hic in fine salutet Paulus: dici po
test secundũ latinorũ consuetudinem valete loco verbi gaudete. Paulus. χαίρετε ἐν
κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ χαίρετε. ¶ Vulgata æditio. Modestia vestra nota sit
omnibus hominibus. ¶ Dici & hic potest: mansuetudo vestra/ benignitas/ clemẽtia ve
B stra. Paulus. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. ¶ Vulgata æditio.
13 Dominus eni prope est. ¶ Particula eni abũdat. Paulus. ὁ κύριος ἐγγύς. ¶ Vulgata
B æditio. Quæ exuperat omnem sensum. ¶ Potius omnẽ mentẽ. Paulus. ὑπερέχουσα
14 πάντα νοῦν. ¶ Vulgata æditio. Quæcunq; sancta/ quęcunq; amabilia. ¶ Primo loco

legitur quæcũq; casta. Paulus. ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ. ¶Vulgata æditio. Si qua
virtus/ si qua laus disciplinæ. ¶Legendum: si qua virtus/ et si qua laus. Abundatq; di-
sciplinæ. Paulus. εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. Et continuo sequitur/ ταῦτα
B λογίζεσθε hæc reputate. Et cum dicitur si qua virtus: eo nomine vsus est Paulus/ quo
15 & philosophi pro virtute vtũtur. ¶Vulgata æditio. Gauisus sum autem in domino ve-
hemẽter. ¶Dici potest magnifice. ἐχάρην δὲ ἐν κυρίῳ μεγάλως. ¶Vulgata ædi
C tio. Scio & abundare. vbiq; in omnibus institutus sum. ¶Nõ vbiq;: sed potius in re om
15 ni. Paulus. οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντὶ, καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι. ¶Vulga
ta æditio. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶Id confortat in Paulo: significat
C vires præstat & inualescere facit. Et deest particula Christo. Paulus. πάντα ἰσχύω
16 ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με χριστῷ. ¶Vulgata æditio. In ratione dati & accepti: ni-
si vos soli. quia & Thessalonicam semel & bis in vsum michi misistis. ¶Ex hoc loco
manifeste cognoscũtur Philippẽses esse Macedones. Et dici potest in ratione dationis/
& acceptionis. Paulus. εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰμὴ ὑμεῖς μόνοι
D ὅτι καὶ ἐν θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε.
16 ¶Vulgata æditio. Habeo autem omnia & abundo. ¶Potius dicendum recipio autem
omnia. Paulus. ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω. ¶Vulgata æditio. Acceptis
ab Epaphrodito: quæ misistis in odorem suauitatis. ¶Legendum potius accipiens ab
Epaphrodito/ siue per Epaphroditum. Neq; græce verbum misistis habetur: sed potius
verbum sunt intelligitur/ ac si diceremus accipiens per Epaphroditum ea quę sunt a vo
bis. Paulus. δεξάμενος παρὰ ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας.
¶Vulgata æditio. Deus autem meus impleat omne desyderium vestrum. ¶Legi po-
test: implebit. Et necessitatem siue indigentiam/ non desyderium. Paulus. ὁ δὲ θεός
μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν. ¶Maxime autẽ qui ex Cæsaris domo. ¶Cæ
sar illa tempestate Nero erat/ cuius magister & institutor ex historia cognoscitur fuisse
Anneus Seneca. Et ex hoc loco coniectant Paulũ: Senecam intellexisse. et multi sunt
haud refutabiles testes: Senecæ Paulũ dilectissimũ fuisse. Quod si de Seneca dixerit: cõ-
stat Senecam fuisse Christianum. Nam de sanctis loquitur. Salutant vos inquit omnes
sancti/ maxime autem qui ex Cæsaris domo sunt. sanctos autem non arbitror nominari
nisi qui regeniti essent/ & sacramentis Christi initiati. Quæ si cui non placet intelligi Sene
cam/ de quo tertiodecimo libro plura adducentur: tamen ex Lino dubium non est mul
tos alios ex domo Cęsaris ad Paulum ire solitos/ credentes in dominum Ihesum. Quo-
rũ etsi nomina ignorãtur in terris: sunt nichilominus multo fœlicius cõscripta ĩ cœlis.
Inquit enim de Paulo loquens Linus/ Petro & Paulo coætaneus. Cõcursus quoq; mul
tus de domo Cæsaris fiebat ad eum/ credentium in dominum Ihesum Christum. & aug
mentabatur quotidie fidelibus gaudium magnum. De ijs igitur non est dubium apo-
D stolum locutum fuisse qui fideles erant/ credentes in dominum Ihesum Christum/ tã san
17 cti & fratres sanctorum quicunq; ij illi fuerũt. iter quos & noti erãt quidã Philippẽsibus
et ipsis etiã Philippẽses: q & eos saluere precabantur. ¶Vulgata ęditio. Gratia domini
nostri IHESV CHRISTI cũ spiritu vestro. Amẽ. ¶Nostri: abũdat. Et vltima particu
la cũ spiritu vestro/ amẽ: nõ sic nunc legitur græce/ sed cũ õnibus vobis. amen. Paulus.
χάρις τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν. Et apud Gręcos
subscriptio habetur. Ad Philippenses/ scripta Rhomæ. missa per Epaphroditum.

¶COMMENTARIORVM SEXTO LIBRO QVI EST EPISTO-
LAE AD PHILIPPENSES FINITO: DEO PATRI ET SPI
RITVI SANCTO PER IHESVM CHRISTVM DE-
VM ET DOMINVM NOSTRVM INITII/
PROCESSIONIS/ ET FINIS BENI-
GNISSIMVM INDVLTOREM V-
NI DEO INCOMPRAEHEN
SIBILI ET IMMENSO
GRATIAE SINT SEM
PER IMMENSAE.
AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APO. LIBER SEPTIMVS QVI EST IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES. CAP. I.

Scribens Paulus ad Colossenses: qui Phryges
1 sunt/ populi minoris Asię/ inter Galatiã et Ly
caoniam siti: primum eos vt solet/ sancte salu-
tat/ dicẽs. ¶Paulus apostolus IHESV CHRI
STI per volũtatem dei/ & Timotheus frater:
sanctis qui Colossis estis & fidelibus fratribus
in CHRISTO/ gratia vobis & pax a deo pa-
tre nostro / & domino IHESV CHRISTO.
¶ Hæc sancta Pauli salutatio: haud absimi-
lis est modo suo salutandi / quem in alijs obser
uat epistolis. Cui subiungit gratiarum actio-
nem/ & suam erga eos aperit dilectionẽ ex so-
licitudine orãdi pro ipsis / & Epaphrã aposto-
2 lum eorum commẽdat. qui ab ipso ad eos mis
sus: annunciauit eis Christum. Atq; ait. ¶Gra
tias agimꝰ deo atq; patri domini nostri IHE-
SV CHRISTI / semper pro vobis orantes/ cũ
audiuimus vestrã fidem in CHRISTO IHESV/ & dilectionem erga omnes sanctos/
propter spem repositam vobis in cœlis. quam ante audiuistis in sermone veritatis euã-
gelij: quod peruenit in vos vt in totum mundum. & fructificat atq; augetur: vt & in vo
bis/ a die qua audiuistis & cognouistis gratiam dei in veritate. quemadmodum & didi-
cistis ab Epaphra dilecto cõseruo nostro: qui est fidelis pro vobis minister CHRISTI/
qui etiam indicauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Quamobrem & nos a die
qua audiuimus: non cessamus pro vobis orare & postulare/ vt impleamini cognitione
voluntatis eius in omni sapientia/ & intelligentia spirituali. vt digne ambuletis ad om
ne placitum domini: in omni opere bono/ fructificantes & crescentes in cognitione dei/
in omni potestate valentes secundum potentiam gloriæ eius/ in omni patientia & lon-
ganimitate. cum gaudio gratias agentes patri: qui nos suffecit in partem sortis sancto-
rum in lumine. qui liberauit nos ex potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filij
dilectionis suæ/ in quo habemus redemptionem/ remissionem peccatorum. ¶Hæc apertam continent & castam sancti pectoris narrationem / & qualia in spiritu a deo sunt postulãda/ & alijs ĩprecãda. quę sunt: ĩpletio cognitionis volũtatis diuinę. Omnis sapiẽtia & intelligentia spiritualis. Pro dignitate ambulare ad omne placitum domini. In omni opere bono fructificare/ & incrementum sumere in cognitione dei. In õni potestate posse non secundum humanam sed secundum diuinæ glorię potentiam. & hoc est in omni veritate spirituali posse/ vt posse in fide/ in spe / in charitate/ in omni patientia et longanimitate. In spiritu gaudere/ hoc est ĩ deo & beneficijs eius gaudere. Gratias agere deo patri/ ꝙ nos de potestate tenebrarum ereptos asciuit in regionem lucis/ & in participationem hæreditatis sanctorum/ & de tyrannide tenebrosi inimici transtulit nos in lucidum regnum dilecti filij sui. qui nos redemit/ & remisit nobis peccata nostra/ & per quẽ & propter quẽ voluit nos cœlestis pater redimi/ & nobis peccata nostra dimitti. Hæc septem hominibus sunt imprecanda/ & a deo postulanda. quæ si in mundo essent: totus ĩ lumine esset. & stati de lumine huius vitæ egrediens: ad æternum transiret lumen. nam tunc omnis typus transit. Omne autem lumen huius vitæ q̃tũcũq; sit typus est. alterius autem vitæ: non amplius typus/ sed verum lumen. Et hoc non ex nobis qui ex nichilo facti sumus/ & facti perieramus/ in luce dei nõ amplius apparentes/ & sic iterum nichil eramus: sed ex filio dei/ qui nos in tenebris requisiuit & ex nichilo iterũ extraxit ĩ creaturam lucis. Sed quisnam hic filius dei tam dilectus/ tam potens/ tam benignus/ tã ad-
3 mirabilis? Qui diffiniri non potest (nam diffinit omnia & omnium est diffinitio) vtcũq;
potest Paulus diffinit dicens. ¶Qui est imago dei inuisibilis/ primogenitus omni crea-
tura. quia in ipso creata sunt omnia quæ in cœlis/ & quæ in terra: visibilia & inuisibilia.
siue throni/ siue dominationes/ siue principatus/ siue potestates: omnia per ipsum & in
ipso creata sunt. & ipse ante omnia: & omnia in ipso constiterunt. & ipse est caput ec-
clesiæ / qui est principium / primogenitus ex mortuis: vt ipse sit in omnibus prima-
tum gerens. quia beneplacuit in se omnem plenitudinem habitare: & per se reconciliari
omnia/ in se pacificando omnia per sanguinem crucis suæ/ siue quæ in terra/ siue quæ in
cœlis sunt. ¶Cum dicit apostolus qui est imago dei inuisibilis / consubstantialitatem

insinuat. Nam filius imago patris: sed consubstantialis imago. neq; enim filiū proprie
dixeris: quod consubstantiale non fuerit/ & speciali etiā consubstantialitate. Neq; enim
imaginem tuam in speculo/ filium diceres: quia etsi sit naturalis imago/ non tamen con
substantialis. est igitur filius dei imago patris/ & consubstantialis imago. Et cum maxi-
me filius: maxime consubstantialis. maxima autē cōsubstantialitas: maxime spiritua-
lis est/ in maxima identitate eiusdem substantiæ & naturæ. nunq̄ enim dicas lcūculum
lupi aut canis filium. Nam q̄uis vtrunq; substantia: nimis tamē substātialitate distāt.
& leopardalis minus leonis filius/ q̄ leunculus. Nam minus ille q̄ hic identitate naturæ
gaudet/ & minus naturalis imago. sic & lycisca minus filius canis/ q̄ catulus. et hemio-
nos minus filius asini q̄ asellus/ propter minorem naturæ identitatem. nam hæc neq;
vnisubstantialia/ neq; diuersisubstātialia esse videntur: sed bisubstantialia & binatura-
lia/ & simplicem non constituere speciem/ sed quodāmodo compositam. etenim hemio-
nos/ siue mulus: neq; substantialitate equæ caret/ cum filius sit equæ/ neq; substantialita
te asini/ cum filius sit asini. tantum filialitatis conditio requirit consubstantialitatem: vt
si diuersorum etiam specie quicq̄ dicatur filius/ & ipsum habere oporteat cōsubstantia-
litates specie differentes. Sed quid hæc infima monstrant (nisi refugiat tanta maiestas
tam infimiorum comparationē) nisi filium dei esse maxime patri cōsubstantialem? Ve-
rum & cum idem dicatur vere filius hominis/ vere etiam esse homini consubstantialē:
& bisubstantialem esse vere/ atq; binaturalem. Verum in filio dei/ omnia cum dignitatē
dicuntur & maxima quidem: in creatura autem non sic respōdet dignitas/ etsi consub
stantialitatis sit quædam remota imitationis adumbratio. Nam filius consubstantialis/
& consubstantialis imago. Sed quod de eodem subiungitur primogenitus omni crea-
tura: quid aliud indicat q̄ eius æternam generationem? si enim genitus non esset: filius
non esset. & si non æterne prius ōni creatura: æternus non esset. quid est enim primoge
nitus omni creatura/ nisi maxime prius omni creatura genitus/ nisi maxime ante omnē
creaturā genitus? & quid maxime nisi immense? nam si non immense/ magis et prius
esse posset. verum cum ęuum/ & tempus/ & ætas creata sint/ & ante hæc sola sit ęternitas:
maxime id est immense prius omni creatura genitus est/ immense ante omne æuum/
& tempus/ & omnem ætatem genitus est. eius autem generatio æterna. Et hāc primo-
gēiti itelligētiam/ se velle Paulus: satis isinuat per rationem quā subnectit/ quia in ipso
creata sunt omnia. & quod postea addit: & ipse est ante omnia. Et quod addit ipsum es-
se caput ecclesiæ: ex præcedentibus satis itellectum puto. Verum & id etiam: ꝙ primoge
nitum ex mortuis/ appellat. quia ante omnes veritate resurrectionis resurrexit/ & quod
mortale erat (absorpto mortis aculeo) immortalitatem induit & incorruptibilitatē. Qui
enim ante eum surrexerant: non resurrectionis veritate surrexerant/ non absorbebatur
mortale/ non perfecte inmutabantur/ sed iterum ibant in mortem. vt filius viduæ quem
suscitauit Helias/ filius viduæ quem suscitauit dominus/ & Lazarus/ & alij quicunq; pri
us suscitati fuerunt. sed primus ominum vera resurrectione suscitatus est: in omnibus
prioritatem tenens qui est ante omnia/ & post omnia/ alpha et ω/ primus & nouissimus.
Et ꝙ creata sunt vniuersa vt plenitudo rerum in eo habitaret/ corpus eius afficiens: so
la eius bona voluntas ac beneplacitum effecit. Q; in se reconciliauit omnia & cœ-
lestia & terrestria: solum eius beneplacitum fuit/ & reconciliationis modum suo benepla
cito elegit/ scilicet pro hac reconciliatione mortem suam in cruce/ vt inmensam dilectio-
nem suam omni & in cœlo & in terra patefaceret creaturæ. Omnes cōfidunt amori. quis
igitur diffidet regi gloriæ: nos (quos ipse fecit) tam vehementer amanti? Quis est qui co
gitet se reconciliatum beneficio redemptionis sanguinis eius in cruce/ & insertum cor-
pori eius cum sanctis angelis/ in ea concordia qua conspirant inter se membra eiusdem
corporis: qui non laudet & magnificet totis animæ nisibus/ illam infinitæ miserationis
clementiam/ & incompræhensibilem immensi dei erga creaturam benignitatem? Quis
4 fidem non seruabit? Quis spem non retinebit? Quis passiones non existimabit dulces
„ propter imitationem passionum Christi filij dei? Propterea addit Paulus. ¶ Et vos cum
„ aliquando esseris facti alieni/ & inimici intelligentię in operibus malis: nunc certe recō-
„ ciliauit in corpore carnis suæ per mortem suam/ vt constituat vos sanctos/ & immacu-
„ latos/ & irrepręhensibiles in conspectu suo/ si tamen permanetis in fide/ fundati/ & firmi
„ & immoti a spe euāgelij. quod audistis/ quod prædicatum est in omni creatura quæ sub
„ cœlo est: cuius ego Paulus factus sum minister. Nunc gaudeo in passionibus meis pro
„ vobis: et vice eius ipleo q̄ desunt pressurę CHRISTI/ i carne mea pro corpore eius (qđ
„ est ecclesia. cuius ego minister factus sum secundum dispensationem dei/ quæ data est
„ michi ad vos: vt impleam sermonem dei/ mysterium occultum a sæculis et generationi-

bus/ nunc autem manifestum factum est sanctis eius / quibus voluit deus notum facere
quæ sunt diuitiæ gloriæ mysterij huius in gentibus. qui est CHRISTVS/ in vobis spes
gloriæ: quẽ nos ãnunciamus admonentes omnem hominem/& docẽtes omnem homi
nem/ in omni sapientia. vt constituamus omnem hominem perfectum in CHRISTO
IHESV: ad quod & laboro/ certans secundum operationem eius/ quę operatur in me in
potestate. ¶ Inimicãtus intelligentiæ & veritati: qui oppositum eorum faciunt quæ ĩtel-
ligentia & veritas præcipit. qui autem malis operibus operam dat: idipsum facit. Quid
est quod prædicatum est euangelium omni creaturæ quæ sub cœlo est: nisi quia misera-
tio diuina gratis volebat omnes saluos facere per euangelium / quod erat annunciatio
mortis Christi omnium saluatricis? Et tanta est Christi bonitas/ vt non solum pro sal-
uando corpore quæ est ecclesia: ipse qui caput est affligi/ pati & mori voluerit: sed & ipse
vicarios suos misit/ discipulos & apostolos/ qui pressuras/ tribulationes/ & deniq; mortẽ
vice eius sustinerent pro amore ecclesiæ/ in ipsis iterũ moriens. quod Paulus vices Chri-
sti gerens: libenter sufferebat. Et hoc ipso nobis insinuat Christus: se libenter adhuc pro
nobis in seipso uiorituru̅ / si nũc etiam omni ex parte immortali/ mori liceret / ne nos
periremus. Quid illi pro tantis beneficijs/ pro tam ineffabili miseratione tam incredibi-
li dilectione rependere valebimus? Nichil profecto dignum possumus. Attamẽ quod pos
sumus/ quãtum nos adiuuat: laudem demus & honorem/ & gloriam & gratiarum actio-
nem/ & nos illi tanq̃ corporis eius mẽbra sanctos/ puros et incontaminatos reseruemus/
et cor nostrum amore inflammatum (tale enim decet munus: dominum amoris) ei præ-
sentemus. Quod et ipse inflammet et acceptare dignetur/ qui est amantium primus/ et
A vere amantium amor: dei filius super omnia benedictus.
1 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata ędítio. Ijs qui sunt Colossis/
sanctis et fidelibus fratribus in CHRISTO IHESV. ¶ Cum Colossenses alloquatur
apostolus: vt in præcedentibus epistolis dictum est/ licuit per secundam personam iter-
pretationẽ fieri atq; dici sanctis et fidelibus fratribus in Christo qui estis Colossis. Quod
& ostendit particula sequens gratia vobis et pax. Et in fine: Ihesu abũdat. Paulus. τοῖς
ἐν κολοσσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν χριστῷ. ¶ Vulgata æditio. Gra-
tia vobis et pax a deo patre nostro. ¶ Deest particula/ huic adiungenda: et domino Ihe
A su Christo. Paulus. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυ-
2 ρίου ἰησοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Audientes fidem vestram. ¶ Et id per præteri-
tum explicari potest. Paulus. ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Et
dilectionẽ quã habetis ĩ sanctos õnes. ¶ Quod vetus iterpres hic vertit dilectionẽ: pas-
sim vertere solet charitatem. Et verbum habetis ex græco non habetur: sed potius di-
cere potuit quæ est erga omnes sanctos/ siue sine relatiuo/ duntaxat et dilectionẽ in om-
nes sanctos. Paulus. καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. ¶ Vulga-
ta æditio. Quam audistis in verbo veritatis. ¶ Legendum quam præaudistis/ aut ante
audistis. Paulus. ἣν προηκούσατε ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας. ¶ Vulgata ęditio. Qđ
peruenit ad vos. ¶ Quod: refert euangelium/ non verbum. Et hæc ambiguitas sublata
fuisset: si vetus interpres vbi dixit in verbo/ in sermone dixisset. Paulus. τοῦ παρόντος
εἰς ὑμᾶς. Est enim παρόντος genitiuus/ adiectiuum εὐαγγελίου/ quod continen-
ter præcedit. ¶ Vulgata æditio. Sicut et in vniuerso mundo est. ¶ Verbum est: abundat.
et dicendum potius in vniuersum mundum/ reuocaturq; in præcedens verbum perue-
nit. Paulus. καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. ¶ Vulgata æditio. Et fructificat et cre
scit. ¶ Id respicit euãgeliũ non verbũ. Quod cognoscit: quia neutro genere vtitur Pau
lus. λόγος autem quod verbum et sermo dicitur: masculinum est. Et quod vetus iter-
pres dicit crescit/ quædam exemplaria græca habent αὐξανόμενον. et pleraq; etiam ni-
chil habent quod ei respondeat. sed id dũtaxat. Paulus. καί ἐστι καρποφορούμενον,
καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν. Apposui tamen vocabulum propter veterem interpretem / etsi
in ratiotibus exemplaribus reperitetur. ¶ Vulgata æditio. Sicut didicistis ab Epaphra
charissimo conseruo nostro. ¶ Legendum dilecto conseruo nostro. Paulus. καθὼς καὶ
ἐμάθετε ἀπὸ ἐπαφρᾶ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν. ¶ Vulgata æditio. Qui
est fidelis pro vobis minister CHRISTI IHESV. ¶ Ihesu abũdat. Paulus. ὅς ἐστι πι
στὸς ὑπὲρ ἡμῶν διάκονος τοῦ χριστοῦ. Et cõtinuo sequit: ὁ καὶ δηλώσας. q etiã
indicauit. ¶ Vulgata ęditio. Vt ambuletis digne deo per omnia placentes. ¶ Dicendũ:
domino non deo. Et dubia sententia est: an domino in præcedẽtem particulam digne/
an in sequentem placentes referenda sit. si in præcedentem: intelligentia est vt ambule-
tis digne domino/ id est pro dignitate domini et vt dominum decet/ ad omnem benepla
centiam. Neq; per omnia dicitur: sed adiectiue omnem. Potius enim beneplacitum siue

beneplacentia in Paulo dicitur q̃ placentes. ſi in ſequentem particulam : intelligentia
eſt.vt ambuletis digne:ad omnem domini beneplacentiam.Hic enim Paulus genitiuo
domini vtitur.Nos ſecundum ſenſum ob veteris iterpretis cõformitatem / accepimus:
B etſi primus ſe magis græce repræſentet. Paulus. περιπατῆσαι ὑμᾶσ ἀξίωσ τοῦ κυ
2 » ρίου ἐισ πᾶσαν ἀρεσκείαν. ¶ Vulgata æditio. Et creſcentes in ſcientia dei/in omni
» virtute confortati. ¶ Dicere potuit vetus interpres in cognitione dei/ in omni poteſtate
potẽtes/ id eſt valẽtes/ & viriũ pleni. Paulus. ἀυξανόμενοι ἐισ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ.
» θεοῦ ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι. ¶ Vulgata æditio. Secundum potentiã
» claritatis ei9. ¶ Dici poteſt gloriæ eius. Paulus. κατὰ τὸ κράτοσ τῆσ δόξησ ἀυτοῦ.
» ¶ Vulgata æditio. Qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum. ¶ Quod vetus in-
terpres dicit dignos nos fecit: ſignificat ſuffecit/ ſufficiẽtes fecit. Paulus. τῷ ἱκανώσαν-
» τι ἡμᾶσ ἐισ τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων. ¶ Vulgata æditio. In quo ha
» bemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. ¶ Et: abundat. Intelligatur tamen
B remiſſionem peccatorum expoſitiue apponi ad redemptionem. Paulus. ἐν ᾧ ἔχομεν
3 » τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. ¶ Vulgata æditio. Qui eſt
» imago dei inuiſibilis / primogenitus omnis creaturæ. ¶ Malui dicere primogeni-
tus omni creatura/ id eſt omni creatura priorem habens generationem/ vt æterna prio-
ra ſunt non æternis. malui inquam ſic dicere / q̃ primogenitus omnis creaturæ : ne
videretur cæteris creaturis annumerari/ quod inſanis Eunomio / Photino / & Arrhio
viſum eſt/ non attendentes apoſtoli intelligentiam : ſed propriæ cogitationis præſum-
ptionem & amentiam aſſerentes. Si enim attendiſſent/ quod ad ſuorum dictorum intel-
ligentiam ſtatim ſubiunxerat Paulus / & ipſe eſt ante omnia : non impendio difficulter
intellexiſſent Pauli dictum/ cum dicit primogenitus omnis creaturæ/ perinde eſſe ac ge
nitus ante omnem creaturam/ genitus prius omni creatura. nam æterne genitus. nulla
autem creatura æterne genita. ſed aut æuiterne / aut temporaliter/ aut ætanee. Creatu
ræ ſupra tempus: æuiterne genitæ ſunt. Cœli temporaliter. quæ infra cœlos/ vt ſenſibilia
omnia: ſubtemporaliter & in ætate. Et quia illius diuini dicti Pauli hic ſenſus / genitus
ãte omnem creaturã/ genitus prius omni creatura magis ſeſe offert & repræſentat quã-
do ablatiuo loquimur: ideo maluimus per ablatiuum illud dictum iterpretari q̃ per ge-
nitiuum. Item tollitur annumerationis phãtaſia. Neq; enim Paulus creaturis eum an-
numerat: quem ponit ante omnem creaturam/ per quem omnia creata ſunt / & ob quẽ
omnia creata ſunt. Eſt tamen ante omnem creaturam vt genitus. vt pater ante omnem
creaturam vt gignẽs. et vt ſpiritus ſanctus ante omnem creaturam vt procedens. etenĩ
pater: æterne genuit. filius: æterne genitus eſt. ſpiritus ſanctus: æterne ꝓceſſit. Et hi tres
ante omnia vt tales. Quare vt filius primogenitus eſt omnium/ pater primogignens eſt
omnium/ & ſpiritus ſanctus primoprocedens omnium / & hi tres creaturis incõnume-
rabiles: et ante omnia ſunt vnum inconnumerabile & immenſum/ quod neq; in diſcre-
tione numeratur/ neq; in eo diſcretio cõfunditur. quod eſt ſuper omnia & in omnia/ in-
nominabile/ & incompræhenſibile ab omni creatura. de quo nichil cognoſcitur / nichil
dicitur/ nichil affirmatur: quod non ſit pro tantæ rei dignitate deficiens in immenſum.
Quare in ſilentio melius colitur q̃ in verbo. Sanctũ igitur ſilentium ſit in cœlo/ & in ter-
ra primogignẽti omnium/ primogenito omnium/ primoprocedenti õniũ/ vni ſuper om-
nia exaltato & excepto/ benedicto/ & ſuperbenedicto deo ĩ õnia ſæcula ſæculorũ. Amẽ.
Paulus. ὅσ ἐστιν ἐικὼν τοῦ θεοῦ ἀοράτου, πρωτότοκοσ πάσησ κτίσεωσ.
» ¶ Vulgata æditio. Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa. ¶ Potuit vetus interpres di
cere creata ſunt omnia. Nam idem vocabulum quod hic vertit condita ſunt/ paulo poſt
vertit creata ſunt/ vbi ait. omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Cur igitur hic creata/
illic condita: cum & hic & illic idem ſit vocabulum/ tametſi idem intelligendum per cõ
» dita & creata? Paulus. ὅτι ἐν ἀυτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. ¶ Vulgata æditio. Et ipſe
» eſt ante omnes. ¶ Melius ante omnia. hoc enim conſequentia ſermonis poſtulat. cũ cõ
tinuo ante/ omnia poſuerit/ & continuo poſt etiam omnia ponat. neq; eſt ad quod om
nes vt adiectiuum apte reuoces. Paulus. καὶ ἀυτόσ ἐστι πρὸ πάντων. ¶ Vulgata
» æditio. Et omnia in ipſo conſtant. ¶ Dici poteſt per præteritum conſtiterunt. Paulus.
» καὶ τὰ πάντα ἐν ἀυτῷ συνέστηκε. ¶ Vulgata æditio. Quia in ipſo complacuit om
» nem plenitudinem inhabitare. ¶ Si reſpicitur pater cuius beneplacitum fuerit omnem
plenitudinẽ in Chriſto habitare: bene hic & in ſequentibus in ipſo/ eius/ coram ipſo. Si
autem reſpicitur filius cuius beneplacitum fuit corpus aſſumere humanum/ & omnẽ ple
nitudinem in ſe in figura hominum inhabitare: tunc potius dicendum in ſe/ ſuę/ coram
ſe ſiue in cõſpectu ſuo/ vt agnoſcatur (vt ſic dicam) mututtas & reciprocatio. Cum itaq;

vertimus illud: beneplacitum/ filij itelleximus. qui & in quodam loco ide se dicere legi-
tur. & delicię meæ esse cum filijs hominum. vetus autem interpres: patrem intellexit cui
illud beneplacitū tribuit. & neq; hoc neq; illud male. nā & patri complacuit/ & filio com
C placuit. Et sermo Pauli: ad vtrunq; sensum indifferens. Paulus. ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδό-
4 κησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. ¶ Vulgata æditio. Et inimici sensu. ¶ Dici po
test & inimici intelligentiæ. Paulus. καὶ ἐχθρούς τῇ διανοίᾳ. ¶ Vulgata æditio.
Carnis eius per mortem exhibere vos sanctos. ¶ Debuit dicere vetus iterpres: per mor-
tem eius. deest eius. nos vero qui filium/ qui Christum semper respicimus: per mortem
D suā. Paul9. σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους.
4 ¶ Vulgata æditio. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis. ¶ Qui: abundat. Deest:
meis. Paulus. νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio.
Et adimpleo ea quæ desunt passionum CHRISTI. ¶ Vocabulum quo hic vtitur Pau-
lus: vicissitudinē/ subalternationēue plenitudinis significare videtur. ac si diceremus sup
pleo vices: iplēdo posteriores pressuras Christi in carne mea/ pro corpore eius qđ est ec-
clesia. vt patiēte adhuc Christo i suis vicarijs pro ōnibus. Nā vocabulū qđ plenitudinis
verbū sequitur: etiā posterioritatem quandam significat. et hic sensus: circa literam ap-
positus est. Paulus. καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα θλίψεων τοῦ χριστοῦ.
¶ Vulgata æditio. Quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius.
¶ Potius: notum facere quæ sunt diuitiæ. Paulus. οἷς ἠθέλησεν ὁ θεὸς γνωρίσαι,
τί τὸ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου. ¶ Vulgata æditio. Quod est
CHRISTVS in vobis/ spes gloriæ. ¶ Legendū masculino genere/ qui est. Paulus. ὅς ἐ-
στι χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης. ¶ Vulgata æditio. Corripientes omnē
hominem. ¶ Potius admonentes. Paulus. νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον. ¶ Vul
gata æditio. Et docentes in omni sapientia. ¶ Dicēdū: et docētes omnē hominē. deest
enim omnē hominē. Paulus. καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σο-
φίᾳ. ¶ Vulgata æditio. Quam operatur in me in virtute. ¶ Illud virtute: potestatē/ po-
tentiam/ vimq; significat. Et dicendum/ operantem in me/ aut quæ operatur in me per
rectum/ potius q̄ per accusatiuum quam operatur in me. Nam operatur/ refertur ad
operationem non ad Christum. Paulus. τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνά-
μει.

CAP. II.

CVm ij qui solum vices gerunt magna acrimonia opus vrgēt/ nullum la-
borem diffugiunt/ omne certamen sustinent: signom est negocium illud
magnopere domino curæ esse/ & ab eo strictissime esse iniunctum. Hac
de causa optat Paulus vt Colossenses/ & Laodicenses qui Asiani popu-
li sunt haud admodum Colossensibus distantes: intelligerent certamen
& vehemens studium suum. vt ex illo ad voluntatem summi patris itel
5 ligendam & Christi dilectionem/ surgerent/ & gauderēt spiritu in domi-
no: cui/ tantum sunt curæ. Et subdit. ¶ Vos autem scire vellem: quale certamen habeā
pro vobis/ & ijs qui Laodiciæ sunt/ atq; ijs qui personam meam in carne non viderūt.
vt consolentur corda eorum instructorum in dilectione/ & in omnibus diuitijs plenarię
certitudinis intelligētiæ/ in cognitione mysterij dei & patris & CHRISTI: in quo sunt
ōnes thesauri sapientiæ & cognitionis reconditi. ¶ Si ęstimas te aliquid cognoscere qđ
momenti & pensi dignum pures præter cognitionem dei patris/ & mysterij Christi: tei-
psum decipis. nam in hac cognitione sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię repositi.
In hac cognitione: summa fœlicitas et vita æterna consistit. hæc est autem (inquit) vi-
ta æterna/ vt cognoscant te solum deum verum/ & quem misisti Ihesum Christum. imo
omnia scire (hoc vno dempto) est nescire. nonne enim male scis/ immo nescis: quæ scien
do/ in mortem æternam ruis? Nam si veritatem scires/ duceret te ad veritatem/ & ducit
te ad oppositum veritatis. veritas enim vita est/ & vita æterna. & hoc vnum/ id est patrē
& dominum Ihesum Christum scire/ si cętera etiā ignoras: est omnia scire. id/ te ad veri-
tatem ducit/ quæ est vita æterna. hic sunt thesauri nostri & diuitiæ nostræ. hæc certa lux
intelligentiæ: quam sequentes errare non possumus. Ideo hortatur apostolus Colossen
ses/ immo omnes: in hac cognitione esse attētos atq; cautos/ aduersus eos qui obliquis
6 itineribus ab hac certitudine vitæ deflectere vellent/ & nos tanta luce prioare/ & tā inef
fabilibus thesauris spoliare. Et ait. ¶ Hoc autem dico: vt nullus vos paralogizet in
persuasione eloquentiæ. nam etsi carne absens sim: spiritu tamen vobiscum sum/ gau-
dens & intuens ordinem vestrum/ & vestrę (quæ in CHRISTO est) fidei firmamentū.
vt igitur accepistis CHRISTVM IHESVM dominum/ i eo ambulate/ radicati & ędi-
ficati in eo/ & firmati in fide/ in ea vt edocti estis abundantes cum gratiarum actione.

Videte ne quis vos deprædetur per philosophiã & inanem fallaciam: secundum tradi-
tionem hominum/secundum elementa mundi/ & non secũdum CHRISTVM. ¶ Pa-
ralogizare: dialecticis vocabulum notum est. & est perperam ratiocinari / obliquisq;
& tortuosis rationibus & (vt sic dicã) cornutis syllogismis non reuera existentibus sed
apparentibus circũuenire/ a veritate detorquere / & quantum fallacia potest illi afferre
calumniam. Tortuosus serpens obliquis spiris repens/septilinguis/ paralogismos efflat/
et est sophistarum pater. Septiformis autẽ spiritus sanctus: septem riuis supernæ gratię
ad suos deriuat veritatem/ & est pater veracium. radicat/ ædificat/ firmat/ gratiarũ actio-
nes in cordibus suorum locat. diabolus autem & qui arti eius student: contra/ euellunt/
destruunt inaniunt / et elatos/ ingratosq; efficiunt/ spiritus sancti donis priuant/ & inuẽ-
ta hominum/ aut sæpe (quod miserabilius est) dæmonum / præponunt doctrinæ cœle-
sti. et hanc ignorantiæ sentinam mentito nomine philosophiam appellant: quæ non est
philosophia/ sed vt exponit Paulus inanis fallacia. Nam vera philosophia: a cœlesti sa-
pientia quæ Christus est: lucem capit/ & in illam reflectitur. vt lux quæ a sole venit: refle
ctitur in solẽ. Ergo errant qui per paralogismos & argutas ineptias & ineptas argutias:
veritati lucem dare credunt. nox non affert diem: sed lux quæ desuper irradiat. Verum
ij inanes philosophi contra quos nunc Paulus agit: Iudæi erant qui philosophabãtur/
immo verius paralogizabant ex signis & elementis quæ tradita erant Iudæis / quibus
sensa sua non diuina adiungebant. Nam & circuncisio/ & phase/ & agnus/ & sanguinis
aspersio/ & vacca rufa/ & id genus quæ Hebręis vt literæ & elementa erant/ sed elemen-
ta mundi: in veritate sunt Christus. & in illis elementis non inhabitat diuinitas / vt in
suo corpore: in Christo autẽ plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat/ immo corpus
Christi/ cuius ipse caput/ est diuinitate plenissimum. cuius diuinę plenitudinis/ vt corpo
7 ris sui membra: nos miseratione sua effecit corporaliter participes. Quæ sacramẽta ape
rit Paulus Colossensibus: subiungẽs. ¶ Quia in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. & estis in eo repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. in quo et
circũcisi estis circũcisione non manu facta/ in expoliatione corporis a peccatis carnis / ĩ
circũcisione CHRISTI/ sepulti cum eo in baptismate. in quo & consurrexistis per fidẽ/
operatione dei: qui suscitauit eum a mortuis. Et cum vos essetis mortui ĩ delictis & præ-
putio carnis vestrę: viuificauit vos pariter cum eo/ condonans vobis omnia delicta/ de-
lens cirographum e decretis/ quod aduersum nos erat / & quod erat nobis contrarium.
& ipsum detraxit e medio: affigens illud cruci/ expolians principatus & potestates/ tra
duxit in fiducia/ triumphans illos ĩ eo. ¶ Quid est & estis in eo repleti: nisi diuinitate re-
pleti in Christo/ qui est caput ecclesiæ/ Si de ecclesia es: de corpore Christi es. si de corpo
re Christi ĩ diuinitate repletus. Nam plenitudo diuinitatis habitat in eo corporaliter.
O si homines cernere possent q̃ sublime/ q̃ diuinũ est esse de corpore Christi: q̃ se castos/
mundos/ & sanctos diuinitati custodirent/ & omnem mundi luxum & gloriam/ prę ĩter-
na (quæ sensus carnis latet) gloria/ ignominiam dedecusq; ducerẽt. Cætera mysteria ex
alijs superioribus locis vt deus indulsit: iam patefacta sunt. tantã enim hæc mysteria
continent dignitatem: vt nisi quis oculis Pauli in spiritu ea videret/ non quæ foris sunt
attẽdens/ sed quæ intus/ prorsus a conditione carnis denudata/ qualia sunt apocalypse-
on diuina spectacula: nullus sufficeret illa declarare/ & adhuc esset insufficiens enarra-
tor. Neq; enim scriptura nisi remote exprimit vocem/ neq; vox cõceptum: & multo ma-
gis humanus sermo mysteria spiritus non assequitur. Et reuera cum Christo viuificati
sumus: et si hęc viuificatio nos lateat/ maxime si spiritu nõdum cernere valemus. & di-
missa sunt nobis delicta nostra ex memorijs diaboli/ & libro mortis in quo scripti sunt
omnes filij tenebrarum. diploma & obligatio nostra detracta est per filium dei: & affi-
xit eam cruci/ & deleuit & scripsit nos in libro viuentium. Et non id solum: sed tyrannũ
mortis & satrapas eius/ spoliatos in signum victoriæ/ vinctos post currum suũ qui dena
milia milium est letantium/ sub victrici vexillo crucis triumphauit/ deditq; eos omni-
bus angelis letantibus ignominię spectaculum. hoc enim est traducere/ id est exẽplũ
facere/ & ludibrij cõmune spectaculum. Sic enim voluit cœlestis pater in filio suo triũ-
phare: vt ei qui voluerat deo per creaturam eius illudere/ illuderetur ab artifice creatu-
rę. est enim filius omniartifex dei ratio/ & verbum per quod facta sunt vniuersa. Ergo
8 cum omnia sit nobis Christus/ & in veritate simus: nullus debet nos accusare si veteres
rerũ vmbras non sequimur. Quod & Paulus astruit Colossensibus dicens. ¶ Nõ igitur
quisq̃ vos accuset in cibo/ aut in potu/ aut in parte festiuitatis aut neomeniæ/ aut sabba-
torum: quæ sunt vmbra futurorũ/ corpus autẽ CHRISTI. ¶ Illa mysteria quę fiebant:

aut Christum vt caput/aut corpus Christi designabant.Sed hoc ostẽdere: operosius est/
q̃ possit præsens locus perferre.Huic tamen sententiæ innitens/voluit Claudius episco
pus in iis commentariis quos de spiritu literæ fecit/ostendere. Verum superstitio quo-
rundam erat inducere cultum angelorum/ tanq̃ per quos vt mediatores oporteret ad
deum transferri. has angelorum libationes/inuocationes/ & sacrificia tanq̃ prophana
vetat apostolus.nam multis curiositate deceptis:maligni spiritus loco bonorum se ige
rũt/angelos lucis se esse mẽtientes.Quibus cum adhærent:a capite disiũguntur/& sunt
9 membra mortua/vt in corpore membra quibus a capite nulla influitur virtus. Vetat igi
» tur tam nefãdam superstitionẽ diuinus apostolus: atq; ait. ¶Nullus vos ad brauium
» vocet volens:in humilitate sensus & religione angelorum/ea quæ non vidit ingrediẽs.
» temere mente carnis suæ inflatus:& caput non tenens ex quo omne corpus/per iunctu
» ras & commissuras subministratum & conspirans/augescit in augmento dei. ¶Quasi
brauium accepturos & aliquid maius & magnificentius super cæteros/vocãt huiusmo-
di superstitiosi eos qui simplices sunt/& humilis prudentiæ.vocãt inq̃ ad religionẽ ãge-
lorum/priuatas preces/ritus/& sacrificia:& ea adoriuntur quę ipsi non viderunt/& quæ
ipsi non cognoscunt.At quæ monet Paulus/& vidit & cognoscit:& nulla fraus/nullus
dolus/nulla potest esse fallacia.hæc figuræ/hæc prophetæ/hæc sancti ões/ & spiritus
sanctus manifestat.Proinde dat Colossensibus generale documentum abstinẽdi ab om-
nibus elementis mundi:siue gentibus tradita fuerint ad cultum dæmonum/siue Iudeis
10 ad antiquas cerimonias/siue superstitiosis ad dementationes magicas/& animarũ lu-
» dificamẽta/quę vniuersa corruptionẽ operãtur. Dicit itaq;. ¶Si mortui estis cũ CHRI
» STO ab elementis mundi:quid tanq̃ viuentes in mundo/dogmata quæritis/Ne tetige
» ris/neq; gustaueris/neq; palpaueris omnia quæ sunt ad corruptionem per abusum secũ-
» dum præcepta & doctrinas hominum:quæ in superstitione sermonem quidem habẽt sa
» pientiæ/& in humilitate sensus/& in afficiendo corpore/ non in honore aliquo ad satie
» tatem carnis.¶Qui viuunt in hoc mundo:dogmata mundi quærere debent/ etsi me-
lius esset non quærere per mundi mortificationem.Qui viuunt Christo:doctrinas Chri
sti quærere debent non amplius ea quæ sunt mundi.Quod adiũgitur/ne tetigeris/ neq;
gustaueris/ neq; palpaueris:sententia quædam est.et si etiam vetus esset:spiritus sancti
esse/talia vetantis/si dicatur/nichil prohibet.Et sunt quędam quę sunt secũdum præce-
pta & doctrinas hominum superstitionem habentia:quæ nichilominus videntur habe-
re sermonem sapientiæ in male afficiendo corpore.Qualia forte nunc in nonnullis lo-
cis fiũt cõuẽticula:vbi nudatis humeris/aut pro maiori parte corpore/se mutuo cedũt
nõ incruẽte. Quidam seipsos cedunt flagris & loris ferreis/etiam dissimulato habitu et
faciebus in publico velatis/magis in huiusmodi disciplinis(sic enim propriorũ corpo-
rum iniurias/siue maleafficientias vocant)confidunt/ q̃ in gratia redemptionis salua-
toris.Sed hæc secundum præcepta & doctrinas hominum sunt:in humilitate sensus.
Secus autem est:si quædam sunt authoritate pontificia firmata/in signum pœnitentię.
non ꝙ quęcũq; pœna/quæcunq; maceratio quã perferamus:possit pro peccatis nostris
satisfacere.alioqui quid oportuit Christũ mori?sed ipse Christus dominus satisfecit pro
peccatis nostris.et cum satisfactionis eius sumus participes:dimissa sunt nobis peccata
nostra.non ꝙ satisfecerimus aut satisfacere potuerimus:sed ipse satisfecit.Si vero exclu
dimur(quod miseratio eius auertat)nichilominus satisfecit.Ipse eñi est propiciatio pro
peccatis nostris.non pro nostris autem tantum:sed etiam pro totius mundi.sed tunc sa-
tisfactionis eius non essemus participes. Et ideo si nõ sumus participes/et excludimur
id ideo est/quia nolum9 seq satisfactorẽ/beneficiũ satisfactionis eius agnoscẽtes. Nõ si-
mus:ergo igrati in operibus nostris/siue secũdis studiose vtamur/siue aspa et dura i cor
pore portemus.non tamen superstitiose et quasi satisfactorie in ipsis confidẽtes:sed om
nes confiteamur et agnoscamus Ihesum Christum/communem pro peccatis omnium
satisfactorem.precemur nos passionis eius esse participes:et in satisfactione eius pecca-
ta nostra dimitti.hæc est via spiritus.Eum igitur sequẽtes/satisfactorem diligamus:et
in eo solo confidamus.Cui sit omnis honor et gloria et gratiarum actio:in omnia sæcu
A lorum sæcula.Amen.
5 » ¶EXAMINATIO nõnullorũ circa literã.¶Vulgata ęditio.Volo eñi vos scire.¶Ad
exprimendum affectum:vellem diximus. nam moris etiam Pauli est: per indicatiuum
optare.latinorum autem magis: per optatiuũ. Paulus. θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι.
» ¶Vulgata æditio.Qualem solicitudinem habeam pro vobis.¶Legi potest:quale cer-
» tamen.Paulus.ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν.¶Vulgata æditio.Et quicunq;
non viderunt faciem meam. ¶Indifferens hic locus:vt transferatur faciem meam/ aut

personam meam. nos personam transtulimus. Paulus. καὶ ὅσοι ὀυχ ἑωράκασι τὸ
» πρόσωπόν μου. ❡Vulgata æditio. Vt consolentur corda ipsorum/ instructi in chari-
» tate/ & in omnes diuitias plenitudinis intellectus. ❡Potius dicendum ipsorum instru-
ctorum/ vt adiectiuum & substantiuũ casu conspirent/ quemadmodũ & in Paulo. Et in
omnibus diuitijs per sextum casum: vt & ante vetus interpres eodẽ casu dixerat/ in cha
ritate. Et plus forte dicit: si plenitudinis vim vocabuli græci nõ explicat/ quod etiã ple
nariam certitudinẽ significat. Paulus. ἀυτῶν συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ
» ἐις πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως. ❡Vulgata æditio. In
» agnitione mysterij dei patris & CHRISTI IHESV. ❡Ihesu: abundat. Et dicendum
dei & patris/ teneturq; & expositiue. Paulus. ἐις ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ
θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ χριστοῦ. Et continuo sequitur ἐν ᾧ ἐισί. in quo sunt.
» ❡Vulgata æditio. Vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. ❡Quod vetus in-
terpres dicit in sublimitate sermonum: designat in Paulo suasionem aut persuasionem
eloquentiæ. Paulus. ἵνα μήτις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. ❡Vul-
B » gata æditio. Sicut ergo accepistis IHESVM CHRISTVM dominum nostrum. ❡Di
6 cendum Christum Ihesum. Et nostrum: abundat. Paulus. ὡς ὄυν παρελάβετε τὸν
» χριστὸν ἰησοῦν κύριον. Et continuo sequitur. ἐν ἀυτῷ. ❡Vulgata æditio. Sicut &
» didicistis: abundantes in illo in gratiarum actione. ❡Potius edocti estis. Et in illa fœ-
minine: non in illo masculine. refert enim fide. Paulus. καθὼς ἐδιδάχθητε, πε-
» ρισσέυοντες ἐν ἀυτῇ ἐν ἐυχαριστίᾳ. ❡Vulgata ęditio. Ne quis vos decipiat. ❡Di
ci hic potest deprędetur. Paulus. μήτις ὑμᾶς ἔσαι ὁ συλαγωγῶν. ❡Vulgata
B » æditio. In expoliatione corporis carnis. ❡Dicendum peccatorum carnis/ siue a pecca-
7 tis carnis. deest particula peccatorum. Paulus. ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος
» τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. ❡Vulgata æditio. In quo & resurrexistis per fidem
» operationis dei. ❡Potius: consurrexistis. Et nichil absonum videtur: si genitiuum re-
soluamus per sextum casum & dicamus operatione dei. & hoc: cum reuocatur ad con-
surrexistis. si autem ad fidem: explicandus esset per genitiuum. siquidem fides in nobis
operatio dei. Paulus. ἐν ᾧ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ
C » θεοῦ. ❡Vulgata æditio. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti. ❡Di-
7 cendum sexto casu plurali decretis vel e decretis. Paulus. ἐξαλείψας τὸ καθ᾽ ἡμῶν
» χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν. ❡Vulgata æditio. Et expolians principatus & pote-
» states: traduxit confidenter/ palam triumphans illos in seipso. ❡Et: abundat. Et illud
traducere: est exemplum ignominiæ facere/ vocabulum notum historicis & iureperi-
tis. Et dici potest: in fiducia. Palam: abundat. Quod vetus interpres dicit in seipso: am-
biguum in græco habet sensum. Nam si relatiuum refert σταυρὸν/ id est crucem: dicen-
dum est in ea. si autem de patre intelligitur sermo/ & relatiuum refert Christum: dicen-
dum solum in eo/ vel ipso. Si autem de Christo/ vt intelligatur Christus triumphans:
dici potest in seipso/ vt reciprocus sermo intelligatur/ q̃uis græce non sit reciprocus.
Quare sine reciprocatione exposuim⁹/ quasi patre triũphãte in filio/ deuictis malignis
potestatibus/ & diplomate obligationis nostræ sublato. vt Vaspasianus: in Tito filio
triumphauit de iudæis. Paulus. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξου-
σίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ. θριαμβέυσας ἀυτοὺς ἐν ἀυτῷ. ❡Vul-
D » gata æditio. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu/ aut in parte diei festi. ❡De cibis/
8 & potibus/ & festis obseruationis iudæorum: hic sermo est. quæ erant elementa & fi-
guræ Christi/ nunc oblati & expiantis peccata nostra/ nunc satiantis nos/ & cibantis
cœlesti & superuitali alimonia. Neomeniæ/ id est noui menses/ qui a silente & noua
luna sumebantur: nouum tempus ecclesiæ figurabant. Plebs hebræa in nouitate men-
sis celebrans: populum Christi/ nouum celebrans tempus. qui quidem fidelis populus:
corpus Christi est. Quis igitur nos iudicare/ nos culpare/ nos accusare debet: si cibos/
si potus illos/ si festa/ si neomenias illas/ non vt ipsi obseruamus/ cum omnia nunc in
veritate habeamus? Corpus & sanguis Christi: omnis cibi & potus continet verita-
tem. festiuitates Christi: omnium celebritatum iudæorum veritas. Passio Christi: om-
ne sacrificium implet. Corpus Christi ecclesia/ semper in nouitate celebrans. hæc: to-
ta sunt. illa autem iudæorum: ex parte erant. & festum: ex parte/ & imperfectum. cibi
& potus: ex parte. & omnia iudæorum: ex parte & imperfecta. Relinquamus igitur
quod ex parte est: & stemus in eo quod perfectum est. Et ostẽdere particulatim hæc my
steria: maius est q̃ præsens exigat locus. Quod qui facere nosset: videret nouũ in vetere
& in nouo vetus/ videret lucem in vmbra & in luce vmbram/ videret veritatem in fi-
gura & in veritate figuram. & id videre: est vere sacra eloquia intelligere/ quo modo &

Paulus/ & Timotheus per ſacræ manus Pauli impoſitionem intelligebat. Quem ſen-
ſum: neq; homo/ neq; ratio/ neq; humanū ſtudium dare valent: ſed deſuper infunditur/
aut ab illis deſumitur/ qui deſuper ſunt infuſi. quod autē ſine iis/ humanū in his audet
ſtudium: præſumptio eſt/ & temeritas. Et in hoc ſalo: multi nauigant. Sed de his hacte-
D nus. ❡Vulgata æditio. Nemo vos ſeducat. ❡Vocabulū hic poſitum: potius ſignificat/
9 excitare & vocare ad brauium. non q̃ vocare ad cultum & venerationem angelorum/
brauium ſit (neq; enim dant brauia credētibus/ neq; proponunt: ſed boni angeli/ currē
tes ſolum adiuuāt/ mali autem/ vtcunq; poſſunt impediunt) ſed vocabant aliqui ad hu-
iuſmodi cultus/ obſeruationes/ religiones/ aut verius ſuperſtitiones/ quaſi qui ita colerēt
acciperent brauium. nō intelligētes/ caput eſſe Chriſtum: & brauia proponētem/ & vi-
ctoribus præmia diſtribuentē. Paulus. μηδεὶσ ὑμᾶσ καταβραβευέτω. ❡Vulgata
æditio. In humilitate & religione angelorū. ❡Dicendū in humilitate ſenſus. Paulus.
ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων. ❡Vulgata æditio. Inflatus
ſenſu carnis ſuæ. ❡Dici poteſt mente. Et hæc mens: carnis eſt/ mens carnalis/ & incedē
tis ſecundum carnem/ & propriæ innitentis prudentiæ. Paulus. φυσιούμενοσ ὑπὸ
D τοῦ νοὸσ τῆσ σαρκὸσ αὐτοῦ. ❡Vulgata æditio. Quid adhuc tanq̃ viuētes in mun-
10 do/ diſcernitis? ❡Dici poteſt: dogmatizatis/ dogmatis inſudatis/ dogmata quæritis/ aut
quippiam tale. Et dogmata: hominū ſunt adinuentiones/ & curioſæ hominū doctrinæ/
& plerūq; vanæ & ſuperſtitioſæ. Paul9. τί ὡσ ζῶντεσ ἐν κόσμῳ, δογματίζεσθε.
❡Vulgata æditio. Ne tetigeritis/ neq; guſtaueritis/ neq; cōtrectaueritis: quæ ſunt om-
nia in interitu/ ipſo vſu. ❡Singulariter loquitur Paulus. Et hæc verba ſunt ſpūs per eū
loquētis. Et in interitū quarto caſu/ id eſt ad interitū: potius videt̃ dicendū q̃ in īteritu/
ſexto. Et abuſu potius q̃ ipſo vſu. Paulus. μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃσ ἅ
ἐστι πάντα εἰσ φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. ❡Vulgata æditio. Et humilitate/ & nō
ad parcendū corpori. ❡Dicēdum (vt prius) humilitate ſenſus. Et quod vetus īterpres
dicit/ & non ad parcendum corpori: Paulus dicit nomine priuatiuo. ac ſi dicere poſſe-
mus imparcentia: quæ eſt quædam crudelitas/ & (vt ſic dicam) dura corporis afficien-
tia. Paulus. καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματοσ.

CAP. III.

NOn ſequamur præcepta & dogmata hominum/ quæ fundamentum nō
habent in luce quæ de ſurſum enituit: ſed cogitemus Chriſtum pro no-
bis omnibus fuiſſe mortuum/ & pro morte inſontis/ omnibus ſontibus
vitam eſſe oblatam. pro morte iuſti: iniuſtis vitam eſſe donatam. pro
morte eius qui peccatum non fecit: peccatoribus vitam eſſe elargitam.
qui mortuus eſt: infinite/ immo pluſq̃ infinite bonus erat/ & mors eius
potens vitam dare etiam pluſq̃ infinitis malis/ modo illa pluralitatis
infinitas eſſet poſſibilis. immo quicunq; ad eum veniunt/ in morte eius
moriuntur/ & in reſurrectione eius reſurgunt. non enim reſurgerent: niſi prius mortui
eſſent. ſic efficiuntur Chriſtiformes: vt corpori eius conueniant. oportet enim membra
totius corporis ad caput habere conformitatem: alioqui monſtroſum eſſet. Hæc autem
conformitas: in cæteris ratio & proportio dicitur. in Chriſti autem corpore: Chriſtifor-
mitas. Cum igitur in reſurrectione Chriſti reſurgant: etiam vita Chriſti viuunt. vnde
enim viuerent membra/ & excellentiſſima quidem vita niſi ex capite? Si autem vita
Chriſti viuunt/ & Chriſtus ſurſum eſt (eſt enim ſurſum in dextra patris ſedens) quæ ſur
ſum ſunt quærere debent/ quæ ſurſum ſunt ſentire/ non doctrinas hominum/ & ea quæ
ſunt ſuper terram. nam & nunc nos in ſtatu ſpirituali in cœlo verſamur: etſi moribunda
membra carnis noſtræ circa terram repant/ etſi hic ſtatus ſpiritualis oculis carnis vi-
deri non poſſit/ & iis tantum ſit manifeſtus quibus fiunt diuinæ oraſes/ id eſt ſpectacu-
la in ſpiritu. quod Paulo frequentiſſime fiebat/ & quo a Iheſu Chriſto doctus eſt modo:
ex quo & ipſe nos docet. Certe cum lego Paulum qui nichil ſum: oraſin ipſam cernere
videor. ipſe clare: ego vero (vt par eſt) & vt deus vult vmbratiliter. q̃uis inq̃ oculis car
nis diuinus ille ſtatus & modus ille quo etiam nunc corpori diuinitate pleno inſerti ſu
mus/ videri nō poſſit/ & in hoc ipſo occulta ſit vita noſtra qua ſpū viuimus: cū Chriſtus
manifeſtabitur/ qui eſt vita noſtra & vita æterna/ nobis ſtatus ille erit manifeſtus. ma-
nifeſtabitur autem particulariter cuiq; in aduentu qui prope eſt in depoſitione velami-
nis carnis noſtræ: & vniuerſaliter omnibus in vniuerſali aduētu/ qui an prope ſit/ an lō
11 ge/ ſolū nouit qui nouit tēpora & momēta quæ pater poſuit ī ſua poteſtate. Quæ ſuccin-
cte & paucis/ diuine tamen ōnia: aperit Paulus Coloſſenſibus/ dicens. ❡Si igitur ſur-
rexiſtis cū CHRISTO: quæ ſurſū ſunt quærite: vbi CHRISTVS eſt in dextra dei ſe-

» dens/quæ sursum sunt sentite/non quæ super terram. mortui enim fuistis:& vita vestra
» abscondita est cum CHRISTO in deo. Cum autem CHRISTVS apparuerit vita no-
» stra:tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. ¶Hæc non sunt doctrinæ hominū:sed
cœlestia instituta. Et quam mortificationem terrenorū artuum/ & carnaliū mēbrorum
12 quę sunt super terrā/dominus & carnis & spiritus a nobis velit:amplius enucleat diui-
» nus pręco/& diuinæ volūtatis interpres Paul9/ dicēs. ¶Mortificate ergo mēbra vestra
» quæ sunt super terrā/fornicationem/imunditiam/perturbationē/ concupiscentiā malā/
» ac auaritiam/quæ est idolorū cultus. propter quæ venit ira dei in filios discredētiæ:in
» quibus & vos ambulastis aliquādo cū viuebatis in eis. Nunc autē deponite & vos om-
» nia:iram/furorē/næquitiā/ blasphemiam/ turpiloquiū ex ore vestro. Nolite adinuicem
» mentiri. Exuite veterē hominem cū actibus eius/ & induite nouū qui renouatus est in
» cognitione ad imaginem eius/qui creauit illū. vbi nō est gentilis & iudæus/ circūcisio
» & præputium/ barbarus/ scytha/seruus/ liber:sed omnia & in omnibus CHRISTVS.
¶Membra Christi:spiritualia sunt. mēbra carnis:carnalia/vt carnales affectus/fornica
tiones/imunditiæ/perturbationes/ cōcupiscentiæ malę/ ac auaritiæ. & hi mortificandi
sunt cum suis actibus. Sed quibusnā hæc mortificantur/ nunquid per præcepta & do-
ctrinas hominū/per priuatas aut publicas carnis macerationes/ in quibus homines cō
fidant/ & se quodam modo ex operibus iustos putēt / & deplorent alios qui nō sunt sui
aselli carnifices/quasi iccirco eorū timentes saluti/ Hæc est humilitas sensus/ & terrena
humilitas:nō humilitas spiritus & diuina humilitas/qua etiā altissimæ potestates quæ
circunstant altissimū thronū dei procūbunt/in cōspectu throni in facies suas. Quid igi-
tur mortificat/ Certe illa maxime quæ spiritus sunt/ in quibus & auxiliū/ imo vniuersū
robur desuper habemus: nō illa quæ exteriora sunt/& e deorsum veniunt. inter quæ q-
dem spūalia/quæ summū & præcipuū locū ad hanc mortificationis carnaliū affectuum
vt mēbrorum carnis/victoriā:obtinet dei charitas/& charitas proximi. Nam flāma illa
omnes noxios carnis affectus exurit: vt imissus ignis camporū stipulas. Sed & quibus
13 specialius mortificātur:hoc pacto subiungit Paulus charitatē summopere cōmendans/
» atq; ait. ¶Induimini ergo vt sancti electi dei & dilecti viscera miserationis/ benignita-
» tem/ humilitatem sentiendi/ mansuetudinē/ longanimitatem: supportantes vos inui-
» cem & condonātes vobisipsis/si quis aduersus aliquem habet querelam. quēadmodum
» & CHRISTVS cōdonauit vobis: hunc in modū & vos. Super hæc autem omnia in-
» duimini dilectionem/quæ est vinculum perfectionis:& pax dei palmā obtineat in cor-
» dibus vestris/in qua & vocati estis in vno corpore/& iucūdi estote. Sermo CHRISTI
» habitet in vobis copiose:in omni sapiētia/docentes & admonētes vosipsos psalmis/&
» hymnis/& cāticis spūalibus in gratia/canētes in corde vestro/domino. Et ōne qdcūq;
» sit:faciatis in sermone/aut in opere per omnia in nomine dñi IHESV/ gratias agentes
» deo & patri per eū. ¶Hęc sunt spiritualia:quibus aduersus mēbra carnis/id est carnales
affectus pugnamus/ & eos internitioni damus. Sed age inquies/ macerationes carnis
vt ieiunia/ vigiliæ/ nuditas/ paupertas/ erūnæ/ nichilifacienda/ Nequaq̄ dixeri:sed quā-
do oportet:sunt carni multipliciter adhibenda. quandoq; vt calcar rebelli equo:ne ca
ro petulescat. Verū tunc vt equus ob verbera calcariū nō pascitur:ita neq; ob verbera/
præmia senties/sed ex gratia Christi cui per conformitatē insereris. quandoq; etiā non
vt calcar. Nam etsi caro nō petulescat:hæc illi adhibēda nō inficias ierim. apostol9 enī
corpus suum huiusmodi castigabat:ne omni ex parte Christo nō inueniretur cōformis/
& sic a cōsortio eius excluderetur. castigo (inquit) corpus meū/& in seruitutē redigo:ne
cum alijs prædicauero reprobus efficiar. verum in illis castigationibus:summā suæ sa-
lutis nō collocabat/sed in gratia Christi/cui per illa credebat esse cōformis/ & illū imi-
tari/& imitationis se alijs præbere typum / cuius scopus & veritas Christus. Verū di-
ces/ peccator sum/ciliciū porto/ieiuno/abstineo/verbera suscipio/oro/lachrymas vber-
tim fundo/pulueri me voluto vt deus mei misereatur. Benefacis. sed tunc optime: cum
hæc omnia faciēs/nō teipsum/ nō opera tua/sed deū respicis nisi cū te peccatorē dicis.
Nam in hoc:Christo deoq; contrarius es. Si igitur cilitium portas:porta/ quia & Chri-
stus pro te portare dignatus est. induebar (inquit) cilitio. Præterea. Posui vestimentū
meū ciliciū. Si ieiunas:ieiuna propter Christū/quia Christ9 pro te ieiunauit. Humilia-
bā (inqt) in ieiunio aīam meā. Et rursus. Et operui ī ieiunio aīam meā. Si abstines:ab-
stine/quia & Christus pro te abstinuit/ vnde a nō abstinētibus deridebatur. In me (ait)
psallebāt qui bibebāt vinū. Itē & caro mea īmutata est ꝓpter oleū. Si verbera suscipis:
suscipe/quia Christus rex noster/pro te flagris cęsus est. & fui (inqt) flagellat9 tota die:
& castigatio mea in matutinis. Si oras:ora/ quia dñs noster pro nobis orauit/& exau-

ditus est pro reuerentia. Detrahebant (inquit) michi: ego autem orabam. Et alibi. Ego vero orationem meam ad te domine. Ora: quia Christus docuit nos orare. Ora: quia & pręcepit nos orare. Cum oratis (inquit) dicite. Et rursum. Orate ne intretis in tentationem. *Si* lachrymas fundis: noli præsertim teipsum & peccata tua plorare (te enim præcipue aspiceres) sed præsertim plora/ quia deum creatorem tuum offenderis/ & illā infinitam bonitatem/ cui cœlum & terra parent/ cui curuantur omnia/ cui & omnia debent obedientiam. *Si* in te etiam peccata non sentis: plora/ quia & Christus deus tuus pro te plorauit. Laboraui (inquit) in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum/ lachrymis meis stratum meum rigabo. Cæterum. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. *Si* procumbens pulueri volutaris: hoc fac/ quia & Christus pro te puluери prouolutus est. Ego (inquit) cinerem tanq̄ panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam. *Si* pœnitentiam agis: age/ quia Christus dixit/ pœnitentiam agite/ quia & ipse pœnitentia sua peccata nostra deleuit. Et in his omnibus non te: sed vel omnino/ vel præcipue Christum dominum totius bonitatis authorem attende/ & sic etiam secundum carnis infirmitatem Christo eris conformis/ & interiorem adiuuabis (quæ spiritum respicit) Christiformitatem/ non sequens doctrinas hominum/ sed exēplar quod in cœlis est/ & cœlestem habebis imitationem. Veruntamen vt non glorieris/ nisi in domino: tuum cilitiū/ tuum ieiuniū/ tua abstinentia/ tua verbera/ tua oratio/ tuæ lachrymæ/ tuus squalor in puluere/ nichil sunt/ sed cilitium Christi/ ieiuniū Christi/ abstinentia Christi/ flagellatio Christi/ oratio Christi/ lachrymæ Christi/ & squalor Christi. Non tamē illa putes tibi inutilia. Nam si illis (vt par est) & cū discretione vteris: per ea secundum exteriora efficeris Christo conformis/ tollis crucem eius/ & sequeris eum. At quo modo Christum ducem sequeris præeuntem: nisi semper eum respicias/ si te respicis: ducem amittis/ & viam perdis. Sed de his tantilla. *Spiritus* est qui viuificat. Hæc bona est imitatio: sed ea melior quæ est in imitatione misericordiæ/ benignitatis/ spiritualis humilitatis/ mansuetudinis/ longuanimitatis/ mutuæ supportationis/ offensarum dimissionis si quæ contingant/ igneæ dilectionis/ & pacis dei/ in lætitia spirituali/ in sermone Christi quod est euangelium æternæ pacis/ in sapiētia/ doctrina/ & excitatione spirituali/ & quodam modo concertatione studioq; vincendi/ in psalmis hymnis/ & canticis spiritualibus/ in gratia dei/ in corde iubilando deo/ & nichil faciendo aut sermone/ aut opere/ nisi in nomine domini nostri Ihesu Christi/ gratias iugiter per eum deo patri agendo. vtraq; hæc: imitatio. & fœlix qui in vtrisq; digne potest Christū imitari: & intus/ & foris fieri Christiformis. Post hæc sanctus apostolus digerit paucis officia coniugatorum: vbi est arctissimus nexus propter nexum Christi & ecclesiæ/ cuius est symbolum. Deinde patris & liberorum: qui post illum arctus est nexus/ ob nexum dei & creaturæ/ quem repræsentat. Et tertio domini & seruorum/ vbi minimus est nexus/ vt dei & peccatoris. quem tamen prouidētia non deserit: sed beneficio iuuat. solem enim suum oriri facit super bonos/ & super malos/ & pluit super iustos & īiustos. sic enim bonus & misericors est: quē oportet dominos imitari erga seruos. sed quia de
his officijs & his nexibus capite 5 & 6 quinti libri qui ī epistolā est ad Ephesios/ latius
14 dictum est: hic contrahēdus erit sermo/ atq; ex illis subtilius spiritualiusq; intelligēdus
• Paulus/ qui ait. ¶ Vxores subditæ estote viris (vt par est) in dño. Viri diligite vxores:
• & nolite amari esse erga illas. Filij obedite parentibus per omnia. hoc enim benepla-
• cens est apud dominū. Patres nolite irritare filios vestros: ne tristitia cōficiantur. Ser-
• ui obedite per omnia/ dominis carnalibus/ non seruitijs ad oculū tanq̄ hominibus pla-
• centes: sed in simplicitate cordis/ timentes deum. Et omne (quodcunq; faciatis) ex ani
• mo operamini tanq̄ domino/ & non hominibus: scientes q̄ a domino recipietis retribu
• tionem hæreditatis. Nam domino CHRISTO seruitis. Qui autem iniuriam facit: por-
• tabit quod iniuria affecit. & non personarum acceptio. ¶ In omnibus respiciendus est
Christus: & ī omnibus/ spiritualibus oculis cernitur. A muliere in viro respiciendus est
Christus: vt in capite & maiestate. A viro in muliere aspiciendus est Christus: vt in ec-
clesia. A filio in patre aspiciendus est Christus: in sua creationis maiestate. In filijs aspi
ciendus est Christus: vt in creaturis/ eas conseruans mirabili solicitudine & dilectione.
In domino aspiciendus est Christus: in sua exaltatus potestate. In seruis aspiciendus est
Christus: vt in sua iustitia/ mala & iniustitias puniens cum clementia tamen atq; mise-
ratione. vt sit nobis omnia in omnibus Christus. omnia/ typi: Christus omniū veritas.
Qui in omnibus & ab omnibus/ benedictus & superbenedictus sit: sine fine/ & vt sua
A poscit diuinitas/ bonitas/ prouidentia/ maiestas. AMEN.
11 • ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. *Si* consurrexistis

cum CHRISTO. ¶Satis eſt dicatur: ſi conſurrexiſtis Chriſto. ſiue modo noſtro loquē
di: ſi ſurrexiſtis cum Chriſto. Paulus. εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ χριστῷ. ¶Vulgata
æditio. Quæ ſurſum ſunt ſapite. ¶Hic ſapite: ex vocabulo eſt/ quod magis verti volūt
ſentite. Paulus. τὰ ἄνω φρονεῖτε. ¶Vulgata æditio. Mortui enim eſtis. ¶Id præte-
ritionem dicit: ad quod lucidius exprimendum/ maluimus dicere fuiſtis q̄ eſtis. Paul9.
ἀπεθάνετε γάρ. ¶Vulgata ęditio. Cum autem apparuerit CHRISTVS vita veſtra.
¶Non ſecundæ/ ſed primæ perſonæ deriuatiuo pronomine legitur vita noſtra. Paul9.
A ὅταν ὁ χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν. ¶Vulgata æditio. Libidinem/ concupi-
12 ſcentiam malam. ¶Vbi vetus interpres dicit libidinem: in Paulo habetur πάθος/ qđ
affectum & perturbationē noſtri dicere ſolent. Paulus. πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν.
¶Vulgata æditio. Et auaritiam: quæ eſt idolorū ſeruitus. ¶Quod vetus interpres di-
cit idolorum ſeruitus: vno verbo dicit Paulus idololatria/ id eſt idolorū cultura. Quis
enim dubitat auaros: aurū/ & argentum/ aut merces ſuas amore deo preferre/ & hoc eſt
creaturā colere/ & (vt ſic dicā) idololatrare. Paulus. καὶ τὴν πλεονεξίαν ἥτις ἐστὶν
εἰδωλολατρεία. ¶Vulgata æditio. Super filios incredulitatis. ¶Illud incredulita-
tis/ eſt id quod alibi dixit vetus interpres diffidentiæ/ & quod diximus inſuadentiā de-
ſignare/ quādo ſuaderi nolunt ad vere proſequenda bona. quæ etſi ore fateantur: opere
tamen ſe non credere/ ſe non perſuaſos eſſe/ ſe nō fidere oſtendunt. Paulus. ἐπὶ τοὺς
B υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. ¶Vulgata æditio. Nunc autē deponite/ & vos omnia: iram/
12 indignationem. ¶Potius dicendum: iram/ furorem. Paulus. νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ
ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργήν, θυμόν. ¶Vulgata æditio. Vbi non eſt maſculus & fœmi
na/ gentilis & iudæus. ¶Particula maſculus & fœmina: abundat. Paulus. ὅπου οὐκ
ἔνι ἕλλην καὶ ἰουδαῖος. ¶Vulgata æditio. Barbarus & Scytha/ ſeruus & liber.
¶In Paulo hæc ſine particula copulatiua dicūtur. Paul9. βάρβαρος. σκύθης, δοῦ
B λος, ἐλεύθερος, ¶Vulgata æditio. Viſcera miſericordiæ/ humilitatem/ modeſtiā/
13 patientiam. ¶Potius: viſcera miſerationis. Et ſubinde humilitatē ſentiendi/ manſuetu-
dinem. Paulus. σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πρᾳό
C τητα. μακροθυμίαν. ¶Vulgata æditio. Sicut & dominus donauit vobis. ¶Legen-
13 dum ſicut & Chriſtus. Paulus. καθὼς καὶ ὁ χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν. ¶Vulgata
æditio. Super autē omnia hæc: charitatē habete/ quod eſt vinculū perfectionis. ¶Pau-
lus nullum hic expreſſit verbū: ſed ex ſuperioribus verbū induimini intelligebat. qua-
re ſi vllum fuit exprimendum: induimini potius fuit exprimendū/ q̄ nouū verbum ha-
bere/ & quo non eſt vſus Paulus. Et potius dicendum quæ eſt vt paulo poſt/ q̄ quod eſt.
Paulus. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τὴν ἀγάπην. ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τε-
λειότητος. ¶Vulgata æditio. Et pax CHRISTI exultet in cordibus veſtris. ¶Le-
gendum dei. Et vbi vetus interpres dicit exultet: vocabulum Pauli ſignificat palmam
brauiūue obtinere/ vel ad brauiū vocare. Paul9. καὶ εἰρήνη τοῦ θεοῦ βραβευέτω
ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ¶Vulgata æditio. Et grati eſtote. ¶Dici etiam poteſt: &
iucundi eſtote. vocabulum eni hic poſitū/ & bene gratos & iucundos ſignificat/ ſed ſan
cta & ſpirituali iocūditate ac gratia. Qui enī dei pacem habēt in cordibus ſuis: nō niſi
corde iocundari & exultare poſſunt. & magna ac ingēs eſt hæc iocunditas & exultatio
in deo: ſuper omnes dulcedines quas homines in delicijs ſuis guſtauerunt terreni/ qui
filij ſunt ἀπειθείας/ & diſſuadētiæ. Paulus. καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. ¶Vulgata ædi
tio. In pſālmis/ hymnis. ¶Legendū: in pſalmis/ & hymnis. Paulus. ἐν ψαλμοῖς καὶ
ὕμνοις. ¶Vulgata æditio. In cordibus veſtris deo. ¶Legendū in corde veſtro/ dn̄o.
Paulus. καὶ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ. ¶Vulgata æditio. Et omne quodcunq; fa-
citis in verbo/ aut in opere: ōnia in nomine dn̄i noſtri IHESV CHRISTI gratias agē-
tes deo. ¶Dicendum faciatis. Et clarior intelligentia: ſi ad omnia exprimimus per. Et
abundant noſtri & Chriſti. vt enim vetus interpres poſuit: ſententia eſt īintelligibilis:
quæ apud græcos probe eſt intelligibilis. Paul9. καὶ πᾶν ὅτι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ,
ἢ ἐν ἔργῳ. πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου ἰησοῦ εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ. ¶Vul
D gata æditio. Mulieres ſubditæ eſtote viris. ¶Vetus interpres ſtatim ſubiungit: viri di-
14 ligite vxores veſtras. idem vocabulū quod hic vertit vxores/ ſuperius dixit mulieres.
Sed cur hic potius q̄ illic vxores? Cur non cōſimiliter vtrobiq; vertit? cum Paulus non
niſi de habentibus virum loquatur? non enim alias viris ſubiectas eſſe præcipit. Potius
igitur dicendum vtrobiq; vxores: vt litera apud eos qui recte intelligere nolunt/ mi-
nus calumniæ pateat. Paulus. αἱ γυναῖκες ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν. ¶Vul-
gata æditio. Viri diligite vxores veſtras. ¶Veſtras abundat. Paulus. οἱ ἄνδρες ἀγα-
πᾶτε τὰς γυναῖκας. ¶Vulgata æditio. Patres nolite ad indignationem prouo-

care filios vestros:vt nõ pusillo animo fiant. ℂQuod vetus interpres dicit ad indignationem prouocare:vno verbo dicit Paulus/ quod idem signat ac irritare. qui enim corripiunt:irritare non debẽt. aliud enĩ est corripere: aliud irritare. Nam qui corripiũt/sic id faciunt:vt qui corripiũtur etiam intelligant correptionem illam illis esse medicinã/ & sui boni gratia. cum autem irritant: id illi minime faciunt/ neq; qui irritantur suam medicinam/ neq; suum bonum sentiunt/sed solum irritantis indignationem. Et in hoc patres/ & præceptores plerumq; peccare solent: qui nesciunt corripere/ & (si quem arguunt) discrimen inter corripere & irritare ponere. Hinc filij & discipuli tristitia macerantur/ & odiunt irritatores: quos reuera amarẽt correptores. In correptore: cognoscitur amor. in irritatore: odium. at quo modo cognitus amor: non amaretur/ quo modo etiam: amaretur odium. Et hoc sanctum Pauli præceptum: ab omnibus patribus/ cum generationis tum doctrinæ & æducationis / summopere est notandum. Et quod dicit vetus interpres pusillo animo fiant: vno verbo dicit quod tristari significat/ & ea quidem tristitia quæ aufert animum ad aliquod bonum agendum. siquidem qui irritatur/ aut qui se irritari putat: deiecto est animo/ & non habet animum vt quicq̃ boni operetur. Prudenter igitur studeamus corripere: non irritare. Paulus. οἱ πατέρες μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν. ℂVulgata æditio. Non ad oculum seruientes. ℂNon participio/ sed nomine vtitur Paulus: quasi diceremus in oculari seruitio/ siue seruitio ad oculum/ aut quippiam simile. Paulus. μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ. ℂ Vulgara æditio. Quodcunq; facitis: ex animo operamini. ℂDicendum & omne quodcunq; faciatis. Et ex animo id est ex anima. animus enim hic pro aĩa capitur/ nõ pro animositate & affectu. Paulus. καὶ πᾶν ὅτι ἂν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε. ℂ Vulgata æditio. Domino CHRISTO seruite. ℂDicendum: nam domino Christo seruitis. Paulus. τῷ γὰρ κυρίῳ χριστῷ δουλεύετε. ℂVulgata æditio. Qui enim iniuriam facit. ℂPotius: qui autem. Paulus. ὁ δὲ ἀδικῶν. ℂVulgata æditio. Et non est personarum acceptio apud deum. ℂParticula apud deum: superflua est. Paulus. καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία.

CAP. IIII.

15 QValiter serui ad dominos sese gerere debeant retexuit : nunc quo pacto
dominis ad seruos gerẽdum sit aperit Paulus atq; ait. ℂDomini iustitiam et æquitatem seruis exhibete: scientes q̃ & vos dominum habetis in cœlis. ℂQuid magis propriũ est dominis q̃ iustitia: qui deum repræsentant aut mala emendantem aut punientem/ misericordiam tamẽ & clementiam omnibus qui emendantur largientem. Quod subiungit de cõmuni oratione qua fieri debet/ vigili mente attendendo in ea: ad omnes Colossenses pertinebat. quorum etiam orationum suffragia pro se fieri apud deum postulat. Vult enim deus propter se dare: sed præparationes aliquas in nobis requirit/ nobis quidem (ipso semper actuuãte) possibiles. Nonne enim videmus
16 (vires administrante capite) membra membris opitulari/ & quoad possunt ad influẽtiã capitis suscipiendam adiuuare? Quod igitur dicit Paulus: tale est. ℂOrationi inseruite/ vigilantes in ea in gratiarũ actione/ orantes simul et pro nobis. vt deus aperiat nobis portam sermonis ad loquendum mysterium CHRISTI: propter quod & vinctus sum. vt manifestem illud: quemadmodum oportet me loqui. ℂParatiorem ad vberius suscipiendam dei gratiam/ ad manifestationem euangelij: se putat Paulus eorum precibus fieri/ immo & alios paratiores ad verbum vitæ suscipiẽdum. Sed & ad eos qui adhuc infideles sunt extra corpus Christi & extra ecclesiam: quomodo se gerere debent ammonet/ vt odore sapientiæ & sanctimoniæ trahantur ad vitam/ & membrũ efficiantur
17 ecclesiæ. pro quibus & lętentur angeli in cœlis/ & omnis sumens incrementum ędificatio cœlestis. Ait igitur. ℂIn sapientia ambulate erga eos qui foris sunt: tempus emẽtes. Sermo vester in gratia semper sale conditus sit: sciendo quopacto oportet vos vnicuiq; respondere. ℂ Quid sit emere tempus/ & qui sunt ij qui emunt : in commentarijs epistolæ ad Ephesios iam diximus. Vbi beniuolentia & dilectio in sermone non apparet: gratia caret. Et conditur sale: cũ sapiẽter profertur/ cũ sapidus est audiẽtibus/ & ad incorruptionem trahit/ conseruatq; admittentem/ incorruptum. Hæc enĩ est spiritualis salis proprietas: quam sal sensibilis imitatur. Quæ subiũgit: familiaria sunt/ & amici pe
18 ctoris/ nudi & aperti officia. decet enim in Christi dilectione amicos: vsq; ad minima denudare animos. Ait itaq;. ℂQuę penes me sũt: certiores omniũ vos efficiet Tychicus dilectus frater/ & fidelis minister/ & cõseruus i dño. quẽ misi ad vos ad hoc ipsũ: vt cognoscat quę apd vos sũt/ & cõsolet corda vestra cũ Onesimo fideli fratre/ q vr̃as est. Oia vo

bis nota faciẽt:quæ hic ſunt. ℭDorothęus:Tychicũ ſcribit epiſcopum fuiſſe Colopłto-
ne.Oneſimus autẽ ex apoſtolo cognoſcitur phryx/ Coloſſeuſq; fuiſſe. Verũ ex quo loco
ab apoſtolo miſſi fuerint:ſi argumentũ reſpicimus latinũ/a ciuitate Epheſina miſſi ſũt.
ſi ſubſcriptioni gręcę credimus:miſſi ſunt ex vrbe Rhoma. Poſtea ſanctorũ ſalutatio-
nes ſpeciatim aliquot ponit apoſtolus. Epaphram cõmendat:a quo & Coloſſenſes au-
dierant verbũ dei/ & qui tandẽ apud eos martyrio coronatus/in Chriſto quieuit. Quos
ſalutãtes nominat:hi ſunt. Ariſtarcus/Marcus/ Ieſus iuſtus/ Epaphras/ Lucas medicus/
19 qui idem euangeliſta & actionum apoſtolicarum author/& Demas/qui & poſtea apo-
ſtatauit. Hę itaq;:ſpeciales illæ ſunt ſalutationes. ℭSalutãt vos Ariſtarcus cõcaptiuus
meus/& Marcus conſobrinus Barnabę(de quo accepiſtis mãdata:ſi venerit ad vos/vt
ſuſcipiatis eum) & Ieſus cognomento iuſtus/ qui ſunt ex circuncisione. Hi ſoli coope-
ratores/ad regnum dei:qui michi conſolationi fuerũt. Salutat vos Epaphras/ qui ve-
ſtras eſt:ſeruus CHRISTI/ ſemper certaus pro vobis in orationibus. vt perſiſtatis cõ-
ſumati & repleti in re omni/ volũtate dei. Teſtimoniũ enim illi perhibeo:q; zelum mul
tum habet pro vobis/ & pro ijs qui ſũt Laodicię/& ijs qui Hierapoli. Salutat vos Lu-
cas medicꝰ dilectus/& Demas. ℭLaodicia: Meoniæ ciuitas eſt ſuper Lyco flumine ſi-
ta/vicina Coloſſis. Et Hierapolis quę & ſacra ciuitas:propinqua Laodiciæ/parũper ſe-
cundum Ptolemæum ad orientem & meridiem diuergens. Nunc autẽ & Paulus nomi-
ne ſuo & ſanctorum/ petit ſalutari fratres Laodicenſis eccleſiæ/ & pręſentem epiſtolam
ad eos mitti/& in eccleſia eorum legi. Immo & apud Coloſſenſes viciſſim eam legi epi-
ſtolam/quam ipſe ſcripſerat ad Laodicenſes. Iubet diligentiæ admoneri Archippum:
20 qui in illis locis apoſtolatus fungebatur officio. Valefactionis loco nullius rei abſen-
tiã/ſed gratiæ dei illis imprecatur & optat præſentiã:ac ait. ℭSalutate fratres qui Lao-
diciæ ſunt/& Nympham/ & domeſticam eius eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos
epiſtola:facite vt in Laodicẽſium eccleſia legatur. Et vt vos eam quæ Laodicenſium
eſt:legatis. Et dicite Archippo: vide adminiſtrationem quam ſuſcepiſti in domino/ vt
eam impleres. Salutatio:mea manu Pauli. Mementote vinculorum meorum. Gratia
vobiſcum. Amen. Scripta Rhomæ. Miſſa per Tychicum/& Oneſimũ. ℭEpiſtola quam
miſit Paulus ad Laodicẽſes:inter epiſtolas eius nũc nõ continetur. Verum vnã titulo
Pauli ad Laodicẽſes inſignitã:quatuor in locis reperi. Primũ. Patauii in cœnobio ſan
cti Ioannis de viridario/Coloniæ apud fratres cõmunis vitæ/& apud Pariſios ĩ biblio-
thecis Eduana & Sorbonica. Quam/quia niſi pietatẽ continere conſpexi: nichil etiam
fuerit a pietate alienũ/ ſi eam hoc in loco inſeramus. vt qui fuerint ſtudioſi Pauli (de-
bẽt enim Chriſtiani omnes) legant/& etiã cõſolẽtur legẽtes. Hæc autẽ eſt huiuſmodi.

ℭ EPISTOLA BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI AD LAODICENSES.

EPISTOLA AD LAODICENSES

PAulus apoſtolus non ab hominibus/neq; per hominẽ/ſed per IHESVM
CHRISTVM:fratribus qui eſtis Laodiciæ/gratia vobis & pax a deo pa
tre noſtro & dño IHESV CHRISTO. Grãs ago CHRISTO per oẽm
orationẽ meã: q; permanẽtes eſtis & perſeuerãtes in operibus bonis/pro-
miſſionẽ expectãtes in die iudicij. Neq; diſturbent vos quorũdã vanilo-
quia inſimulantiũ veritatẽ: vt vos auertãt a veritate euãgelij/quod a me
prædicatur. Et nunc faciet deus: vt qui ſunt ex me/ad perfectum veritatis
euangelij ſint deſeruiẽtes/& benignitatẽ operũ faciẽtes/quæ ſunt ſalutis
vitæ æternę. Et nunc palã ſunt vincula mea quæ patior in CHRISTO:in quibus lętor
& gaudeo.& hoc michi eſt ad ſalutẽ perpetuã:quod factũ eſt orationibus veſtris/admi
niſtrante ſpũ ſancto. Siue per vitã/ſiue per mortẽ:eſt michi viuere vita ĩ CHRISTO/
& mori gaudiũ.& ipſe in vobis faciet miſericordiã ſuam:vt eandẽ dilectionẽ habeatis/
& ſitis vnanimes. Ergo dilectiſſimi: vt audiſtis præſentiã dñi/ ita ſentite/& facite in ti-
more/ & erit vobis vita in æternũ. Eſt enim deus:qui operatur in vobis. Et facite ſine
peccato:quæcunq; facitis. Et quod optimũ eſt dilectiſſimi:gaudete in domino IHESV
CHRISTO.& cauete omnes ſordes:in omni lucro. Omnes petitiones veſtræ: ſint pa-
lam apud deum. Eſtote firmi in ſenſu CHRISTI: & quæ integra/& vera/& pudica/&
caſta/& iuſta/& amabilia ſunt/facite. Et quæ audiſtis/& accepiſtis/ in corde retinete:&
erit vobis pax. Salutate omnes fratres in oſculo ſancto. Salutãt vos õnes ſancti. Gratia
dñi noſtri IHESV CHRISTI cũ ſpiritu veſtro. Amẽ. Hanc facite legi Coloſſenſibꝰ:&
eam quæ eſt Coloſſenſium/vobis. ℭHęc eſt quam ſub nomine Pauli & Laodicenſium
reperi epiſtolã.& gauiſus ſum reperiens/& eam cum voluptate ob Chriſti & apoſtoli
eius nomen/ repertam legi perlibenter. Quæ ſi breuis ſit: quid prohibet apoſtolũ in-
terdum breues/ interdum longas cõfeciſſe epiſtolas? Breuis etiam & illa eſt:quæ eſt ad

Philomenem. Prætereа quia sapit Christum:& sancta cõtinet præcepta. vbicunq; sane
nomen Christi legitur/ vbicunq; in voce sonat: inclinatio & veneratio debetur. Nam
est summi & æterni regis nostri nomen. Quem decet omnis laus/ & gloria/ & in spiritu/
& veritate adoratio/ in omnia sæculorum sæcula. AMEN.
A • ℂEXAMINATIO nonnullorum circa literam. ℂVulgata æditio. Orationi instate.
16 ℂDici potest: inseruite. Paulus. τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε. ℂVulgata æditio.
A • Tempus redimentes. ℂDicere possumus: tẽpus ementes/ atq; id satis esse videtur. Pau-
17 • lus. τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. ℂVulgata æditio. Tychicus charissim9 frater. ℂDi-
B cendum: dilectus frater. Paulus. τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφός. ℂVulgata ædi-
18 • tio. Cum Onesimo charissimo & fideli fratre. ℂEt hic quoq; dicendum dilecto: sed vo-
cabulorum ordine quodam modo imutato. Nam dicendũ. cum Onesimo fideli & dile-
cto fratre. Paulus. σὺν ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ, καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ. ℂVulga-
C • ta æditio. Hi soli sunt adiutores mei. ℂPotius: cooperatores in regno dei. Mei: abun-
19 dat. Dici etiam posse videtur cooperatores ad regnũ dei. Verum & vtrũq; dici posse cre-
diderim. Præsens enĩ ecclesia/ etsi totũ regnum Christi nõ sit qui idem deus est/ est ta-
mẽ pars regni Christi & ideo regni dei. At qui in parte regni alicuius regis est/ ĩ regno
illius regis esse dicitur. Quare si vere sumus fideles: iam ĩ regno dei sumus: & in regno
dei viuimus ac operamur. Videamus igitur ne quicq̃ tanto regno & tãto rege vnq̃ in-
dignum faciamus/ & attendamus semper quid tantum regnũ/ tantũq; regẽ deceat. Et
præsentis ecclesiæ statũ regnũ dei dici sacri etiam testantur authores. Sciendũ nobis
est (inquit sacer Gregorius) q̃ sæpe in sacro eloquio regnũ cœlorũ præsentis tẽporis
ecclesia dicitur. Et quid est regnũ cœlorũ nisi regnũ dei/ Et saluator dicebat credẽtib9
in eũ. Ecce enĩ regnum dei intra vos est. Ecce igitur quo modo cooperatores in regno
dei dici possunt: qui etiam ædificant in hoc mũdo. Verũ & regnũ dei status beatorũ &
iam reuelate Christo deoq; fruentiũ dicitur/ quod in nouissimo die cõplebitur. De quo
etiam saluator ait incredulis iudæis. Ibi erit fletus & stridor dentiũ cũ videritis Abra-
ham/ Isaac/ & Iacob/ & omnes prophetas ĩ regno dei: vos autẽ expelli foras. Et veniẽt
ab oriente/ & occidente/ & aquilone/ & austro/ & accũbent in regno dei. Et de eodem
regno dicitur in actis/ quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum
dei. Hoc regnum: futurũ. illud: præsens. hoc: æterni regis habet reuelationẽ apertamq;
presentiam. illud: velamen & præsentiã occultã. Et qui in hoc mũdo ædificant ad vi-
tam/ & euãgelio cooperãtur: nondũ hoc secũdo modo cooperatores sunt in regno dei/
sed sunt cooperatores ad regnũ dei. Ecce igitur si secundo modo sumatur regnum dei
apte verteretur cooperatores ad regnum dei. Verũ omnes qui sunt cooperatores in re-
gno dei presenti/ cooperatores sunt õnes ad futurũ regnũ dei qđ præsentis finis est/ cõ-
plementũ/ atq; cõsumatio. Paulus. οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ
• θεοῦ. ℂVulgata æditio. Seruus CHRISTI IHESV/ semper solicit9 pro vobis. ℂIhe-
su: abũdat. Et potius: certans q̃ solicitus. Paulus. δοῦλος χριστοῦ πάντοτε ἀγωνιζό-
• μενος ὑπὲρ ὑμῶν. ℂVulgata æditio. Q; habet multũ laborẽ pro vobis. ℂLegimus
græce: zelũ multũ/ id est habet valde & admodũ desyderiũ. Et quidam codices Græci
habẽt πόθον: qđ aperte significat desyderiũ. Paul9. ὅτι ἔχει ζῆλον πολύν. ℂVul-
• gata æditio. Lucas medicus charissimus. ℂVt in alijs locis: Lucas medicus dilectus.
D • Paulus. λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. ℂVulgata æditio. Et ea quæ Laodicensiũ
20 • est: vobis legatur. ℂPotius: vt & vos legatis. Paulus. καὶ τὴν ἐκ λαοδικείας, ἵνα
• καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. ℂVulgata æditio. Gratia domini nostri IHESV CHRISTI
• vobiscum. Amen. ℂDomini nostri Ihesu Christi expressum abũdat/ etsi sit subintelle-
ctum. Paulus. ἡ χάρις μεθ᾽ ὑμῶν, ἀμήν. Et apud grecos subscriptio habetur. Ad
Colossenses/ scripta Rhomæ. missa per Tychicum/ & Onesimũ.

ℂCOMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI
PAVLI APOSTOLI SEPTIMO LIBRO QVI EST
EPISTOLAE AD COLOSSENSES EXPLE-
TO: CHRISTO DOMINO CVM PATRE
ET SPIRITV SANCTO VNI DEO
OMNIVM LARGITORI BO-
NORVM/ GRATIAE IN
PERPETVVM
AMEN.

❡COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER OCTAVVS QVI EST IN EPISTO. PRI. AD THESSALONI. CAP. I.

SCribens Paulus hanc primã epistolã ad Thes
salonicẽses/qui Macedones sunt citra Athon
montem/qui nunc mons sanctus dicitur/ob i-
colas hac etiam nostra tempestate prope mo-
dum Esseorum more viuentes/die noctuq; il-
lic nomen Christi inuocantes/cũ turcæ/& pri-
mæ in Apocalypsi reuelatæ bestiæ blasphe-
mia/omnia in circuitu occupent/scribens igi
tur hanc ad Thessalonicenses epistolam: san-
1 ctã pro consuetudine sua præmittit salutatio-
nem/hoc pacto exordiẽs. ❡ Paulus & Silua-
nus & Timotheus: ecclesiæ Thessalonicensiũ
ĩ deo patre & domino IHESV CHRISTO/
gratia vobis & pax a deo p̃re nostro/& dño
IHESV CHRISTO. ❡Hæc sancta est salu-
tatio. Cui subiungit gratiarum actionem: in
2 memoria gratiarum dei/quas in eis sitas esse
cognoscit. Ac subiungit. ❡Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis: memoriam
vestri faciẽtes in orationibus nostris/assidue memores operis fidei vestræ/& laboris di-
lectionis/& expectationis spei domini nostri IHESV CHRISTI/corã deo & patre no-
stro. ❡Qui gratias agit: animi quoad potest/gratitudinem ostendit. Qui non agit: se i-
gratum ostendit. benefactor autem ab iis quibus beneficia gratis impartit: nichil adeo
expetit q̃ gratitudinem/nichil vsq; adeo odit in iis quibus benefacit/q̃ ĩgratitudinem.
Vnde fit: vt nichil tam deo debeamus q̃ gratias agere. Ad quam rẽ faciendam/in om-
nibus epistolis suis/& statim ferme circa principium: nos instruit spiritualis gratiæ co-
lonus & præparator apostolus. Nam qui serit: deus est. ipse vero Paulus sulcos proscidit
vomere verbi dei/quod & spiritus sanctus ministrat. At nichil est quod tam gratitudini
obsit: q̃ recordationis beneficiorum incuria. vt enim neglectis vrenda filix innascitur
agris: sic ĩgratitudo nisi recordatio assit/mẽtibus nostris obserpit. ĩgratitudo dico: æter-
5 nis vrẽda ignibus. Quapropter primorũ ĩ eos diuinæ illuminationis beneficiorũ: facit
Paulus Thessalonicẽsib9 memoriã/atq; ait. ❡Scitis fratres dilecti vestrã a deo electio-
nẽ: quia euãgeliũ nostrũ nõ fuit ad vos in sermone solũ/sed & ĩ potestate & ĩ spiritu san
cto/& ĩ certitudinis plenitudine multa. queadmodũ scitis: quales fuerimus ĩ vobis pro-
pter vos. & vos imitatores nostri fuistis/id est domini: suscipientes sermonem in pressu-
ra multa/cum gaudio spiritus sancti. ita vt fueritis exemplum omnibus credentibus in
Macedonia & Achaia. A vobis enim diuulgatus est sermo domini/nõ solum in Mace
donia & Achaia: verum etiam in omnem locum fides vestra quæ est erga deum/perla-
ta est. ita vt nobis nulla incumbat necessitas: quicq̃ loqui. ipsi enim pro nobis annũciãt:
qualem ingressum habuerim9 ad vos/& quo pacto conuersi fueritis ad deum ex idolis/
ad seruiendum deo viuo & vero/& expectãdum filium eius de cœlis (quem suscitauit
ex mortuis) IHESVM. qui eripit nos ab ira quæ venit. ❡Qꝫ Paulus versatus fuerit cũ
Thessalonicensibus in gratia sermonis/in potestate signorum/in spiritu sancto/in ple-
na certitudine messis colligendæ & reponendæ in horreo domini: id sibi nõ tribuit/sed
Thessalonicensibus/qui se cum dei præsidio præparabant/ad suscipiendas (ministris pã-
dẽtibus viam) diuinas gratias. Neq; enim semper dabatur apostolis signa facere/ inor
bos curare/sermonis gratia/et id genus spiritualia: sed quãdo spiritus dei cognoscebat
gratiã dei nõ fore inanẽ. Ergo quãdo dabatur: nõ propter illũ qui signa faciebat daba-
tur/sed propter illos qui saluabantur & diuinæ lucis nouum lumen percipiebant ad sa-
lutẽ. Immo dominus noster qui per se potens est/& õnipotens: signa et potestates nõ fa-
ciebat/vbi facta fuissent irrita. Et non poterat (inquit) ibi virtutem vllam facere. non ꝙ
absolute non posset (nichil enim nõ potest) sed factorum nullus fuisset fructus. quippe cũ
increduli: nequaq̃ deo dedissent gloriam. Huiusmodi igitur impotentia/non erat faciẽ-
tis: sed impręparationis/& eorum qui susciperẽt ĩcapacitatis. ignis enim conuius cœli/
nichil ibi comburit neq; comburere potest: sed huiusmodi impossibilitas/non ex parte
agentis/sed ex parte susceptibilis prouenit. Datur igitur igni comburendi potestas: nõ
propter se/sed propter ea quæ combustionis sunt susceptiua. sic & dona spiritus sancti/
propter eos qui inde viuificationẽ susciperent. Scitis (inquit) quales fueri in vobis pro-

pter vos. Et cum non poterat signa & virtutes facere: hęc impossibilitas erat eorum/ iter
quos versabatur. Nam non sine spiritu dei erat. Nunquid enim ille omnisator spiritus:
semē temere iaceret/ quod nullum afferret fructum/ similis imperito agricolæ? Nefas id
aut postulare/ aut credere. Cum dicit qui eripit nos ab ira quæ venit: designat iram pro-
pinquam/ & quasi in foribus adesse. mors cuiq; in foribus adest: ira in morte. sed nos
Christus ab ira illa quæ iam impendet/ quæ imminet: nos liberat. & non modo ab hac
tam propinqua: sed & illa/ cuius distantia ignota est/ quæ ventura est in nouissimo die.
Ihesus liberator nunc: liberator olim. Ihesus pax nostra propinqua: pax nostra remota.
A qui sit superbenedictus in omnia sæculorum sæcula. Amen.
1 ¶EXAMINATIO nōnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Ecclesiæ Thessaloni-
censiū in deo patre nostro & domino IHESV CHRISTO. ¶Nostro: abūdat. Paul9. τῆ
ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέων, ἐν θεῷ πατρὶ, καὶ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ. ¶Vulgata
editio. Gratia vobis & pax. ¶Deest particula: a deo patre nostro & domino Ihesu Chri
A sto. Paulus. χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη, ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυ-
2 ρίου ἰησοῦ χριστοῦ. ¶Vulgata æditio. Et laboris/ & charitatis/ & sustinentiæ.
B ¶Dicendum: laboris/ charitatis sine coniunctione. Paulus. καὶ τοῦ κόπου τῆς
3 ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς. ¶Vulgata æditio. Scientes fratres mei dile-
cti a deo. ¶Diximus consuetudinem Pauli esse/ immo & Græcorum frequenter
vti participijs: vbi latini pro linguæ suæ proprietate vtuntur verbis. Hinc illud scien-
tes in verbum scitis mutauimus: quo sermoni latino magis conueniret. Paulus. εἰδό-
τες ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ. ¶Vulgata editio. In virtute & in spiritu san
cto/ & plenitudine multa. ¶Dici potest: in potestate. Et in certitudinis plenitudine. nā
vocabulum hic positū (vt & alio in loco notatū est) solo plenitudinis verbo nō sufficiē-
C ter explicat. Paul9. ἐν δυνάμει καὶ πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολ-
3 λῇ. ¶Vulgata æditio. Ita vt facti sitis forma. ¶Id/ forma: græce dicitur typ9/ quod ex-
emplum aut exemplar sacri etiam vertere solent interpretes. Paulus. ὥστε γενέσθαι
ὑμᾶς τύπους. Et q̄uis pluratiue dicat Paulus exempla: latinę tamen locutioni qua-
drantius videtur/ si singulariter & vnice dicatur exemplum. ¶Vulgata æditio. ¶A vo
bis enim diffamatus est sermo domini. ¶Satis inaccommodato vocabulo vetus vsus
est interpres/ diffamatus est: pro eo quod est resonuit/ aut diuulgatus est. diffamatus enī
in aliam significationem/ & in malam partem capi solet. Et hanc sermonis impropricta
tem impinxit Remigius Paulo: quasi per defectum/ sermone fuisset imperitus/ in qua
re (vt & ab alijs nō ab re notatus est) se manifestauit/ per defectum imperitum. Paulus
enim: & eleganter & accommodatissime loquitur. Paulus. ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται
ὁ λόγος τοῦ κυρίου. ¶Vulgata æditio. In omni loco: fides vestra quæ est ad deum/
profecta est. ¶Dicendum est in omnem locū. Et in fine: peruenit/ egressa est/ perlata est/
D aut quippiam simile. Paulus. ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν,
3 ἐξελήλυθεν. ¶Vulgata æditio. Ipsi enim de nobis annunciant. ¶Latini/ magis pro
nobis dicere solent/ ac si græce dictum fuisset ὑπὲρ ἡμῶν/ tametsi illic dicatur περὶ
ἡμῶν. Paulus. αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἐπαγγέλουσιν. ¶Vulgata æditio. Quo-
modo conuersi estis ex simulacris seruire deo viuo & vero. ¶Potuit vetus interpres iu-
xta consuetudinem latinæ linguæ loquens: īfinitiuum seruire/ resoluere in gerundiuū/
& dicere ad seruiendū. Et similiter de infinitiuo sequēti expectare. Paolus. πῶς ἐπε-
στρέψατε πρὸς τὸν θεὸν, ἀπὸ τῶν εἰδώλων δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀλη-
θινῷ. ¶Vulgata æditio. Qui eripuit nos ab ira ventura. ¶Dici potest per præsens: qui
eripit. Et ab ira quæ venit/ siue quæ ventura est. Nam & ἐρχόμενον venientem & vē-
turum interpretari solent. Paulus. ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομέ-
νης.

CAP. II.

De congressu suo ad Thessalonicenses sermonem continuat Paulus/
omnia eis in memoriam reuocans. Neq; personam suam commen-
dat: sed veritatem gratiæ dei qua ad eos accessit declarat. neq; enim
4 mos Pauli est se respicere: sed gratiam/ gratięq; authorem deū. Ait
itaq;. ¶Ipsi enim scitis fratres ingressum nostrum qui fuit ad vos:
q non inanis fuit. sed ante perpessi & contumelijs affecti Philippis
quemadmodum scitis: fiducia ī deo nostro freti sumus loqui ad vos
euangelium dei in multo studio. Nam exhortatio nostra non ex er-
rore/ neq; ex immunditia/ neq; in dolo: sed quemadmodum probati sumus a deo/ vt cre
deretur nobis euāgelium/ hunc in modum loquimur. non vt hominibus placentes: sed
deo qui probat corda nostra. ¶Ingressus eius non fuit inanis: quia multus credentium

fuit fructus. Cum seminat agricola/ & multa pullulat seges: non fuit terrę aratio inanis.
arauit Paulus: seminauit deus. fructus multus pullulauit. Campum animæ verbo dei
proscidit Paulus. deus infudit gratiā. est enim verbū dei/ & vomer/ & gladius/ & semen.
Qꝫ si semen appellas: seminauit Paulus: fructum/ incrementumq; dedit deus. Philippi
(vt in principio sexti libri quodāmodo iam dictum est) Philippēsium vrbs est in medi-
terraneis Macedoniæ sita: inter quam & Amphipolin sita est Thessalonica/ vnde Thes-
salonicenses nomen sortiti sunt. In hac igitur Philippensium vrbe: passus est multa ele
ctus & deo dignus apostolus. sed vt palma resurgit ad pondus & victrix exultat: hūc ī
modū de9 ī pressuris Paulū/ & ministros suos faciebat valētiores/ & exultare victores/ vt
in ipsis intelligeretur ille esse qui vincit omnia. sic igitur mille milium fuit potētior: qui
aduersantibus quibuscunq; superior/ totam Christo subiugauit Europam. victis igitur
Philippis & fœliciter quidem victis: descendit Thessalonicam/ & Christo fecit victoriā.
at non minus beatam victoriam: qui bene victos respicit. nam non eos vicit errore/ nō
immunditia/ non dolo/ non cruento conflictu: sed per spiritum sanctum exhortatione/
sed veritate/ sed sanctitate/ sed Christi fide quæ nullum dolum habet/ sed omnia in luce
manifestat. Probatus erat a deo: qui probat/ discutit/ & examinat corda. & sic probato
commissa erant eloquia domini/ eloquia casta/ argentum igne examinatum/ probatū
terra/ purgatum septuplum. Sed contra sic probatos/ prophetiā impleri oportebat: quæ
dicit. Congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt
argento. Argentum: vitę puritas/ & sanctimonia est. Sic igitur Paulus iter probatos: Bē
iamin ille adolescentulus in mentis excessu probatus & examinatus erat a deo. exami-
ni hominum nolite credere: sed examini dei credite. studia & cathedræ terrenorum do-
ctorum: examen dei non faciunt/ sed hominum. examen dei: desuper mētibus illabitur.
examen hominum: dei examini non credit. nam hoc cæcum est: illud lucidum. probati
examine hominum: placere volunt hominibus qui exteriora probant & examinant. at
examine dei probati: placere deo volunt/ qui interiora & corda probat/ discutit/ nouit.
Nō ꝗ hominibus displicere velint (volunt enim hominibus placere) sed sic hominibus
placere: dummodo deo non displiceant/ immo placeant. & hoc est in deo & spirituali-
ter placere. Sic et qui examine hominum probantur: volunt deo placere. sed sic place-
re: dummodo hominibus non displiceant/ immo placeant. & hoc est terrenum & carna
le placere. deus nobis meliora donet & examina & placēdi studia: vt cum Paulo a deo
probati & examinati simus/ & in deo ac spiritualiter placere studeamus. vt āte tribunal
Christi: stare possimus irrepræhensibiles. Verū: quid eis qui examine terreno probantur
tam proprium q̄ assentatio/ hominibus enim placere volunt/ cuius hæc est potissimū in-
strumentum. tam enim forcipes vestium incisoribus necessariæ non sunt/ tam nouacu-
læ tonsoribus/ tam clauus & remi nauigantibus q̄ adulatio hominibus placere volē-
tibus/ placere dico humane. Sed nonne qui hoc pacto hominibus placere volunt: æsti-
mationem mundanam suiipsorum facere volunt/ Quis enim mundo placeat: quē mun
dus nichil æstimat/ Quomodo autem æstimationem illam sui faciant: nisi temporaliū
rerum cumulationi studeant/ vt gloria exterior/ mundo splendeat/ & ex illa vicissim glo
riam a mundo reportent/ id autem sine plus habendi cupiditate quæ auaritia est nō fit.
studentes enim placere mundo: neq; humanis quidem virtutibus quæ morales sunt/ se-
cundum nos & a nobis/ neq; diuinis quæ spirituales sunt supra nos & non a nobis stu-
dent. tum quia interiores sunt: mundus autem solum exteriora videt. tum quia ijs ad-
5 uersantur quibus student placere mundo. quæ vicia si quis habet/ assentationē dico hu-
» manam & auaritiam: examine dei probatus non est. Et ideo subdit Paulus. ¶ Neq; enī
» vnq̄ in sermone assentationis fuimus vt scitis: neq; ī proposito auaritię/ deus testis est.
» neq; quærentes ab hominibus gloriam: neq; a vobis/ neq; ab alijs. ¶ Qꝫ suaue est iugū
domini/ & q̄ eius onus leue. hoc: nulli onerosum. & illud: nulli amarum. sed faciunt mi-
tes & humiles corde. Tales sunt ij qui a deo probati sunt: veraces/ & fideles iuenti. nam
qui veraces & fideles non inueniuntur: non probati/ sed reprobati sunt. sic tamen pur-
gari possunt: vt aliquando sint probati. qui enim collant argentum: frequenter/ reproba
tum purgant. & cum purum/ syncęrum/ verum & simplex est: tunc primum probatū est.
sic & de nobis. Sic igitur probatus Paulus: purus/ syncærus/ verus et simplex erat/ iugū
dñi suaue portās/ & eius onus leue. quia on9: humiliabat se/ quiet9 erat et paruul9. quia
leue: nullum grauabat. quia iugum: charitate ligabat/ sed materna spirituali charitate.
6 quia suaue: fouebat/ educabat/ nutriebat in omni benignitatis spiritualis dulcedine &
» suauitate. Proinde subiungit sancta illa & deo probatissima anima. ¶ Cum potuissemus
» oneri esse vt Christi apostoli: facti tamē sumus quieti in medio vestri/ tanq̄ si nutrix fo-

uerct eos(qui fuipfius effent)filios.tali pacto affecti ad vos/bonam voluntatem habe-
mus impartiri vobis/ non folum euangelium dei/fed & animas noftras:quia dilecti no
ftri facti eftis. ¶Poterant apoftoli effe oneri(fi id onus/ grauamenue vocemus/& nõ po
tius alleuationem & fœlicitatem quandam)i cibo & potu/iuxta fententiam domini. In
quãcũqꝫ autem ciuitatem aut caftellum intraueritis:interrogate quis in ea dignus fit/et
ibi manete donec exeatis. Et alibi. In eadem autem domo/manete:edentes & bibentes
quæ apud illos funt.dignus eft enim operarius mercede fua. Nõ tamẽ Paulus vlli Thef
falonicenfium voluit hoc pacto grauamini effe:fed potius in re omni/leuamini.& non
folum(vt mater filijs quos nutrit & qui fui funt)fpiritualem cibum qui fancti euangelij
vitalis animæ paftus eft/ gratis impartiebatur:fed & propriam libenter impartitus fuif-
fet animam/vt charitas illa & dilectio/dilectioni Chrifti proxime cognofcatur emula.
7 At quid faciebat Paulus/ ne ipfe & qui cum eo erant(non enim folitus erat effe incomita
tus)quid inq̃ faciebat:ipfe aperit dicens. ¶Meminiftis enim fratres:laboris noftri & fa
tigationis. Nam nocte & die operabamur:ne cuiq̃ veftrum grauamini effemus. prædi-
cauimus in vobis euangelium dei. vos teftes eftis atqꝫ deus:q̃ fancte/ & iufte/& irrepræ
hẽfibiliter vobis qui creditis affuimus/quemadmodum fcitis/q̃ quẽqꝫ veftrum (vt pater
filios fuos)hortati fumus / & vos cõfolati/& proteftati vt ambularetis pro dignitate dei
qui vos vocat ĩ fuum regnum & gloriam . ¶Si quifq̃ accerfitur ab aliquo rege aut pri-
cipe terreno/& pro excellentia & dignitate principis ftudet fe gerere honefte: tanto ma
gis qui accerfitur a rege regũ/ cuius excellentia eft fine numero/ ftudere debet in re om
ni fe q̃excellentiffime gerere.cuius rei:Theffalonicenfes conuerfationem Pauli apud fe
habuerant exemplum.die prędicabat/& opera fpiritus faciebat:& nocte operabatur ad
vitæ neceffaria(erat enim fcenofactoriæ artis/ id eft portatiliũ tabernaculorum:vt fcri-
bitur in actis)in vtroqꝫ tempore & fanctimonię/& iuftitię/ & omni irrepræhenfibilitati
ftudens. Sed & Theffalonicenfes videntes vitam & poteftates fpiritus magis q̃ verba
prędicãtes:fermonẽ Pauli fufceperũt/ nõ fermonẽ hominũ fed dei in veritate/ nõ vt ho-
minum fed vt dei. Nam cum prædicabant miffi/euangelium dei:nõ ipfi erãt qui loque-
bantur/ fed fpiritus fanctus. Non enim eftis(inquit)qui loquimini:fed fpiritus patris ve
8 ftri qui loquitur in vobis. Et quod tam fyncęre verbum dei fufceperũt:gratias agit Pau
lus deo/dicens. ¶Quapropter & nos gratias agimus deo affidue/ q; fufcipiẽtes fermo-
nem auditionis dei a nobis:fufcepiftis non fermonem hominum/fed (vt reuera eft)fer
monem dei/qui & operatur in vobis qui creditis. ¶Sed quomodo operabatur deus in
eis qui credebant/Certe vt in vere fidelibus qui crediderant ex Iudęis. Nam Theffalo-
nicenfes confimilia paffi erant a fuis contribulibus & confanguineis:qualia primæ ec-
clefiæ Chrifti ĩ Iudæa a Iudęis. Primæ ecclefiæ Chrifti in Iudæa/id eft primi fideles/pri-
miqꝫ in Chriftũ vitę authorem credentes:nullis preffuris cefferunt/nullis blanditijs re-
tracti funt/nulla paupertate/ nuditate/ aut indigẽtia flexi:quia deus operabatur in eis.
Sed & neqꝫ Theffalonicenfes in fimilibus cefferant/ neqꝫ retracti/ neqꝫ inflexi fuerant.
Quod fi fibi atribuebant:fallebantur. nam non erant qui vincebant:fed deus qui ope-
rabatur in eis. ipfi vero deo cooperatores erant/ quos et Chriftus dignatus erat facere
9 fuarum paffionum participes/et fimiles fuis primitijs in beatitudine regni vitæ electis.
Ideo fubiungit Paulus dicẽs. ¶Vos enim imitatores facti eftis fratres:ecclefiarum dei
q̃ funt ĩ Iudęa ĩ CHRISTO IHESV. quia eadẽ paffi eftis et vos a proprijs cõtribulib9:
vt et ipfi a Iudæis/et ijs qui dominum IHESVM occiderunt/et proprios prophetas/et
nos perfecuti funt. qui et deo non placent/et omnibus hominibus contrarij funt:et nos
gentibus loqui vt faluentur prohibent in augmentum peccatorum fuorum femper. et
fuperuenit in eos ira:vfqꝫ in finem. ¶Quomodo contrarij nõ erant omnibus homini-
bus:qui prohibebant omnium hominum falutem / et interire malebant/eft ne contra-
riorum proprietas perdere et deftruere/deus autem faluare volebat. atqꝫ ideo in hoc/
deo non placebant. fed tolerabat ęos/ vt malitiam adimplentes:iram et vltionẽ fibi cu-
mularent / et effent iuftitiæ eius in exemplũ. vt ij quos perfequebantur:in exemplum mi
fericordiæ. femper deus vincit et gloriofus apparet. in his:fecundum mifericordiam. in
illis:fecundum iuftitiam. et q̃ in cœlo laudatur mifericordia eius in filijs vitæ et angelis
et hominibus:tam laudatur iuftitia eius in filijs perditionis/tam angelis apoftaticis q̃
tyrannis mundi et apoftaticis hominibus. in quibus ira dei vfqꝫ in finem/ id eft in fem-
piternum:finem non capiet. Et q̃q̃ de perditione malorum non gaudent:in iuftitia ta-
men dei exultant. Sic et Theffalonicenfes mifericordiam et iuftitiam dei cogitantes/ nõ
inferiora refpicientes:fpiritualiter gaudere poterant. e fuperno refpectu:lux/calor/ dele
ctatio/lætitiaqꝫ nafcitur. ex inferno vero:tenebræ/frigus / conftrictio/ triftitiaqꝫ paritur.

mirum est q̃ varius mentis iactus: varia operatur. vibra oculum sursum: cœlestis est. vi-
bra deorsum: continuo terrenus est. Ideo fœlicissimi illi oculi/ qui cum inferioribus pro-
uident: semper vident faciem patris qui in cœlis est. immobiliter illi vident/ & absq; ia-
ctu. qui enim per iactum & mobiliter vident: ferme cum mentem ad terrena iaciunt/ nõ
vident diuina. et cum iaciunt ad diuina: nõ vident terrena. et hoc: illis fœlicissimũ atq;
beatissimum. illud: infœlix & miserum. At q̃ delectabile/ q̃ consolatorium est videre faciẽ
patris: cum etiã Paulus tã desyderaret videre faciem filiorum/ id est Thessalonicensium/
quos Christo genuerat/ Neq; ipse ignorabat eos in suis pressuris multum desyderare vt
viderent eum vt patrem/ sibi aspectu delectabilem/ ipsos consolantem atq; confortantẽ.
ipsi patre videbantur orphani: & ipse orphanus / id est orbatus filijs. Hac de causa su-
per hac saltem corporali absentia/ cuius præsentia ab vtrisq; tam desyderabatur: eos cõ
solatur/ & absentiam suam etiam inuoluntariam excusat/ atq; ait. ¶ Nos autem fratres
orbati vobis ad horam temporis/ facie non corde: vrgentius studuimus vt faciem ve-
stram videremus multo cum desyderio. quia voluimus venire ad vos/ ego quidem Pau
lus & semel atq; bis: sed impediuit nos sathanas. Quę est eñi nostra spes/ aut gaudiũ/
aut corona gloriationis/ Nonne & vos in conspectu domini nostri IHESV in aduentu
eius/ Vos enim estis gloria nostra/ & gaudium. ¶ Sicut corona ĩ capite regis ad gloriã
& gloriationem/ illi eit ĩ signum protectionis & defensionis totius circuitus regni eius
in eo collocatæ: sic in die iudicij Paulo in omnibus ijs qui per eum in dominum Ihesũ
crediderũt/ vt corona circũdato/ illi erunt ad gloriam & ad gloriationem in domino. &
ipse vt dei fidelissimus olim minister/ & in terris vicarius: eorum gloria erit & gloria-
tio in domino. ipse vero dominus/ per eminentiam merces & gloria omnium erit: & in
eo solo/ solum eminenter omnium gloriatio. Cui ex hoc nunc in aduentum eius: glo
A ria & honor/ et supra aduentum eius etiam in sempiternum. Amen.
4 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata ęditio. Sed ante passi multa/
et contumelijs affecti. ¶ Multa: abundat. Paulus. ἀλλὰ προπαθόντες, καὶ ὑβρισ-
θέντες. ¶ Vulgata æditio. In multa solicitudine. ¶ Dicere poterat vetus interpres: in
A multo certamine/ vel in multo studio. Paulus. ἐν πολλῷ ἀγῶνι. ¶ Vulgata æditio.
6 Cum possemus vobis oneri esse vt CHRISTI apostoli: sed facti sumus paruuli in medio
vestrum. ¶ Vobis abundat. Et maluimus illud sed/ aduersatiue capi: & dicere tamẽ. Sic
enim interdum capi ἀλλὰ: nichil absurdum videtur. Et illud paruuli: mites/ quieti mĩ
nime graues/ & onerosi. nam hic ἤπιοι vocali prima/ non νήπιοι prima litera conso-
nante dicitur. Paulus. Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς χριστοῦ ἀπόστολοι, ἀλλὰ ἐ-
γενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Ita desyderantes vos cupi-
de. ¶ Satis forte fuerat dixisse desyderantes vos. ¶ Paulus. οὕτως ἱμειρόμενοι ὑ-
B μῶν. ¶ Vulgata æditio. Quoniam charissimi nobis facti estis. ¶ Satis erat vertisse dile
7 cti/ aut diligibiles. Paulus. Διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε. ¶ Vulgata æditio. No
cte & die operãtes. ¶ Deest: eñi. Et dicendũ: nocte eñi & die/ aut quod huic ęquiualeat
locutioni. & nichil absurdum: si verbum resoluatur in suum participium. nam aptiorẽ
parit locutionem. Paulus. νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι. ¶ Vulgata ædi-
tio. Vobis qui credidistis/ affuimus. ¶ Dici potest per præsens vobis q credítis. Paulus.
ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. ¶ Vulgata ędítio. Scitis qualiter vnumquẽq;
vestrũ/ sicut pater filios suos deprecãtes. ¶ Dici potest in fine hortantes. et si in suũ ver-
bum resoluatur dicendo hortati sumus: accommodatiorẽ facit intelligentiam. Paulus.
οἴδατε ὡς ἕνα ἕκαστον, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ παρακαλοῦντες. ¶ Vulga
ta æditio. Vt ãbuletis digne deo qui vocauit vos. ¶ Paulus genitiuo vtitur. Et per prę-
C sens dicere possumus qui vocat. Paulus. εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ
8 θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. ¶ Vulgata ędítio. Accepistis illud: non vt verbum ho-
minum. ¶ Illud & vt: abundat. Paulus. ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων. ¶ Vulga
ta æditio. Qui operatur in vobis: qui credidistis. ¶ Dici potest: qui operatur in vobis/ q
C creditis/ adiecta coniunctione copulatiua/ & verbo præsente indicantis. Paulus. ὃς καὶ
9 ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. ¶ Vulgata æditio. Quia eadem passi estis et
vos a cõtribulibus vestris. ¶ In Paulo dicitur proprijs. Paulus. ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθε-
τε καὶ ὑμεῖς ἀπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν. ¶ Vulgata æditio. Qui et dominũ
occiderunt IHESVM et prophetas. ¶ Legẽdũ et proprios prophetas. Deest proprios.
D Paulus. καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας.
10 ¶ Vulgata æditio. Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ. ¶ Potius dicẽ-
dum orbati vobis. Et ad horam temporis/ id est ad breue aliquod temp⁹. Nam tametsi
hæc vltima particula sic græce habeat vt vetus expressit interpres: apud tamen latinos

ſic expſſa/videt̃ poti9 hypallagica/q̃ locutio recta. Paul9. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ ἀπορ-
φανισθέντες ἀφ᾽ ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας. ℭ Vulgata æditio. Abundantius feſti-
nauimus faciem veſtram videre. ℭ Vocabulum hic poſitum & feſtinare & ſtudere/ dili-
gentiamq; moliri ſignificat. Non autem ſic feſtinauit Paulus/ ꝙ viderit/ ſed ſtuduit/ dili-
gentiamq; adhibuit. Quare accommodatius videtur ꝙ trãſferatur per ſtuduimus q̃ per
feſtinauimus. Paulus. περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν
ἰδεῖν. ℭ Vulgata æditio. Ego quidem Paulus & ſemel & iterum. ℭ Dicendum potius
& ſemel & bis. Paulus. ἐγὼ μὲν παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δίς. ℭ Vulgata æditio.
Aut gaudiũ/ aut corona gloriæ. ℭ Dicẽdũ poti9 hoc ĩ loco: gloriationis. Paulus. ἢ χα-
ρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως. Vbi autem paulo poſt dicit. vos enim eſtis gloria no-
ſtra: non idem hic & illic vocabulũ. ſed hic: gloria/ δόξα dicitur. illic vero: καύχησις.
hic: ſplendorem/ & decus ſignat. illic autem: ex conſciẽtia boni operis/ in deo exultatio-
nem. ℭ Vulgata æditio.. Nonne vos: ante dominum noſtrũ IHESVM CHRISTVM
eſtis in aduentu eius? ℭ Chriſtum: abundat. Et copulandi particula deeſt interrogatio-
nis particulæ. Interrogat eni Paulus hoc pacto. An nõne & vos? Paul9. ἢ οὐχὶ καὶ ὑ-
μεῖς, ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. CAP. III.
AT quid fecit Paulus: cum volens proficiſci ad Theſſalonicenſes viden-
dos/ impedimentis (quæ ſathanas eum vbiq; perſequens/ ſed vbiq; ſuc-
cumbens machinabatur) remoratus eſt? Continuo miſit ad eos Timo-
theum/ & alios quos ſecum Athenis habebat / & maluit manere ſolus.
Et iam ab eis redierat Timotheus: quando præſentem ad eos confecit
epiſtolam. miſit inquã ad eos: vt firmos & conſtantes in fide retineret/
ne aſtus maligni cui nullus proprijs virib9 reſiſtere valet/ eos vacillare
cogeret. nunquid enim vnq̃ ouis proprijs viribus lupo reſiſtit? nunquid
mus feli? columba accipitri? O q̃ timendum eſt/ cum proprio hoſte permiſſum certamẽ:
niſi virtus ſuperior aſſit/ quæ liberet? Sed & Paulus cum propheta eſſet: per ſpiritũ pro-
phetiæ eis prædixerat preſſuras/ quas ipſi paſſuri eſſent. vt quaſi tela præuiſa minus no-
11 cere poſſent: & fortius repellerentur. Dicit itaq; Paulus: cur ad eos/ cum non ierit/ ante
præmiſerit Timotheũ/ hoc pacto. ℭ Quapropter non amplius ferentes: voluimus relin
qui ſoli Athenis. & miſimus Timotheum fratrem noſtrum/ & miniſtrum dei/ & coopera
torem noſtrum in euangelio CHRISTI: vt confirmaret vos/ & conſolaretur vos in fide
veſtra/ vt nemo adulationi cederet in his preſſuris. ipſi enim ſcitis: ꝙ ad hoc poſiti ſu-
mus. Etenim quãdo apud vos eramus: prædiximus vobis quod debebamus preſſuras
pati. quemadmodum & factum eſt: & ſcitis. Hanc ob rem non amplius ferens: miſi ad
cognoſcendam fidem veſtram/ ne quopacto tentauerit vos tẽtator/ atq; irritus fuerit la
bor noſter. ℭ Si adulationes & illicitamẽta carnis/ patrũ/ matrum/ filiorum/ fratrũ/ pro-
pinquorum/ & amicorũ vnq̃ poſſunt: tũc maxime poſſunt cum de periculo vitæ decerni-
tur/ cũ perenni nota famę cum generi/ tũ patriæ illata. At in hoc periculo verſabãtur ho
minum opinione: qui tempeſtate illa Chriſtum confitebantur. tametſi ij qui ſuſtinebãt:
bonus odor eſſent vitæ ad finem vſq; mundi/ & in æterna ſæcula manſurus. timebat ta
men apoſtolus ne alicui cederẽt adulationi: ne timore ĩfamiæ/ ſed vano quidem timore
ſuccumberẽt. qui eni amat patrẽ/ aut matrẽ/ filiũ/ aut filiã/ aut rẽ aliã quãcũq; pluſq̃ Chri
ſtum: nõ eſt Chriſto dignus. At quid eſt/ ipſi enim ſcitis ꝙ ad hoc poſiti ſumus: niſi nos
ſimus poſiti in militia Chriſti ad preſſuras patiendas? qđ ne ignorarẽt: apoſtolus Theſ
ſalonicenſibus prædixerat. vt & ipſi accidere viderunt. Quid enim aliud eſt/ quod Chri
ſtus militiæ noſtræ dux/ & author vitæ dicit: qui non accipit crucem ſuã & ſequitur me/
nõ eſt me dignus? Et alio in loco. In mũdo p̃ſſurã habebitis: ſed cõfidite ego vici mũdũ.
Magna igitur ſpes certantibus in mundo/ eſſe debet: ſi non ſe/ ſed mundi inſpiciant vi-
ctorem. victus enim eſt mundus. vicit Chriſtus. confidamus/ aſpiciamus/ acclamemus
victorem. & proculdubio: in virtute eius vincemus. nam nulla potuit vincere mũdum:
niſi Chriſti virtus. Vicerunt Theſſalonicenſes: ſed in fide/ quam vincendi viam eis oſtẽ
derat Paulus. & icciirco deſyderabant Paulum: & faciem eius deſyderabãt videre. & ho
rum deſyderiorum ratio erat Chriſtus. erat vera dei dilectio: quæ facit vincere mundũ.
Quæ omnia/ ab eis rediens ad Paulum: nunciauit Timotheus. vnde Paulus exultãs in
12 domino: orat. quas deo gratias agere poſſit/ non capit eius animus/ et ſi alioqui eſſet ca-
paciſſimus. Quod nequaq̃ diſſimulans: eis aperit dicens. ℭ Cum autem nuper veniſſet a
vobis Timotheus ad nos/ & annunciaſſet nobis fidem & dilectionem veſtram/ & ꝙ bo-
nam noſtri habetis memoriam/ ſemper nos deſyderantes videre/ quemadmodũ & nos/
vos: hac de re conſolati ſumus O fratres in vobis per fidem veſtrã in omni preſſura/ &

necessitate nostra. quia nunc viuimus: si vos stabiles steteritis in domino. Quam enim
gratiarum actionem/ possumus deo repẽdere pro vobis/ in omni gaudio quo exultamus
propter vos in conspectu dei nostri: nocte ac die superabũdanter orantes/ vt videamus
faciem vestram/ & perficiamus ea quæ desunt fidei vestræ? ¶ Hæc apertam habẽt intel
ligentiam/ & veræ in deo dilectionis ostensionem. Sed & non minus ea quæ subifert/ di
uinam opem implorando/ vt illos videre possit: & omnium spiritualium gratiarum/ ma
xime dilectionis (quæ secum omnes ad salutem necessarias perfectiones trahit) faciat ĩ
crementa/ in confirmandis cordibus eorum absq; vlla repræhensionis nota/ vsq; in diẽ
aduentus domini/ cum veniet in maiestate cum omnibus angelis & sanctis suis. Ea in
quam non minus insinuauit: spiritualis cordis eius dilectionem. diffusa enim erat chari
tas dei/ in cordibus eorũ: qui nos Christo acquisierunt. quos igitur reparauit amor Chri
13 sto: & inuicem rependamus amorem. At nunc/ sub Christo nostri institutoris Pauli/ im
precationem audiamus amoris: hoc pacto in spiritu dei flammanter ĩprecantis. ¶ Ipse
autem deus/ & pater noster/ & dominus noster IHESVS CHRISTVS dirigat viã no
stram ad vos. vos autem dominus plus habere faciat: & faciat abundare dilectione mu
tua/ & ad omnes. quemadmodũ & nos ad vos: ad confirmãda corda vestra irrepræhen
sibilia in sanctitate coram deo & patre nostro/ in aduentũ domini nostri IHESV cũ om
nibus sanctis eius. ¶ Quid hoc est/ faciat vos abundare dilectione mutua/ siue adinui
cem & ad omnes/ quemadmodum & nos ad vos: nisi quemadmodum abundamus dile
ctione ad vos? hoc est (inquit dominus) præceptum meum: vt diligatis inuicem sicut di
lexi vos. Et Paulus ait: diligite inuicem/ quemadmodum diligo vos. diligo autem vos:
vt Christus dilexit nos. sequitur itaq; (vestigium reuocando in exẽplar) diligite inuicẽ
quemadmodum & Christus dilexit nos. Exemplar enim dilectionis: Christi dilectio est.
ad cuius aspectum sic inflammẽtur/ & accendãtur corda nostra: vt ipsum in canticis di
A lectionis cum omnibus sanctis eius laudare possimus in secula.
11 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Placuit nobis rema
nere Athenis solis. ¶ Præstat personali verbo loqui/ vt Paulus loquitur. Et soli recto ca
su dici potiusq̃ solis: ne videatur referre id/ Athenis. Paulus. εὐδοκήσαμεν καταλει
φθῆναι ἐν ἀθήναις μόνοι. ¶ Vulgata æditio. Timotheum fratrem nostrum/ & mini
strum dei in euangelio CHRISTI. ¶ Post dei: deest particula/ et cooperatorem nostrũ.
Paulus. τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ θεοῦ, καὶ συνερ
γὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Vt nemo moueatur ĩ tri
bulationibꝰ istis. ¶ Potius: nemo aduletur/ adulationiue cedat. Paulꝰ. τὸ μηδένα σαί
B νεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. vocabulũ enĩ σαίνω adulor significat. ¶ Vul
11 gata æditio. Passuros nos tribulationes. ¶ Ex Paulo: q; debebamus premi/ pressurasue
C pati. Sed id in idem recidit. Paulus. ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι. ¶ Vulgata æditio.
12 Sicut & nos quoq; vos. ¶ Quoq;: abundat. Paulus. καθάπερ καὶ ἡμεῖς, ὑμᾶς.
D ¶ Vulgata æditio. Ipse autẽ deus & pater noster/ & dominus IHESVS CHRISTVS:
13 dirigat viam nostram ad vos. ¶ Dicendum: & dominus noster Ihesus Christus. Deest
enim hoc in loco noster. Paulus. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς, καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ κύ
ριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. ¶ Vul
gata æditio. Vos autem dominus multiplicet. ¶ Id quod vetus interpres dicit multipli
care: intelligitur ex Paulo plus habere/ plus inquam diuinorum munerum & gratiarũ
habere. Paulus. ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι. ¶ Vulgata æditio. In aduẽtu domi
ni nostri IHESV CHRISTI. ¶ Potius in aduentum: vt successio intelligatur/ quæ aut
motus est/ aut sine motu non est. Et Christi: in fine abũdat. Paulus. ἐν παρουσίᾳ τοῦ
κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ. ¶ Vulgata æditio. Cum omnibus sanctis eius. Amen. ¶ Amen:
ĩ codicibus græcis nõ habetur expressũ/ sed dũtaxat id. μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐ
τοῦ. et continuo subnectit τὸ λοιπὸν οὖν ἀδελφοί. deinceps igitur fratres. CAP. IIII.

DEum primo precatus est apostolus: vt augeat dilectionis gratiam in Thessalonicensibus/ & abundare faciat dilectione adinuicem/ & ad omnes/ id est vniuersali dilectione. Nam primum est aspiciendus artifex: deinde artificis opus. Et si dilectio esset particularis: parũ imitaretur fontem dilectionis/ qui est vniuersalissimus/ qui omnia fecit ĩ amore/ & diligit omnia quæ sunt/ & nichil odit eorum quæ fecit. Nõ sufficit igitur dilectio particularis: sed vniuersalem habere oportet dilectionis imitationem. Nunc autem ipsos precatur Thessalonicenses: vt magis ac magis se præparent huic diuinæ infusionis abundantiæ. oportet enim deũ esse authorem. Cum enim manum soli opponis/ & ipsa lucescit & incalescit: erras si

manum credis ex se lucescere & incalescere/ & non agnoscis solem/ harum rerum esse ar-
tificē. hūc in modū cū mēs tua opaca est et frigida absq; amore/ & præsentatur soli amo-
ris: si eam sentis splendescere/ sordes non amplius habens neq; cogitans/ si sentis amā-
do incalescere: erras si credis ex te splendescere & esse bonus/ & ex te calere & esse dile-
ctionis abundans/ & non cognoscis supra te tuasq; vires virtutem esse harum rerum au
14 thorem. Hortatur igitur Paulus Thessalonicenses: & ambulare/ operari/ & omnia obser
" uare: non vt proprijs operibus tales fiant/ sed vt tales fieri possint. Atq; ait. ¶ Deiceps
" igitur fratres rogamus vos/ & obsecramus in domino IHESV: quemadmodum accepi-
" stis a nobis quomodo oportet vos ābulare & placere deo/ vt abundetis magis. ¶ Quid
enim refert hoc modo: vel isto dicere/ rogamus vos & obsecramus in domino Ihesu:
quemadmodum accepistis a nobis quomodo oportet vos ambulare & placere deo/ am-
bulate & placete deo/ vt magis abundetis/ vt deus qui incremētum dat/ dilectionem &
cæteras gratias suas in vobis abundare faciat/ quid inquā refert: nisi q; iste loquēdi mo-
dus est expressior/ concisum enim/ breuem & acutum sermonē: pro consuetudine sua ha
bet Paulus. Verū si non placent verba/ ambulate & placete deo subintelligere: tunc par-
ticula vt abundetis magis/ intelligenda est vt magis ambuletis & magis deo placeatis/
& ad eandem intelligentiam redit. nam quanto magis abundamus in ambulando &
studendo placere deo: tanto magis i nobis diuinæ virtutis opationes suscipimus. quā-
to enim aut berillus aut crystallus magis paratur/ pollitur/ tergitur: tanto magis soli op
positus impressionem solis/ ad comburendum & igniendum ea quæ post ipsum sunt/
suscipit. Sol: deus. Crystallus: mens. ea quæ post crystallum sunt: anima & corpus. Diui-
na virtus vt in speculo ad igniendum apto aut in crystallo: in mente colligitur ac vni-
tur. et animā atq; corpus iflammat & vrit: modo nos disponamus ad illos diuinos mo-
tus excipiendos. nam ex nobis non potest esse nisi præparatio. At quomodo præparabi-
mus nos? Si faciamus ea quę facienda iubent diuina præcepta: & ab ijs abstineamus q̄
eadem vetant esse facienda. nam dei voluntas est/ nos sanctificare. sed tāta est eius san-
ctitas: q; in vase puro & mundo vult eam collocare. eam cum omni honore atq; digni-
15 tate conseruari. Præterea Paulus in memoriam reducit Thessalonicensibus: quæ pręce
" pta dederit eis. non ipse/ sed per eum loquens dominus: dicens. ¶ Scitis enim quæ præ-
" cepta dederimus vobis: per dominum IHESVM. hæc enim est volūtas dei: sanctifica-
" tio vestra. vt vos abstineatis a fornicatione. vt sciat quisq; vestrum vas suum possidere ī
" sanctificatione & honore/ non in perturbatione concupiscentiæ: vt & gentes quę nesci-
" unt deum. vt ne quis supplantet & circūueniat in re aliqua fratrem suum. quia vindex ē
" dominus de ijs omnibus: vt prædiximus vobis/ & protestati sumus. non enim vocauit
" nos deus ad immunditiā: sed ad sanctitatem. ¶ Hæc est dei volūtas: vt nos sanctificet.
hæc sunt Christi præcepta. Primum. vt abstineam9 a fornicatione: nō solum carnis/ sed 1
& spiritus. Nā qui alienæ carni adhæret: fornicatio carnis est. Et qui alieno spiritui ad-
hæret q̄ Christi spiritui: fornicatio spiritus est. Ad vos hoc præceptū adulteri/ incestuo-
si/ stupratores/ carnis fornicatores: vas carnis in imunditia & in dedecore tenētes. pro-
pter quod facti estis exules sanctitatis/ & regni cœlorum. Ad vos hoc præceptū idolola
træ omnes/ auari/ venefici/ magi/ pythonici/ icātatores/ fornicatores spiritus: propter qđ
facti estis exules sanctitatis/ et priuati hæreditate regni cœlorum. Sanctitas: alienā non
admittit inquinationem. nolite alienæ carni adhærere nolite alienum spiritum sequi: et
eritis virgo casta mente et corpore/ fornicationis corruptionem nescientes/ et vasa ad
sanctitatem dei suscipiendam parata. Secūdum præceptum. Sciat quisq; nostrum/ vas 2
suum possidere in sanctificatione et honore. Vas nostrum: iteriorem partem et exterio-
rem. interior: mens est et anima/ immensæ capacitatis. exterior: modicæ/ nisi per interio
rē. Huius vasis: duplex ē sanctitas. vna præparatoria/ et ex parte nostri: et hæc non vera
est sanctitas/ sed adminiculatoria solum/ et præparatoria. et hæc consistit in purgatione
exterioris vasis nostri: a concupiscentijs carnis. et interioris: ab infidelitate/ et omni pra
ua cognitione/ et cogitatione. Alia est sanctitas: quæ vtrinq; præparato vasi/ a deo īfū-
ditur. et hæc est vera sanctitas. Cum prima sanctitas sola adest: similes sumus thalamo
intus forisq; mundato/ in tenebris/ et absente sponso. Sed cum secunda adest: similes su-
mus eidem thalamo gloria solis illustrato/ et pręsentia sponsi/ odoribusq; respersō. secū-
da sanctitas: solis lumen/ et odorum sponsi respersio. quanto enim mundius et purius
solis lumen/ q̄ mūditia thalami/ quāto sponsi omnimoda flagrantia suauior/ q̄ proprius
thalami odor: tanto secunda sanctitas q̄ prima/ quæ et respectu secundæ non meretur di
ci sanctitas. de hac tamē duplici sanctitate/ præceptum iubet: nos scire oportere vas no
strum i sanctitate possidere. quā et duplex cōcomitatur honor. noster: qui exiguus est. et

is:qui eam quæ a deo est/cōcomitatur sanctitatē.& vtrūq; nos curare opottet:sed maxi-
me eū qui a deo est.Tertiū est:ne quis supplātet/suppeditet/ circūueniatue in aliqua re 3
fratrē suū.hoc præceptū:omnē iniustitiā ad proximū vetat.in quā nullus incidet:si fra-
ternalē secundū deū ad proximū dilectionē habet.Ideo quartū præceptū subiūgetur de 4
dilectione fraterna id est proximi:qd ex euāgelio ab ore dñi prolatū edocemur.Hoc est
16 (inquit) præceptū meū vt diligatis inuicē:sicut dilexi vos.Sunt eni hæc dñi præcepta:
» quæ fas cōtēnere nō est.Ideo subiūgit Paulus.¶Igitur qui cōtēnit:nō hominē cōtēnit/
» sed deū/qui & dedit spiritū suū sanctū in vobis.De dilectione autē fraterna:nō indige-
» tis vt scribā vobis.Nā vosipsi a deo edocti estis:vt diligatis inuicē. eteni hoc facitis ad
» omnes fratres:qui sunt i Macedonia.¶In hoc quarto præcepto dñi/de dilectione pro-
ximi:cōmēdat Thessalonicēses. quæ nō est i cōsequētia:parua cōmēdatio.nā qui hāc di
lectionē habet:legē/id est ōne dei præceptū ipleuit. Et de dilectione fraterna/eius quæ
secundū spiritū fraternitas & est & nominatur:intelligitur/nō de ea quę fraternitatis ē
secundū carnē.Nā in solis proximis Christianis:hęc sermonis locutio cōuertitur/vt q-
cunq; proximus est/idem sit & frater/ & quicūq; frater idem & proximus. Nā eiusdem
patris/dei filij.& eiusdē ecclesiæ/matris:filij.nō eni hac generatione qua fratres dicū-
tur:ex hominibus/neq; ex volūtate carnis/neq; ex volūtate viri:sed ex deo nati sūt. Et
quo modo proximi ijdē nō essent:qui nō solū fratres/sed & eiusdē corporis sunt mēbra?
Et nichil forte prohibet alios qui etiā Christiani nō sunt/proximos esse:sed fratres non
sunt.nō eni fœcūda virginitate a spōso & spōsa i sancto spūs sancti osculo:regeniti sūt.
O fraternitas mirabilis.O Christiformitas nullo precio æstimabilis.qui ōnes filij virgi
nis matris sumus:vt Christus filius virginei & itemerati vteri. qui ōnes spū sancto cō-
cepti sumus:vt virgo fœta deo/spūs sancti obūbrāte virtute cōcepit.Quo modo igitur
tā pulchræ fraternitatis dilectionē negligemus/ cū etiā mater nostra/mater sit pulchræ
dilectionis? Valeat igitur amor mūdi/amor cęcus/ & cupido pharetratus/ amor turpis/
& insanus/ & nūq̄ cessemus pulchra dilectione amare. nā pater noster:amor est/& sup-
mus amor.& mater nostra:mater pulchræ dilectionis.Sed hæc de præceptis dñi/i qui-
17 bus quantū possumus: debemus indies proficere. Nunc & panca alia subiūgit Paulus/
» dicēs.¶Obsecramus autē vos fratres/vt abūdetis magis:& pro honore ducatis in silē-
» tio vitā transigere/& agere propria/& operari proprijs manibus vestris.quēadmodum
» vobis præcepimus/vt ambuletis honeste apud eos qui foris sunt: vt & nullius indigē-
» tiam habeatis.¶Quinta exhortatio quintūue præceptum ad Thessalonicēses:vt ma- 5
gis abundent/ id est indies magis atq; magis præcepta dei adimplendo/has rerum fa-
ciendo istas fugiendo proficiant.Sextum:vt ambiant/ducātq; pro gloria & honore vi- 6
tam in quiete & silentio peragere.nam si orare/psallere/contemplari vis/aut alicui san
cto studio operam dare: vitam in silentio & quiete deligas oportet. Idem quoq; si ho-
nesto aliquo labore/vitæ tibi necessaria comparare vis.Septimū:vt curent res proprias 7.
agere.nam qui res proprias curant:& melius proprię/& proximorum necessitati subue
nire possunt/sibiq; mutuo opem ferre.at qui rebus alienis se imiscent/nichil proprium
operantes: difficilē & turbulentam vitam deligunt/ & quā nequaq̄ in silentio & quiete
peragere possint. Octauū: vt operentur proprijs manibus. Manus quæ non operatur: 8
opus dei ociosum est/quod nequaq̄ deo acceptū est.fecit eni nobis deus manum/orga-
num organorū/ & quodā modo omniartificē:vt viuamus opere manuū/aut saltem ea
ociosi nō simus.Cū oramus:manus est quæ ad deū tēditur/cōploditur/eleuatur. & hoc
primū eius officium. Cum cōtemplamur:meditata reponit/etiam sancta prophetarum
oracula/sanctas visiones/& omnino dei eloquia.& hoc secundum.si fortis es:manu for
tis es in bello.si temperās: & manus omnem inhonestum fugit attactum. si misericors/
& liberalis: & manus operatur quod impendas/& porrigit operatum. orationis est in-
strumentum/ cōtemplationis est instrumentum/ actionis est instrumentū. sed & est in-
strumentū omnis artis etiā mechanicæ:ad vitæ inopiam defendēdam.colit agros/serit
messes/ colligit fructus/ ortos fodit/ plātat paradisos/arbores inserit/vrbes cōdit/& ora-
toria/ aut superba/aut humilia templa in quibus deus colitur/& innumera talia. Et q̄q̄
hoc artificiale manus officium/vltimum sit:est tamen nobis magis necessarium.vtpo-
te a deo indultum ad vitam/atq; ordinatum.magna confidentia viuit/& sine scrupulo
conscientiæ:qui opere manuū suarum viuit.Beatus(inquit)es:quia labores manuum
tuarum manducabis.At si consilium dedisti/siue recuperandæ secundę valitudinis/si-
ue diffugiendæ calumniæ/ & inde viuis:non ea securitate viuis. magna securitate vi-
uit:qui utile opere manuum suarum viuit. Et etiam si in religione viueret:ociosus esse
nō deberet. exēplo sanctorū.Nam & Paulus Christo & spiritu sancto plenus/ & Timo-

theus/& Barnabas orabāt/prædicabāt/contēplabātur/opera virtutū faciebāt:& opere
manuū operabātur. qui omnibus (omniū venia dixerim) quos nūc mūdus habet/reli-
giosis/sanctiores erāt. omnibus qui nūc sunt/episcopis & etiā apostolicis senatoribꝰ su-
periores/ac sublimiores. Sed manibꝰ operari: deijcit honorē mūdi. At diuinū exaltat.
Et quid honor mūdi: nisi superbia vitæ? Credite Paulo. Cuiuscūq; status fueritis: aliqd
manibus operamini. tam eni nō vult hoc dei ōniartifex instrumentū esse ociosum: vt
qui ea operari nō didicit quæ honesta sunt/etiā operetur turpia/qd est ocio deterius. vt
tesseras iactare/pyrgis/ & fritillis insidiari/aleæ (quæ operibus pietatis debētur) cōmit-
tere/quadris mille dolis certare/& insanā versare caniculā/ & inumera talia: quę diabo-
lus cōtra honestū manuū laborē opposuit/ in quibus plurimorū demētauit mētes/ etiā
maiorū. Quo modo igitur Paulus qui propheta erat/ & per spiritum sanctū quæ futura
erant vt præsentia videbat: nō bene præcipiebat proprijs manibus esse operandū? non
mundanū lucrū respiciēs: sed qd erat ad perfectionē Christiani/ necessariū. Et etiā sic vi-
uere illa tēpestate: maxime Thessalonicēsibus cōdecebat: vt infidelibus inter quos ver-
sabātur/ cederēt in exēplū/ & omnē præ se (vt decet filios dei) ferrēt honestatē/nec rē
aliquā egerēt postulare. O q̄ pulchra/q̄ sancta/q̄ ordinata debet esse: sanctorū vita. Sed
habebant vnū isuper Thessalonicenses: ꝙ more gētili mortuos suos adhuc lugebant.
quod vetat apostolus. Cū quispiam bonus ac sanctus moritur: nequaq̄ eū lugere debe-
mus/ quē de tenebris & obscuritatibꝰ huius mortis scimus trāsire ad lucē/ & vitā/& de
mille periculis ad æternā securitatem. sed potius lugere debemus nosipsos/ & reliquos
quos pietatis exemplo & sanctimonia vitæ formabat viuētes: ꝙ eius præsentiæ ædifica
tione destituti sumus. Qui eni eos luget: infidelitate pectus obsitū habet/quasi nō cre-
dens/ ac spem nullā habēs eos ad meliorē vitā transituros. aut si nō pro anima/sed pro
corpore plorat qd terrę mādatur: & hoc infidele. quasi nesciat pro mortali imortale. pro
corruptibili & passibili incorruptibile & ipassibile. pro obscuro & vili/ splendidū & no-
18 bile/ eū recepturū. Quapropter eos apostolus: ne infideles in hoc imitētur/ admonet ac
dicit. ¶ Nolumus autē vt vos ignoretis fratres de dormientibus: vt nō contristemini/
quemadmodū & cæteri qui spem nō habēt. Si eni credimus ꝙ IHESVS mortē oppe-
tijt & resurrexit: hūc in modū deus & eos qui dormierūt/per IHESVM secū adducet.
¶ Homines mortuos dormientes vocat: quia excitandi sunt a morte. est enim som-
nus sensuū: est somnus vitæ. sensibus dormimus: cū naturaliter sensus in functione nō
sunt/ sed excitabiles sunt ad vigiliā. dormimus vita: cū vita in functione nō est & dissi-
pata est vitæ machina/ sed excitabiles sumus ad vitā/ & ad meliorē quidem vitā. nam
imortalis mortali præstat/ etsi aliquibus hic status futurus sit deterior. non eni ab imor
talitate est passio/ quā nōnulli cogētur subire sempiternā: sed a peccato/ & inordinatio-
ne. Verum cū cætera animalia mortua sunt: solū mortua sunt/ & nō dormiūt. nā nō rur-
sus sunt excitabilia ad vitā. Qui resurrectionē corporū nō intelligebāt/ qui animarum
vitas nesciebāt: vtraq; spe destituti/ lugebant aīas tanq̄ extinctas & corporis dotes de-
plorabāt tanq̄ in perpetuū in pulueres & nichilū deperituras. & insanū erat ac miserū
videre eorū luctus. Et mirū est Venetos alioqui gentē prudētē & Christianā: iuxta apo
stoli sentētiā hunc gētilitiū ritū a sua ciuitate nō pepulisse. Nam cū forte illic in anno
quē magnū iubileū appellāt/ aut domicilia apostolorū/ & martyrū Rhomæ petēs/ aut
ab eisdē rediēs/ cū inq̄ illic essem elatū est funus. Et ecce præfica mulier cōpluribꝰ alijs
sociata muliercul is/ in habitibus lugubribus concomitatur funus/ clamat/vociferat/
eiulat/plangit pectus/ genas vellit/ crines distrūpit: cęteræ imitabātur mimicā. dotes ani
mi prædicat/ dotes corporis/ pulchros oculos/roseas genas/teretia supercilia/ generosā
frontē/os/mentū/collū/& omniū mēbrorū dexteritatē. de terra etiā querebatur: quę tā-
tas dotes in æternū sepeliret/ quasi nulla spes relicta esset melioris status cū aiæ/tū cor-
poris. & tūc tametsi forte memor sentētiæ Pauli nō essem: ingenue fateor gentilē dete-
status sum imitationē/ si nō verius appellāda est isania. At dicet quispiā. Placet antiq-
tas. Attamē Christus: noua facit omnia. necesse itaq; est/ si ea quæ Christi sunt placent:
vt vetera displiceant. Et vt ea quæ Christi: sunt sapientissima. ita quæ antiquitatis: sunt
stultissima. Quid enim stultius q̄ ob antiquitatis amorem: facere luctus illos/ qui præ
se ferunt desperationem? & supra memorias mortuorum inscribere: dijs manibus? Per-
inde esse crediderim acsi inscribatur diabolis omnibus/vniuersisq; dæmonibus. Cum
tales antiquitatis amatores moriuntur: feruet infernus/& princeps mortis eos expe-
ctat/ quos dura incude quatiat/ quos amaris conficiat cruciatibus. Ecce quid pariet
illa antiquæ imitationis curiositas/ & nouæ creationis contemptus. noua enim sumus
creatura: non antiqua. Attamen siue ij qui sequūtur vetera/ siue ij qui sequūtur noua:

dei sunt. hi: pacis. illi: filij iræ. hi ad misericordiã. illi: ad iustitiã. nullus eni effugere po-
test. nã profũdissima: eius iustitia penetrat. & eius misericordia: superat altissima. Deus
velit: vt vbiq; omnia formẽtur ad exẽpla & præcepta sanctorũ. nam habẽt sanctã & spi-
ritualem in deo consolationem. Iccirco non in ijs imitationibus gentilitijs: cõsolatio-
19 nem querendam esse iubet apostolus (nam ad dei prouocat irã) sed in spiritualibus in-
» stitutionibus quæ ad pacẽ dei vocant & misericordiã. Proinde subiungit. ¶ Hoc enim
» vobis dicimus in sermone domini: q nos qui viuimus/ qui relinquimur/ in aduẽtu do-
» mini/ non præueniemus eos qui dormierunt. quia ipse dominus in iussu/ in voce archã-
» geli/ & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui in CHRISTO resurgent primo. dein-
» de nos qui viuimus qui relinquimur: simul cum ipsis rapiemur in nubibus obuiam do-
» mino in aera/ & sic semper cum domino erimus. Quare consolamini vos inuicem: in
» his sermonibus. ¶ Ecce monimẽta nouitatis: in quibus super mortuos suos/ non sim-
pliciter/ sed mortuos dormientes/ debent fideles consolari/ non in luctibus more gen-
tium. Et cum dicit apostolus in sermone domini: reuelationem dei esse ostendit/ non
suam assertionem. vt illam tanto firmius credamus: quanto homine maior deus est/ ac
verior. Et q in fine adijcit/ & sic semper cum domino erimus: intellige semper viuen-
tes cum domino erimus/ facta tamen corporum ĩmutatione. Nam (vt secundo libro di
ctum est) omnes imutabimur/ & omnes ĩmortale induemus & incorruptibile. Sed nõ-
ne qui tunc inuenientur viui: morientur/ Non hoc exprimit oraculum: sed q rapientur
obuiam Christo in aera. Neq; aduersatur articulo fidei/ nobis per spiritum sanctũ reli-
cto/ qui ait. inde venturus est iudicare viuos & mortuos: si viuos intelligimus eos qui
tunc viuent/ & mortuos eos qui ex mortuis resurgent. Omnibus enim hominibus ad
terminum mortis præfinitũ venientibus/ semel mori constitutũ est. quid mirum: si tunc
cum ijs qui ad eum terminũ non perueniunt qui ex dei constituto præteriri nõ potest/
ob Christi præsentiã nõ mori dispẽsatũ est/ Sed quia in cap. 15/ secundi huius latius de
his disputatum est: hic contrahemus sermonem. Id vnum æternum patrem precantes:
vt dño in resurrectione occurramus. & in veste ĩmortalitatis fulgida/ qua vestiet agnos
suos/ illũ cõcelebrare/ & cũ oibus sanctis in æuũ sempiternũ laudare possimus. Amen.

A » ¶ EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶ Vulgata æditio. Quo modo oporteat
14 » vos ambulare/ & placere deo: sic & ãbuletis/ vt abundetis magis. ¶ Particula sic & am-
buletis: abundat. Paulus. πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν θεῷ, ἵνα
A » περισσεύητε μᾶλλον. ¶ Vulgata æditio. Scitis enim quæ pręcepta dederim vobis.
15 ¶ Pluratiue loquitur Paulus: dedimus/ siue dederimus/ nichil referat. Paulus. οἴδατε
» γὰρ τίνας ἐπαγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν. ¶ Vulgata æditio. Non in passione de-
» syderij. ¶ Potius: in affectione/ perturbationeue desyderij. πάθος eni hic vniuersaliter
animi ægrimoniã significat. quam: affectũ & perturbationẽ malunt latini interpretari/
q̃ passionem. vt & alias quoq; annotauimus. Paulus. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας.
B » ¶ Vulgata æditio. Et ne quis supergrediatur neq; circũueniat. ¶ Malumus hic dicere/
15 supplantet/ neq; circũueniat. Quid enim aliud est supergredi fratrẽ suum: q̃ pessundare/
& supplantare/ Et vsus latinorum est: in hoc sensu magis vti his verbis supplãtare aut
pessundare/ q̃ supergredi. aptissime enim dicimus/ noli supplantare fratrem tuum. nõ sic
autẽ: noli supergredi. Et quid Paulus intelligeret/ fere sequẽti verbo expressit/ cum sub-
iunxit: & circũueniat. Et dicendũ: & circũueniat. & nõ: neq; circũueniat. videturq; &:
(vt & dictũ est) expositiue teneri. Paulus. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν.
B » ¶ Vulgata æditio. Itaq; qui hæc spernit. ¶ Hæc: abundat. Paulus. τοιγαροῦν ὁ ἀθε-
16 » τῶν. ¶ Vulgata æditio. Qui etiam dedit spiritũ suum sanctum in nobis. ¶ Legẽdum
est: in vobis/ per secundã personã. Paulus. καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον
» εἰς ὑμᾶς. ¶ Vulgata æditio. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus
» scribere vobis. ¶ Per secundam personã potius/ & præsenti tẽpore dicendum erat: non
necesse habetis. Paulus. περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν
C » ὑμῖν. ¶ Vulgata æditio. Ipsi eni vos a deo didicistis. ¶ Potius: deo dociles/ siue a deo
17 docti/ aut edocti estis. Paulus. αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε. ¶ Vulgata ædi
» tio. Et operam detis vt quieti sitis/ & vt vestrum negocium agatis. ¶ Potius: ambiatis/
id est pro honore ducatis. Et quod vetus interpres dicit/ & vt vestrum negociũ agatis:
potius paraphrasten se facit/ q̃ interpretem. Nam in Paulo nõ vestrum negociũ habe-
tur/ sed propria/ id est res proprias. Paulus. καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν καὶ
» πράσσειν τὰ ἴδια. ¶ Vulgata æditio. Vt nullius aliquid desyderetis. ¶ Potius: &
nullius indigentiam habeatis. vt scilicet nõ esset opus ob indigentiã: ea quæ deessent/ a
gentilibus emendicare. Paulus. καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. ¶ Vulgata æditio.

D » Ita & deus eos qui dormierunt/per IHESVM adducet cũ eo. ¶Si relatiuum respicit
18 deus: dicẽdum est secum/vt intelligatur reciprocum. quam intelligentiã secuti sumus.
Si respiciat Ihesum:stat bene cum eo.Et id attendisse/ veterem interpretem oportet:si
recte locut9 est.Paulus.ὅυτω καὶ ὁ θεὸσ τοὺσ κοιμηθέρτασ Διὰ τοῦ ἰησοῦ ἄξει
D » σὺρ ἀυτῷ. ¶Vulgata æditio.Et mortui qui in CHRISTO sunt:resurgẽt primi. ¶Di
19 cendũ:primũ/siue primo.Paulus.καὶ ὀι ρεκροὶ ἐρ χριςῷ, ἀραςήσορται πρῶτορ.
» ¶Vulgata æditio.Rapiemur cum illis in nubibus obuiam CHRISTO in aera. ¶Di-
cendum:obuiam dño/siue in occursum dño.Paulus. ἅμα σὺρ ἀυτοῖσ ἁρπαγησό-
μεθα, ἐρ ρεφέλαισ ἐισ ἀπάρτησιρ τοῦ κυρίου ἐισ ἀέρα. ¶Vulgata æditio.
» Itaq; consolamini inuicem in verbis istis. ¶Qꝛ id/quod vetus interpres dicit inuicem
accusatiuus est:apud Græcos dat intelligere sensum esse/ perinde ac si diceremus:con-
solamini vos mutuo/ siue vos inuicem. Paulus. ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλουσ
ἐρ τοῖσ λόγοισ τούτοισ.

CAP. V.

DE die iudicij iam instructi erãt sufficiẽter Thessalonicẽses/ omnino esse
venturũ:sed quãdo/nulli cognitũ/nisi deo.De die (inquit) illa/ & hora:
nemo scit neq; angeli cœlorũ nisi pater sol9. sed sicut fur i nocte:sic erit
20 aduẽtus dñi.sic dñs aduentũ suum/furi cõparat:qui venit insperato/ &
» quãdo minime expectatur.Quapropter subijcit ad eos Paulus. ¶De tẽ
» porib9 autẽ & momẽtis fratres: nõ opus habetis vt scribatur vobis. Nã
» ipsi ad amussim scitis:ꝙ dies dñi tanq̃ fur in nocte/sic veniet.quãdo enĩ
» dicẽt pax/& securitas: tũc repẽtinus ipsis superueniet interitus/ queãd-
» modũ dolor partus/parturiẽti/& nequaq̃ effugient. ¶Vt in illa die/boni rapiẽtur obuiã
Christo ad gloriã: mali cũ malis relinquẽtur ad pœnã/ & in sinistris ad cõdẽnationem
collocabũtur.dies illa (ĩquit Sophonias)dies iræ/dies tribulationis & ãgustiæ/dies ca
lamitatis & miseriæ/dies tenebrarum & caliginis/ dies nebulæ & turbinis/dies tubæ &
clãgoris/super ciuitates munitas & ãgelos excelsos.In die illa in igne zeli domini de-
uorabitur õnis terra:qui cõsumationẽ cũ festinatione faciet cũctis habitãtib9 terrã.De
hac etiã die domini:scripsit in spiritu Petrus.Adueniet autẽ dies domini vt fur: in qua
cœli magno impetu trãsient/elemẽta vero calore soluẽtur/terra autẽ & quæ in ipsa sunt
opa/exurẽtur. Quomodo igitur malis qui tũc erũt/& terrore iudicij ad pœnitẽtiã & bo
norũ operũ itẽ etiã cõpũcti nõ sunt/sed irriserunt/sed fabulã putauerũt/quomodo iquã
tũc eis nõ isperatus/nõ repẽtinus superueniet iteritus : vt in diebus Noe ijs qui minas
diluuij irridebãt/& fabulã esse putabãt/Sed etsi hic nouissimus & vniuersalis aduentus
domini sit vt fur:etiã & particularis eius aduentus/qui nobis in securitate viuentibus
ꝑpe & iã in foribus / ẽ vt fur . Alioq dñs admonẽs operũ præsentis vitæ ãgelũ ecclesiæ
Sardiẽsis/nõ dixisset:si nõ vigilaueris/ veniã ad te tãq̃ fur/& nescis qua hora veniã ad
te.Qꝛ igitur vigiles nos esse oportet:ne aduẽtus filij dei iueniat nos in tenebris/nõ hu
ius mundi sed spiritualibus:quæ surgũt ex nebulis carnis/& afflatibus maligni. ne nos
cũ venerit dominus dormiamus:nõ somno oculorũ/ reparationi viriũ humanæ necessi
tatis necessario/sed somno spiritus.nõ in nocte depræhẽdamur:nõ quã facit solis mũda
ni absentia/sed spirituali/quã facit absentia gratiæ Christi.has tenebras/ hũc somnũ/ hãc
noctẽ nos Christus/nos oracula eius admonẽt nobis esse timẽdã. Venit enim Christus
semper malis in nocte:bonis autẽ semper in die.Quare nouissimus eius aduẽtus:in cla
rissima die simul & profundissima nocte erit.simus igitur semper vigiles/semper in luce/
semper in die:vtrũq; domini aduentũ/in timore expectãtes.Et hæc omnia:secundũ spi
ritũ.Sed in die:arma lucis & diei retineamus/quæ sunt arma spũs. de quibus & latius
21 cap.6/quinti libri dictũ est.Super qua re apostolus Thessalonicẽses/ & in ipsis nos oẽs
» ad diẽ vsq; dñi per successiones/admonet atq; ait. ¶Vos autẽ fratres non estis in tene-
» bris:vt dies illa vos tãq̃ fur depræhẽdat.vos õnes filij lucis estis/& filij diei. nõ sumus
» noctis/neq; tenebrarũ.Igitur nõ dormiamus queãdmodũ & reliqui: sed vigilem9 & tẽ
» perati simus. Nam qui dormiũt: nocte dormiunt. & qui inebriãtur:nocte inebriantur.
» nos autem qui diei sumus: temperati simus/ induti thoracem fidei & dilectionis/& ga-
» leam/spem salutis.quia non posuit nos deus ad iram/sed ad acquisitionem salutis/per
» dominum nostrum IHESVM CHRISTVM.qui mortem subijt pro nobis:vt siue vi-
» gilamus/siue dormimus/pariter cum eo viuamus. ¶Magna dei & ieffabilis miseratio:
quæ omnes homines veniẽtes ad Christũ/ ponit ad acquisitionẽ & salutẽ. omnes autẽ
venire nolẽtes:ponit ad irã & perditionẽ.Qui veniũt ad Christũ:filij sunt dexteræ/filij
sunt pacis & misericordiæ.qui nõ veniũt:filij sunt sinistræ/filij sunt iustitiæ/& iræ.Chri
stus vixit/Christus mortẽ obijt pro ijs qui ad ipsũ veniũt:vt ipsi siue in hoc mundo vi-

uant/siue per mortē ex hoc mūdo trāsierit/ cū ipso viuāt. Sic eni hic i fine/ si vocabulis
vigilamus/ & dormimus vsus fuerit pro viuimus & morimur: nichil forte videatur ab-
surdū. malēs temporalē mortē nostrā/ dormitionē appellare: q̄ mortē. vt semper ex nun-
cupatione: excitationis & resurrectionis intelligentiā habeamus. & vita præsens/ cum
dormitione mortis interrūpatur: potius appellāda est vigilia/ q̄ vita. vt & ipse accōmo-
datissime fecit: qui aptitudine sermonis superat sapiētes sæculi. Vigilare eni & dormire
oppositū habēt respōsum. sed vita quę nō interrūpitur: simpliciter vita est/ & nō amplius
vigilia. Quapropter vitā qua cū Christo viuūt sancti: simpliciter vitā nūcupauit. Vnde
fit vt ij qui sunt Christi: etiā in hoc mūdo vitā viuāt ęternā. Nā vita quā dat eis: morte
tēporali nō interrūpitur. Oues (inquit) meæ: vocē meā audiūt. & ego cognosco eas/ &
sequūtur me. & ego vitā æternā do eis. Et alibi. qui credit in me/ etiā si mortuus fuerit:
viuet. & omnis qui viuit & credit in me: non morietur in ęternū. nō interrūpitur ergo
tēporali morte vita quā dat Christus: sed reuelatur quæ erat abscōdita. Quā igitur pu-
tamus in hoc sæculo vitā: nō est vita/ sed vigilia/ & quædā adumbratio vitæ. Et quā pu
tamus mortē tēporalē: nō est mors. sed bonis: est plenariæ diei ortus/ & vitæ manifesta-
tio. malis autē: est adūbratio mortis/ & plenariæ mortis reseratio. O si homines hęc my-
steria intelligerēt: q̄ gauderēt/ se etiā dū supra terrā versant/ dū necessitates carnis pro-
curāt/ & alijs ministrāt/ cognoscere se esse imortales. Sed dices dñs in futuro sęculo pol
licetur vitā æternā. Et in præsenti pollicetur occultā: & in futuro manifestā. Nonne eni
audiuimus apostolū dicentē ad Colossenses: vita vestra abscōdita est cū Christo i deo/
cum autē Christus apparuerit vita nostra: tūc & vos apparebitis cū eo in gloria. Rursus
cū Paulus dixit/ non dormiamus vt reliqui/ sed vigilemus: pro dormitione/ & vigilia
secundū spiritū intellexit: nichil etiā absurdū fuerit si & hoc in loco siue vigilamus/ siue
dormimus/ simili in significatione capiātur. Nā qui ita dixerit: magna etiā dei misera-
tio & benignitas circa nos itelligitur. vt qui dormiētes spū/ & in peccato existētes: vult
nos excitari ante suū aduentū. difficile est eni hunc trāsitoriæ vitę cursū trāsigere: & nō
dormitare/ & aliquādo dormire/ siue sapiētes/ siue stulti simus. qđ decē virginū exēplo i
nobis manifestauit Christus dñs. Sed excitemur ante Christi aduentū/ & instructi/ & pa
rati simus: vt cū eo viuere possimus/ qui vult nos siue vigilamus/ siue dormimus/ pari-
ter secū in futurū viuere. si somnus mortis est: nondū simpliciter mors est/ vt a quo ad
vitā adhuc excitari possumus. Ideo spūs sanctus per apostolū clamat: surge qui dormis/
& exurge a mortuis/ & illuminabit te Christus. Et Ioānes dicit. si dixerimus quoniā pec
catū nō habemus: ipsi nos seducimus/ & veritas in nobis nō est. si confiteamur peccata
nostra: fidelis est/ & iustus/ vt remittat nobis peccata nostra/ & emūdet nos ab ōni ini-
quitate. Ecce quo modo vult/ siue vigilamus/ siue dormimus: vt pariter cū eo viuamus. Qđ
si ita est/ q̄ vult oēs saluos fieri/ & pariter secum viuere siue boni/ siue mali sint: magna
nobis occasio est/ ex tā misericordi & benigna ad nos dei volūtate/ nos inuicē exhortā-
22 di ad salutē/ & nos mutuo ædificandi/ vt diuinæ cooperemur bonitati. Subiungit itaq̄
Paulus. ¶ Quapropter exhortamini vos inuicē: & ad vnū vsq̄ ædificate/ quēadmodū
& facitis. ¶ In hoc probat Thessalonicenses q̄ se mutuo adhortabātur ad bonū prose-
23 quendū/ & ad fugā malorū: vt placerēt Christo. Sed & præcepta adiūxit quæ sequūtur/
dulci eos præcatu ad ea faciēda inuitās/ dicēs. ¶ Rogamus vos fratres: vt sciatis eos q
laborāt in vobis & præsūt vobis i dño/ & q admonēt vos. Et vt reputetis eos superabū
dātius i dilectione/ propter opus eorū. Pacifici estote: erga eos. Obsecramus autē vos fra-
tres: admonete iordinatos. Cōsolamini pusillanimes. Subuenite ifirmis. Patiētes esto-
te erga oēs. Videte ne quisq̄ malū pro malo cuiq̄ reddat: sed semper bonū prosequimini
& ad inuicē/ & ad oēs. Sēper gaudete. Assidue orate. In re ōni gratias agite. nā hæc est
volūtas dei in CHRISTO IHESV ad vos. Spiritū: nolite extinguere. Prophetias: no
lite cōtēnere. Omnia autem examinate: bonū retinete. Ab omni specie mali: abstinete.
¶ Quasi quindeci breuibus sentētijs: totidē sancta cōplexus est pręcepta. Primū. Scia- 1
mus eos qui nobis præsunt. sed quo modo sciemus: nisi eos colamus/ & audiamus/ & di
ctis ac ordinationibus eorū parcamus? Secundum. Eos qui pręsunt maiori dilectione 2
prosequamur? si patres qui nobis carnaliter & naturaliter præsunt/ iubentur maiori di-
lectione & honore prosequi: tanto magis/ eos qui nobis præsunt spiritualiter/ & su-
pernaturaliter. spiritus enim supra naturā est. tales enim sunt: quos maioris dilectionis
existimatione haberi iubet apostolus. Tertiū. Vt erga eos qui præsunt: pacifici simus. 3
Nam & filios aduersus parētes in lite suscipi: veteres legū sanctiones vetuerunt. sic vo
luerunt filios erga carnales patres: pacifice se gerere. tāto magis igitur erga patres se-
cundū spiritū: pacē/ & ōnia quæ pacis sunt/ nos obseruare decet/ atq̄ par est. Quartum: 4


vt admoneam9 inordinatos & incõpositos moribus.homines eni/ nõ omnes oĩa vicia
habere solẽt:sed varij/varia.in ijs igitur in qbus delinquũt/admonẽdi sunt: vt illa emẽ
dẽt/ac se ordinẽt.Nã quę dei sunt/ordinata sũt oĩa/cõcina/ac recta.q̃ autẽ inordinata/
incõcina/& obliqua:cõtra deũ.Quĩtũ.Vt cõsolemur pusillanimes.vt qui pusillanimes 5
sũt/qui paruo sunt aĩo/nõ valẽtes ex se in bonitatib9 dei/dilectioue quã habet ad nos/
diuitijs miserationũ/& beneficiorũ multitudine cõsolari/sed seipsos attẽdẽtes desolati
sunt/tristes/paucę suæ salutis cõfidentię/& propemodũ præ animi tristitia deficiẽtes.ta
les pusillanimes sunt:quos cõsolari oportet/in bonitate/in gratia/ in misericordia dei/
i redẽptione q̃ nobis parta est per filiũ dei/nõ ex operib9 nostris/& iu remissione pecca
torũ quæ illi donata est pro nobis/qui nos ad eũ cõuertimus veniã petẽtes/& agnoscẽ-
tes misericordiæ fontẽ:qui cõuersas õnes irrigat aĩas.quo modo times?quo modo dif-
fidis in medio maris:q͛ deficiat tibi aqua? Aridus es/frigidus es/spes in te non est:sal-
uare teipsũ non potes/in te nõ potes gaudere.cõuerte oculũ ad Christũ:mare misericor
diæ est.ignis est:& infinitus amor.spes omniũ finiũ terræ/in eo tua salus est/tuũ gau-
diũ.in eo irrigare/cale/spera i tua salute/ gaude in magnitudine dei/ magnanim9 esto/
& noli in tua sola paruitate esse pusillanimus.hæc est via spũs.Sextũ.Subueniamus ĩ- 6
firmis.hoc/opera misericordiæ corporis cõmendat: vt præcedẽs/ animi.per hæc igitur
reliqua intelligamus.nã vt animi:ita corporis/misericordię opera placẽt Christo.Nam
pro nobis corpus & animã suscepit.& qui ea corporis neglexerit officia:in die aduẽtus
dñi iudicabitur indignus misericordia/& durã suæ coudẽnationis cõtra se audiet cau-
sam.esuriui:& nõ dedisti michi mãducare.sitiui:& non dedisti michi potũ.hospes erã:
& nõ collegisti me.nudus: & nõ cooperuisti me.infirmus/& in carcere:& non visitasti
me.qui alijs opera misericordiæ denegat:nescit se & eos quibus denegat inuicẽ mẽbra
Christi esse.& qđ denegat:Christo denegare.nescis eni beneficiũ qđ tuo oculo indigẽti
denegatur:tibi denegari?quod tuo denegatur pedi:tibi denegari? imo qđ vngui leso/
aut minimę corporis tui particulæ denegatur: & tibi denegari? sic est de corpore Chri-
sti.vide igitur vt apostoli præceptũ ĩpleas/& Christo (quãtũ in te erit) nichil deneges
indigẽti.Septimũ.Patiẽtes simus erga õnes.hæc patiẽtia:lõganimitas dicit̃ quæ ęqua- 7
nimis & lõga expectatio est siue in malis/siue i bonis.qua & Christus/ etiã erga nos pa
tiens & lõganimis est.nos si mali sumus:benignitate alliciẽs ad pœnitẽtiã/nõ stati ma
litijs nostris fractus/aut desistẽs/flagella etiã adhibet/& terrenis interdũ priuat cũ mor
bi sunt medicabiles:quousq͛ ad sanitatẽ cõualuerint.ita ĩ patiẽtia & lõganimitate ipsũ
imitari oportet:nõ statim erga alios etiã si mali sunt/ impatientia vinci/& desistere eos
emẽdare/siue per lenitatẽ & benignitatẽ quod ad æquales inter se & inferiores aliquã-
do spectat erga maiores/siue per lenitatẽ benignitatẽ & nõnũq̃ per asperitatẽ & puni-
tionẽ qđ vtrũq͛ spectat ad superiores.ipsorũ eni est potestas/est authoritas: nõ ęqualiũ
inter se aut inferiorũ ad superiores.Christus:lõganimis/nos expectat ad bonũ.& alios
etiã:lõganimes expectemus ad bonũ. verũ si ab alijs bona aliqua expectas præsertim
quę spũs sunt/vt rectã vitę institutionẽ/vt diuinorũ notionẽ/& nõ statim assequeris:nõ
te ilico ĩpatiẽtia vincat quæ est pusillitas animi/sed lõganimis esto.sic etim9 iuxta apo
stoli pręceptũ:ad omnes cũ malos/tũ bonos lõganimes/& maxime erga Christũ in ex-
pectatione æternorũ bonorũ.Octauũ. Nõ reddamus malũ pro malo:sed semper bonũ 8
prosequamur.malũ pro malo reddere:est fel pro felle/& venenũ pro veneno refũdere.
qd soli habẽt:qui filij sunt serpẽtis antiqui/aut aliquid lesuræ eius in se habẽt. nos filij
sumus colũbæ ecclesiæ/quæ felle caret.fel nõ repẽdamus pro felle/sed matris natiuita-
tem agnoscamus.nos filij sumus Christi nõ serpẽtis antiqui:venenũ nõ refũdamus sed
faui dulcedinẽ qui distillat de labijs eius/& Christũ patrẽ & caput nostrũ agnoscamus/
Christũ patrẽ imitemur.qui cũ malediceretur:nõ maledicebat. & quo modo maledixis-
set:qui est omniũ benedictio.cũ igitur benedictionis filij simus: benedicamus õnibus.
sic nulli pro malo vicẽ mali reddemus/sed in õnibus (qđ iubet apostolus imo i aposto-
lo Christus) bonũ prosequemur.Nonũ. Gaudeamus sẽper. gaudiũ hoc:spũale est.non 9
in nobis:sed i bonitatis Christi cõtẽplatione rapti/gaudere debemus/& sẽper gaudere.
qui illã ineffabilem bonitatem cogitat/redẽptionem/peccatorũ remissionẽ/iustificatio-
nem/gratiarum infinitũ thesaurum/& deniq͛ salutis & vitæ æternæ gratis elargitionẽ
(ipse eni est nobis omnia illa) qui inq̃ hæc spiritu videt/& non gaudet: Christum non
amat/& igne dilectionis indiget.quẽ etiam si ab eo petat: obtinebit. quia ipse dilectio
& charitas est. & tunc semper gaudebit/ siue tristia assint/ siue assint læta. non eni ex-
teriora illa:suffocare valent internũ illum dilectionis ignẽ. omnis eni qui sine dilectio-
ne dei est:marmore frigidior est.& omnis qui illa calet:igne calidior est.imo ignis mũ-

di:si ad illã cõparas/frigiditas est. martyribus eni Christi illa calẽtibus: refrigeriũ erat/ nõ tormentũ. caleamus igitur semper/ diligamus sẽper: vt iuxta apostoli præceptũ/ gaudeamus semper. gaudiũ eni sic dilectionẽ: vt odor rosam/ vt sapor fructũ cõcomitatur.
10 Decimũ. Oremus assidue. quicquid facimus/ quicquid dicimus: in cordibus nostris deũ precari debemus. neq̃ vnq̃ absq̃ tacita diuinæ opis & directionis inuocatione: esse debemus. & hoc est assidue orare. & de hac secreta cordis oratione/ qua sentimus dei præsentiam: apostoli præceptũ est. nõ de aperta oratione: quæ in oratorijs manufactis/ voce/ psalmis/ hymnis/ genuflexionibus/ prouolutionib9/ manuũ cõplosionibus/ manuum ad deũ eleuationibus/ & similibus fit. nã qui illo modo nõ orat: dei præsentiã nõ sentit. Oremus igitur assidue (quod præcepit apostolus) vt assidue dei præsentiã nobiscũ sentiamus.
11 Vndecimũ. In omni re: gratias agamus deo. siue assint prospera/ siue premant aduersa: gratias agere debem9 deo/ qui nũc mundũ serenitate/ nũc intẽperie gubernat/ nũc mare tranquillitate sedat/ nũc procellis & turbinibus versat/ nũc die/ nũc tenebris mundi regit habenas. si te visitat aliqua noua cognitionis suæ luce: gratias age/ & lauda sanctũ diem visitationis eius. si tibi nichil lucet: gratias ei age/ qui dicit de tenebris splendescere lucẽ/ qui per noctẽ vt per diẽ gubernat. si prospera assunt: gratias age/ laudans eius misericordiã/ quę circa te serenitatẽ suã oriri facit. si aduersa: gratias age/ laudans eius iustitiã/ quæ turbines & motus excitat ad mũdi gubernationẽ. & in omnib9: agnosce dei prouidẽtiã. Q; si peccata occurrũt/ adulteria/ fornicationes/ imũditiæ/ blasphemiæ/ & iniustitiæ õnimodũ genus: in his gratias agere nõ debes/ quia res nõ sunt/ & rei nomine nõ cõpræhendũtur. præcipit eni/ in re õni: gratias agere. res autẽ omnis: creatura est. ipse vero qui creauit: super res õnes est. Et in quocũq̃ & ex quocũq̃ gratias agimus: ordinationis rationẽ habẽt oĩa. nã creaturæ: & quãdã creatoris præbẽt intelligentiam. sic eni sanctus Iob dicebat. si bona suscepimus de manu dñi: mala quare non sustineamus. & in omnibus gratias agebat deo. nudus (dicebat) egressus sum de vtero matris meę: & nudus reuertar illuc. dñs dedit/ dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est. sit nomẽ dñi benedictũ. sanctã imitemur animã & apostoli sequamur præceptũ: & in re õni gratias deo agamus/ oĩa existimãtes quasi dei dona. dona autẽ semper comitari debet gratiarũ actio.
12 Duodecimũ. Nõ extinguamus spiritũ. si quis habet fidẽ/ spem/ dilectionẽ/ deuotionẽ quæ sunt spũs sancti dona: extinguere nõ debemus/ quin potius si possumus augere. gratiæ eni dei in quocũq̃ reperiãtur: magnifaciẽdæ sunt/ & deus venerandus in illis. Si quis habet donũ sapientię & intelligẽtiæ: extinguere nõ debet/ sed in eo se exercere/ deũ magnificãs & illi gratias agẽs. & ita de quibuscũq̃ alijs spũalib9 dotibus. neq̃ qui habẽt/ neq̃ alij (iuxta apostoli sententiã) extinguere debẽt.
13 Tertiũdecimũ. Prophetias nõ contẽnamus. nã prophetiæ sunt ad ædificationẽ. & qui prophetiã contẽnunt: spiritũ dei cõtemnũt prophetiæ authorẽ/ qui scrutatur profunda dei/ & loquitur per prophetas mysteria. & prophetiæ quæ maxime cõtẽnendæ nõ sunt: eæ sunt maxime/ quas ver9 & nouũ cõtinent testamẽtũ. & plenę sunt lucis Christi: tã præteritorũ/ q̃ futurorũ tẽporũ. Verũ multa alia tanq̃ prophetica sunt introducta: quæ prophetica nõ sunt/ & nõ nichil spiritus nequã habẽt prestigiarũ. Iccirco quartũdecimũ subiũgit præ-
14 ceptũ: quod quidẽ est. Vt omnia examinem9: & qđ verũ donũ fuerit & vera prophetia/ retineamus. equidẽ nõ paucos hac nostra tempestate noui/ qui spũs sequebãtur erroris: quos ex prima cõgressione eorũ qui ducebãtur/ suspẽsus erã boni ne an mali essẽt spũs. sed paulatim per plures cõgressiones/ vbi singula apertius detegebãt/ michi singula pẽsitãti atq̃ examinãti: illusiones apparuerũt. cuius rei & eos admonui: qui etiã per aliorum examina/ & quidã etiã proprio periculo/ ita esse repererũt. ad id eni mali: propria curiositate peruenerãt. cũ igitur hæc cõtingũt: tentãda sunt/ probãda/ examinãda. si nõ sufficis examinare: aliorũ te crede examini/ quos dei timor & amor agit/ & nequaq̃ vana curiositas. & examinatione (vt par erit: & de9 dabit facta) si bonũ reperis/ iuxta apostoli sententiã retine. sin minus: repelle. Nã hic pericula sunt multi horroris & formidinis plenissima.
15 Quintumdecimũ. Vt ab omni specie mali: abstineamus. species mali: nõ est species/ sed est informitas. qui igitur hoc iubet/ ab omni informitate nos absterret/ & omne peccatum vetat. Verum si aliqua species est: malum non est/ sed suspitionem mali facere potest. & ab eiusmodi etiam abstinere/ ne alij scandalizentur: non malum est. Verum apostolus non tam ea quæ solam suspitionem mali habent/ q̃ reuera omnia mala & peccata vetat. abstineamus igitur (iuxta eius sententiam) ab omni malo/ & omni peccato. & etiã ob proximi ædificanonẽ/ quantũ in nobis est: ab omni eo quod videretur aut suspicaretur esse peccatũ. His quindeci præceptis positis/ pie orat Paulus pro Thessalonicẽsibus: & bona eis a deo imprecatur/ mutuaq̃ ab eis pro se petit ad deũ

24
orationē/dicens. ℂ Ipſe autē deus pacis ſanctificet vos omnino conſumatos. & integer
ſpiritus veſter/& aia/& corpus: ſine reprǽhēſione ſeruetur in aduentū dñi noſtri IHE-
SV CHRISTI. fidelis eſt qui vocat vos: qui & faciet. Fratres orate pro nobis. ℂ Hac
pia & ſancta īprecatione poſita/& vicaria orationis repēſione petita: ſāctos fratres ſuo
25 nomine ſalutari petit. epiſtolam cū aſtrictione adiurationis in mediū legi: & valefa-
ctionem cū gratiæ dei īprecatione facit/atq; ait. ℂ Salutate fratres oēs in oſculo ſācto.
adiuro vos per dominū/vt legatur epiſtola omnibus ſāctis fratribus. Gratia dñi noſtri
IHESV CHRISTI vobiſcum. Amen. Scripta Athenis. ℂ Quid melius in hoc mūdo
gratia Chriſti: per quā in hoc mūdo occulꝰ habitat ī nobis/in altero ſæculo reuelādꝰ:
qui eſt ōne bonū/huius ergo gratiæ nos pater ęternus/& dñs noſter/& ſpūs eius/ deus
vnus/cū Theſſalonicenſibus beato apoſtolo Paulo pro nobis etiā apud eū interueniēte
dignetur participes efficere & nos/ & ſanctū apoſtolum ſuū exaudire. & cum gratia ſua
laudes ſuas in nobis ponere: quibus ipſum qui omnē excedit laudem/& maior eſt om-
ni laude poſſimus ſine fine laudare. AMEN.
A ℂ EXAMINATIO nonnullorū circa literam. ℂ Vulgata æditio. Vt ſcribamus vobis.
20 ℂ Per infinitiuū loquitur: quod nullā dat intelligere perſonā. ideo diximus vt ſcriba-
tur. Itē & per paſſiuū loquit. Paulꝰ. ὑμῖν γράφεσθαι. ℂ Vulgata æditio. Sicut dolor ī
vtero habentis. ℂ Dolor/nō exprimit vim vocabuli: ſed potius dicendū/dolor partus.
Et non genitiuo/ſed datiuo dicendū: in vtero habēti/vt & prius dictum erat eis. Et id:
in vtero habenti/nō male ad apertiorē intelligentiā verteretur parturiēti. Ei enim quæ
in vtero habet: repentinus & inopinatus ſuperuenit dolor & vehementiſſimus. qui cū
adeſt: parturit/donec aut moriatur/aut pariat. Paulus. ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ
ἐχούσῃ. Vocabulum enim ὠδὶν: proprie dolorē partus deſignat. ℂ Vulgata æditio.
A Omnes eni vos filij lucis eſtis. ℂ Enim: abūdat. Paulꝰ. πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός
21 ἐστε. ℂ Vulgata æditio. Et ædificate alterutrū: ſicut & facitis. ℂ Potuit vetus interpres
B dicere: & ædificate ad vnū vſq;/id eſt ædificate vos mutuo ad vnum vſq;/hoc eſt nullū
22 omittendo. Qui eni per numeros tranſeunt ad vnū vſq;/nullū omittunt numerū: & etiā
ipſam vnitatem/quæ omnē præuenit multitudinem/attingūt. Paulus. καὶ οἰκοδομεῖ-
C τε εἰς τὸν ἕνα. ℂ Vulgata æditio. Vt habeatis illos abundantius in charitate. ℂ Di-
23 ci poteſt ducatis/æſtimetis/ reputetis. Paulus. καὶ ἡγεῖσθε αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπε-
ρισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. ℂ Vulgata æditio. Rogamus autē vos fratres/ corripite inquietos.
ℂ Potius: admonete īordinatos. Paulus. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, νου-
θετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. Vocabulū enim νουθετέω admoneo/ & τάκτος vnde
D ἄτακτος ordinatus/ſtatutus/cōpoſitus/ſignificat. ℂ Vulgata æditio. In omnibus gra
23 tias agite. ℂ Dicitur: in omni/id eſt in re omni. Paulus. ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.
ℂ Vulgata æditio. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos. ℂ Vos: abundat. neq; ad cōcini
tatem orationis faciens/neq; ad intelligentiā. Paulus. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονη-
D ροῦ ἀπέχεσθε. ℂ Vulgata æditio. Ipſe autem deus pacis ſāctificet vos per omnia: vt
24 integer ſpiritus veſter. ℂ Dicendū potius: ſanctificet vos totaliter/omninoq; perfectos/
aut quippiam ſimile. Et etiam dicendū: & integer ſpiritus veſter/nō vt. Paulus. αὐτὸς
δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον τὸ πνεῦ-
μα. ℂ Vulgata æditio. In aduentu domini noſtri IHESV CHRISTI. ℂ Malim hic di-
ci: in aduentū domini noſtri Iheſu Chriſti ad inſinuandam ſucceſſionem/ id eſt vſq; ad
aduentū domini noſtri Iheſu Chriſti. Paulus. ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν.
D ἰησοῦ χριστοῦ. ℂ Vulgata æditio. Vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.
25 ℂ Hæc: abūdat. Paulꝰ. ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελ-
φοῖς. ℂ In codicibus græcis hæc ſubſcriptio inuenitur. Ad Theſſalonicenſes prima:
ſcripta Athenis.

ℂ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI
PAVLI APOSTOLI OCTAVO LIBRO QVI EST
EPISTOLAE PRIMAE AD THESSALONICEN
SES EXPLETO: CHRISTO DOMINO CVM
PATRE ET SPIRITV SANCTO VNI
DEO OMNIVM LARGITORI BO-
NORVM/ GRATIAE IN
PERPETVVM
AMEN.

❡COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER NONVS QVI EST IN SECVNDAM EPISTO. AD THESSA. CAP. I.



Ecundam hanc ad Thessalonicenses epistolã
1 exorditur apostolus: sancte (vt solet) salutan-
do/ atq; ait. ❡Paulus & Siluanus & Timothe
us: ecclesiæ Thessalonicẽsium in deo patre no
stro/ & domino IHESV CHRISTO/ gra-
tia vobis & pax a deo patre nostro & domino
IHESV CHRISTO. ❡Hæc sancta saluta-
tio. Et hæc eadem est cum salutatione primæ
epistolæ. Populus Israel: populus vnus erat in
Iacob. & Idumei: populus vnus in Esau. sic ec
clesia quæ concio & cœtus sacer est: vna est ec
clesia & vna cõcio in deo patre & domino no
stro Ihesu Christo/ in quo spiritus sanctus ima
net & æterne requiescit. Israelitæ omnes secũ-
dum carnem: ex Iacob/ immo ex Abraham &
Isaac in Iacob. & Idumei: ex Esau. sic & eccle-
sia ex deo patre & domino Ihesu Christo i spi-
ritu sancto nata est. probe itaq; i salutatione appellatur ecclesia Thessalonicẽsiũ in deo
patre nostro/ & domino Ihesu Christo. et si spiritus sanctus hic non exprimitur: non ta-
men excluditur. nã continuo: nomine gratiæ/ intelligentia eius subiũgitur. est eni donũ
& consubstantiale charisma dei. & gratia quæ a deo patre nostro et domino Ihesu Chri
sto nobis datur: in spiritu sancto datur. Si non abiero (inquit) paracletus non veniet ad
vos. si autem abiero: mittam eum ad vos. Videri igitur promptum est/ semper in saluta
tionibus: patris et filij et spiritus sancti beatissimum apostolum superdiuinæ trinitatis i-
nuere intelligẽtiam/ et salutare ecclesias in patre et filio et spiritu sancto/ i quibus sunt
createę et recreatę/ genitę et regenitę. nã null9: nisi renascat denuo/ potest videre regnũ
2 dei. Hãc sanctã et diuinam salutationem: sequitur apostoli gratiarum actio/ pro donis
gratiæ dei in Thessalonicenses/ quæ est huiusmodi. ❡Gratias deo semper agere debe-
mus pro vobis fratres/ vt dignum est: ꝙ adaugetur fides vestra/ & multiplicatur vestrũ
omnium cuiusq; adinuicem dilectio. quare nosipsi in vobis gloriamur in ecclesijs dei:
pro patientia vestra & fide/ in õnibus persecutionibus vestris & pressuris. quas sustine-
tis indicium iusti iudicij dei: vt digni efficiamini regno dei/ pro quo & patimini. ❡Glo
riabatur Paulus in ecclesijs dei: in fide/ dilectione/ & patientia Thessalonicensiũ in per-
secutionibus & pressuris eorum. & hæc gloriatio: erat quædam prouocatio sanctæ emu-
lationis aliarum ecclesiarum dei ad fidem/ dilectionem/ & patientiam Thessalonicẽsiũ/
constanter & infracto animo imitandam. & patientia inuicta/ ifracta/ & inuiolabilis cõ-
stantia: nobis sanctos martyres consecrauit/ id est præparauit vt a deo perpetua gloria
sacrarentur & honore. Et fides/ dilectio/ & patientia vna ex parte: signum/ idiciũ & ma-
nifestatio erant iusti iudicij dei. ꝙ ipsi secundum iustum dei iudicium participes fierent
regni dei: pro quo quidem regno patiebantur/ & patientiam/ constantiamq; æquani-
miter in fide & dilectione dei retinebant. Persecutiones autem & pressurę quas et alij i-
ferebant iniuste: alia ex parte signum itidem erant/ indicium ac manifestatio iusti iudi-
cij dei in illos/ qui iniuste eos affligebant. qꝙ deus iusto iudicio: illos digna vltione fe
riret. Cum enim videmus iustos opprimi ab iniustis: vtrinq; habemus idicium et signifi
cationem iusti iudicij dei. horum: seueræ dei punitionis. et illorum: benignę in æternis
bonis consolationis/ vt qui in paucis vexati in multis bene disponentur. alij cõtra par-
3 uo tempore næquitiam suã monstrantes in multis torquebuntur. hoc/ et illud: faciente
iusto dei iudicio. Quapropter subiungit Paulus. ❡Certe iustum est apud deum ijs qui
vos premunt/ pressuram retribui. et vobis qui pressuras sustinetis: requiem nobiscum in
reuelatione domini IHESV de cœlo/ cum angelis potestatis eius. qui in ignea flamma
vindictam dabit in eos/ qui nescierunt deum: et qui non obedierunt euangelio domini
nostri IHESV. qui supplicio cruciabuntur/ interitu sempiterno/ a facie domini et a glo-
ria fortitudinis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis/ et mirificari in omnibus ijs
qui crediderunt/ ꝙ testimonium nostrum creditum est super vos in die illa. ❡Iustũ dei
iudicium exprimit apostolus et in ijs qui saluabuntur/ et pro paucis laboribus in terra/
requie perfruentur æterna in cœlis: et in ijs qui peribunt/ qui pro parui temporis næqui
tia/ inferorum afficientur supplicio/ interitu sempiterno. Qui sursum oculum leuat ad dei

misericordiam:quis non queat consolari/& ad requiem suspirare sempiternã?Quis etiã
oculum demittẽs ad dei iustitiam nõ terreatur & formidet/& suspiret ne in interitũ de-
datur sempiternum?sed feramur:quo spiritus ducit.ducit enĩ ad alta/vbi Christus iust9
iudex omnium est:qui & veniet vindictam facere in flamma ignis/& exurere inimicos
suos/angelos excelsos & superbos / ãgelos dico nõ dei/etsi dei spiritus & creatura sunt/
sed angelos sathanæ/ regis superbiæ & tyranni totius næquitiæ/qui deo rebelles extite-
runt/& pro deo coli voluerunt/& homines omnes filios superbiæ qui deum verum ne-
scierunt.veniet & glorificari in omnibus angelis lucis/& sanctis quos elegit de mundo
cum in mundo visus est/& mirabilis apparere pręineffabili gloria maiestatis suæ om-
nibus qui crediderunt testimonio sanctorum apostolorum/quoꝙ id a deo illis fuerat cõ-
missum.omnibus tamen gloriosus/admirabilis/& plusꝙ augusta maiestate verendus tã
bonis ꝙ malis apparebit: sed gloriam & fortitudinẽ maiestatis eius mali/ neqꝫ angeli/
neqꝫ homines sustinebunt/sed erit eis cruciamentum & interitus sempiternus.boni au-
tem sustinebunt:& erit eis sanitas & vita æterna.Quid enim/nõne oculo ægro: gloria/
&immensitas lucis solis cruciamentum est/orbitas/ & perpetua cæcatio : omnino autẽ
incolumi oculo sanitas & potentiæ fortificatio?sic erit a facie maiestatis gloriæ & forti-
tudinis domini.si quid nunc dæmones vident:a fortitudine gloriæ domini cruciabun-
tur/orbabuntur/& æternis cęcutient tenebris.tunc erũt tenebræ exteriores perfectæ.tũc
completa nox quã occupabit princeps tenebrarum:quam etiam nunc exhorrẽt spiritus
næquitiæ.Quomodo etiam eam nunc mali non perhorrescunt homines/non formidãt/
non palpitant præ tremore:quam etiam perhorrescunt dæmones?O cæci ante tẽpus cæ-
citatis æternæ:surgite/respirate/ confugite ad Christum.Christus est:qui illuminat cæ-
cos.tunc erit absolutus dies:qui nunꝗ diuerget ad occasum/quem illuminabit Christus:
tunc visio quę beatos efficit:nunꝗ deficiet.tunc dilectionis pelagus vnde laus emergit:
nunꝗ diminuetur.tunc præsentia diuinitatis/vnde pendet immortalitas:nunꝗ aufere-
tur.hac in memoria.ista:voluptas.illa:intelligentia fœlix.hac æterno patri.ista : spiritui
sancto.illa:vero filio/verbo/& sapientiæ dei inserimur.his tribus/inserimur vnitati dei
vnice/& discretioni discrete. præsentia inquam/ dilectione/& visione:sed modo(si mo
dus in ijs est:quæ omnem excedunt modum) nobis ineffabili prorsus/ac incognito.Et
ne hæc ineffabilia perderentur:orabat olim Paulus pro Thessalonicensibus/ ne tãta fœ
4 licitate priuarentur.Et nunc etiam pro nobis orat/qui per eum in Christum ineffabilis
gloriæ dominum/ credimus:ne nos eadem ineffabilia bona perdamus/atqꝫ ait.¶Quã-
obrem et oramus semper pro vobis:vt vos deus noster vocatione dignos faciat/ et im-
pleat omni voluntate bonitatis/et opere fidei in potestate.vt glorificetur nomen domi-
ni nostri IHESV CHRISTI in vobis:et vos in eo secundum gratiam dei nostri et do-
mini IHESV CHRISTI.¶Nos ex nobis digni esse non possumus/et vocationi respõ
dere diuinæ/ neqꝫ plenitudinem bonæ voluntatis habere/neqꝫ potenter operari in fide:
nisi deus operetur in nobis/illã efficiat atqꝫ det potestatem/viresqꝫ suggerat quibus glo
rificemus eum/qui aliter eum (vt dignũ est)glorificare nõ possemus/& vt glorificemur
in donis suis.in ijs enim quæ nostra sunt/siue sint opera/siue mores/siue scientiæ huma
næ:gloriosi non sumus/nisi quadam vmbra/et(vt sic dixerim)quadam vanitate glorię.
sed gratiæ dei: gloriosum faciunt glorificantem in eis deum.glorificemus igitur deum:
vt abundantius gratias nobis largiatur ad glorificandum eum/ non vt gloriosi simus
(qui enim seipsum respicit:gloriam perdit)sed vt glorificemus eum quem decet et sup-
B decet omnis gloria in sæculorum sæcula.
2 ¶EXAMINATIO nõnullorum circa literã.¶Vulgata æditio.Quas sustinetis in exẽ-
plum iusti iudicij dei.¶Dicere potuit vetus interpres:exẽplum/sine præpositione.Pres
suræ enim illæ quas iusti/iniuste ab impijs et iniustis patiuntur/indicium sunt iusti iudi-
cij dei:qui nullum malum sinet inultum.Paulus.ἃισ ἀνέχεσθε ἔνδειγμα τῆσ δι-
καιοκρίσεωσ τοῦ θεοῦ.¶Vulgata æditio. Pro quo et patimini. ¶Et id quidem re-
cte.sed plane anceps apud latinos locutio:quid/quo referat/an deum/an regnum.Ve-
rum intelligere debemus referre regnum(regnum enim dei est:ꝙ ipse ab omnibus co-
gnoscatur/desyderetur/ametur/et in omnibus glorificetur)et id aperte cognoscitur ex
græco/vbi non est anceps locutio/quia relatiuum fœminini generis est.quod nõ potest
C nisi referre vocabulum/cui respondet regnum:quod identidem apud gręcos fœmininũ
3 est.Paulus.ὑπὲρ ἧσ καὶ πάσχετε.¶Vulgata æditio.Si tamẽ iustum est apud deũ.
¶Quod hic dicitur.si tamen:potest esse particula assertiua/et intelligẽtię Pauli magis
accommodata.qui nichil in dubio proponebat/sed certificans et asserens: vt qui esset a
spiritu sancto certior effectus atqꝫ edoctus. Paulus. εἴπερ δίκαιον παρὰ τῷ θεῷ.

¶Vulgata ęditio. Cũ ãgelis virtutis eius. ¶Id virtutis eiꝰ: pĩde est ac potestatis. Paulꝰ.
μετ᾽ ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. In flamma ignis dantis vindi
ctam. ¶Ne ignis dantis intelligatur/ & ne dantis non referatur ad Christũ: satius visũ
est orationem per relatiuum & verbum resolui. tunc enim minime anceps videri poterit
D locutio. Paulus. ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν. ¶Vulgata æditio. Qui
3 pœnas dabunt in interitu æternas. ¶Qđ hic dicitur: reuelatio Christi/ & spiritus sancti
est. Et vetus interpres: potius debuit dicere/ in interitu æterno q̃ æternas. Nam in gręco
adiectiuum interitus est. Et eodem casu dicere debuit pœnas & interitum sine præposi-
tione. Paulus. οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον. Acsi diceremus qui sup-
plicium pendent interitum sempiternum. supplicium enim quo conficientur: interitus
ẽ sempiternus. ¶Vulgata æditio. Et a gloria virtutis eius. ¶Hic dicendũ fortitudinis
D eius. Paulꝰ. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Vt digne-
4 tur vos vocatione sua deus noster. ¶Sua abundat: etsi nichil intelligentiæ obest. Pau-
lus. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεὸς ἡμῶν. ¶Vulgata æditio. Et opus
fidei in virtute. ¶Et hic virtute: potestatem dicit. Et accusatiuos vertere possumus
per ablatiuos: vt ĩtelligamus impleat vos deus noster omni volũtate bonitatis & ope-
re fidei. Paulus. καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει.

CAP. II.

DE die reuelationis domini cum ignis ante eum pręcedet/ & inflam-
mabit in circuitu inimicos eius: prælibauit aliqua prius apostolus.
super qua re: sciebat Thessalonicẽses aliquantulum timere & turba-
ri/ tanq̃ propinquus esset dies domini magnus et terribilis. Ideo ne
amplius q̃ par est/ ex ijs quæ præscripsit terreantur: vanum compe-
scit timorem. quia dies domini non prius veniet: q̃ numerus electo-
rũ fuerit impletus/ qui deo cognitus est/ & q̃ reuelatus fuerit homo
5 peccati/ filius perditionis/ qui est antichristus. Atq; hunc in modum
ait. ¶Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri IHESV CHRISTI/
& nostram congregationem in eo: vt non cito dimoueamini a mente. neq; turbemini/
neq; per spiritum/ neq; per sermonem/ neq; per epistolam/ vt per nos: tanq̃ ꝙ instet dies
CHRISTI. Nemo vos decipiat vllo modo. quia nisi primum venerit apostasia/ & reue
latus fuerit homo peccati/ filius perditionis/ qui aduersatur & extollitur supra omnem
qui dicitur deus/ aut simulacrum: ita ꝙ in templo dei tanq̃ deus sedeat/ ostendẽs seipsũ
ꝙ sit deus. Meministis ne: ꝙ cũ adhuc apud vos essem/ hæc dicebã vobis? & nũc quid
detinet/ scitis. vt ille reueletur in suo tempore. nam mysterium iam patratur iniquitatis.
solum qui iam tenet/ quousq; e medio fiat: & tunc reuelabitur iniquus. quẽ dominus eli-
det spiritu oris sui. & illustratione aduentus sui destruet eum: cuius est aduentus secũdũ
operationem sathanæ/ in omni potestate/ & signis & prodigijs mendacij/ et in omni de-
ceptione iniustitiæ in ijs qui pereunt. qui aduersus ea: dilectionem veritatis non susce-
perunt/ vt ipsi saluarentur. & iccirco mittet eis deus operationem erroris ad credendũ
mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati/ sed acquieuerunt iniusti-
tiæ. ¶Hæc est reuelatio Pauli de aduentu antichristi: velata & obscura. Et duos anti-
christos nominibus primæ & secundę bestię sancta reuelat Ioannis apocalypsis. Prima
bestia iam venit: & ille fuit mahumetes qui apparuit sub Heraclio/ & cuius secta adhuc
durat: breui per dei misericordiam funditus ĩteritura. Secũda bestia nõdum apparuit:
de qua magis videtur loqui apostolus. Nec mirum. nam in aduentu primæ bestiæ: apo-
stasia nondũ cõpleta erat. apostasia: defectio/ repudiatio/ & rebellio interpretatur. hanc
apostasiã: defectionẽ monarchiæ Rhomanę in hoc passu sacer ĩterpretatur Athanasius.
Idẽ facit sacer Hieronymus: ad Algasiam vndecim questiones sibi ex apostolo proponẽ
tẽ/ & in vndecima/ huius loci intelligentiam requirentẽ. Item prima bestia non sedit in
tẽplo dei tãq̃ ꝙ esset deus ostẽdẽs: sed solũ prophetã & nũcium dei se appellauit. Rursꝰ
aduẽtus eius etsi in mendacio fuerit: non tamen signa & prodigia fecit/ sed secũda bestia
signorum habebit potestatem. In mendacio quidem fuit vt qui spiritu sathanę plenus:
mentiretur angelorum dei/ & dei familiaritatem/ suam in cœlum vsq; ad thronum dei
ex sancta ciuitate eleuationem/ & secretorum cœlestium cognitionem/ & innumera ta-
lia indigna narratu. et hoc quidẽ cum falsa extasi iumento diabolico phãtastice perdu-
ctus est vsq; ad principem dæmoniorũ. Cuius manus attactu (vt ipse ait) sensit lętale fri
gus/ vt qui vel in hoc se principem mortis esse declarabat. quem & pro vero deo adora-
uit/ comitante eum angelo tenebrarum/ qui se in Gabrielem angelum lucis transfigu-
rabat. perductus est inquam in iumento (talis enim bestia & mittentem bestialitatis
principem/ & ad quem mittebatur bestialem hominem/ decebat) per fictitios tenebrarũ

cœlos/per multicipites/multilingues/ monſtrificos/& multiformes apoſtatas angelos
ſupplicia pendentes/qui & opis eius ſe egere ſimulabant. Et proh ſcelus horrendum/ſce
lus infandum: in illa ſacrilega viſione/vnus eorum in Chriſtũ ſe trãſſigurat/ quaſi opis
eius indigum & ſuffragia eius poſtulantem. catenas videt . ſupplicia videt. deum lau-
dare putat loquentes blaſphemias: principi tenebrarum tribuentes quæ totius maieſta
tis/ immẽſę lucis habitatori debentur domino. & dum profundæ noctis ſecreta videt: ar
cana putat eſſe cœleſtia. Hæc eſt illius viſionis/ & diabolicę ſcenę veritas/& vera inter-
pretatio . Et qui deum Mahumetis colunt: principem tenebrarum colunt. hic: eorum
deus. hunc enim ille adorauit/& huius ſolius fuit nuncius. Neq; de fictitijs cœlis et am
pla eorum efficta magnitudine quiſq̃ miretur. Nam (narrante Philone) nõnulli filiorũ
Iſrael diabolica curioſitate tentati: ſimilibus figmentis illuſi fuere a Chananeis: putan-
tes ſe in media nocte veraciter ſolem videre. & dimiſſo vero ſolis creatore: eum adora-
runt pro vero deo/ qui fictitiũ fecerat apparere ſolem. Nõ etiam mireris de fictitijs an-
gelis & de ſimulato aſtutia ſathanæ Chriſto: cum Valenti monacho ex hiſtoria Heracli
dis ſimile accidiſſe agnoſcatur. Dæmon (inquit) in effigiem ſaluatoris transfiguratus/
nocte ad eum venit cum choro quodam mille (vt finxerat) angelorum/lampades accẽ-
ſas tenentium/& cum flammea rota/in qua ſaluatorem ſedere ſimulauerat/ pręcedente
vno ex ipſis/eiq; iſta dicẽte. Egredere igitur e cella tua/ nichilq; aliud facias/ niſi vt ve-
nientem eminus cernens: inclinans te/ adorare feſtines/ ſic deinceps ad proprium habi
taculum reuerſurus. Egreſſus igitur e cella ſua/ credẽſq; ſe cernere diuina miniſterij cœ-
leſtis officia/ cunctaq; lampadum fulgore rutilantia / & ipſum antichriſtum non vltra
vnius ſpaciũ ſtadij cõſtitutũ: protinus pronus in terra/ & eũ quẽ crederet dominũ ado
rauit. Hęc Heraclides. Ecce quomodo relicto vero Chriſto: tumidus & inſipiens Valẽs/
Chriſti adorauit aduerſarium/& pro veritate ſimulatum phantaſma & ementitum ſimu
lacrum . opera enim dei: veritas ad ſaluandum. diaboli autem : verorum apparentia
ad damnandum. Aduentus igitur illius beſtiæ /& primi antichriſti/ in ſpiritu ſathanæ
fuit in mendacio: ſigna tamen & prodigia non fecit. quod & ipſe de ſe teſtatur . Sed ſe-
cunda beſtia: ſignorum habebit poteſtatem. Et ſeduxit (inquit) habitãtes in terra: pro-
pter ſigna quæ data ſunt illi facere. prima tamen beſtia & primus antichriſtus magnã
habet (vt ex Apocalypſi cognoſcitur) cum ſecunda ſimilitudinem / & illi pręcurrit . vt
ſecunda dicat ſe a prima annunciatã: & ſe eum eſſe quem prima iuſſit adorandum. da-
bit enim ſpiritum imagini beſtiæ : eritq; ſpiritus imaginis beſtiæ in ſpiritu ſatha-
næ . Moſes & Chriſtus: homo/& homo ſupra hominem per plenitudinem dei. prima et
ſecunda beſtia: beſtia/& beſtia infra omnem beſtiam per plenitudinem nequitiæ ſatha-
næ. Sublato prorſus Græcorum imperio: venit Chriſtus. ſublato identidẽ penitus Rho-
mano imperio: veniet ſecunda beſtia/qui eſt antichriſtus . Non ergo tam iuſtam habe-
bant timoris cauſam Theſſalonicenſes: q̃ nos vicinum timere debemus hominis pec-
cati & filij perditionis aduentum. cum ad ſignum Pauli/ monarchiam Rhomanã: ad-
mouemus oculum. Vbi nunc queſo: monarchia/vbi qui in ea: mundi regit habenas/cũ
& videamus monarchiæ caput: etiam ab ea deficere. quã obſecro Rhoma: ſuo regi/ſuo
monarchę præbet obedientiam/& neſcio quibus temporibus: potuit maior defectio ap
parere. Sed cum Mahumetes ſit beſtia beſtiæ & antichriſtus antichriſti: nichil abſurdũ
fuerit ſi propemodum quæ adduxit apoſtolus videantur ei conuenire. Quis negabit ho
minem eſſe peccati/ & filium perditionis: qui regno Chriſti & dei/ad ęternam perditio-
nem detraxit Africam/ Aſiam/ & magnam partem Europæ/ quæ & a Rhomano apoſta-
ſiam per tantam amplitudinem terrę fecit imperio/Q uis tam aduerſarius Chriſto vnq̃
ſurrexit / Quis tã extollitur ſupra õnẽ qui dicitur deus. pater dicitur deus: & vere eſt. fi-
lius dicit̃ deus: & vere eſt. ſpiritus ſanctus dicitur deus: & vere eſt. & hi tres reuera deus/
& vnus deus. at patrẽ negat deũ/ filiũ negat deũ / ſpiritũ ſanctũ negat deũ. tres negat/
& Chriſtum deum negat. & ſe extollit ſupra Chriſtũ. ſe extollit ſupra angelos. Pro Chri
ſto/pro angelis ſupplicibus/& etiam dæmonibus/vt ſuperior: ſe oraſſe mentitur. nonne
igitur extollitur ſupra omnẽ qui reuera dicitur deus/ & cum ſupra angelos & dęmones/
ſupra etiam eos qui opinione dij habebantur/De idolis non eſt opus mentionem fieri.
Nam omne damnauit ſimulacrum. Eius ſolum idolum id eſt ſarcophagum penſilẽ/in-
fœlicibus oſſibus plenum/& multis idolis pernicioſius: ſtultus & beſtialis veneratus eſt
populus. venerationis locum in fœlice Arabia/immo eo ipſo infœlice Mecham appel-
lãt. Verum vt Chriſtus ſpiritu oris ſui diſſoluet & perdet futurum: ſic idolũ illud (ſi vera
ſunt quæ narrata audiui/& audita etiam ſcripta legi)ſpiritu fulmineo iam deiecit/ cui
paret machina mundi / ad quæcunq; velit ſemper ſeruire parata . Vidi ego virum Fel-

eine nunc ferme (nisi fallor) vicesimus agitur ãnus. ille sacco induebatur/nudo capite/ nudis pedibus semper incedens/ vimine itorto cinctus/ crucẽ ligneã in manu baiulãs/ nullũ frigus/nullas niues (quæ tunc maximę erant) perhorrens/de sacello in sacellũ discurens/ vbi si ostia nõ paterent/in niuibus genua flectens & orans. cibus eius olera & panis: post multorum dierum inediam. aqua: potus. terra: lectus. Hũc inquã virũ ferũt septem annis Constãtinopoli seruitutem in confessione nominis Christi pertulisse. post quod tempus cũ mercatoribus Turcarũ qui cũ agnoscebãt/ & ob simplicitatẽ morũ & fidelitatẽ seruitij profectus est Mechã. illis vero templũ ĩgressis: vna & ipse ĩgressus est. & flectentibus genua ante feretrum bestiæ: & ipse flexit. adorarũt bestiã: ipse vero tacita oratione Christum. quẽ & tunc cum lachrymis precatus est: vt virtutis suæ signum ostẽderet/ & corpus illud deijceret quod tot in perditionẽ seduxerat populos/ & lumine gratiæ suæ terram illam illustraret/ vt homines eum cognoscerent/ & darent vero deo gloriam qui solus gloria dignus ẽ. excũtẽ e templo: exploratores depræhẽderunt/ vt serra lignea eum mediũ secarẽt. Nam hæc pœna est audẽtibus templum ingredi: qui alięna q̃ Mahumatea secta sunt. ipse vero exultãs: pro nomine Christi/ sectionẽ patiẽter expectabat. at mercatores rigorẽ flexerunt precibus: & dono eum receperunt insectũ. multum enim eis & camelis eorũ: in via præbuerat famulatum. Abeuntibus igitur eis: missum fulmen e cœlo feretrum (vt a domino virtutis petierat signũ) decutit/ quassat/ imminuit. Hæc & audiui: & etiã scripta legi. vnde & Turcę cõiectant breui legẽ suã finiturã. Ecce (si hæc vera sunt) qui in typo sedebat ĩ templo & adorabatur quasi deus/ & extollebatur supra Christum/ & omnem qui dicitur deus: iã deiectus est/ iã spiritu Christi elisus cecidit/ cuius aduentus fuerat secundum operationẽ sathanæ/ & signa & prodigia emẽtita omnia ad seductionẽ iniustitiæ ijs qui pereunt. signum etenim illud emẽtitũ erat: quod multos ad iteritũ rapiebat/ sarcophagũ illũ pensilẽ videntes/ & diuina virtute fulciri putantes. Pensilẽ dico in aere: cuius rei simplex populus nesciebat cognoscere causã. aut si nõ simplex/ propter superstitionẽ tamẽ nõ audebat cogitare. Sic & simplicibus & nõ simplicib9 erat signũ & prodigiũ mẽdax ĩ perditionẽ animarũ. Nũc autẽ post fulmineam sepulchri infœliciũq; ossium conflagrationẽ: dicunt corpus eius esse in Medinatalabi Arabiæ desertæ. vbi delubrum eius visitur longũ passus 100/ latum 80/ quadrigentis suffultum colũnis/ lampades pensiles perpetuo accẽsæ ad 3000 numerũ. Sed nonne & hic extolli videtur supra sacrosanctum sebasma/ supra sanctum sanctorũ quod vere colitur/ & omnẽ reuera sanctam teletam & consumationem/ cui honor reuerẽtiaq; debetur/ vbinam gentiũ tantus apparet venerationis fastus/ Admissis ad ferale spectaculum/ eruuntur oculi: & iure quidem tanq̃ qui nunq̃ deum sunt visuri. At Christus sacrosanctæq; eius teletæ/ his corruptibilibus non indigent luminibus/ quibus innumera semper affulgent æterna. et qui vident beati sunt oculi/ & nequaq̃ eruẽdi: vt qui deum perenniter sunt visuri. Quid igitur restat nisi cũ apostasia & defectio monarchiæ Rhomanæ completa fuerit: veniat secunda bestia/ secundus homo peccati/ & filius iniquitatis: de quo hic loquitur Paulus/ cui data est potestas signorum in quo omnia hæc manifestiora erunt q̃ in prima bestia/ quæ malitię istius fuit typus/ quẽ & dominus Ihesus elidet spiritu oris sui/ & destruet illustratione aduentus sui/ euangelio pacis in vniuerso orbe prædicato/ cognito vero/ atq; recepto. Fœlices qui tunc erunt tantæ fœlicitatis a deo electi ministri: magna etiam fœlicitas ijs qui immobiles stabunt in fide Christi tam vita q̃ confessione/ neq; etiam dum instabunt tempora illa dimouebũtur a mẽte sua/ neq; disturbabũtur/ sed firmiter adhærebũt Christo vt immobili monti/ pacem eius & serenitatem retinentes/ & gratias ei semper agentes pro magna erga se dei miseratione. Quod
6 & ita esse Thessalonicẽsibus/ exultat in spiritu Paulus/ & hortatur immobiles stare/ au
xiliumq; diuinum ad hoc eis imprecatur/ dicens. ¶ Nos autem debemus gratias agere
deo semper pro vobis fratres dilecti a domino: quoniam miseratus est vos deus in salu
te primitiarum/ in sanctificatione spiritus/ & fide veritatis. ad quod vocauit vos per
euangelium nostrum in acquisitione gloriæ domini nostri IHESV CHRISTI. igitur
fratres state/ & tenete traditiones quas edocti estis: siue per sermonem/ siue per epistolã
nostram. Ipse autẽ dominus noster IHESVS CHRISTVS & deus/ & pater noster qui
dilexit nos/ & dedit consolationem æternam/ & spem bonam in gratia/ cõsoletur corda
vestra/ & cõfirmet vos in omni sermone & opere bono. ¶ Qz saluati sunt/ q; saluantur
& saluabuntur homines quicunq; fuerint: sola dei miseratio est/ quam sequitur salus/
sanctificatio spiritus/ & fides veritatis. & hæc imprimis vocatis qui sunt primitiæ/ in successoribus eorum/ & in vltimis temporibus sæculorum. omnia enim & tempora & sæcula: compræhendit miseratio. & non solum comprehendit: sed etiã capi vult. alioqui non,

omnes in magna dulcedine inuitaret dicens. venite ad me omnes qui laboratis & one-
rati estis: & ego reficiam vos. qui dicit omnes: nullos excludi vult. Ergo sancta euange-
lia sequamur/ sanctam Pauli institutionem amplectamur: et adueniat omnibus sancta
imprecatio eius. vt dominus noster Ihesus Christus/ et pater noster qui dilexit nos (si enim
nõ dilexisset: quomodo vocasset?) et dedit consolationem spiritus/ et spem æternorũ bo
norum/ qua nulla potest/ neq; esse/ neq; cogitari melior/ dedit quidem non ex operibus
nostris/ non meritis nostris/ sed per gratiã suam: consoletur omnium corda/ et cõfirmet
in õni sermone et opere bono. vt bonis angelis similes in bono õni cõfirmatis: gloriã ei
A demus et perpetem laudem/ qui est superbenignus/ superpius/ et supermisericors in om-
nes et super omnes qui inuocant nomen eius. Amen.
5 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶ Vulgata ęditio. Et nostræ congrega-
tionis in eo. ¶ Potius dicendũ et nostram congregationem in eo: vt intelligatur referri
ad per/ sitq; sensus. rogamus vos per aduentum domini nostri Ihesu Christi/ & per no-
stram congregationem in eo. nunquid enim diceremus & per aduentum congregatio-
nis nostræ in eo? Sane aduentus Christi apte dicitur: sed aduentus nostræ congregatio-
nis/ non sic apte. Et allucinatio veteri interpreti accidit: quod in græco nostræ cõgregatio-
nis genitiuus est. Sed debuit etiam tunc aduertere præpositionem ὑπὲρ quam traduxit
per/ perinde atq; διὰ genitiuum requirere: per autem apud nos/ exposcere accusatiuũ.
Paulus. καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. quasi diceret καὶ ὑπὲρ siue διὰ ἐ-
πισυναγωγῆς. ¶ Vulgata ęditio. Vt nõ cito moueamini a vestro sensu. ¶ Vestro: abũ
dat. Et mente potius dicẽdum: quam sensu. Paulus. εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑ-
μᾶς ἀπὸ τοῦ νοός. ¶ Vulgata æditio. Neq; per epistolam tanquam per nos missam/ quasi
instet dies domini. ¶ Missam: abundat. Et in fine dicendum est Christi/ non domini. Et
dicit per epistolam vt per nos. quia superiori capite mentionem fecit de illa terribili die.
ex quo terreri non debebant Thessalonicẽses: quasi instaret e vicino dies illa vniuersalis
domini. Et quot spiritus reperti sunt mendaces in ore illorum: qui de illo die prædice-
re voluerũt? qui decepti non fuissent per mẽdacem spiritum: si pręceptum hoc Pauli se-
qui voluissent. Paulus. μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡ-
μέρα τοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Quoniam nisi venerit discessio primum. ¶ Hic
Paulus habet apostasia. Et apostasia hæc: defectio ab imperio Rhomano intelligitur.
quæ quãdo venit Mahumetes homo peccati: maxime cœpit. Et a Christo pariter magna
facta est apostasia. est enim bestia prima & draco loquens blasphemias/ & mẽdacia: qui
in Apocalypsi mõstratus est. Det deus: vt ĩ breui hæc vtraq; resartiatur apostasiæ plaga/
cũ iperij tũ fidei. Paulus. ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον. ¶ Vulgata æditio.
Et extollit̃ supra õne quod dicitur deus/ aut quod colitur. ¶ Potius masculino genere supra
omnem qui dicitur deus. Et quod dicitur/ quod colitur: vno verbo dici potest simulacrũ.
quamuis & sebasma id omne proprie significet cui venerationis honor reuerẽtiaq; debetur.
& sic apud nos Christi altare/ sacrum chrisma/ sanctum sanctorum visibilibus signis in
augustissimo eucharistiæ sacramento contectũ/ & calix benedictionis/ totius mũdi sub
sacrosanctis velaminibus continens precium: reuera sunt sebasmata. supra quæ gẽs im-
pura extollit impuri antichristi/ hominis peccati/ & filij perditionis memoriam: & ĩpu-
rissimæ doctrinæ mendacissimũ Alchoranũ supra sacrosanctũ & veracissimũ euãgeliũ.
Paulus. ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα. ¶ Vulgata æditio. Ita vt ĩ tẽplo
dei sedeat. ¶ Deest particula tanquam deus. dicendumq;: ita vt in templo dei/ tanquam deus se-
B deat. Paulus. ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι. ¶ Vulgata
5 æditio. Num retinetis. ¶ Illud retinetis designat in memoria habetis/ siue meministis.
Paulus. οὐ μνημονεύετε. ¶ Vulgata æditio. Nam mysterium iam operatur iniquita-
7 tis. ¶ Operatur: passiue accipitur. quod perinde est acsi diceretur: mysterium iam patra-
tur/ fit/ admittitur. verum quia operor parum passiue capi solet apud nos: malui dicere
patratur/ quod duntaxat passiuam & non ambiguam habet significationem. Paulus. τὸ
γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. ¶ Vulgata æditio. Tantum qui te-
net nunc teneat/ donec de medio fiat. ¶ Teneat: abundat. Et Paulus ex sententia
obscuram habet expressionem. Nam de defectione imperij Rhomani quæ erat si-
gnum aduentus filij perditionis/ hominis peccati/ & antichristi etiam admodum
insignis (antichristi enim multi sunt) non erat tutum aperte loqui/ neq; spiritus san-
cti voluntas: etsi verbo plura de ijs apud eos prophetauerat, per quæ etiam obscu-
riorem Pauli de eisdem rememorationem intelligere poterant. Paulus. μόνον ὁ κατέ-
χων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. ¶ Vulgata æditio. Quem dominus IHESVS in-
terficiet spiritu oris sui. ¶ Ihesus: abũdat. Paulus. ὃν ὁ κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύ-

ματι τοῦ ϛόματοσ ἀυτοῦ. ¶ Vulgata æditio. In omni virtute/ & signis & prodigijs
mendacibus. ¶ Virtute: potestatem dicit. Et mendacij: dicere potuit vetus interpres.
Nam & sic græce genitiuo neutro singulari habetur. Paulus. ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ
σημείοισ καὶ τέρασι ψεύδουσ. ¶ Vulgata æditio. In eo q̄ charitaté veritatis nō
receperūt. ¶ Dicendum: contra quæ dilectionem veritatis non susceperunt. contra quæ
C dico signa/ & prodigia mendacij. Paulus. ἀνθ᾽ ὧν τὴν ἀγάπην τῆσ ἀληθείασ ὀυκ
5 ἐδέξαντο. ¶ Vulgata æditio. Sed consenserunt iniquitati. ¶ Vetus interpres in hoc ca
pite tribus in locis nomen posuit iniquitatis. illic: mysterium iam operatur iniquitatis.
istic: in omni seductione iniquitatis. & hic: sed consenserunt iniquitati. Sed non idem
apud Paulum vocabulum. nam primo loco: ἀνομία nominatur/ duobus autem po-
stremis: ἀδικία. & illud: vbiq; iniquitas. hoc: passim iniustitia interpretari solet. Quare
malumus vt Paulus variare: & primo loco dicere iniquitatis/ sequentibus autem locis
C iniustitiæ. Paulus. ἀλλ᾽ εὐδοκήσαντεσ ἐν τῇ ἀδικίᾳ. sed complacentes in iniusti-
6 tia. quod non procul est ab eo quod est: iniustitiæ acquiescentes. ¶ Vulgata æditio. Fra
tres dilecti a deo: q̄ elegerit nos deus. ¶ Dicendum: a domino. Et potius q̄ miseratus
est vos deus per secundam personam. Paulus. ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου
ὅτι εἵλετο ὑμᾶσ ὁ θεόσ. Sunt etiam exemplaria græca quæ habent nos primā per-
sonam. εἵλετο ἡμᾶσ. & vtraq; intelligentia accōmodabilis. Veræ enim primitiæ fue-
D runt apostoli: inter quos Paulus & discipuli domini. qui intelliguntur: si dicitur nos per
6 primam personam. ¶ Vulgata æditio. In qua & vocauit vos. ¶ Potius in quod vel ad
quod vocauit vos. est enim relatiuum neutrū singulare. ad quod/ ad quam rem/ scilicet
salutem in sanctificatione spiritus/ & in fide veritatis. Q̄ si vis/ habeat antecedens/ id
est ad quod referatur expressum: referretur ad spiritum/ cuius vocabulum apud Græcos
neutrum est. sed apud nos masculinum esset/ et esset dicēdum: in quo & vocauit/ in quo
scilicet spiritu sancto. non igitur in qua fœminine: sed in quo masculine dicendum esset.
Paulꝰ. εἰσ ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶσ. ¶ Vulgata æditio. Et tenete traditiones quas didici-
stis. ¶ Potius quas edocti estis. Paulus. ἃσ ἐδιδάχθητε. ¶ Vulgata æditio. Exhortetur
corda vestra. ¶ Potuit vetus interpres dicere consoletur corda vestra: cum paulo supra
ex eodem vocabulo dixisset consolationem παράκλησιν. vbi dixit & dedit consola-
tionem æternam. & consequens quoq; erat vt ex eodem vocabulo dixisset: consoletur/
παρακαλέσαι. Paulus. παρακαλέσαι ὑμῶν τὰσ καρδίασ. ¶ Vulgata æditio.
In omni opere & sermone bono. ¶ In græco vocabula sunt transmutata: sermone præ-
cedit/ opere subsequitur. Paulus. ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. CAP. III.

VT membra se mutuo iuuant in animalis corpore/ & membrum pro mem
bro solicitum est: ita in corpore Christi sibi mutuo adesse debēt/ & pro se-
uicē esse solicita. Quapropter & Paulus orationem Thessalonicensiū po
7 stulat erga deum: vt ædificatio corporis Christi crescat per liberū euange
lij cursum/ & propriā pro eis solicitudinē erga deū ostendit/ atq; ait. ¶ Ce
terū orate pro nobis fratres: vt sermo domini currat/ & glorificetur/ quē-
admodum & apd vos. & vt liberemur: ab absurdis & malis hominibꝰ. nā
non omnium est fides. Fidelis autē est dominus: qui confirmabit vos/ &
custodiet a malo. Persuasum autem habemus de vobis in domino: q̄ quæ mandamus
vobis/ & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in dilectione dei/ & ī pa
tientia CHRISTI. ¶ Quę nam sunt quæ mandat eis/ quę persuasum habet q̄ obseruēt/
q̄q; obseruaturi sint? Vnū est dilectio dei: quæ primū cōtinet mādatū/ & sibi cōnectit
secūdū. quomō enī eū diligis: cuius imaginē odis? quomō diligis patrē: cuius odis filiū?
Secūdū ē patiētia/ expectatioq; Christi. similes enī oēs esse debemus hominibus expe
ctātibus dominū suū: quādo reuertat̄ a nuptijs/ accincti renes/ semper parati ad egrediē
dum hunc mundum/ tenentes lucernas bonorum operum āte deum & homines lucen
tium/ in manibus nostris/ occursuri sponso æterno e cœlestibus nuptijs/ nobis primum
non per prænuncia symbola/ sed per seipsum apparituro/ & nos approbaturo vt bonos
& vigiles seruos/ aut nos accusaturo vt malos & desides. Misericordia eius faciat: vt ipse
8 nos vigiles & expeditos in illo suo aduentu comperiat. Sed & sunt alia quæ & aposto-
lus persuasus est obseruare Thessalonicenses: quę & subinde prosequitur dicens. ¶ Mā
dauimus vero vobis fratres in nomine domini nostri IHESV CHRISTI: vt vos p̄cul
absitis ab omni fratre inordinate ambulante/ & non secundum traditionem quam acce
perunt a nobis. Ipsi enī scitis: quomodo oportet vt nos imitemini. quia nō īordinate ver
sati fuimus in vobis/ neq; gratis comedimus panē apud aliquē. sed in labore atq; pœna/
nocte dieq; operantes: ne cuiq̄ vestrum essemus grauamini. non q̄ non habuissemus

potestatem:sed vt nosipsos exemplum præberemus vobis/vt imitaremini nos.nã & cũ
essemus apud vos/hoc mandauimus vobis:q si quis non vult operari/neq; manducet.
¶Alia quę mandat non suo/sed Christi nomine sunt:vt hæc mandata non ipsius/ sed
Christi mandata esse intelligamus.Primo quidem vt declinemus cõuersationem eorũ: 1
qui inordinate viuunt.ij autem inordinate viuunt: qui formam viuendi eis præscriptã
ab apostolo/immo ab euangelio Christi/sequi contẽnunt. quod maxime faciunt ij : qui
ociose viuunt/nichil operantes.verum etiam etsi homines tãta fortuna sunt/vt ex cen-
su & redditibus proprijs viuere possint:inordinati tamen & ociosi viuere non debent.
sed aut actionibus intendere in operationibus virtutũ:siue hoc in priuatis/vt sunt ope-
ra liberalitatis/& officia rei domesticæ bene gerendæ/siue ĩ publicis vt in aliqua ciuita
tis politia atq; administratione publicæ iustitiæ/& aliarum virtutum ciuilium . qui enĩ
proprijs rebus bene gerendis inuigilant/aut publicis quæ ad bonum omnium spectãt/
probe incumbunt:nequaq̃ inordinate incedunt/neq; ociose viuunt gratis panem suum
manducantes/sed honorifice/Abraham & sanctos patres qui diuites & iudices fuerunt
imitãtes.tametsi enim assint tibi bona ex illa ampla manu dei/quæ omnibus prouidet:
non vult tamẽ vt gratis & ociose illis vtaris/sed vult vt eã imiteris.quæ si quãtulũcũq;
esset ociosa:cuncta deficerent.ergo qui operãtur:prouidentiæ filij sunt.qui autem ocio-
si:degeneres se produnt/& prouidentia indignos.& eiusmodi declinare oportet. Secun 2
dum.Nõ solum declinemus ociosos:sed & nosipsi caueamus esse ociosi/etiã si possumus
in ijs quæ ad rem familiarẽ et proprium victum pertinent.Nam si publicis intendis di-
rectionib9 / siue humanis siue diuinis quod poti9 est:licet ex publicis viuere possis/per-
fectius tamẽ ẽ si illis intendens/ex re familiari viuas.Quod suo exemplo docebat apo-
stolus Paulus/Barnabas/& qui cũ eis erant:qui vicissim die noctuq; operabantur.Quis
enim dubitat/cum Paulus in opera publica erat:alios domi priuatis rebus intendere &
operari/& Paulum nocte magis q̃ die operari/& id ipsi faciebant per vices:omnes pro
virili quando licebat publicis institutionibus & omniũ optimis (nam diuinis) intendẽ
tes.quas cũ nõ exercerent:priuatis intendebant.non q nõ liceret eis ex publicis viue-
re:sed vt se præberent exemplum/vitæ ociosæ penitus fugiendæ . hæc est enim Christi
voluntas/hoc est Christi mandatum:vt nemo viuat ociosus. ille autem ociosus est: qui
neq; publicis directionib9/siue humanis/siue diuinis/neq; vllis priuatis vt viuat ĩtẽdit
9 occupationibus.quales rumore acceperat apostolus nonnullos esse apud Thessalonicen
ses.Et ideo subdit.¶Audiuimus enim quosdam inter vos inordinate ambulantes/ nichil
operantes:sed superflue degentes.ijs vero qui eiusmodi sunt/mãdamus/& eos obsecra-
mus per dominum nostrum IHESVM CHRISTVM:vt cum silentio operantes/panẽ
suum manducent.Vos autem fratres:nolite cessare bonum facere Si quis autẽ non obe
dit sermoni nostro per epistolam : hunc notate/& nolite conuersari cum eo / vt vere-
cundetur. & non vt inimicum existimate:sed admonete tanq̃ fratrem.¶ Membrũ cor-
poris etsi ęgrotat/si stupidũ/si torpidum & ociosum est:non statim relinquendum.sed be
nigne succurrendum ei est a cæteris membris:si forte vtile fiat/& proprium cum cęteris
membris habeat officium / & nequaq̃ sit iners et ociosum . ita & de membris cor-
poris Christi faciendum . si aliquod apparet ociosum:tentandum est reducere ad ali-
quod opus/vt corpori Christi vtile sit/& cum cæteris membris habeat vsum.quod si tã-
dem reduci non potest ad aliquod opus:mortuum est/et ei timẽdũ : ne ab inuisibili vir-
tute ab illo sacro corpore sit resectum.omni tamen diligentia non vt inimico sed tanq̃
amico & fratri succurrendum est ei:ne pereat. sic enim vult Christus:quæ sunt aut quæ
fuerunt sui corporis membra/tractari.rationem semper capitis habeamus:& cuius cor-
poris membra inuicem sumus.vnum baptisma/omnes nos vnum corpus effecit : vt &
vno spiritu viuamus/vt omnium inuicem dilectio sit & amicitia/& ad nullum odiũ aut
inimicitia.vnus regenerans:nos omnes inuicem fratres effecit.fratres autem: maxime
concordia decet et pax.& maxime eos fratres:quorum pater pax ipsa est/author & do-
minus pacis.hac itaq; posita admonitione fraternæ dilectionis:sanctã pro valedictione
imprecationem diuinæ pacis optat Thessalonicensibus.Et propriæ scripturæ signum/
quo propria manu vti solebat:cum sua salutatione apposuit/vt certiorẽ haberent episto-
10 lam/& nequaq̃ putarẽt ascriptitiam.immo & ex hoc si quæ nomine apostoli fictæ essent:
agnoscere possent/atq; repudiare. Ait ergo. ¶Ipse autem dominus pacis:det vobis pa
cem semper/in omni modo.Dominus cum omnibus vobis.Salutatio:mea manu Pau-
li.quod est signũ in omni epistola.sic scribo.Gratia domini nostri IHESV CHRISTI
cum omnibus vobis.Amen.Secũda ad Thessalonicẽses/ scripta Athenis.¶Signum il
lud fœlicis manus apostoli dei:solum ijs cognitũ fuit/qui epistolas propria manu eius

scriptas legerunt. originales enim & archetypę illud habebant: non autem illę quæ ex archetypis illis sunt desumptæ/ etsi fidelissime sunt desumptæ. sic enim fieri solet & de alijs: quæ ab originalibus quibusuis desumũtur/ peculiaria authorũ manualia retinentibus signacula. Et gratiã dei quæ est principiũ & finis nostræ consummationis/ in calce epistolæ: pro sua consuetudine imprecatur Paulus. Cuius nos totius gratiæ largitor & author Christus dñs participes efficiat: qui ante omnia sæcula genitus in splẽdore sanctorum omniũ/ benedictus & superbenedictus sit/ sicut est/ fuit/ & erit ab omnibus sanctis in omnia sæcula sæculorum. AMEN.

A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. De cætero fratres
7 orate pro nobis: vt sermo dei currat & clarificetur. ¶Dicendum: domini. Et dici potest
glorificetur. & idipsum est: honorificetur/ magnificetur/ illustretur. Paulus. τὸ λοιπὸν
προσεύχεσθε ἀδελφοὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ, καὶ
δοξάζηται. ¶Vulgata æditio. Et vt liberemur ab importunis. ¶Vocabulum hic a lo
co deductitiũ est: acsi diceremus ab ijs qui locũ nõ habent/ qui absurdi sunt/ & irratio
nabiles. Paulus. καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων. ¶Vulgata æditio. Confi
dimus autem de vobis fratres in domino. ¶Dici potest: suasum autẽ habemus de vo
bis. Et fratres: abũdat. Paulus. πεποίθαμεν δὲ ἐν κυρίῳ ἐφ᾽ ὑμᾶς. ¶Vulgata ædi
tio. Quoniam quæcũq; præcipimus & facitis/ & facietis. ¶Deest: vobis. dicendũq; quę
cunq; præcipimus/ siue mãdamus vobis. & id vltimũ mansuetius & benignius. Paul9.
ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε, καὶ ποιήσετε. ¶Vulgata æditio.
B Denunciamus autẽ vobis fratres. ¶Hic idem vocabulũ/ quod paulo ante vetus inter
6 pres interpretatus est præcipimus. Quid tam varie/ & tam vicine idem vocabulũ inter
pretatur? Potuit itaq; dicere: mandamus/ siue denunciamus/ primo loco. Paulus. πα
ραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοί. ¶Vulgata æditio. Quoniã nõ inquieti fuim9 in
ter vos. ¶Potius dicendum: non inordinate versati sumus inter vos. Paulus. ὅτι οὐκ
ἠκτήσαμεν ἐν ὑμῖν. ¶Vulgata æditio. Neq; gratis panẽ manducauimus ab aliquo.
¶Si esset manducauimus/ siue comedimus panẽ: potius esset dicendũ apud aliquem.
Neq; id moueat q̃ παρὰ genitiuũ habet & nõ datiuũ. nã id aliquãdo cõfũditur. Verũ
& i aliquib9 exẽplarib9 habet/ neq; gratis panẽ accepimus ab aliquo/ hoc pacto. οὐδὲ
C δωρεὰν ἄρτον ἐλάβομεν παρά τινος. In alijs aũt ἐφάγομεν. ¶Vulgata ędítio.
8 Nõ quasi nõ habuerim9 potestatẽ. ¶Dicendũ nõ q̃ nõ habuerim9/ vel nõ habuissem9
potestatẽ. præsens tamen indicantis verbũ est apud Paulũ. Paulus. οὐχ ὅτι οὐκ ἔχο
C μεν ἐξουσίαν. ¶Vulgata æditio. Audiuimus enim inter vos quosdã ambulantes in
9 quiete. ¶Dicendũ: audimus per præsens. Et inordinate: vt superiori capite annotatum
est. Paulus. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως. Et illud i
ordinate: hoc est ociose/ & nichil operantes. quod per particulam/ quã subnexuit: indi
cauit apostolus. ¶Vulgata æditio. Ijs autẽ qui eiusmodi sunt: denũciamus & obsecra
mus in dño IHESV CHRISTO. ¶In secunda particula resumpsimus eos: q̃ denun
ciamus siue mandamus vna ex parte & obsecramus ex alia apud latinos eundẽ casum
non postulẽt. sed hoc: accusatiuũ. illud vero: datiuum. resumere igitur relatiuum (etsi in
Paulo nõ resumatur) locutioni latinæ magis cõgruit. Et potius: per dominũ/ dicendũ.
Paulus. τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ κυ
D ρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. ¶Vulgata æditio. Sed corripite vt fratrem. ¶Dici po
9 test: sed admonete. Paulus. ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. ¶Vulgata æditio.
D Det vobis pacem sempiternã in õni loco. ¶Græce habetur: det vobis pacẽ semper/ in
10 omni modo. Paulus. δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. Et
apud Græcos subscriptio habetur. Ad Thessalonicenses secunda/ scripta Athenis.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI/ NONO LIBRO QVI EST EPISTOLAE SECVNDAE AD THESSALONICENSES EXPLETO: CHRISTO DOMINO CVM PATRE ET SPIRITV SANCTO/ VNI DEO OMNIVM LARGITORI BONORVM/ GRATIAE IN PERPETVVM AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER DECIMVS/ QVI EST IN EPISTO. PRI. AD TIMOTHEVM. CAP. I.

PRIMA hęc ad Timotheum epiſtola priuata eſt:
ſed publicam cōtinet inſtitutionem. Et præmit-
1 tit vt ſolet ſanctam ſalutationē apoſtolus/ dicēs.
¶Paulus apoſtolus IHESV CHRISTI/ ſecū-
dum īperium dei ſaluatoris noſtri/ & dñi IHE-
SV CHRISTI ſpei noſtrę: Timotheo ingenuo
filio in fide/ gratia/ miſericordia/ pax a deo pa-
tre & CHRISTO IHESV dño noſtro. ¶Hac
ſancta ſalutatione poſita: cauſā Timotheo ape-
rit/ cur eū relinquere voluerit Epheſi/ cum trāſ-
miſſo Aegeo mari/ profectus eſt in Macedoniā.
2 & narrationem: litera ſatis continet aptam. Di-
cit itaq;. ¶Sic rogaui te vt remaneres Epheſi/
cum proficiſcerer in Macedoniam: vt præcipe-
res quibuſdam/ ne varie docerent/ neq; intēde-
rent fabulis/ & genealogijs interminatis/ quæ
queſtiones pariunt magis q̄ gubernationem dei in fide. ¶Quid eſt ne varie docerent:
niſi/ ne aliter q̄ euangelicum dogma quod a ſpiritu ſancto eſt/ docerēt? Præterea iudęi
multas fabellas habebant/ & genealogias indeterminatas: in quibus volebant potius
intendere eos quos inſtituebāt/ q̄ ad diuinæ legis intentionē atq; finem. Non eſt enim
finis legis: ſcire huiuſmodi figmenta/ qualia ſunt innumera in Talmuth iudæorū/ neq;
genealogias eorum quæ a nullo ad amuſſim ſunt traditæ/ ſed altercationes generāt nō
ædificationē. Etiam ſi genealogiam Sem vſq; ad Abraham ex geneſi/ & eandē ex Lu-
ca deducere velis: non niſi altercationem pariet/ & nodum quem ex traditis diſſolue-
re nō poſſis. cuius rei ex ſeptuaginta: concordia cognoſcitur. & caput geneſeos vbi de-
ſcribitur genealogia Sem mancū eſſe/ atq; ita nobis eſſe legendū. Vixitq; Sem poſtq̄ ge-
nuit Arphaxat/ 500 ānis & genuit filios & filias/ & mortu9 ē. Porro Arphaxat vixit an-
nis 135 & genuit Cainan. vixitq; Arphaxat poſtq̄ genuit Cainan/ ānis 430 & genuit fi-
lios & filias/ & mortu9 ē. Cainan cū 130 eſſet ānorū genuit Sale. Et reliqua. Hæc inq̄ fi-
nis & præcipua intētio nō ſunt legis: ſed perfecta dei & proximi dilectio. vt finis medi-
cinæ eſt ſanitas: nō occupatio circa fabulas vanas Chironis/ Eſculapij/ Machaonis/ Po
3 dalirij/ & eorū genealogias. Et qđ ī medicina ē ſanitas: ī lege eſt dilectio. q enī perfectā
habet dilectionē: nō aliter illi lege opus eſt/ q̄ ſano medicina. Ideo ſubdit Paulus. ¶Fi-
nis autē præcepti eſt dilectio ex corde puro/ & cōſciētia bona/ & fide nō ficta. A quibus
quidā aberrātes: ad vaniloquiū cōuerſi ſūt. q volūt eſſe legis doctores: cū nō intelligāt/
neq; q̄ loquūtur/ neq; de quib9 affirmāt. ¶Quę dilectio perfecta ſit/ & quā lex intendit:
oſtēdit. eſt enī dilectio puri cordis/ cōſciētiæ bonæ/ & fidei non fictæ. ſi enī cor purū non
eſſet: quo modo eſſet perfecta dilectio/ quæ eſt cordis & aīæ/ ſpūalis ſanitas/ qnādoquidē
in corpore īputo/ neq; eſt perfecta corporalis ſanitas? Cōſciētia bona: mens eſt conſcia
boni/ & quæ ſolū bonū & vere bonū vult. vt ex oppoſito conſcientia mala: mens eſt cō
ſcia mali/ & quæ malum cupit. non cum hac conſcientia: ſed cū illa eſt perfecta dilectio.
Si etiam ſimulas te fidem habere vt perfidus Torquatus ſimulabat ſe eſſe Chriſtianū:
vt fidelis Tiburtius qui eum in fide illuminare voluerat/ raperetur ad tormenta/ aut
idolis immolaret/ ſi inquam ſimulas fidem: cum ſimulata fide non eſt perfecta dilectio.
ſine enim fide: impoſſibile eſt placere deo. & cum ſimulata fides/ non ſit fides: vir ſimu-
latæ fidei/ deo non placet/ immo diſplicet. non igitur dilectionem habet: quæ eſt mu-
nus dei/ quod ipſe elargitur amicis. Vt igitur perfecta dilectio in nobis eſſe poſſit: ſit
cor purum/ ſit conſcientia bona/ ſit fides ſyncæra & non ſimulata. vt cor purum & mū-
dum habeamus: a deo efflagitemus/ qui ſumma eſt puritas. vt conſcientiam bonam:
ab eodem qui ſumma eſt bonitas. fidem etiam non ſimulatam ab eodem: quia ſumma
eſt veritas. Qui cor purum non habent/ conſcientiam bonam/ & fidem ſyncæram/ ab-
errant & vana loquuntur: vt imperiti medici/ neſcientes & quæ loquuntur/ & de qui-
bus affirmant. Quo in genere maxime delinquunt qui iudaizant. loquuntur enim de
lege: ſed non intelligunt. nam ſpiritualis eſt: ipſi vero carnaliter concipiunt. & figu-
ris inhærent: de eis affirmantes/ quæ debentur exemplaribus. tribuunt vmbræ: quæ
debentur veritati. Ergo dices: lex mala eſt? Nequaq̄ mala eſt: niſi male vtentibus/
& male intelligentibus. vt & medicina bona eſt: ſed bene intelligentibus atq; bene

4 vtentibus. Quod & subdit hoc pacto Paulus. ℭScimus autē q̃ bona est lex: si quis ea
legitime vtatur, qui sciat q̃ iusto lex posita non est: sed iniquis & rebellibus/ impijs &
peccatoribus/ scelestis & prophanis/ patris & matris percussoribus / homicidis/ fornica-
toribus/ cinædis/ plagiarijs/ mendacibus/ periuris/ et si quid aliud sanæ aduersatur do-
ctrinæ. quę est secūdū euangeliū gloriæ beati dei: cui ego creditus sū. ℭSic facit Pau-
lus: vt qui diceret medicinā nō esse positā pro sanis/ sed pro ęgris/ & variarū ęgritudinū
corporis enumeraret species. sic & varios aiæ morbos enumerat: aduersus quos lex po
sita fuit/ vt varijs medicamētis/ purificationib9/ & sacrificijs/ varijs occurreret morbis/
si i eos legis trāsgrediētes præcepta/ inciderēt. ea eni lex vetabat: quia aiæ noxia. vt re-
gulæ medicorū vetāt quę sunt isalubria. Qui iniqui/ id est anomi dicātur: notū est. sunt
eni diuinæ legis trāsgressores. Qui rebelles. nā sunt qui obedire nolūt/ i hoc ordinatio-
ni diuinę obluctātes. Impij: quib9 deus nō aliter curę est atq; si nō esset. Peccatores no-
men generale est: etsi maxime manifestos & publicanos compræhēdit. Patris & matris
percussores/ noti sunt. & vtinā sic non essent: vt noti essent. sub quib9 patri & matri con
tumeliosi cōtinētur: qui patrē & matrē nō honorāt quin potius irreuerētur/ & cōuicijs/
iniurijsq; lacessūt. Homicidæ plusq̃ par est & deceret noti sūt: q & vtinā nusq̃ noti essēt/
nō verentes diuinā violare imaginē/ & quoad possūt/ penitus delere. Fornicatores/ dia
boli sues: qui carnem īmunde diuidūt/ alienæ carni adhęrētes. & hi: fornicarij carnis.
Alij sunt: qui spiritū diuidūt/ qui alieno spūi q̃ dei adhęrēt. & hi: fornicarij spūs. Auar9:
spiritui auaritiæ adhęret. Intēperās: spūi luxuriæ & gulæ/ qui imundi sunt spūs. Ambi-
tiosus honorū: adhæret spūi superbiæ. & ōnes hi fornicatores spūs: quatenus diuidunt
spiritū. Cinædi: in naturā peccāt & deū/ qui author est naturæ. & adeo infames sunt: vt
natura nomina eorū exhorrescat/ neq; ferme eos nominet nisi per circūlocutionē. quæ
& malet nūq̃ nomina inuēta fuisse. nunq̃ eni inuēta essent: nisi natura (serpēte antiquo
obtinēte) viā suā corrupisset. Plagiarij sunt: qui hoies prædātur vt redēptioni adigant/
aut i mācipia vendāt. quales pyratę circa ripas maris: vt circa Massiliā/ Montēpessula-
nū/ Anconā/ Apuliā esse ferūtur & sunt. Mēdaces & periuri hac pessima ifamię nota no
ti sunt. mēdacia & periuria: falsa sunt numismata/ quibus sūmæ veritatis offenditur ma
iestas. quæ ideo æterno igni & æternis tormētorū bullitionib9 cū suis authoribus tra-
dentur: nisi antea purgētur q̃ in iudiciū offensi regis veniāt. his oibus & inumeris alijs
quę sanctimoniæ euāgelicæ aduersantur: varia ex lege prouisa erāt remedia/ & pene i-
numera. At pro ōnibus illis: Christus solus est vnica vera & sufficiētissima medicina/ si i
5 eū credimus/ si eū diligimus/ & in eo cōfidimus. Quod & Paulus aperit: pariter gratias
agēs q̃ ad euāgelij officium cōmissus sit/ atq; dicit. ℭEt gratias ago iualescere me fa-
cienti CHRISTO IHESV domino nostro: q̃ fidelem me duxit ponendo in ministe-
rio/ qui prius eram blasphemus/ & persecutor/ & iniurius. Sed misericordiam consecu-
tus sum: quia ignorans feci in infidelitate. supermultiplicata est autem gratia domini
nostri cum fide & dilectione: quæ est in CHRISTO IHESV. Fidelis sermo & omni
acceptatione dignus: q̃ CHRISTVS IHESVS venit in mundum/ vt peccatores sal-
uos faceret. quorū primus: ego sū. Sed ideo misericordiā cōsecut9: vt in me primo ostē-
deret IHESVS CHRISTVS omnem longanimitatem/ ad informationem eorum qui
ad vitam æternam credituri sunt in eum. ℭEcce Paulus cum fuerat blasphemus/ per-
secutor/ iniurius/ infidelis & id deo/ licet ignorans: cū venit ad cognitionē suorum de-
lictorum/ non confugit ad remedia legis/ ad victimas & cærimonias/ sed ad solū Chri-
stum/ qui omniū peccatorum est vera medicina. Et blasphemorum in Christum/ perse-
cutorum ecclesiæ/ & nominis eius iniuriorum & contumeliosorum/ primus fuit: qui co-
gnoscitur tam aperta misericordia vocatus. ideo inter omnes blasphemos/ persecuto-
res Christi/ & contumeliosos: se primū vocat peccatorem/ qui misericordiam dei con-
secutus est. quod ideo a dei bonitate factū dicit: vt faceret eū cęteris peccatorib9 exēplū
lōgę expectationis suæ erga eos/ vt eos ad misericordiā suscipiat/ & eis suā elargiat̄ gra
tiam/ & suæ dilectionis feruorē. Quā imensā & admirabilē erga nos Christi & dei beni-
6 gnitatē Paul9 cōsyderās: erūpit in tātę bonitatis laudē & gratiarū actionē/ atq; subdit.
ℭRegi autem sæculorum immortali/ inuisibili/ soli sapienti deo: honor/ & gloria in sæ
cula sæculorū. Amen. ℭNullus rex terrenus id potuit præstare hominibus/ nullus mor
talis/ nulla visibilis creatura/ nulla sapiētia potuit inuenire creata: sed solus ille qui rex
sæculorum omnium est/ per se immortalis/ inuisibilis/ & per se sapiēs. Hac laude & gra-
tiarum actione posita: hortatur Timotheum/ vt secundum præcedens ei indultum do-
7 nū propheiarū: viriliter militiā Christi exerceat/ declarādo & docēdo ea quæ sunt spiri-
tus/ & veritatis fidei/ ex spiritu prophetię ei cognita/ atq; ait. ℭHoc præceptum cōmen-

do tibi fili Timothee: vt secundum præcedentes in te prophetias/ milites in eis bonam
militiā/ fidē habēs & bonā conscientiā. quā quidā abijciētes: in fide naufragiū fecerūt.
ex quibus est Hymenæus & Alexāder: quos tradidi sathanæ/ vt discāt non blasphema-
re. ¶ A dn̄o accepit Timotheus/ tā pręceptū qđ ei cōmēdat Paulusq̄ prophetiarū do-
nū. Donū prophetiæ duplex. Qddā est ad prædicēdū futura: ad aliquorū salutē & ędifi
cationē. Qddā aūt: ad itelligēdas scripturas ꝓphetarū. Itaq̄ prophetię quas habuit Ti
motheus & q̄ magis ædificationi erāt necessariæ: erat intelligētia præteritorū prophe-
tarū de Christo/ & de sancta ad omniū gentiū salutē in eū fide. hæ enī prophetiæ: fidei
erant. Quid nā aliud factū putamus apostolis: cū dn̄s aperuit eis sensū vt intelligerent
scripturas/ nisi spiritū prophetiarū eis īfusū/ per quē oēs intelligerēt prophetas? de Hy
menęo autē & Alexādro q͛ eos tradidit sathanę: Chrysostom⁹ excōmunicationē/ et re-
secationē a corpore Christi intelligit. ita vt nulla cū eis fideliū esset cōmunio/ nulla spi-
ritualiū suffragiorū participatio. Et hęc est citra interitū & vexationē carnis/ & occulta
sathanæ traditio. Illa autē quæ fuit Corinthij incestuosi: manifesta fuit/ cū interitu &
vexatione carnis terrifica. Et id nō vt periret: sed vt ex hac deiectione a sanctorū socie-
tate discerēt nō blasphemare/ nō male loqui de Christo/ & eius fide/ & resipiscentes di-
gnāq̄ pœnitētiā agētes iterū insererētur corpori Christi. a quo q̄ separatus est/ vt ouis a
grege sepata/ & pręsēte lupo/ ilico ē sub lupi potestate: ita & ille cōtinuo ē sub sathanę
(qui diabolus & serpēs antiqu⁹ est) potestate. A cuius morsibus/ solus Christus eripit:
qui & nos sēper protegat/ defēdat/ eripiat/ rex sęculorū/ in ōnia sęcula benedict⁹. Amē.
A ¶ EXAMINATIO nonnullorū circa literam. ¶ Vulgata æditio. Timotheo dilecto fi-
1 lio in fide/ gratia/ & misericordia/ & pax. ¶ Vocabulum quod hic vetus interpres vertit
dilecto: ad Philippēses cap. 4 vertit germane. vbi dixit. etiam rogo & te germane cō-
par/ designatq̄ proprie ingenuū/ propriū/ ac peculiarem/ etiā authore Hieronymo. Et
hæc vocabula/ gratia/ misericordia/ pax: absq̄ coniūctione in Paulo leguntur. Paulus.
τιμοθέω γνησίω τέκνω ἐν πίσει, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη. ¶ Vulgata æditio.
A Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi. ¶ Potius sic q̄ sicut: legendū. Neq̄ enim similitu
2 dinem/ cōparationemue facit/ sed potius intendit: sic/ hoc pacto/ tali lege te rogaui quo
remaneres Ephesi/ vt præciperes quibusdā ne varias īducerēt doctrinas/ & reliqua quæ
apostolus expressit. Paul⁹. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν ἐφέσω. ¶ Vul
gata æditio. Ne aliter docerent. ¶ Potius: varie. Paulus. μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν.
¶ Vulgata æditio. Quæ questiones præstāt magis q̄ ædificationem dei/ quæ est in fide.
¶ Potius dicendū: q̄ dispensationē/ siue gubernationem. Paulus. ἅιτινες ζητήσεις
παρέχουσι μᾶλλον, ἢ οἰκονομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίσει. Quid eni hæc œcono-
mia est: nisi dispensatio/ regimen/ & gubernatio domus dei/ in rectæ fidei alimonia?
B ¶ Vulgata æditio. Si q̄s ea legitime vtatur/ sciētes hoc q͛ lex iusto nō est posita. ¶ Di-
4 cendū est singulariter/ sciens: & reuocatur ad quis/ nō ad nos. quapropter ne allucina-
tio fieret/ per relatiuū qui & verbū accōmodate pro locutione resoluimus sciēs/ q̄ sciat.
Paulus. ἐάν τις αὐτῶ νομίμως χρῆται. εἰδὼς τοῦτο. ὅτι δικαίω νόμος
οὐ κεῖται. Et quid mirum si iusto lex posita nō est: quandoquidē saluator ait? Non est
opus valentib⁹ medico: sed male habētibus. ¶ Vulgata æditio. Sceleratis & cōtamina-
tis/ patricidis/ & matricidis/ homicidis fornicarijs/ masculorū cōcubitorib⁹/ plagiarijs/
mendacibus/ & periuris. ¶ Potius dicendū: patris & matris percussoribus. Nā de per-
cussione patris & matris: lex manifeste in Exodo expressa est. Qui percusserit (īquit) pa
trem suū aut matrem: morte moriatur. De patricidio & matricidio/ expressa lex nō est:
quasi id tam enorme/ tā a natura abhorrendū sit: vt nunq̄ cōtingere debeat. Et de ōni
genere flagitiosorū/ quos Paulus nominat: illic leges expressas cōperies/ si diligēter ex-
quirere volueris. Et plagiarij/ fures surreptoresq̄ virorū sūt: sic dicti q͛ eis pedes ligent
& in vincula cōijciant dū eos in mācipia vendāt/ aut forte se redimāt. quales cōtingit
plurimos esse eiusmodi hominū fures tēpore bellorū. qđquidē vocabulū grecū/ q̄ apud
nos latinū/ magis expromit. Et sine cōiunctione dicitur mēdacibus / periuris. Paulus.
ἀνοσίοις. καὶ ἀβεβήλοις, πατραλοίαις, καὶ μητραλοίαις, ἀνδροφόνοις.
πόρνοις. ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισαῖς. ψεύςαις. ἐπιόρκοις. ¶ Vulgata
æditio. Quod creditū est michi. ¶ Sermo cōuersus. nā legitur: cui creditus sū ego. Sed
B in idem recidit. Paulus. ὃ ἐπισεύθην ἐγώ. ¶ Vulgata æditio. Gratias ago ei qui me
5 confortauit in CHRISTO IHESV domino nostro. ¶ Dicendum est. Et gratias ago.
licet græce habeatur: & gratiam habeo. Nam consuetudo latina id habet: cum de
deo loquimur. Et id confortauit: designat/ vires præstitit/ inualescere fecit. Et quod
dicit in Christo Ihesu domino nostro: sine præpositione dici debet/ & eiusdem casus

esse cũ ei.est enĩ is/cui Paulus gratias agit:& qui eũ inualescere fecit/qui & ei vires for
titudinẽq; suggessit.Paulus.καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με χριστῷ ἰησοῦ
C , κυρίῳ ἡμῶν.℄Vulgata æditio.Sed misericordiã dei cõsecutus sum.℄Dei:abũdat/
5 , etsi nichil intelligentiæ officit.Paulus. ἀλλὰ ἠλεήθην. ℄Vulgata æditio. Venit ĩ
, hunc mundũ.℄Satis est dicere:ĩ mundũ.Paulus. ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον.℄Vulga-
D , ta æditio.Ostenderet CHRISTVS IHESVS. ℄Mutatus vocabulorũ ordo. dicit enĩ
5 , Ihesus Christus. Paulus. ἐνδείξηται ἰησοῦς χριστός.℄Vulgata æditio. Regi autẽ
D , sæculorũ/imortali/inuisibili/ soli deo. ℄Dicendũ:soli sapienti deo. Deest enĩ sapienti.
6 Paulus.τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ θεῷ.
Vt solus sapiens:quia solus nichil permixtum ignorãtiæ habẽs. sic solus rex sæculorũ:
quia solus omniũ dñatur.solus imortalis:quia solus absolute interire nõ potest/cætera
autẽ possunt.solus inuisibilis:quia cætera cõprætiẽdi possũt (cõpræhendi enĩ est quodã
modo videri) ipse vero solus cõpræhẽdi nõ potest.Et vt sacer ait Cyprianus. Videri nõ
potest:visu clarior est.nec cõpræhendi:tactu purior est.nec æstimari:sensu maior est.Et
ideo sic eũ digne æstimamus:dum inęstimabilẽ ducimus.Ergo cũ Iacob/cũ Moses dicũ
tur deum vidisse:id non designat deũ appræhendisse/ sed aliquod vestigiũ/& certũ dei
indicium attigisse. non eam ipsam incompræhensibilem/quæ incõpræhensibilis omnia
appræhendit/dei naturam/atq; substantiam. CAP. II.

8 NVnc quo modo ecclesiæ ad publicã pietatẽ sint instituẽdę:informat Ti-
, motheũ apostolus/ac ait.℄Obsecro igitur primũ omniũ:vt fiãt preces/
, orationes/supplicatiões/grãtũ actiones pro oĩbus hoĩb9/ pro regib9/&
, õnibus qui ĩ excellentia sunt/vt trãquillã & tacitã vitã degamus in õni
, pietate & honestate.Nã hoc bonũ & acceptabile/ ĩ cõspectu saluatoris
, nostri dei:qui oẽs homines vult saluos fieri/ & ad agnitionẽ venire ve-
, ritatis.℄Ante õnia vult publicã pietatẽ præcedere: & id deo gratũ esse
& acceptabile/qui vult õnes homines saluos fieri/& ad agnitionẽ veni-
re veritatis.Q2 si venirẽt:õnes hoies in magna pace & trãquillitate vitã degere possẽt.
si venirẽt inquã:effectu ipso ad cognitionẽ veritatis.Nã sunt qui verbo fatẽtur/& facto
veritatẽ negãt:& illi nondũ ad perfectã cognitionẽ sufficientẽq; venerunt ad trãquillã
& tacitã degendã vitã/neq; in omni pietate & honestate viuũt.Sũt aliĳ qui neq; verbo
neq; facto veritatẽ cognoscũt: veritatẽ dico quæ necessaria est ad salutẽ. & hæc non est
dei volũtas:sed proprię volũtatis eorũ a veritatis luce incuruatio.Nã qui vnũ non co-
gnoscũt deũ/& vnũ Christum dñm nostrũ pro õni salute mortẽ oppetiisse nõ fatẽtur/&
mediatorẽ inter deũ & homies/vt qui mediũ sit per qđ õnes homines quotquor salua-
bũtur saluari oportet:iĳ nondũ ad agnitionẽ venerũt veritatis/etsi omnẽ sciẽtiã & phi-
losophorũ/& magorũ & gymnosophistarũ haberẽt exploratam.Hęc enĩ omnia scire:si
ad illud cõferas/nichil est scire.hæc õnia sciẽs:ad imensas ignorantiæ deuoluitur tene-
bras/efficiturq; tandẽ perpetuus ignorãs.illud vero sciẽs: ad imensũ sapiẽtiæ lumẽ ex-
tollitur/efficiturq; õnia sciẽs/& sciens quidẽ cũ vitæ & sapientiæ thesauris/cuius diui-
tiarũ nullus est finis. illi vero:cũ ignorãtia/ cumulus erit indeficiẽs õnis in morte pau-
9 pertatis.Hanc itaq; diuitẽ sapientiã/omni mũdi sapiẽtia maiorẽ:his paucis verbis/ex-
, plicat Paulus/dicẽs.℄Vnus enĩ est deus.vn9 & mediator dei & hominũ/homo CHRI
, STVS IHESVS:qui dedit semetipsũ redẽptionẽ pro õnib9.ad qđ testimoniũ propriĳs
, tẽporibus positus sũ ego præco & apostolus (veritatẽ dico in CHRISTO haud men-
, tior) doctor gẽtiũ in fide & veritate.℄Ad testimoniũ illi9 ditissimæ sapiẽtiæ q̃ vitã & sa
lutem præbet aĩabus in mãsionibus lucis æternę/in plenitudine tẽporũ a deo definita:
positus est Paulus prædicator & legatus/nõ a seipso(nã nullus apostolus/ nullus lega-
tus:a seipso)sed ab eo cuius est legatus.itaq; a deo & Christo:a quo & doctor gentiũ fa
ctus est/nõ ad vllã disciplinã mũdi/ quæ nichil facit ad salutẽ/ sed ad doctrinã cœlestẽ/
ad doctrinã spũs quæ sola saluat/& quã angeli magnifaciũt/& docerẽt si quã docerẽt.
doctor (inquit) gentiũ in fide & veritate. Quid hoc ĩ fide & veritate:nisi ĩ fide vera/in
fide veritatis/ĩ fide filiĳ dei/qui est via/veritas/& vita?Nõ igitur se effert/non gloriatur
cum dicit veritatem dico haud mẽtior: positus sum doctor gentium in fide & veritate/
sed testimonium reddit veritati/ei gloriam dans qui fecit eũ pręconem suũ/ apostolũ/
& doctorẽ gentiũ.Cũ itaq; sit cõstitutus a deo doctor gentiũ/& doctoris officiũ sit doce-
10 re:qđ nũc cũ viros/ tũ mulieres doceat/audiamus.Docet itaq; primũ viros hoc pacto/
, dicẽs.℄ Volo igitur vt viri in õni loco orẽt:leuãtes sãctas manus/sine ira & cõtẽtione.
℄Quid est in õni loco:nisi in õni ecclesia vbicũq; locorũ in terra cognoscitur Christ9?
Sine ira & cõtentione.Nam & dominus mandat:si offers munus tuum ad altare/& ibi

recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque munus tuũ ante
altare/& vade prius reconciliari fratri tuo.& tunc veniens: offeres munus tuũ. Quo mo
do eni audes te præsentare dño pacis: non habẽs signum pacis in mente tua. sed oppo
situm signũ/quod est discordiæ? Ergo null⁹ irato/cõcitatoq; animo/neq; qui dissentio-
nem cum altero habet oratione maxime publica orare audeat. priuata autem vt deus
adiuuet/itaq; sedetur & dissentio cesset/pacẽq; suam restituat: orare nichil prohibet. is
enim facit: quod æger ad medicũ/suum languorẽ detegẽs & opem implorãs.& hęc: nõ
publica oratio est/quæ intercessio dicitur/quam sine ira & cõtentione deo offerre opor-
11 tet. sed priuata: & quædã (si sic dicere mauis) confessio/suiq; accusatio. Docet & mulie-
res/dicens. ¶Identidẽ & mulieres in amictu mũdo/cum verecundia & modestia ornã-
tes seipsas/non ĩ tortis crinibus/aut auro/aut margaritis/aut veste sumptuosa: sed quæ
decet mulieres profitentes diuinam pietatem per bona opera. Mulier in silentio discat:
cũ omni subiectione. Mulieri autem docere nõ cõcedo: neq; viri authoritatem habere/
sed esse in silentio. Nam Adam prim⁹ plasmatus est: deinde Eua. Et Adam nõ seductus
est: sed mulier seducta / ĩ pręuaricatione fuit. Saluabitur autẽ per filiorum generationẽ:
si manserint in fide/& dilectione/& sanctitate cũ modestia. ¶Hæc sancti apostoli do-
ctrina pro mulieribus. Mulierũ habitus mundus sit: nõ sumptuosus. ornamentũ mulie-
rum sit verecundia/ & modestia/ siue castitas. talis enim mulieres spirituales decet or-
natus: adiũctis bonis operibus/per quæ diuinã pietatẽ profiteri videãtur. Cũctis mulie-
rib⁹ ex ĩobediẽtia primæ mulieris/ĩgenita esse debet verecũdia/quę eas retrahat a per-
petratione malorũ vetitorũ. ad quę ex imitatione primæ parentis/secũdũ carnem pro-
næ feruntur. Et ex virgine/ culpæ parentis Euæ reparatricę: debet õĩbus mulieribus
virginitatis amor & appetitus inesse. quam si cũ fœcunditate habere non possunt: stu-
dere tamen debent habere fœcundã castitatem/quæ virginitatis proximę æmula est.
Ergo ex prima natiuitate verecundiã: ex secunda virginitatẽ/aut saltem castitatem ha
bere debent. hanc: theosebia/id est erga deum pietatis/& purus ac syncærus dei cultus
sequitur. illã vero: cautio fugaq; malorũ. Mulier nõ putet ornamentũ in crinib⁹ tortis/
aut auro/aut margaritis/aut veste sumptuosa: qualis luxus nostra tẽpestate multas oc-
cupat cum alibi/tũ in vrbibus insubrię/si forte cõtingit illuc iter facere. quæ manifeste
filiæ Belial potius iudicari possũt: q̃ filiæ Christi/nisi quis oculos præstigiatos/ & fasci-
natos habeat. Mulier si ad virũ cõferatur qui caput est: hęc vt appetitus est/ille vero vt
ratio. at appetitui nõ cõceditur vt doceat: sed rationi. ita neq; mulieri: sed viro/& maxi
me in publico. appetitus: a ratiõe formatur & discit. ita & mulier: a viro discere debet.
mulier dico: quæ vxor sit. q̃q̃ & omnes in publico orationis loco: a viro qui cõmunem
omniũ habet ĩformationis vicẽ audire possũt ĩ silẽtio. nõ ꝙ temerarie veniãt/etiã vir-
gunculæ ad os publici præceptoris: aliqua quesituræ. interrogẽt eni aut patres aut ma
tres/aut sapiẽtiores matronas: quæ melius q̃ ipsę potuerũt publicã vocẽ intelligere. Mu
lier: nunq̃ ausit authoritatẽ supra virum capere/ id est dominari proprio viro. Nã hoc
diuinę ordinationi reluctatur/atq; volũtati eius qui eã posuit sub viri potestate/& virũ
fecit dominũ. sub viri (inquit) potestate eris: & ipse dominabitur tui. O generis insolẽ-
tia & opulentia dotis: quot mulieres fecit stultas/quæ authoritatẽ virorũ sibi vendicãt/
seipsas/sexũq; suũ/& dei volũtatẽ ignorãtes/ superbæ/stultę/insanæ/ quãtuncũq; subli-
mes se existimẽt/nõ hominib⁹/sed deo rebelles? qui eni diuinę ordinationi resistit: deo
resistit. estq; deo rebellis: similis ãgelo tenebrarũ/qui hac de causa e cœlis ruit ĩ abyssũ.
Et mulierem viro deferre debere: vel ex ipsa creatione constat. Nã vir primo creat⁹ est:
tanq̃ primogenituræ sibi vendicãs honorẽ. mulier vero secũdo loco. Et mulier seducta
fuit: non vir. persuasa eni fuit a serpẽte: nõ vir. absente viro: deserpsit fructũ vetitũ. mã-
dit: & viro eius rei ignaro porrexit mãdendũ. mãdit porrectũ: vnde generi nostro mise-
ra irrepsit mortis cõtagio. Attamẽ cũ magis obnoxia culpę q̃ vir teneret: voluit nichilo
min⁹ deus tã viro q̃ mulieri salutẽ esse cõmunẽ. mulieri quidẽ ob liberorũ procreationẽ
(ad id eni necessaria viro est) & id maxime dũ vir & mulier ĩ fide mãserint & dilectio-
ne/& sanctitate cũ modestia atq; castitate. castũ eni tandiu thorũ habẽt: q̃diu carnẽ suã
per fornicationẽ/neq; hic/neq; illa diuidũt. Alioqui si fides nõ assit/nõ dilectio/nõ san-
ctimonia/ vitæq; puritas & thori castitas: procreatio filiorũ/mulierẽ nõ saluabit. Nam
preciosa ad saluandum pignora fides/dilectio/sanctitas/castitas: magis q̃ carnalis pro-
les. Id tribuente domino nostro omniũ saluatore: qui erat/ & est/& erit benedictus sine
fine/ & in omnia sæculorum sæcula. AMEN.

A ¶EXAMINATIO nonnullorũ circa literam. ¶Vulgata æditio. In omni sanctitate &
8 castitate. ¶Vocabulũ qđ hic vetus interpres castitatẽ dicit: & castimoniã/& grauitatẽ/

& honestatem pro loco interpretari solent. Paulus. ἐν πᾶσι εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνό-
B » τητι. ¶ Vulgata æditio. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo
9 » positus sum ego. ¶ Potius dicendũ est: ad quod testimoniũ. Et abundat confirmatum
est. Paulus. τὸ μαρτύριον καίροις ἰδίοις εἰς ὃ ἐτέθην ἐγώ. illud enim εἰς ὃ
» reuocaui ad orationis caput. ¶ Vulgata æditio. Veritatem dico/ non mentior. ¶ Codi-
ces Græci habent: veritatem dico in Christo. Paulus. ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ.
C » οὐ ψεύδομαι. ¶ Vulgata æditio. Leuantes puras manus sine ira & disceptatione.
10 ¶ Sunt qui volunt hic positum vocabulum dubitationem & hæsitationem significare.
verum si a διαλέγομαι venit: non male disceptationem/ disputationem/ dissentionẽ/
& contentionem quandam significat. Et cum iram & contẽtionem inuicem habemus:
q̃ tunc manus ad deum non sint leuandæ/ præceptum est saluatoris. Si offers (inquit)
munus tuũ ad altare/ & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum
te/ relinque ibi munus tuũ ante altare/ & vade prius recõciliari fratri tuo: & veniẽs of-
feres munus tuum. Cum enim puros conspectui diuino nos præsentamus: exaudit nos
pro clementia sua/ qui audire/ exaudire/ & superexaudire vult/ vt par est & oportet pa-
ratos. Paulus. ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ.
C • ¶ Vulgata æditio. Cum verecundia & sobrietate ornantes se. ¶ Quod hic vetus inter-
11 pres dicit sobrietate: vsitatius modestia dici potest. Vult etiam sacer Hieronymus casti-
tatem dici ac modestiam. Paulus. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυ-
» τάς. ¶ Vulgata æditio. Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona ope
• ra. ¶ Dicendum esset quæ/ fœminine: nõ quod/ neutro genere. Nam hoc relatiuum re-
fert veste. quod ex græco cognoscitur vbi masculinum est referens ἱματισμῷ mascu-
linum. Et non generale pietatis nomen ponitur/ sed speciale: quod solum ad deum desi
gnat pietatem. Paul9. ἀλλ᾽ ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν
D » δι᾽ ἔργων ἀγαθῶν. ¶ Vulgata æditio. Neq̃ dominari in virum: sed esse in silentio.
11 ¶ Potius: neq̃ viri/ siue ĩ virum authoritatem habere. Paulus. οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀν-
δρὸς, ἀλλ᾽ εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Verum authoritatem viri siue in virum habere/ & do
minari viro: idem possunt. At quot sunt nunc matronæ ex genere tumentes/ aut ex di-
uitijs opulentioreq̃ dote/ quæ nunc in viros authoritatem habent/ facientes dei sentẽ-
tiam irritam propter fortunæ ventum/ ventoq̃ vaniorem fortunã. O cæca fortuna: quæ
non solũ cæca/ sed quę vniuersũ cæcauit sæculum/ & cum qua veritas apostolica lucere
» non potest. ¶ Vulgata æditio. Si permanserit in fide/ & dilectione/ & sanctificatione cũ
» sobrietate. ¶ Et hic quoq̃ dici potest cum modestia aut castitate: vt in prima huius ca-
pitis examinatione dictum est. Et in principio particulæ dicendum est pluratiue: man-
serint/ siue permanserint. respicit enim communiter vtrunq̃ Paulus/ & virum/ & mu-
lierem. Paulus. ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ, μετὰ σω-
φροσύνης.

CAP. III.

VT doctor gentium/ docuit apostolus viros & mulieres qui sunt parentes
carnales: nũc episcopos docet/ qui parẽtes sunt spirituales. & quales esse
debeant/ & quæ eorũ officia ostẽdit. dicuntur enĩ episcopi a superintẽden
12 di officio. superintẽdendi dico ĩ omni spũalitate vitæ: quod sanctũ opus
» atq̃ officiũ est. Ac proinde dicit. ¶ Fidelis sermo. Si quis episcopen desy
» derat: bonũ opus desyderat. Oportet igitur episcopum: irrepræhensibilẽ
» esse/ vnius vxoris virum/ vigilẽ/ castum/ ornatum/ hospitalem/ docilem/
» non vinosum/ non percussorẽ/ non turpis lucri sectatorem: sed mitẽ/ im-
• bellem/ nõ auarum/ proprię domui bene præsidentẽ: filios habentẽ in subiectione cum
» omni honestate (si quis autem proprię domui præesse nescit: quo modo ecclesiæ dei cu-
» ram administrabit?) non nouiciũ: ne superbia elatus in iudiciũ incidat diaboli. Opor-
» tet autẽ ipsum etiam testimoniũ bonũ habere apud eos qui foris sunt: ne ĩ vituperatio-
» nẽ incidat/ & laqueũ diaboli. ¶ Episcope: visitatio/ intẽdẽtia/ obseruatio episcopi ĩ suos
dicitur. sicut episcopus: explorator/ intendẽs/ obseruator/ & custos/ vt pastor gregis/ aut
vt in alta specula vigilãs/ custos ciuitatis. pulchrum sane nomẽ: sed rei nominis execu-
tio pulchrior/ quod officiũ episcopi est. qđ cũ tam pulchrũ & venerandũ sit: episcopũ q̃
illi officio/ illiq̃ operi præficitur/ irrepræhẽsibilem esse oportet. repræhẽsio: per oĩa vicia
currit superbiam/ iram/ ĩuidiam/ acediam/ gulã/ luxuriã/ auaritiã. si aliquo horũ viciorũ
notat9 est/ aut aliqua specierũ quæ ĩnumerabiles sũt: nõ est irrepræhẽsibilis. Quare neq̃
omnino dignus: huic cõmitti officio. Bigam9 qui duas duxisset vxores: nõ est idoneus/
vt assumatur ĩ episcopũ. Nã carnẽ suã diuisit: et vnitatẽ ĩ symbolo nõ custodiuit/ q̃ vni-
tatẽ Christi & ecclesię repsentat. Ideo ĩ illa vnitate: sancti statuerũt eũ non præficiendũ

qui in imagine violauit vnitatē/id est qui illius spūalis vnitatis violauit simulacrū. Qꝫ
si bigamꝰ qui ī matrimonio & casto thoro vnitatē diuisit/repellitur & cēsetur hac prēsi
dētia idignꝰ: quid igitur de iis q in fornicationibꝰ carnē suā diuiserūt/nō solū biforni-
catores/sed qui cētū (miserabile dictu) forte diuersarū pellicū fornicationibꝰ se pollue-
rūt/toties carnē suā diuidētes/& carnis suæ vnitatē miserabiliter scidētes? Si illi repellū
tur: & hi magis repellēdi sūt. Argumētū apud Paulū efficax & apud oēs: qui esse norūt
a minori ad maius. At canones hos nō repellūt. Si sunt canones secundū spiritū: repel
lūt. si sunt secūdū carnem: nichil dico. nam parū faciūt ad Christū. Nam caro aduersus
spiritum pugnat. Et vtinā carni nūq̄ faueretur cōtra spiritū. spiritus eni verus/lumino-
sus/vnus/syncærus/purus/atq; sāctus: quātuncūq; viæ carnis sint īpuræ. viæ Pauli: viæ
spiritus. & canones id est regulæ apostolorū: regulæ spiritus. Ergo & bigamos/& adul-
teros/& fornicatores: cēsebimus episcopalis gradus celsitudine haud satis idoneos. in-
tegræ igitur carnis sint/& nō diuisę: quales sunt & virgines/& monogami. Verum quis
negligeutem & torpentē in specula collocabit (ne quis ciuitati pateat incursus) explo-
ratorem? quis desidi & somniculoso pastori: tute cōmittet suū gregem? Plusq̄ ciuitas cō
mittitur explorationi & inuigilātiæ episcopi/& plusq̄ grex pastorali curę eius. Ergo qui
vigil nō est/attentus/& admodū diligens: huic officio/huic bono/ & sancto operi/non
est cōmittendus. Sit ergo vigil: sit & castus. Nam & pastores qui non sunt casti: minus
inuigilant gregi. & qui positus est ad speculandum: si castus nō est/ciuitas in periculo
versatur. Ergo episcopus: tum ne violet diuinę vnitatis simulacrū in magno illo Chri-
sti & ecclesiæ sacramēto/tum ob vigilātiam castus sit. Sit ornatus. ornamentū animæ:
virtutes sūt/& gratiæ gēmis omnibus preciosiores. virtutes: quodā modo nobis cōpa-
ramus. gratiæ autē: nobis ex diuina luce infundūtur. & vt gēmæ in tenebris: sic nostræ
virtutes sine superna gratia. vt gēmæ in radio solis: sic virtutes diuinarum gratiarum
illustratæ radijs. Ergo episcopus huiusmodi fulgenti mētis ornatu debet esse cōspicuus/
debet esse ornatus. Sed & exterior ornatus deesse nō debet: qui interioris pręferat habi-
tum. Attonsus crinis omnē superfluitatis & carnalitatis refectionē præ se fert/& mūdi-
ties exterior mūditiem interiorē. Supatus ex candidissimo lino: castitatem/ corporisq;
ac animæ munditiam ac sanctitatem. Sed ornatus exterioris singula percurrere: nimis
operosum/& huic forte loco minus accōmodum. Sit igitur episcopus/ mente ornatus:
neq; exterior ornatus ornatū mētiatur interiorem. alioqui est paries dealbatus: & sepul
chrum adornatum. Nos omnes dū viuimus/peregrini sumus: optantes tandē ad cœle-
stem peruenire ciuitatē. idcirco nostræ conditionis memores: debemus esse hospita-
les/& peregrinos libēter suscipere propter Christū/ qui voluit pro nobis/& ī hoc quoq;
mundo esse peregrinus/vt nos tandē in æternitatis hospitio susciperet. Et maxime om-
nium decet episcopū esse talem: vt qui Christū proxime repræsentet. Debet esse docilis.
Nam si ebes esset ingenio/& nō facile legis intelligentiā capessēs: nō esset idoneus qui
in loco illo sederet/ad quē spectat vniuersę legis cognitio/ nō carnali quidem sensu &
crasso/sed spirituali & puriori examinād. Sit ergo docilis siue docibilis/id est qui faci-
le doceatur: etiā desuper illucescēte diuinitate proprio labore sacrarū rerū intelligētiā
penetrans. Non sit vinosus & in cōuiuijs debacchans. nam irreptæhensibilē/ vigilem/
castum/ornatū/hospitalem/ docilē esse oportet. Hæc autē vinositas & (vt sic dicā) cō-
potationum frequētia & debacchatio: cūctis his aduersatur/& claudit diuinarū & hu-
manarum rerū intelligētiam. Sit igitur sobrius: & quoad fieri potest abstemius. Nō sit
percussor. At quis pastorem gregis percussorem & mutilatorē deligeret? tanto minus
debet episcopus humani gregis pastor/percussor esse/pugnator/& mutilator. est eni vi-
carius pastoris æterni: qui pascit nō interimit. qui contrita sanat: non vulnerat. qui au-
thor pacis est: nō belli. qui luxata redintegrat: & omnia in se vnit/dulci fouēs ouē ī gre
mio. sacris etiam suis humeris si deerrat reducēs ad gregis vnitatē. non mutilat: nō dis
sipat. Talis ergo sit episcopus/pastor: sub pastore illo cōstitutus/lenis/mansuetus/pacifi
cus. non solū percutiens facto/sed ne quidē verbo: quæ dura est & saucians/non sanans
linguæ percussio. pro quo & infra Paulus πρεσβυτέρω μὴ ἐπιπλήξῃς. quod in-
terpretari solent/seniorem ne increpaueris. Hic autē dicit μὴ πλήκτην. quare & hic
locus: ad percussionē etiam quæ lingua fit/transferri potest. Non sit turpis lucri sectator.
non decet episcopum turpis lucri esse sectatorē: neq; a grege sibi credito/neq; ab alijs
more institorum & danistarum. Nam æternus pastor dat: & omnia gratis dat/& nō ac-
cipit. Si quis autē episcopus pecuniam suam trapezitis tradit/ vt nūmus nummū pa-
riat si suis ad fœnus tradit/si mercaturas exercet: nōne turpe lucrum sectatur? Qꝫ si tur
pe: etiam iniustū. iustitia eni: pulcherrimū animæ ornamentū. quomō igitur hoc orna-

mento carens/ & turpitudinē loco eius induens: ornatus erit vt decet episcopū? Non igi
tur sectetur turpe lucrū: sed cōtra/ liberalis sit. Qui & cognit⁹ sit ꝓpriæ familiæ bene præ-
fuisse/ filios (si quos habuerit ī subiectione & ōni probitate) īstituisse. Nā qui propriæ fa-
miliæ præesse nescit: multo magis nesciet ecclesiæ præesse. qui eni nescit regere paucos:
quomodo reget multos? qui nescit domum: quomodo ciuitatem? Ad tempora vsq; Gre
gorij septimi qui ordinis fuit Cluniacensium: adhuc sacerdotibus & diaconis licebat
virginem habere vxorem. quæ si prior moriebatur: non licebat secundam superducere.
si autem superuiuebat: vidua manens/ sacros nō contaminabat hymenæos. Apostolicū
nuptiarum ritum retinuerunt Græci.: neq; mutare voluerunt. agamiam acceptauerunt
aliæ ecclesiæ. vnde plurimi per deteriorem īcontinentiā lapsi: in pedicas inciderūt dia-
boli. Araneos vides/ veneno turgentes: tam subtilia retia texere/ quæ oculos fallere pos-
sint. quicquid incidit/ mortifero morsu necant: & primum quod aggrediuntur caput est/
sensus auferentes. hæ dæmonis & laqueorum eius mira arte & subtilitate nobis præten
sorum/ & venenatorum morsuum: quædam sunt adumbrationes. qui etiā retia plerūq;
nectūt: in ijs quæ clariora & sanctiora vidētur. Cæterum qui præficitur episcopus: non sit
neophytus ad honores. nam qui nunq̄ administrationem gessit: nisi pedetentim proba-
tus ascendat/ plerūq; superari solet a gloria. cum nouicius est/ & venenifer araneus rete
texit/ & flat superbiæ ventus: incidit ī pedicas eius. licet id in paruis rebus depræhen-
dere. Nam qui doctorali laurea donantur: cum nouicij sunt/ vix seipsos depræhendant.
sic eos quidam (non omnes dico/ sed quosdam) inanis tumor occupat. superuenienti
bus autem annis: tumor ille paulatim recidit. vt cum iam sunt veterani/ & plurimus eis
honor iure debeatur: tunc nichili se æstiment humilitate ornati/ quos in nouiciatu in-
anis deformauerat elatio. Ergo non deligatur ad eam sublimem intēdentiam nouicius.
Neq; satis est in vno loco testimonium bonum: si in alijs malum habet. nam etsi ipse
forte in rete non incideret diaboli: hac tamen occasione vel exteri vel suorum aliqui ici
dere possent. Araneus enim illic serpens ille venenatus antiquus: fila sua tendit. Ergo
quoad fieri potest is deligatur huic prouinciæ/ & sacrosāctæ functioni cōmittatur: qui ab
omnibus bonum habet testimonium/ & omnibus gratus est atq; acceptus. vt eni lumē
solis omnium oculis gratum est: æque & vera virtus omnium mētibus/ etiam plurimo-
rum eorum qui ægrotant. Vt doctor gentium/ non ab hominibus hac laurea/ sed a Chri
sto donatus/ docuit episcopos: subinde docet & diaconos/ qui ministri sunt episcoporū/
et ex qbus si pro dignitate in ministerij sui functione se gerunt/ legitimo calle assumun-
tur episcopi. Quapropter summa authoritate dēpta & prima sacrorū facultate: eadē fer-
me & horū et illorū officia/ suntq; vtrisq; plurima cōmunia. sed hi ī imo & ministrādo:
13 illi in summo & præsidendo illa habentes. Et ideo subiungit Paulus de diaconis & fa-
milia eorum/ eorumq; vxoribus hanc doctrinam: dicens. ¶ Diaconos similiter castos es
se/ sermone non duplices/ non multo vino deditos/ non turpis lucri sectatores/ habētes
mysterium fidei in conscientia pura. & ipsi quidem probentur primū: deinde ministrēt/
cum sine crimine sint. vxores simili modo castas esse oportet. nō calūniatrices/ vigiles/
fideles in omnibus. Diaconi sint vnius vxoris viri: qui liberis honeste præsint/ & pro-
prijs domibus. Nam qui bene ministrant: gradum bonum sibi vendicant/ & multam fi
duciam in fide quæ est in CHRISTO IHESV. ¶ Ad institutionem episcopi se-
ptendecim annumerauerat. irrepræhensibilitatem/ monogamiam/ vigilantiam/ ca-
stitatem/ ornatum/ hospitalitatem/ docilitatem/ non vinositatem/ non percutiendi
procliuitatem/ non turpis lucri sectationem/ mititatem/ pacabilitatem/ liberalitatē/ bo-
nam in re familiari præsidentiam/ liberorum in omni honestate subiectionem/ non no-
uiciatum/ testimonium bonū & ab ijs quibus præficiendus est & ab exteris. Ad diaco-
norū vero institutionem nouem enumerat. Primo. q̄ casti sint. hoc: carnis prohibet di- 1
uisionem. & tāto magis spiritus: quam facit idololatria/ & alterius q̄ veri dei cultus. Se- 2
cundo. q̄ non sint mendaces. quid enim aliud sunt sermone duplices: nisi mēdaces? sint
ergo diaconi veraces: vt veritatis ministri esse possint/ qui Christ⁹ dominus est. Tertio. 3
nō sint vinosi. eos eni qui multo vino dediti/ & se āpli⁹ q̄ par est vino īgurgitāt & pro-
luūt: vinolentos & vinosos appellamus ac debacchatores. quod cum semper turpe sit:
maxime tamen turpe/ cum cauponas non abhorrent/ vbi præbetur publicum vinolētiæ
& debacchationis exemplum. Igitur priuatus siue publicus sit bacchator/ id est multo
vino deditus: non est ex præcepto apostoli immo Christi a quo doctrinā hanc cepit/ mi-
nister sacris altaribus assumendus. Sit ergo sobrius & abstinens/ aut saltem cibo potuq;
temperans: quicunq; huic officio est designandus. Quarto. Non sit sectator turpis lucri. 4
hoc: prohibet omne lucrū īhonestū. vt quodcūq; esset ex ludo/ quodcūq; ex fœneratio-

ne/ex mercatura. Et si mercatura aliquib9 possit esse honesta: non tamen diaconis. hone
stum tamen lucrum : non prohibetur. vt quod est ex proprijs fundis. Nam id bonorum
incrementum/ a dei benedictione & prouidentia venit: qui liberalis est in ões. est itaq;
hoc lucrum liberale: quod accipi debet cum multa gratiarũ actione/ ad liberalitatis op9
ad rem ecclesiasticam si oportet/ ad familiã/ ad pauperes/ ad hospitalitatẽ/ id est ad ad-
uenas præ se pietatem ferentes/ ad Christi similitudinem suscipiẽdos. non q diaconi sit
terras colere & arbores plãtare. hęc eni cura fidelibus idiotis cõmittẽda. Quid si alicui
honesto operi manuali intendũt & inde lucrũ ad victum/ vestitum/ & liberalitatis opus
sectẽtur/ Neq; id prohibetur. Etenim Paulus maior omnibus episcopis/ maior diaconis
omnibus: opere manuali operabatur/ id nobis relinquens vitę deo beneplacentis exem
plum. Non igitur diaconus turpe sectetur lucrum: neq; etiam tam sectetur honestũ & li-
berale/ q̃ vt eo habito/ liberaliter vtatur. nam qui hæret cœlo cœlestibusq; ministerijs:
nõ ãplius terræ debet hærere/ sed prouidere. Nã & angeli prouident terris: sed nõ hærẽt
terris/ sed patri cœlesti/ cuius faciẽ semper vident. Quitum. Sint conscientia pura/ sacra- 5
menta dei ministrantes. Pontificis est: sacra mysteria celebrare. diaconorum est : mini-
strare & rebus pactis illa dispensare. at nisi habeant conscientiã puram/ quomodo sacra
mysteria rite dispensabunt? hoc igitur: ornatum iubet/ maxime interiorem/ qui in purita
te conscientiæ consistit. Sit igitur diaconus omnis: puritate conscientiæ adornatus. Se- 6
xto. Non sit nouicius. Nam qui longo vsu aliqua in re probati non sunt: nouicij sunt.
probetur igitur eorum idoneitas priusq̃ diaconatus donẽtur honore. non enim est ho-
nor paruus/ mensæ domini ministrare/ pascere prius euangelica lectione sanctum Chri
sti populum/ & deinde ipse pane vitæ æternæ pastus: eundem vere cœlestem panẽ/ imo
supercœlestem/ & supersubstantialẽ proprijs manibus reuerẽter populo porrigere/ quod
est diaconi officium. Quod igitur iubentur prius probari & bene probatos assumi: id
& nouicios excludit/ & irrepræhensibilitatem præcipit. tunc enim cũ neq; nouicij sunt/
neq; aliquo vicio repræhensibiles: in sancto ministerio poni possunt. Septimo. Diacon9 7.
si virginitatem nõ præelegit: vxorem castam habeat/ non cõuiciatricẽ/ sed vigilẽ/ & om
nibus fidelem/ qualis decet sanctum ministrum. si carnem diuisit : casta non censetur/
etiam si cum altero viro in nuptijs. tanto minus: si id accidisset per fornicationem. ergo
quam licebat ei qui diaconus futurus erat accepisse vxorem: virginem esse oportebat/ et
sanctis moribus potius q̃ ampla dote adornatam. auaritia: infœlix & ĩfausta pronuba.
castitas autem/ omnibenigniloquentia/ sedulitas/ in re omni fidelitas: mulieris amplissi-
ma dos est. sine qua qui futurus erat diaconus/ & tanto minus qui futurus episcopus:
nunq̃ virginem admittere debuit ad thorum. fortuna autem vltimum locum & abie-
ctissimum semper teneat: virtus supremum. vt cœlum summum locum tenet: & opes ex
abditis effodiuntur terræ cauernis/ vt ex vltimis rerum locis. hic fortunæ sedes: hic eius
regia. Esto igitur diaconi vxor tali probitate ĩsignita. Octauo. Diaconi si nõ virgines: 8
solum sint monogami. nam digamum non licet assumi in diaconũ: tanto minus triga-
mum aut polygamum. neq; Christus/ nisi vnam ecclesiam: neq; ecclesia/ nisi Christum
vnq̃ habet. vnus sponsus: & sponsa vna. & tales decet in imitatione esse ecclesiæ mini-
stros. Et qui præsunt: nõ credãt se esse spõsos. nõ sunt spõsi: sed vicarij spõsi. immo neq;
Petrus spõs9/ neq; Paulus: sed amici spõsi/ & fideles æconomi eius. Et qui pręsunt/ & be
ne præsunt: cum Paulo nomen sortiuntur æconomi. spõsus vnus est: propter quem om
nes spõsi & spõsæ a pricipio mũdi in imagine currũt. Et beati qui imaginẽ cœlestis epi-
thalamij in laudibus ãgelorũ: nõ violãt. Nono. Qui liberos si habeãt/ & rẽ familiarem 9
nõ norit probe dispẽsare: idigni sunt qui ad ministeria dei assumantur dispensanda. Si
ad tempora nostra respicimus magna est in ecclesia dei indignitas. & timendum certe
tantumdẽq; verendum: ne multi qui hoc nomine cẽsentur/ nõ sint dei ecclesia/ sed ha-
beãt libellum repudij. est tamẽ semper & erit spõsa Christi: sancta & immaculata. Sata-
gamus igitur/ vias sequẽtes spiritus: illi isert. & quicquid lesum/ fractum aut cõtritũ fue-
rit : sanabitur/ reditegrabitur/ cõsolidabitur. Doctrinam & i ijs qui præsunt/ & in ijs qui
subsunt/ imitemur Pauli/ & nõ simus filij discholiæ: & omnia in pulchritudine/ & mira-
bili quidem pulchritudine erunt. Quod annuat deus superbonus & supersummus/ etiã
nostris temporibus: et si id nõ ad perfectum/ saltem præparationes iactamẽtaq; videri.
Cur de episcopis & diaconis scripserit Paulus ad Timotheum : causam aperit. q forte
adire nõ posset Ephesium ad episcopos & diaconos per loca ĩstituẽdos: qui eo forsitan
14 absente/ ĩstituẽdi erãt. vt si ipse Timothe9 aliquos sufficiat: studeat tales pficere/ aut i mi
nisterio ordinare. Ait itaq;. ¶ Hæc tibi scribo: spe fretus/ q ad te ocyus veniam. Si autẽ
tardauero: vt scias quo pacto oportet in domo dei cõuersari/ quæ est ecclesia dei viuẽtis/

columna & ſedes veritatis. Et pro confeſſo/ magnum eſt hoc pietatis myſteriũ: deus manifeſtatus eſt in carne/ iuſtificatus eſt in ſpiritu/ viſus eſt ab angelis/ prædicatus eſt in gẽtibus/ creditus eſt in mundo/ aſſumptus eſt in gloria. ¶ Vt Moſes inſigniorem gratiã habuit/ q̃ ſeptuaginta duo qui de eius acceperunt ſpiritu: ita Paulus inſigniorem q̃ Timotheus/ & alij coadiutores eius. Nam electus eſt: vt vniuerſalis architectus. alij autẽ: vt cooperatores. Et Paulus propheta/ & Timotheus propheta: ſed inſignior Paulus ad cognoſcendum per ſpiritum ſanctum qui idonei eſſent vt præficerentur epiſcopi/ aut eligerentur miniſtri. non enim experientia exteriore egebant: qui cognoſcebant interiora & penitiſſima cordiũ/ non ex ſe/ ſed ex ſpiritu ſancto. Cum igitur per abſentiam inſtruit Timotheum: gratia maior inſtruit minorẽ/ & maius lumen/ allucet minori. Epiſcopus non præficitur vt præſit terrenæ domui/ neq; diaconus eligitur vt ſeruiat in terrena domo: ſed ille/ vt præſit vt œconomus in aliqua parte eccleſiæ dei quæ eſt ſpiritualis domus et domus dei viuentis/ & hic vt ſeruiat in eadem domo. Et nunc eccleſiã colũnæ comparat: ſed colũnæ ſpirituali a terra ad ſummũ vſq; cœlorum protenſæ/ in cuius culmine ſedet veritas/ qui eſt Chriſtus ſuper õnia benedictus. Hæc eſt eccleſiæ: in ſimilitudine repræſentatio. Sed cum dixit de eccleſia quę ſponſa eſt: ſubiungit de ſponſo qui ſedet i columna. nam ille deus eſt: qui in carne manifeſtatus eſt. verbum enim caro factũ eſt. Iuſtificatus in ſpiritu. requieuit enim ſuper eum (etiã inſeparabiliter) ſpiritus domini/ ſpiritus ſapientiæ & intellectus/ ſpiritus conſilij & fortitudinis/ ſpiritus ſcientiæ & pietatis/ & ſpiritus timoris domini. & ex plenitudine iuſtificationis eius: accepimus omnes. nullus enim poteſt iuſtificari: niſi a iuſtificatione eius. vt nulla diurna lux: niſi a fonte ſolaris lucis. Viſus eſt angelis. Nam ab angelis annũciatus. & natus in carne: q̃primum ab angelis euangelizatus. Inquit enim paſtoribus claritate dei circũfulſis/ angelus pręeminentior/ multa turba ãgelorum ſtipatus: nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum: quod erit õni populo. quia natus eſt vobis hodie: ſaluator/ qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. & vbi dedit eis ſignum infantis/ ante omnia ſæcula & tunc in tempore nati/ qui fecerat & tempora: ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium deum/ & dicẽtium gloria in altiſſimis deo/ & in terra pax/ in hominibus bona voluntas. Prædicatus in gentibus. nam & ipſe iuſſerat apoſtolis: ite (inquit) & prædicate euangelium omni creaturæ. & in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Creditus eſt i mũdo. ſicut in prophetia ſcriptũ eſt. Populus quẽ nõ cognoui/ ſeruiuit michi: in auditu auris obediuit michi. Aſſumptus eſt in gloria. Et videntibus (inquit) illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ. Et Stephanus primus teſtis & corona martyrum: vidit gloriam eius. Ecce (inquit) video cœlos apertos: & filium hominis ſtãtem a dexteris virtutis dei. Hic eſt qui ſedet ſuper colũnã firmiſſimam & inconcuſſibilem vſq; ad diem iudicij: cum mouebuntur virtutes cœlorũ. Et hęc vniuerſa magnũ & ieffabile ſunt circa nos pietatis eius ſacramẽtũ. quem introeuntem in mundum adorauerunt angeli dei: et quẽ nunc & ſemper adorat omnis exercitus cœlorum. Cui ſit honor & gloria/ ſuper omnem eminens et glo-
A riam & honorem: in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

12 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literã. ¶ Vulgata æditio. ¶ Si quis epiſcopatum deſyderat: bonum opus deſyderat. ¶ Malui hic dicere epiſcopen/ & vti verbo Pauli: vt melius hic ſuperintendentia/ & officium epiſcopi intelligatur/ non idipſum cui committitur. Stulti enim homines ſolent nunc quærere/ quãti hic vel ille epiſcopatus: attendentes temporales fructus/ qui a ſubditis percipiuntur. Qz ſi intelligunt epiſcopen/ & eius q̃ bonus eſt epiſcopus ſpiritualem ſuperintendentiam tanti eſſe: ſimiles ſunt Simoni mago/ aut infœlici Ananiæ/ exiſtimãtes ſpiritus ſancti donũ pecunia æſtimari poſſe/ ſed valor ille inæſtimabilis eſt. Si vero negligens eſt epiſcopus: epiſcopatus nichil valet. quomodo enim ſuperintendentiam æſtimares: quæ nulla eſt/ quod certe nichil eſt: æſtimari non poteſt. Terrena igitur/ quæ bene intendentes ſequũtur: non valor/ non precium eſt illius ſanctæ ſuperintendentiæ/ ſed quædam ſpiritualium operum hypoſtaſis/ vt ſenſibilis mundus hypoſtaſis ſpiritualiũ & itellectualiũ rerum/ & vmbra lucis hypoſtaſis. Qui bene præſunt/ vigilant/ ſuperintẽdunt: lucem miniſtrant/ & in modica ſubditorũ vmbra capiunt refrigerium. Secus eſt de iјs qui ſuæ vicis functionem non intelligunt. volunt enĩ hi in ſola temporalium vmbra requieſcere: nichil curantes ſummi patrisfamilias gregem per ſuam ſecordiam mille modis interim (dũ torpent in vmbra) interire. hi epiſcopen/ hi epiſcopatum nũq̃ deſyderauerunt: ſed ſolam epiſcopes/ ſolãq; ipſius epiſcopatus vmbram/ quam falſo nomine epiſcopatum appellant. Paulus. εἴτισ ἐπισκοπῆσ ὀρέγεται. καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Eſt enim ἐπισκοπη intendentia/

» opus/ officiumq; episcopi. ¶ Vulgata ęditio. Vnius vxoris virum/ sobriū/ ornatum/ pru-
» dentem/ pudicum/ hospitalem/ doctorem/ non vinolentum/ non percussorem/ sed mode-
» stum/ non litigiosum/ non cupidum. ¶ Quod hic vetus interpres dicit sobrium : græce
habetur νηφάλιον: quod magis vigilem significat. Et quod dicit prudentem: græce ha-
betur σώφρονα/ quod alibi sobrium dicit. nos autem modestum & castum & tempera-
tum: potius dicimus. & σώφρων ad significandum φρόνιμον id est prudentem: id nō
nisi metaphorice fit ꝙ temperantia prudentiæ soleat esse comes/ prudentisq; conseruet
saluetq; iudicium. Et debuit hic secundum locum tenere/ poniq; ante ornatum. Et hic
ornatus/ mundiciem dicit in cultu exteriori. Non est enim episcopus sponsus : sed vica-
rius spōsi/ spōsumq; repræsentans. Decet igitur ipsum/ in habitu mūdo castoq; oculis ca-
stę & virginis sponsæ se semper præsentare. Pudicum: hic abundat. Quod vetus inter-
pres dicit docturem: potius designat docilem/ abilemq; ad docendum. quomodo enim
alios docere posset: qui ne quidem doceri posset? Vinolentum siue vinosum eum intel-
ligimus : qui deditus vino propemodum bacchatur. dictum apud Græcos : ꝙ sem-
per iuxta vinum assideat. Quod cum omni Christiano : maxime episcopo turpe est/
ac vitandum. Post percussorem/ deest vocabulum vnum: quod Paulus dicit αἰσχρο-
κερδῆ. nos si vsus admitteret: vno composito vocabulo diceremus turpilucrem. verum
quia apud latinos parum vsitatum est: circūlocutione magis vtendum est/ & dicendum
turpis lucri cupidum/ aut turpis lucri sectatorem. Et quod vetus interpres modestum di
cit: mitem/ & clementem significat. Quod non cupidum: cupidum specialiter designat
auarum/ argentiq; cupidum. Paulus. νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον,
B διδακτικόν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ᾽ ἐπιεικῆ,
13 » ἄμαχον, ἀφιλάργυρον. ¶ Vulgata ęditio. Diacones similiter pudicos/ nō bilingues.
C ¶ Dicendum: diaconos. nā diacon nō dicitur: sed diaconus. Paulus. Διακόνους ὡσ-
13 » αύτως σεμνοὺς μὴ διλόγους. ¶ Vulgata æditio. Sobrias/ fideles in omnibus.
¶ Dici & hic potest: vigiles/ vbi dicit sobrias. Paul⁹. νηφαλέους, πιστὰς ἐν πᾶσι.
» ¶ Vulgata æditio. Diacones sint vnius vxoris viri: qui filijs suis bene præsint. ¶ Dicen
dum diaconi. Et suis: abundat. Et cum dicit/ diaconi sint vnius vxoris viri : delir⁹ esset
& vanissimus sophista/ importunusq; garrulus/ si id cōiunctim intelligeret/ & non seor-
sum ac diuisim. ac si diceremus: diaconus quisq; sit vnius vxoris vir. Tales eni obliquo
mentis oculo omnia cauillantes/ a spiritu tam procul absunt: q̄ sathanas a sanctorū cœ-
tu angelorū/ lusca monstra/ aut penitus exoculati Polyphemi. Paulus. Διάκονοι ἔστω-
D σαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι. ¶ Vulgata æditio.
14 » Hæc tibi scribo fili Timothee: sperās/ me ad te venire cito. ¶ Particula fili Timothee:
abūdat. Paul⁹. ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιον. ¶ Vulgata
» æditio. Quæ est ecclesia dei viui/ colūna/ & firmamentum veritatis. ¶ Potius sedes aut
fundamentum/ q̄ firmamentum dicitur. Verum & sedem dicere malui q̄ fundamētum.
ne putetur hic dici fundamentum: vt & cum dicitur. Fundamentum enim aliud nullus
potest ponere/ præter id quod positum est: qui ē Ihesus Christus. nā hoc Christo conue-
nit non ecclesiæ: quæ est fundata & superædificata/ non fundamentum. Christus autem
ecclesiæ fundamentum. spiritualium enim fundamenta sursum sunt/ non terrenorū mo
re deorsum (fundamenta inquit eius in montibus sanctis) & fundamentum quod maxi
me per eminētiam dicitur / super omnes est. Cum igitur ecclesiam comparat colūnę: ea
quæ in terra est non est principium/ sed finis & extremum. quæ enim fundamento sunt
propiora: & illa sunt priora. Vt supremæ virtutes cœlestes/ proxime in fundamento posi
tæ sunt/ & montes sancti in visione spiritus: in quibus & sedet deus. magis igitur cōsen-
taneum visum est/ nec ab re quidem: vt sedem potius interpretaremur q̄ fundamētū. id
enim magis ecclesiæ conuenit: vtpote in cuius summitate/ vt in summitate columnæ a
terra ad cœlorū summa eleuatę sedet deus. Paulus. ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶν-
» τος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. ¶ Vulgata ęditio. Et manifeste ma-
» gnum est pietatis sacramentum: quod manifestatū est in carne/ iustificatum est i spiritu/
» apparuit angelis/ prædicatum est gentibus/ creditum est in mundo/ assumptū est in glo-
» ria. ¶ Potius pro cōfesso/ q̄ manifeste: dicēdū. significatq; id pro explorato & certo/ omni
ꝓpulsa dubietatis caligine. Atq; dicēdū/ deus manifestatus: nō qd manifestatū ē. & cęte
ra sequentia adiectiua neutra / in masculina cōuertenda. dicendo: iustificatus est/ præ-
dicatus est/ creditus est / assumptus est/ vt ōnia in suū substātiuū deus/ referantur. Pau-
lus. καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, θεὸς ἐφα-
νερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν
ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξα. Nunc ad sequētia trāscēdum.

HOc facto/magnoq; pietatis reserato sacraměto: prophetat Paulus Timo
theo de ijs erroribus/qui futuri erant circa ciborum abstinentias & nu-
ptiarum/quasi hæc per se mala essent. Qui error postmodum apparuit:
qui fuit Encratitarum/ & eorum quos appellarunt Cataphrygas. & expe
15 diebat Asiaticos prophetia præmuniri. quia error ille: apud eos plurimũ
inserpsit. Ait ergo Paulus. ¶ Spiritus autem eloquibiliter dicit: q̧ in po-
sterioribus temporibus apostatabunt nonnulli a fide / attendentes
spiritibus erroneis/ & doctrinis dæmoniorum/eorum qui simulatione
mendacia loquuntur / cauterio inustam / propriam habentes conscientiam / prohi-
bentes nubere / iubentes abstinere a cibis quos deus creauit ad perceptionem cum
gratiarum actione a fidelibus / & ijs qui cognouerunt veritatem / q̧ omnis creatura
dei bona est/ & nichil excludendum quod cum gratiarum actione sumitur. sanctifica-
tur enim per sermonẽ dei & locutionẽ. ¶ Hæc est prophetia de Encratitis & de hæresi
Phrygianorum. Quis enim nescit delirũ Montanum aliena loquentem/ Priscillã & Ma
ximillam insanas vates/ & alios aut authores aut fautores horum errorum: spiritibus at
tendisse erroneis/ & innumera mendacia loquutos fuisse/ pietatem simulantes / consciẽ-
tiam habentes vlceratam/ & diaboli cauterio penetratam/ ne cicatrix aboleri posset? Q̧
si quis amplius cupit has tenebras (quas vult depellere apostolus) cognoscere: Epipha
nium legat. oculus tamen qui est amator lucis: his minime cupit inuersari tenebris/ nisi
cũ necessitas vrget ad illas depellẽdas/ & ad veræ lucis reparationis diem. alioqui timẽ
da est curiositas: et ex curiositate quædam lucis purius admittendæ impræparatio / &
ingressus maligni facilior admissio. Quid igitur mandat Timotheo? Vt prædicet: & om
nem creaturam esse bonam quam deus condidit/ & omnem escam rationabilem/ bonã
homini esse/ nullamq; excipiendam quæ cũ gratiarũ actione percipitur / & nuptias es-
se bonas. venturosq; esse qui aliter ex doctrinis dæmoniorum quæ perniciosæ hæreses
sunt/ doceant/ vt a vera creatoris pietate abducant. etenim cibi ões rationabiles/ et nu
ptiæ/ per domini sermonem sanctificantur. Rationabiles dico. nam serpentes/ virosa &
humanæ carnes/ & multa id genus/ licet creaturæ bonæ sint: non sunt tamen rationabi
lis cibus. neq; nuptiæ rationabiles: si mulieri iungatur eunuchus/ aut mulier viro qui p-
uertere naturam vult/ propriarum nuptiarum vsum ludibrio habens. nam neq; illi cibi/
neq; hæ nuptiæ: sed feritates/ & circa naturæ cibos & nuptias pessima dæmonum ludifi
16 camenta/ quæ sanctificationem non recipiũt. omnia enim sanctificationi apta: ordiua-
ta sunt. Subdit ergo Paulus ad Timotheum. ¶ Hæc admonens fratres: bonus eris mi-
nister IHESV CHRISTI/ enutriẽs sermonibus fidei/ & bona doctrina quam assecutus
es. ¶ Dat insuper et alias doctrinas quæ cuiq; volẽti alios istituere & in pietatis officijs
seipsum exercere/ necessariæ sunt. Prima vt cum aliorum suscipit institutionem: propha 1
nas fabulas et aniles non immisceat. Præbent enim eloquia / & agiographorum ca-
storũq; scriptorũ dicta (si quid sermoni inserendum est) amplissimũ campum. Ait itaq;
17 ¶ Prophanas autem & aniles fabulas deuita. ¶ Certe in institutione aliorum: propha-
na/ inquinantia/ & anilia omnino verba / deuitãda sunt. & non solũ publice: sed & om-
nino priuate vitanda sunt. verbo domini: ornatus mundi prodijt/ pulchritudoq; syde-
rum. sic quicquid ab ore nostro prodit / qui sumus filij verbi dei: ornatum/ pulchrumq;
esse debet/ & iternæ virtutis & gratię luce/ vt micãtib9 stellis/ respersũ. Sed nũc cũ neq̄s-
simis fabulis/ cũ mollibus elegijs/ cũ lenonib9/ lenis/ meretriculis/ parasitis comœdiarũ
ita ab ineunte ætate emolliuntur adolescentum animi: vt cum ad adultã ætatẽ veniãt/
nichil placeat nisi prophanum/ nisi molle & intemperans/ nisi fabulosum/ & quod deli-
rijs vetularum magis indignum sit ac perniciosum. Christus suos authores habet: suos
hymnidicos/ & epicos & (vt sic dicã) σεμνοποιητας id est semnopoetas omnes / suos
historicos/ suos philosophos & sapientes. in quibus qui instituuntur: castas mẽtes repor
tãt/ luci spiritus sancti / & sermonibus eius peruias/ donec æternus eis oriatur dies/ non
ante pubem mille modis corruptas & incestas per molles fabellas/ veneres/ cupidines/
comœdias/ satyras in plerisq; ita turpia turpiter repræhendentes/ ac si quis ante virgi-
nes castitatem laudans (quod etiam nunc dicere pudet) denudet pudenda/ ac si venefi-
cia culpans ante quos culpat venena misceat. & fit veneficus: qui ante veneficij cul-
pam/ quid esset veneficium prorsus nesciebat. hæ fascinationes dæmonũ sunt/ hæc pro-
phana: & voce Pauli præconis altissimi deuitanda/ & procul ab omni gymnasio Christi
18 arcenda. illa enim sunt de gymnasio idolorum: quod ei aduersatur quod Christi est. Se- 2
cunda quam hic ponit doctrina: de exercitio ad pietatem est/ & est hæc. ¶ Exerce au-

tem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio: ad paucum vtilis est. pietas au-
tē ad omnia prodest: promissiones habens vitæ/ cum præsentis tum futuræ. ⸿ Exercita-
tio corporis/ motio corporis quę sanitatem viresq; / cum accōmodata & temperata fue-
rit/ cōseruat. Sed pietas: est mentis ad deum conuersæ motio/ quæ excessum non habet/
vitam conseruans & præsentem & æternam. hæc: ad æternitatem valet. illa: solū ad prę-
sentem vitam. præsens vita/ si ad futuram conferas: punctum est ad lineā infinitā. cor-
poralis igitur exercitatio/ quæ solum ad præsentem vitam pertinet: ad paucum vtilis ē.
sed exercitatio mentis secūdum pietatis motionem: ad multa / imo ad omnia vtilis est.
Nam & ad præsentia/ & ad futura quę omne bonū continent. Et pijs: per os sui apostoli
promittit deus vtramq; vitam/ & præsentem & futuram. mēs pia & religiosa: oculus est
semper ad solem conuersus/ omnia quæcunq; facit ex illa luce hauriens/ aut ad illam lu
cem reducens. suntq; omnia opera pij: lucida & luminosa. quomodo enim qui ad solem
cōuertitur: quicq̄ facit quod non illuminetur? Tertia doctrina vt speremus a deo salutē: 3
& a re alia nulla. Nam ipse est saluator omnium hominū. quis enim in hoc mundo om
nes homines saluat: nisi qui vitam omnibus hominibus largitur/ & prouidet vnde habi
ta conseruetur? Sed maxime saluator est hominum fidelium. nam eos & in hoc mundo
saluat per prouidentiam: & in altero per gloriam & vitam sempiternam. infideles autē
solum in hoc mundo saluat: ī altero vero (vt par est) gloria vitaq; priuat æterna/ per iu-
stitiam. ergo prouidentia: cōmunis est tam bonis q̄ malis. sed gloria & vita æterna: solū
ꝓpria est bonis. ignominia extremaq; cōfusio & mors æterna: malis. gloria inq̄ propria
est bonis/ sed qui fideles sunt. æterna autē confusio malis: sed qui infideles sunt. aut sim-
pliciter: vt qui neq; verbo quidem credunt. aut opere: vt qui verba fidei habent/ sed fa-
ctis fidem impugnāt. vt qui dicunt non fornicandum & fornicātur/ non furādum et fu-
rantur: horum cum infidelibus portio est. et q̄diu sic viuunt: nomine infidelium continē
tur. si autem resipiscūt ad deum honorandum quem inhonorarūt/ ad amandū quē offē
19 derunt/ ad colendam iustitiā quā transgressi sunt (vniuersa enim dei mādata iustitia cō
tinet) nomen mutabunt/ erūtq; rursus fideles ex infidelibus. Ait igitur Paulus. ⸿ Fide-
lis sermo & omni acceptatiōe dignus. in hoc eni & laboramus & īproperia sustinemus:
quia sperauimus in deo viuente/ qui est saluator omnium hominum/ maxime/ fideliū.
⸿ Qui spem vniuersam suæ salutis in deo collocat: laborē omnem & improperia mūdi
facile tolerat. quia sperat in eo: qui saluat/ aut dānat. Agricola cum seminat siue serena
dies sit/ siue turbulēta: neq; in opere suo/ neq; in præsentis tēporis aut serenitate aut ad-
uersitate sperat (nā spes futuri est) sed in sola dei prouidentia/ quæ sola potest aut messem
multiplicare/ aut eam si vult perdere. fecit tamen quod potuit: & vt agricola fidelis. Qz
si agrū nō arasset/ si semen nō iecisset: nō speraret. Simili modo qui bene operatur in re-
bus secundis: semen salutis iacit in serenitate dei. qui autem in aduersis & cū dura pre-
munt: semen salutis iacit in turbulentia dei. sed neq; in secundis/ neq; in aduersis/ neq; ī
operib9 suis cōfidere debet: sed i eo solo qui facere potest vt iacta semina adolescāt in sa
lutē. non enim deus aliter dat salutem operibus: q̄ vitā mortuis in terrā iactis seminib9.
Quarta doctrina. Vt prædictarum doctrinarum luce cæteros illuminemus. & sic exem- 4
plū vitæ in sermone/ conuersatione/ dilectione/ spiritu/ castitate/ & fide nosipsos consti-
tuamus: vt nemo nos cōtēnere possit. & hoc etiā ab adolescentia discamus. Nā si ita vi-
20 uamus vt adolescētes nos nemo contēnat: tāto minus cōtempturi sunt cū fuerimus se-
nes. Ait ergo apostolus. ⸿ Præcipe hæc: & doce. Facito nullus tuā iuuentā contemnat:
sed exemplū esto fidelium in sermone/ in conuersatione/ in dilectione/ in spiritu/ in fide/
in castitate. ⸿ Quod pręcipit Timotheo: omnibus præcipit/ maxime qui alijs vt præsint
præfecti sunt. Nā præcipere & docere: superiorū sunt ad inferiores. neq; enim ima illu-
minātsumma: sed sūma imis suæ illuminationis radios imittunt/ efficiunturq; ima per
radiorū susceptionem (quodq; pro captu) summiformia. sicq; minores maiorū exempla
sequētes: debēt quoad possunt per imitationē maioriformes in sermone / in cōuersatio-
ne i dilectione/ in operibus spiritus/ ī fide/ in castitate fieri. Hæc eni a superioribus ī in-
feriores sic lucere debent: quēadmodū a sole ōnia inferiora luminosa videntur / suntq;
luciformia. Quinta doctrina etsi Timotheo quoquo pacto peculiaris videatur: vniuer- 5
salis etiā ex ea intelligi potest/ quæ sit hæc. Diuinæ lectioni/ exhortationi/ doctrinæ intē
dere debemus/ donum dei quodcunq; nobis datum est/ non negligere/ in illis immora-
ri. Nam hoc facientes: nos ad dei salutem adaptamus / & eos identidem quibuscū ver-
samur & nos audiunt/ ad salutis portum conducimus. Non iubet nos impuræ intende-
re lectioni (procul absit Plautus/ Terentius/ Martialis/ Tibullus/ aut tenerorum lusor
amorum/ & reuera melius illusor animorum) sed sanctæ. Sacrū pectus est: cui sancta in-

ſcripſeris euangelia/cui caſtam Pauli doctrinam/& quicquid doctrinæ non aduerſatur
ſpiritus.ſi aliū ex ſancta lectione non ſufficis exhortati:exhortare teipſum.ſi non ſufficis
aliū docere:doce teipſum.donum dei non neglige .nullus eſt:quē non dono aliquo mu
neret.quod qui negligit:datorē ſpernere videtur.& hoc ipſo:ſe donis alijs cōſtituit indi-
gnū.Qui his doctrinis immanet/qui in his ſe exercet:ad pietatē ſe exercet/ quæ ad om-
nia valet/& ad propriam & ad aliorum ſalutē/& ad præſentem & ad futuram vitam.tres
21 itaq; ſupremę doctrinę:ſecūdā quoquo pacto aperiūt/& dilucidiorem/aptiorēq; reddūt.
Subiungit ergo Paulus ad Timotheum hoc pacto. ¶Donec veniam:intende lectioni/
exhortationi/doctrinæ.noli negligere donum quod in te eſt:quod datū eſt tibi per pro-
phetiam/cū impoſitione manuū preſbyterij . Hæc meditare/ī his eſto: vt promotio tua
manifeſta ſit in omnibus.Attende tibi ipſi & doctrinæ.immane illis.hoc enim faciēs: &
teipſum ſaluabis/& eos qui te audierit. ¶Preſbyteros/qui & apud latinos preſbyter: ſe-
nior dicitur.preſbyteriū:functio & poteſtas ſeniorum erat/qui manus capitibus initian-
dorū/purgandorū/aut perficiendorū imponebāt/ſacra precamina fundentes/ diuināq;
implorantes opē.Qui cum manus impoſuerūt Timotheo:donū accepit prophetiæ/ do-
num intelligentiæ prophetarum & ſanctarum ſcripturarum. Et qui ſanctas & impollu-
tas manus ei impoſuit:Paulus fuit/vt ex ſequenti libro cognoſcetur / qui & ſanctos fu-
dit precatus/dona ſpiritus ſancti a deo eidem obtinens. Verū nunc hoc nomine preſby-
ter vtimur:non vt dicit ætatem/ſed ordinem.ita vt cui ſit ſenium mentis & prudentia
ſpiritus:& ſi quintum & viceſimum annum nondum ſit conſecutus/modo ſacra maio-
rum functione ad hoc ſit conſumatus/preſbyter ſeniorq; dicitur. eſt enim is ordo: non
initiatio / ſed conſumatio quædam . ſed talis quæ non debetur niſi iſs ſolis : qui mente
ſunt cana/cui maior debetur reuerentia q̃ caniciei ſecundum corpus. myſteria enim illa
peragunt:quæ omnibus alijs ſunt auguſtiora. Et vt in terrenis / qui ſummam & abſolu
tiorem tenent poteſtatem terreni reges ſunt:ſic & iſti ſummam & abſolutam diuinorum
tenentes poteſtatem/ſacrorum reges.Viuit adhuc(niſi me fama fallit) ſanctam & ipol-
lutam(vt arbitror)vitam ducens/vir quidam aſperrimę vitæ/cui puellulo per plures an
nos angelorū miniſteria circa diuinum preſbyterij officium patebāt. nunq̃ res ſacra illi
peragi viſa eſt: quin cœleſtis quædam corona ſupra preſbyteri caput/ a conſecrationis
tempore tamdiu appareret/dum domini corpus ſanguiſq; ſumeretur. tunc illa:inuiſibi-
lis diſparebat corona.Hoc & verum credo:& huiuſmodi virum adhuc Mantuam tene-
re.Sed quid hoc:niſi ſignum q; reuera regale eſt ſacerdotium/abſoluta quædam & mi-
rifica poteſtas/cui aſſiſtunt angeli dei/& quā reuerentur/Ergo ſacerdotes omnes : hæc
meditemini/in his eſtote.promotio veſtra manifeſta eſt angelis/ nō ſolum hominibus.
ſaluate voſipſos/quoad in vobis eſt:& eos qui vos audiunt/& qui vobis aſſiſtunt.in vo-
bis autem eſt apparare/aptare/diſponere:dei autē eſt conſumare.Gratias ei agite peren
nes:qui vos reges fecit ad opus immortale/qui rex regū eſt/& cuius ſolius eſt reges ter-
renos & ſpirituales creare.Cui ſit honor/ maieſtas/decus/& imperium:in omnia regna
A regnantium/& hæc in omnia ſæcula ſæculorum.Amen.
15 ¶EXAMINATIO nōnullorum circa literam.¶Vulgata ęditio.Spiritus autem mani
feſte dicit:quia in nouiſſimis tēporibus.¶Quod vetus interpres dicit manifeſte:aduer-
bium eſt/loquibiliter ſignificans/ac ſi diceremus.ſpiritus autem loquens dicit:quia ad-
uerbio parum vti conſueuimus.Et non dicitur in Paulo ī nouiſſimis per ſupellatiuum:
ſed comparatiuo vtitur.Vt etiam prophetia non multo/poſt tempora Pauli magna ſur
gente hæreticorum caterua a vera fide deſciſcentium/impleta eſſe potuerit.Paulus. τὸ
δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς. ¶Vulgata æditio.Loquen
tium mendacium.¶Ne loquentium videretur referri ad dæmoniorum:ſatius viſum eſt
vt genitiuus ille & ſequētes in rectos couerterentur/vt aperte referat quod ſupra poſitū
eſt/quidam.tunc enim ſermo latinus:omnino magis eſt legentibus peruius.Alioqui ī-
telligatur pſeudologon id eſt loquentium mēdacium referri ad dæmoniorum. loquun-
tur enim dæmonia in ſimulatione ſanctitatis & religionis mendacia/ quo ſimplices ho-
mines & humiles deiectiq; ſenſus magis decipiant.Nos primum ſenſum cepimus refe-
rendo ad hominum:vetus autem interpres forte ſecundum referendo ad dæmoniorū.
neq; hunc neq; illum improbauerim.Nam quæ huiuſmodi homines in ſimulata pieta-
te loquuntur:ea ipſa ſunt quæ fallacia loquuntur dæmonia . Paulus. ψευδολόγων.
¶Vulgata æditio.Et iſs qui cognouerunt veritatem:quia omnis creatura dei bona eſt.
¶Potius dicendum q; omnis creatura dei bona.ne quia:confirmatiuum aut redditiuū
cauſæ videatur/quod potius videtur explicatiuum.cognoſcere enim q; omnis creatura
dei bona eſt/nichilq; excipiendum quod cum gratiarum actione percipitur:eſt cogno-

B ſcere veritatē.Paulus.καὶ ἐπεγνωκόσι ἀλήθειαν, ὅτι πᾶν κτίσμα θεοῦ.¶Vul
15 gata æditio.Sanctificatur enim per verbum dei/& orationem.¶Potius:& locutionem/
aut ſupplicationē.Non enim hic ponitur vocabulum προσευχὴ quod paſſim oratio
verti ſolet/vt in principio ſecundi capitis huius/vbi dicitur.Obſecro igitur primum om
nium vt fiant preces/orationes.ſed ponitur vocabulum:quod vetus interpres illic ver-
B tit poſtulationes.Paul9.ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως.¶Vul
16 gata æditio. Hæc proponens fratribus:bonus eris miniſter CHRISTI IHESV/ enu-
tritus verbis fidei/& bonæ doctrinæ quam aſſecutus es.¶Potius:hæc admonens fra-
tres.Et Ihesu Christi.Et enutriēs dici poteſt:ꝙ per præſens loquitur/ tametſi vocem paſ
ſiuam habeat.Et dicendum eſſet ex aliquibus codicibus grçcis:& bona doctrina/ſexto
caſu.nam in græco eiuſdem caſus eſt cum eo quod vetus interpres dixit verbis:non cū
fidei. quare eodem caſu verti deberet. Paulus.ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελ-
φοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος ἰησοῦ χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς
πίστεως.καὶ τῇ καλῇ διδασκαλίᾳ.Sunt etiam codices græci:qui hanc vltimam
particulam habent:καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας.Et tunc dicendū per genitiuū &
C bonæ doctrinæ/& ſic vetus legit interpres.Quapropter & ſic etiā legi poteſt.¶Vulga
19 ta ædino.Quia ſperamus in deū viuum.¶Potius dicendum:ſperauimus per præteritū.
C Et in deo viuo/ſiue viuente. Paulus.ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ θεῷ ζῶντι.¶Vulgata
20 æditio.Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.¶Hoc præceptum non alijs ſed ipſi fit
Timotheo.Ad quod magis inuendū/opereprecīū magis duximus ſic eſſe dicēdū:facito
nullus tuā iuuētā cōtēnat.Paulus. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω.
¶Vulgata ędiitio.In conuerſatione/in charitate/in fide/in caſtitate.¶Dicendū in cha-
D ritate/in ſpiritu.deeſt enim i ſpiritu poſt charitate.Paulus.ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ,
21 ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ.¶Vulgata æditio.Noli negligere gratiā quę ī
te eſt.¶In græco vocabulum quod paſſim donum interpretari ſolet/habetur/non gra-
tia/& ſi in re & ſignificatione(vt dictum alias eſt)cum gratia conſpiret. Paulus.μὴ ἀ-
μέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος.¶Vulgata æditio.Inſta in illis.¶Illud inſta deſi-
gnat immanere.Et reſpicere videtur id quod prius dictum eſt:hęc meditare/in his eſto/
immane illis/id eſt mane in illis/contine te in illis/neꝗ velis ad aliena excedere.Quod
præceptum/etſi in ſacris eloquijs maxime eſt obſeruandum:ſi tamen in cæteris diſcipli-
nis etiam humanis obſeruaret/meditando/inſtando/& immanendo ijs quæ a probatis
authoribus tradita ſunt/paruo tēpore omnes diſciplinas acquirere poſſemus/& ex illis
legitimo quodā calle ad diuina trāſferri/vt ex ſenſibili mūdo ad ītellectualē/ex humano
ſpectaculo ad diuinum (vt ſic dixerim)theatrum.Qz quia probatorum dicta/neꝗ adole
ſcētes neꝗ adoleſcētum præceptores/hac noſtra tempeſtate meditantur/in illis nō ſunt/
illis nō immanent/ſed ad aliena abigūtur paſcua/ magis infœcūda ꝗ ſolitudines Liby-
cæ/ꝗ Arabum auia: nunꝗ ne vnam quidem(vt par eſt)etiam humanam adipiſci valent
diſciplinam.& cum ſe omnia ſcire præſumunt:egregie delirant. & cum culices venati
ſunt:arbitrantur ſe cepiſſe elephantes.Sed omnia apud eos oracula: leuiora ſunt folijs
Sybillæ.Et vtinam ſaltem ſacras(ſi dici volumus theologi)meditaremur ſcripturas/ il
lis inſiſteremus/illis immaneremus/& quaſi intra muros paradiſi contineremur/& non
ad aliena raptaremur/quæ prohibet apoſtolus.Quod donec fiat:cum in humanis/tū in
diuinis/lux diuina(etſi nobis affulgeat) nunꝗ capietur. Valeant ergo omnia exotica/
barbara/fœda/olida/& quæ quicꝗ impuri & fœdi(ꝗuis elegantia ſermonis adumbrati)
continent:vt lux capiatur diuina.Tam enim ab elegātibus improbam etſi feſtiua ora-
tione continentibus ſententiam/ꝗ a barbaris inconcinne & male perſtrependo/ad alie-
na trahentibus:cauendum eſt.Paulus.ἐπίμενε αὐτοῖς. CAP. V.

INſtituit inſuper apoſtolus Timotheum:quomodo in omni officio at-
12 tēdat decorum/& perſonis ſe in omni honeſtate accommodet. Et ait.
¶Seniorem ne increpaueris:ſed obſecra tanꝗ patrem: iuniores:tanꝗ
fratres.Anus:vt matres.Adoleſcentulas:vt ſorores/ i omni caſtitate.
viduas honora:quæ vere viduæ ſunt.¶Si in eo qui præeſt tantam in
docendo & corrigendo requirit manſuetudinem & humanitatis gra-
tiam: ꝗ non intelligunt illi/qui nullā habētes aut in perſonas/aut in
cœtus ſuperioritatis pręeminentiam/tanta auſteritate carpunt/ quaſi
ij.ipſi ſint qui mittant in gehennam/ putantes hoc ipſo ſeipſos iuſtos eſſe.ſed diſcāt for-
mam docendi & manſuetudinem ab apoſtolo:& quiſꝗ gradum ſuū cognoſcere.Senio-
res obſecrent tanꝗ patres etiam ſi epiſcopi erunt vt Timotheus/ęquales tanꝗ fratres:lō
ge etiam ætate inferiores aut vt fratres/aut vt filios.Anus:vt matres.Adoleſcentulas:

vt sorores.videant tamen ne id faciendo:impuras sentiant carnis motiones. essent eni
infirmi:magis forte & doctrina/& medicina egẽtes q̃ quibus doctrinã/ medicinãq; pa-
rarent.id igitur in omni castitate/& puritate fiat. quod nemo potest aut vix:nisi qui spi
ritualis est.esse autẽ spũalẽ:nõ cuiusq̃ est quãticũq; se æstimet/sed est dei donũ. Viduas
quæ vere viduæ sunt:honorẽt.vere viduæ sunt/vt turtures carẽtes compare: quæ nulli
amplius mortali viro hærere volũt/sed quod reliquũ est vitæ/soli Christo hærere/soliq;
placere/simplicitatem in se gerẽtes colũbinam/& castitatẽ seruantes turturinã. Verum
quia de viduis locut9 est:amplius prosequitur.nã quæ viduæ sunt:aut filios habẽt aut
nepotes/aut sunt solæ relictæ/ pariter orbatæ viro/filijs/nepotũq; solatio. Nunc autem
23 pro ea cui sunt filij aut nepotes:hoc ponit præceptũ.Filij/aut nepotes/domũ cũ pieta-
te regant:& viduæ matri mutuã prouidentiæ vicẽ rependãt. Sic ergo ait Paulus. ¶Si 2
qua autem vidua filios/aut nepotes habet: discãt primũ proprias domos religiose cu-
rare/& mutuã vicẽ parentibus reddere.Nam hoc:coram deo acceptabile est. ¶Certum
est hoc præceptũ tunc habere locũ:cũ filij aut nepotes tantilli sunt/qui iam possint do-
mum gubernare/& exteriorẽ curam gerere/vidua autẽ interiorẽ/vt quę dudũ didicit ĩ-
tra domũ esse materfamilias. & hæc vidua:sed nõ vsq; adeo vere vidua.nam loco viri:
filiorum aut nepotũ subleuamen ac solatiũ habet/& plerũq; circa rẽ familiarẽ perinde
24 occupata viuit/vt virũ habens/nisi nurus eam a cura rei internæ leuent.Sed quæ nam
omnino & simpliciter vere vidua dici debeat:subiungit Paulus/dicẽs. ¶Vere autẽ vi-
dua & quæ sola manet:sperauit in deo/& imanet orationibus/& obsecrationib9/ nocte
dieq;. ¶Hanc ergo vult dici vere viduã: quæ sola relicta sperauit in deo/neq; die/neq;
nocte ab orationibus & obsecrationibus cessat.sperauit dico magis/ q̃ in viro dũ viue-
ret:& magis deo spiritu adhæret q̃ adhæsit corpore viro.ideo orando magis deo & die
& nocte famulatur/q̃ vnq̃ terreno & mortali sponso.quæ licet neq; filiorũ/neq; nepotũ
solatia quærat:solatur tamẽ animo magis/q̃ prolis aut cõsanguineorũ vllo posset famu
25 letio.quæcũq; huiusmodi est:omnino/simpliciter/ & vere vidua est.De ea autẽ quę om
nino vere vidua nõ est:subdit apostol9/dicẽs. ¶Quæ autẽ in delicijs degit: viuẽs mor
tua est. ¶Deliciæ:carnẽ nutriunt/& extingũt spiritũ.vita autẽ carnis:mors spiritus est.
mors autẽ spũs:vera mors est.quare & huiusmodi vidua cũ spiritu mortua sit:etsi car-
ne viuens/reuera mortua est.Sed ex doctrina viduarũ mulierũ:quid de viduis viris/&
vere/& non vere viduis sentiendum sit/edocemur.Coniugatorum vita:actiuorum est.
vere autem viduorum & virorum/& mulierum:contẽplatiua esse debet.etsi nõ in sum-
mo/saltem in imo:vbi oratio & depræcatio in humilitate/& simplicitate collocatur.Iu-
26 bet apostolus vt quisq; suarum viduarum curam gerat/siue pater filiam/ siue filius ma-
trem/siue nepos auam suam/viduam habet. Ac ait. ¶Et hæc præcipe:vt irreptæhensi- 3
biles sint.si quis autem suis/ & maxime domesticis non prouidet:fidem negauit/& est
infideli deterior. ¶Quare fidem negauit/Quia religio mũda & immaculata apud de-
um/& patrem hæc est:visitare pupillos/ & viduas in tribulatione earum/ etiam etsi vi-
sitantium nichil sunt. tanto magis igitur cura gerenda est suarũ & domesticarum vi-
duarum.qui igitur id non facit: fidem ac religionem negauit. Certum est facto fidem
negasse.sed et si dicit ad se nichil attinere prouidere etsi fidem cum verbo/ tum facto
negauit. & est infideli deterior. nam multi infidelium: suis prouident. & si non proui-
dent:fidem non abijciunt/quam nunq̃ susceperunt. Quartum ponit præceptum de vi- 4
27 duis quibus ex ecclesia prouidendum/ & quæ de mensa ecclesiæ sunt pascendæ: atq;
subdit. ¶Vidua deligatur non minus sexaginta annorum: quæ fuerit vnius viri vxor/
in operibus bonis habens testimonium/ si liberos educauit/si hospitalis fuit/si sancto-
rum pedes lauit/si oppressis subuenit/si omni bono operi inseruiuit. ¶Quæ tales habe-
bant probitatis commendationes:dignæ iudicabantur quibus de sacro subueniendum
esset.etsi enim bona ecclesiæ orphanis/viduis/& pauperibus dispensare bonum est:me-
lius tamen vt sacra sacratioribus/& meliora melioribus dispensentur. Quapropter se-
quenti præcepto iubet adolescentulas non esse hoc modo eligendas/ etsi vnius fuerint
vxores.nam plerunq; euenit vt postq̃ bonis Christi deliciose fuerint vsæ: nubere ve-
lint. in hoc ipso peccatum habentes: q fidem viduitatis quam promiserant Christo/
per bigamiam violant.insuper cum sacris aluntur:discunt esse ociosæ/ circuire domos/
28 nugaces & curiosæ/& loquentes quæ non decẽt. Ideo de eis quintum hoc dat præce-
ptum Paulus:dicens. ¶Iuniores autem viduas deuita.nam quando CHRISTO de- 5
liciatæ fuerint:nubere volunt/ habentes iudicium q primam fidem abiecerunt. simul
autẽ & ociosæ discunt circuire domos:nõ solũ autẽ ociosæ/sed & nugaces/& curiosę/lo
quentes quæ non decent. ¶Sunt qui hæc duo vltima præcepta intelligũt: q sacerdo-

tibus ac presbyteris ad curãdam rem familiarem/ liceat eligere viduas nõ iuniores/ q̃
sexagenarias. Sed nichil hic/ de re familiari presbyterorũ loqui videtur Paulus: præser
tim cũ tempore illo/presbyteri proprias vxores haberẽt/ quæ rem/ quę intus erat/ fami-
liarem curarẽt. quid igitur opus erat de alienis mulieribus loqui: quæ eorũdem rẽ tra-
ctarẽt domesticam atq; familiarẽ? De ijs itaq; loquitur: quibus ex sacro prouidebatur.
Quid est/ quando Christo deliciatę fuerint: nisi quãdo Christi delicijs vsæ fuerint? quæ
sunt orare/ ecclesiæ & rebus sacris interesse/ & insuper ex sacris educari. cum has tenta-
uerint delicias: incipiunt plerũq; iuniores viduæ illas fastidire/ & nubere malunt. sicq;
primã viduitatis fidẽ faciunt irritam: insuper & faciũt ecclesiæ scandalũ. Pro huiusmo-
29 di igitur iunioribus viduis: dat sequens præceptum Paulus non tam iubens/ q̃ indul-
gẽs. Atq; ait. ¶ Volo igitur iuniores nubere/ liberos procreare/ rei familiari præesse/ nul 6
lam occasionem dare aduersario conuicij gratia. nam iam quædam abierunt retro post
sathanam. ¶ Quid est volo: nisi permitto. Præceptum igitur hoc: permissorium est. Et
melius est q̃ iuniores nubant/ q̃ fidem viduitatis promittentes/ ex sacris alimoniam
petant: & postmodum fidem irritam facientes/ nubere velint. nam obiurgari solent ple-
rumq; huiusmodi: & diabolus ex obiurgatione occasionem sumens/ facit vt timentes
huiusmodi irritæ fidei conuicia/ non nubãt/ & ad deteriora eas trahit/ & secretas forni-
cationes. & sic auersę a Christo: eunt post sathanã/ & ruunt in perditionis barathrũ. Et
exemplo aliquarũ quæ sic perierunt/ admonet Timotheum: vt tales non recipiat/ sed
30 eis indulgeat vt nubãt. De ijs viduis quę etsi iuniores sint & nubere nolint/ patres/ aut
matres/ soceros/ aut nurus habentes: septimum tradit præceptum Paulus/ dicens. ¶ Si 7
quis fidelis/ aut si qua fidelis habet viduas: ad sufficientiam suppeditet eis/ & non gra-
uetur ecclesia/ vt ijs quæ vere viduæ sunt/ sufficere possit. ¶ Hæc de viduis: hactenus
31 apostoli determinatio. Nunc de presbyteris/ id est senioribus: qui verbo & exemplo/ id
est sermone & opere bene præsunt/ sequens adiungit præceptum/ dicens. ¶ Qui bene 8
præsunt presbyteri: duplici honore digni habeantur/ maxime qui laborant in sermone
& doctrina. Dicit enim scriptura. Non frenabis bouem triturantem. Et dignus est ope-
rarius mercede sua. ¶ Duplici honore: & spirituali/ & terreno. spirituali: eos reuerendo
& venerando. terreno: eos nutriendo/ & omni corporali necessitate subleuando. quan-
to enim spiritualiores sunt: tanto quo ad se/ paucioribus terrenis contenti sunt. est enim
magis deo simile: per se sufficientia/ & paucissimis egere. qui autem terreni sunt: copijs
sunt insaturabiles/ & semper crescit ardor habendi. Et maxime honorãdi sunt: qui prę-
sunt/ & in verbo fidei/ & in doctrina bene laborant. nã illi sunt architecti: alij autem vt
iussa architecti exequentes. Hoc modo nos Christus/ hoc modo Christi imitatores apo
stoli/ sermonis labore peruexere ad salutem. Et eos esse alendos/ authoritate sacrarũ li-
32 terarum firmat/ & veteris/ & nouæ legis/ & vmbræ/ & veritatis. Nonũ pręceptũ de eisdẽ 9
ponit: dicens. ¶ Aduersus presbyterũ accusationẽ nõ admitte: pręterq̃ sub duobus aut
tribus testibus. ¶ Nam verisimile non est: vt qui ea ætate/ & in tãta gradus sublimitate
positi sunt/ facile delinquant. & maxime in illa tẽpestate: in qua spũs sanctus in cordi-
bus eorum præsidebat. In omnibus eni qui spiritualiter præsunt: præsidet spũs sanctus.
Nam illi: spiritu agũtur. Et age vt rẽ paruã magnæ rei cõferamus. Si quis præsit adole-
scentibus/ & ad mores/ & vitam instituat: aduersus eum/ nõ facile admitti debet accu-
33 satio. tanto minus aduersus seniorẽ qui præest populo: nitẽs eũ verbo & exẽplo forma- 10
re ad pietatẽ. Decimũ pręceptũ subiungit: dicẽs. ¶ Peccantes: corã omnibus redargue/
vt & cæteri timore quatiãtur. ¶ Materia subiecta vult id de presbyteris dictũ. Qui sicut
aduersus eos difficilius admittitur accusatio: ita cõuicti & rei sceleris/ grauius debẽt re-
dargui corã omnib9 alijs presbyteris (de presbyteris eni hic sermo est) vt & cæteri ter-
reãtur. nã quãto altiore in gradu sunt: tanto casus horrẽtior/ & magis timori esse debet.
atq; hac de causa: increpatio & deterritio maior. Qui vniuersaliter intelligũt: rẽ subie-
ctam nõ attendũt. & id solũ & maxime locũ habere posset in publicanis & publice pec-
cantibus. Ergo de sacerdotibus cõuictis intelligatur: vt & cõsentaneũ est. Sed & vnde- 11
cimũ qđ maxime spectat ad episcopũ: qui vt est eorũ qui præsũt honorabilissim9. ita ad
eũ spectat labor sermonis & doctrinę/ & vitę exẽplũ: & cuiusq; pro dignitate obsecratio/
exhortatio/ approbatio/ aut redargutio/ sed quẽadmodũ sãcta mãdãt instituta. Quapro-
pter arcte mãdat Timotheo/ & cũ adiuratione: vt supradicta obseruet/ & nichil nisi quę
34 pręiudicata/ prædiffinita/ & p̃ordinata sũt faciat mot9 aliorũ aduocatiõe ac patrocinio/
sic ingens. ¶ Testor corã deo & dño IHESV CHRISTO & electis ãgelis: vt hęc custo
dias/ sine priori iudicio nichil faciẽs per aduocationẽ. ¶ Quid ẽ sine priori iudicio: nisi
quod præiudicatum/ prædiffinitum/ & pręordinatũ a spiritu sancto & ducibus ecclesiæ

est/quorum vnus magnus/fuit Paulus:in quo Christus & spiritus sanctus loqueretur.
Quid est per aduocationem: nisi per humanā gratiam & fauorē/sic sacer interpretatur
Athanasius. nituntur enim patroni/aut aduocati humani/quippiam accusantes aut de-
fendentes: iudicis sibi conciliare gratiam. per quam/ si iudicat aliter q̄ a sanctis ordi-
nationibus præsancitū est:ante deum & dominū Ihesum Christum & electos angelos/
violationis/ sanctæ adiurationis reus est. O q̄ incumbit episcopis: recte iudicandi ne-
cessitas/ q̄ duras officiales eorum nunc exercent partes/ q̄ eis timenda est gehennæ for-
nax/ & inextinguibilis clybanus. Horresco referens. Duodecimū præceptum etiam ad 12
episcopum pertinet:cuius est imponere manus/ & sacros fundere precatus / & cætera
exequi mysteria ad presbyteros consumandos. hi:dicti sunt reges sacrorū .neq̧ enī de-
cet regē æternū/filiū æterni regis:nisi per reges familiariter in altari tractari. & hi sunt
per excellentiam/etsi non vulgari opinione: reges:quos coronant angeli/ & quorum
coronas angeli portant/non homines. de his verum est:& id. Et adorabunt eum om-
nes reges terræ. Ergo non temere/non cito faciendi sunt presbyteri:ne scelestus aliquis
tanta dignitate donetur/qua nulla in terris sublimior/ nulla augustior. ne scelestus &
35 impurus:proxime æterni regis adhibeatur seruitio. alioqui qui ordinat : peccatorum
» eius reus tenebitur/perinde atq̧ scelerum particeps. Ideo subiungit Paulus. ¶ Nemi-
» ni cito manus imponas:neq̧ cōmunices peccatis alienis. ¶ Qui alienis vices suas tri-
buunt:operibus eorum communicant. vt qui iudex est: si vices suas alieni scelerato &
iniusto committit/ ipse pariter cum eo iniustitiarum quas substitutus commiserit/ reus
tenebitur. sic & episcopus sacram vicem augustissimi/ mysterij tractādi/alij tradens:si
spurcus & immundus fuerit/ indignitatum eius quoties spurce & immunde ad id my-
sterium tractādum accesserit pariter cū eo comparticeps/reusq̧ habebitur. sic et si ipse
qui pastor est/vicariū ponat ouibus suis/qui vt lupus deuoret/mutilet/dissipet:peccato-
rū eius particeps habebitur/ & eiusdem reus tenebitur delicti. Item et si ipse qui iudex
est officium alij committat qui iudicium peruertat: alienis communicabit peccatis/ &
reus erit peruersi iudicij. Et quia multa potest episcop⁹ & varijs modis potestatis/ alijs
communicare: ideo multum vigilare debet & aciem mentis intendere ad id quod deo
plenus inquit apostolus/ neq̧ cōmunices peccatis alienis. nam hæc sunt verba spiri-
tus. Tertiumdecimū præceptum cōmuniter omnes respicit/ cum omnes regenerationis 13
filij ad sanctitatem & puritatem vocati sint:& maxime episcopum/qui summū locū in-
36 ter eos tenet/decet esse castū/id est purum/ mūdū/ & sanctū. post quē:presbyteri. deinde
» diaconi:vsq̧ ad infimum plebis sanctæ statum. Dicit ergo Paulus. ¶ Teipsum:castum
» serua. ¶ Verum quia ad castitatem & puritatem seruandam:multum facit temperātia/
& a cibis & potibus faciētibus lasciuire/ & petulascere carnem/abstinentia. qualis/esus
multus carnium/iusculentorum / nimis delicate/ opipare (& vt sic dixerim) Apiciane
37 paratorum/ nimius spumante crathere / & liberior vini haustus. Ideo subiungit Paulus
» ad Timotheum. ¶ Noli adhuc bibere aquam:sed pauco vino vtere propter stomachū
» tuum/ & crebras infirmitates tuas. ¶ Ergo vino & ijs quæ in sanis faciunt luxuriare car-
nem:vtendum est medicinæ loco/ & cum natura ad sanitatem illa requirit/non ad la-
sciuiam. Certum enim est/ sācti viri Timothei cōsuetudinem fuisse bibere aquam:alio-
qui non diceret apostolus/ noli adhuc bibere aquam. id enim insinuat / noli adhuc:
multum tamen vinum/ prohibet:quia neq̧ facit ad sanitatem/ neq̧ ad vitæ castitatem
atq̧ puritatem. Et tales debent omnes esse:præsertim episcopi/ & omnes sacerdotes. qui
si vino vtantur:pauco vti debent. Sed quid dicemus de multis qui imodice se proluūt:
& plenis/ & turgentibus venis/ carnis puritatem perdunt/ pariter & spiritus/ & per om-
nimodam intemperantiam/ & exquisitos delicatosq̧ cibos carnis petulantiam fouent/
& omnimoda gulæ lenocinia sectantur/ vt videatur quidā intemperātiæ dæmon/ fomē-
38 ta gulæ/ ventris/ renumq̧ in popina miscuisse ad castitatem puritatemq̧ perdendam/
» Quid inq̄ dicemus de eiusmodi: nisi quod subiungit Paulus/ dicens/ ¶ Quorundam
» hominum peccata præmanifesta sunt:præcedentia ad iudicium. quosdam vero:etiam
» subsequuntur. Identidem & opera bona:quædam præmanifesta sunt/ & quæ aliter ha-
» bēt:abscondi nō possunt. ¶ Quid est / quosdam vero etiam subsequūtur: nisi quorūdam
etiam peccata in fine deteguntur/ Quid etiam & quæ aliter habent abscondi non pos-
sunt: nisi q̧ bona quæ ante manifesta nō sunt/ in fine nō latebūt. Et hęc bona siue præ-
manifesta/ siue in fine cognita: ad iudiciū vitę. identidē & mala (nisi expiētur) siue ī pri-
cipio/ siue in fine manifestētur: ī iudiciū sunt mortis. Oculum eni nostrū: neq̧ lux latet/
neq̧ tenebrę. stultū igitur est:putare siue bona/ siue mala quæcūq̧/posse latere deū/ ma-
ximū vniuersitatis rerū oculū. oculū vbiq̧ existentē & omnibus pręsentem. videt enim

omnia: neq̧ quicq̃ ipsum effugere potest. Studeamus igitur ita viuere: vt bona opera nostra manifesta semper sint ante eum/ etsi mundũ lateant: quæ etiam in fine latere nõ poterunt mundum. vt ei placeamus: qui cum sit sũme bonus/ amator est bonorum. & ei seruiamus: quem boni omnes sine fine laudabunt. Cui & ex hoc nũc/ sit omnis laus/ decus/ & honor: in omnia sæcula sæculorum.

A ¶EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Viduas honora: quæ
22 vere viduæ sunt. ¶Vere: aduerbium est/ non nomen. Paulus. χήρας τίμα. τὰς ὄν-
τως χήρας. Et sic vere: vbicunq̧ in hoc capite/ iungitur vocabulo viduæ/ sumitur.
A ¶Vulgata æditio. Discat primũ domũ suam regere/ & mutuam vicẽ rependere paren-
23 tibus. ¶Dicendum: discant pluratiue. Filijs enim & nepotibus/ qui sufficienti & adulta sunt ætate: præceptũ dat Paulus/ nõ viduæ solatio viri destitutæ. qđ insinuat particula: & mutuã vicẽ reddere parẽtibus. id enĩ: ad filios & nepotes pertinet. Et qđ vetus interpres dicit regere: magis habetur/ pie religioseq̧ colere. Eusebia enĩ (quæ pietas & pia cura est) ad deũ/ ad parẽtes/ atq̧ ad patriã dicitur. Paul9. μανθανέτωσαν τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. ¶Vulgata ædi-
A tio. Quæ autẽ vere vidua est & desolata: speret in deũ/ & instet obsecrationib9. ¶Id de-
24 solata: solitarie manentem significat. Et dicendũ potius sperauit/ & imanet/ siue insistit orationibus. Quia enĩ sperauit: sola manet libenter/ & orationibus iugis insistit. Etiã si diceretur sperat in deũ & imanet orationibus propter naturã copulatiuæ particulæ quę id apud latinos vtplurimũ idem tẽpus requirit: neq̧ forte officeret intelligẽtiæ/ neq̧ sermoni/ etsi apud Græcos sperauit præteritum sit/ aptusq̧ sit sermo. Paulus. ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη. ἤλπικεν ἐπὶ τὸν θεὸν, καὶ προσμένει, ταῖς δε-
A ήσεσι. ¶Vulgata æditio. Si quis autẽ suorũ/ & maxime domesticorũ curã non habet:
26 fidẽ negauit. ¶Potius dicẽdũ: suarũ & domesticarũ fœminino genere. nã de viduis loquitur Paul9. Enimuero q curã nõ gerũt aut matrũ/ aut filiarũ/ aut cõsãguinearũ viduarum/ sed vtcũq̧ volunt/ sinũt licentiose viuere & delitijs ac voluptatibus defluere/ quæ alioqui prouidẽtia suorũ probæ & honestæ viduæ fuissent: peiores sunt infidelibus/ qui nunq̃ fidẽ agnouerũt/ & durius perferent iudiciũ. Paulus. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ. τὴν πίστιν ἤρνηται. Quia enim genus apud Paulum ambiguũ est (nã cõmune) masculinũ cœpit interpres apud nos minime dubiũ/ sed quod minus pro subiecta materia videbatur. Saltẽ vt ancipitẽ inuenerat sermonẽ: ancipitem interpretando reliquisset/ vt & nos fecimus. qđ discretio legentis: in id quod
B oportuerat discreuisset. ¶Vulgata æditio. Cũ enĩ luxuriatæ fuerint: in CHRISTO nu-
28 bere volũt. ¶Dicendũ esse potius videtur: deliciatæ Christo. Et cũ dixit/ iuniores autẽ viduas deuita: nõ tam ætatem respexisse crediderim/ q̃ morum mobilitatem & inconstantiam. Nam si moribus iuuenes sunt/ & inconstantes: volunt vt vere viduæ quodam tempore/ solæ manere/ orationibus & obsecrationibus insistere. sed vbi parũper hoc viuendi modo/ Christo deliciatæ sunt: incipiunt fastidire/ & nubere volunt. Verum ob morum inconstantiam/ quia moribus iuuenes sunt: si delicias Christi eligunt quæ sunt in orationibus/ & obsecrationibus/ & abstinentijs degere/ statim fastiditæ desistũt/ & ociosæ manent/ & discunt circuire domos/ fieri verbosæ/ & loqui quæ non decẽt. Tales sunt deuitandæ/ neq̧ etiam a pontificibus (etsi id peterent/ aut earũ parentes) seruitio Christi in claustris mancipandæ. Talibus profecto: ex bonis ecclesiæ alimonia nõ debetur. Sed parũ nunc præceptũ Pauli obseruatur: & parũ quæ tales sunt deuitantur. Et in superiori sermone mutauit vetus interpres sententiã: aut insulsam/ & indignã fecit locutionem. Nã cũ vocabulũ Christo/ in verbũ præcedens apud Paulũ referatur: nemo nisi indigne & insulse dicet luxuriatæ Christo/ siue in Christo. Quid enĩ luxuriatæ: nisi fornicatæ/ at nullus dicet fornicatæ Christo/ aut ĩ Christo. Qua de causa/ mutata sentẽtia/ præpositionem addũt Christo/ & in sequens verbũ nubere reuocant/ atq̧ sententiã mutant. Paulus. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ. γαμεῖν θέλουσιν. ¶Vul-
C gata æditio. Volo autem iuniores nubere. ¶Dicendũ: volo igitur. Concludit enim hic
29 quid de huiusmodi iunioribus/ nõ tam ætate q̃ moribus faciendũ sit: quas superius ad delicias Christi iussit esse deuitandas. Paulus. βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν.
C ¶Vulgata æditio. Si quis fidelis habet viduas: subministret illis. ¶Dicendũ potius:
30 si quis fidelis/ aut si qua fidelis. Nam fidelis/ prius in masculino/ & consequenter fœmininum ei subiungitur. Paulus. εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς. Verum si diceremus si quis fidelis aut fidelis habet viduas: secundo loco genus non intelligeretur/ vt in Græco intelligitur/ iccirco adiecimus si qua. Sic enim genus manifeste cũ primo tũ secũdo loco per articulũ in græco intelligitur/ sine tali adie-

ctione: acsi diceremus si quis fidus/ aut fida viduas habet. sed fidus: nō tam accōmoda-
te exprimit vocabulū/ vt fidelis. ℭ Vulgata æditio. Vt nō grauetur ecclesia. ℭ Legen-
dum per copulandi notam: & non grauetur ecclesia. Paulus. καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκ-
D κλησία. ℭ Vulgata æditio. Testor coram deo & CHRISTO IHESV. ℭ Dicendum:
34 & domino Ihesu Christo. Deest domino/ & ordo sermonis imutatus. Paulus. Διαμαρ-
τύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. ℭ Vulgata æditio. Vt
hæc custodias sine præiudicio nichil faciens. ℭ Particula sine præiudicio: in particulā
sequentem referri debet. Et sine præiudicio: non id significat quod vulgo intelligi
solet/ sine detrimēto aut dispendio/ sed id significat sine præuio/ priore/ præcedēteue iu-
dicio. designat enim præiudicium: præuiū/ præcedensue iudiciū. Quam intelligētiam:
in expositione huius loci/ haud inscite beatus sectatus est Ambrosius. & id: ratio voca-
buli exposcit. Paul9. ἵνα ταῦτα φυλάξῃς, χωρὶς προκρίματος μηδὲν ποιῶν.
ℭ Vulgata æditio. In alteram partem declinādo. ℭ Potius dicendum: per aduocatio-
nem. Nam πρόσκλησις nō declinationem: sed aduocationē significat. quod perinde
est: ac per patrocinium aliorū/ qui aut aliqua accusant/ aut aliqua probant. Clisis enim
quando declinationem significat: scribitur per iota/ id est per ι/ nonam literam. quando
vero vocationem: per ita/ id est η/ septimā literam græcam. hic autem per ita septimam
literam scribitur. Vicinitas tamen vocabulorū: forte fecit veteri interpreti allucinatio-
nem/ vt longa circulatione vteretur & paraphrasi/ non interpretatione. Paulus. κατὰ
D πρόσκλησιν. ℭ Vulgata æditio. Quorundam hominū peccata manifesta sunt. ℭ Po
38 tius dicendum: præmanifesta sunt. Paulus. τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρό-
δηλοί εἰσι. ℭ Vulgata æditio. Similiter & facta bona: manifesta sunt. ℭ Et hic quoq;
dicendum: præmanifesta sunt. Paulus. ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα, πρόδηλά
ἐστι.

CAP. VI.

39 DE viduis/ presbyteris/ & episcopis: posuit in præcedenti capite præ- 1
cepta. Nunc de seruis: hoc ponit præceptum Paulus/ dicens. ℭ Quis-
cunq; sub iugo sunt serui: proprios dominos omni honore dignos
arbitrentur/ ne nomen domini & doctrina blasphemetur. ℭ De ijs
seruis hoc præceptum intelligitur: qui sub iugo seruitutis erant do-
minorum infidelium. Quis enim dubitat si domini nossent seruos
effectos Christianos/ & tunc minus seruire/ & tunc minus se ab eis in
honore haberi: quin nomen & doctrinam Christi blasphemarēt/ cui
credentes serui/ & cuius doctrina imbuti tam mali/ rebelles/ superbi/ ac contemptores ef-
fecti essent/ negligentia igitur eorum & contemptus: in contumeliam Christi/ & doctri-
næ eius reciderent: nisi (vt par est) seruirent/ & dominos suos omni honore dignos du
40 cerent. & hoc propter Christum: qui est dominus dominorum. Aliud præceptum dat de
ijs seruis: qui dominos habent fideles/ dicens. ℭ ℭ Qui vero fideles habent dominos: 2
non contemnant quia fratres sunt/ sed magis seruiant quia fideles & dilecti/ qui bene-
ficium percipiunt. ℭ Fideles serui/ fideles habentes dominos: non debent vt serui/ con-
ditionem attendere spiritus. nam secundum conditionem spiritus qua Christiani sunt:
non serui/ sed fratres. & domini: secundum conditionē spiritus/ non domini eorum sed
fratres sunt. sed serui cōditionē carnis attēdere debēt: qua & ipsi reuera sunt serui/ & dñi
eorū/ dñi. Et nichil refert: an empti fuerint/ aut vernaculi/ aut lege humana serui. nam
hanc cōditionē voco carnis: quæ ex spiritu nō est/ sed aliūde. & cōditio spūs/ hanc non
tollit: quia peccatū nō est/ & sine peccato esse potest. & seruus: sine peccato seruit. & dñs:
sine peccato dñatur. neq; seruire/ neq; dñari vt huiusmodi: peccatū est. Quid igitur attē
dere debēt huiusmodi serui/ Cōditionē profecto carnis: in seruiēdo/ & seipsos omnimodo
humiliando/ ac subijciēdo. & cōditionē spūs: ad diligendū pariter & seruitiū diligētius
exequendū. Quo modo eni eos nō amabunt: quos secundū hāc cōditionē cognoscent
esse fratres/ quo modo cū cōditionē carnis/ & fortunæ attendūt/ aut fortasse secreti cu-
iusdā diuini iudicij: nō promptius seruiēt ijs/ quos dilectos esse cognoscūt/ Sed cui dile-
ctos/ Christo & regi æterno/ & vniuersorū dño. Multo sane magis est eis occasio seruiē
di q̄ infidelibus dominis: qui etsi ī se potestatis & dominij ferāt signaculū (omnis enim
potestas a domino deo est) nō tamen dilecti sunt a domino. Hæc doctrina spiritus est.
41 Quapropter mādatum dat Timotheo/ imo per Timotheum omni præconi dei: vt ita
doceat/ atq; ait. ℭ Hæc doce: & exhortare. Si quis secus docet/ & nō accedit sanis ser- 3
monibus qui sunt domini nostri IHESV CHRISTI/ & doctrinæ quę secūdum pie-
tatē est: inaniter se se iactauit/ nichil sciēs. sed languēs circa quęstiones & pugnas verbo-
rum: ex quibus oritur inuidia/ contentio/ blasphemię/ suspitiones malæ/ conflictationes

hominum mente corruptorum/ & veritate destitutorum/existimantium questũ esse pie-
tatem. ¶ Præcepta quæ posuit Christiloquus & spiritiloqu9 Paulus/ & quæ iubet esse do
cenda/ & hominibus suadenda:nõ suos sermones esse dicit/sed spiritus sermones/ & ser-
mones dñi nostri Ihesu Christi.& qui aliter docent:inaniter se de doctrina iactant.quia
nichil sciunt:etsi se scire putant. Et vt eos cognoscamus: manifesta dat nobis signa.nã
ij sunt/ qui circa questiones languent/ & logomachias/ id est argutiarum verborumq;
pugnas:ex quibus inuidia/contentio/blasphemiæ ebulliunt.Nam quod vnus de diui-
nis asseuerat:alter continue pernegat.quare si vnus bene dixit:alter blasphemat.Suspi
tiones malę.nam vicissim contẽdentes:se male vicissim de fide plerũq; sentire suspicã-
tur.Conflictationes hominũ mente corruptorum.nam vt ij qui appetitu corrupti vn-
guibus & manibus/aut etiam letiferis armis in se inuicem conuolant & seuiunt:ita qui
mẽte corrupti sunt/tam vana & inutili verborum pugna ad inanem gloriam/ aut quę-
stum confligunt.& quo modo corrupti mente nõ essent: qui veritate destituti sunt/ exi-
stimantes questum esse pietatem? Veritas enim:est mentis vita.Quid est quod doctrinã
spiritus:aut prorsus abijciũt/ aut carnaliter/aut infra carnalẽ etiam dignitatem trahũt?
Vtinam tempora nostra nullos tales pariant: & præsens ætas talibus careat monstris.
42 Qz si erunt:quid nam faciendum/ longe etiam per spiritum videns:sequenti documẽ-
to apostolus nos edocet/dicens. ¶ Procul esto a talibus. Est certe quæstus ingens: pie- 4
tas cũ sufficientia. nam nichil intulimus in hunc mundum:manifestum ꝙ neq; quicq̃
auferre possumus.habentes autem alimenta & integumenta:eis contenti simus. ¶ Pu-
gnas verborum inanes reliquamus:quæ proculdubio non pariunt nisi verba. & mera
verba sunt:meraq; verbositas. alioqui inanes non essent. & doctrinas sectemur pieta-
tis:quæ sunt doctrinæ spiritus. Ex illis quæ verborum pugnæ ac conflictus plenæ sunt:
inanem gloriam & auaritiæ quęstum nõ quæramus. sed doctrinam sectantes pietatis:
pietatẽ consequemur/ ingentem reuera quęstum/ & per se sufficientem/ aut saltem mi-
nimi/non sui quidem/sed ratione carnis/egentẽ.propter quam alimento eget/nõ mul-
to/ sed moderato: & vestimento quo tecta caro defendatur a nociuis. non ꝙ superbiat
pauonis more:quæ volucris in se picturam gerit angeli in se cõuersi/e cœlo ruẽtis.Sed
quid ĩ externis bonis gloriatis:ĩ vestib9/ ĩ diuitijs/etiã si ex diuina benedictiõe & pro-
prijs rebus sine auaritia vt Iob/vt Abrahã/ vt Isaac/vt Iacob/tibi assint? Cũ cogitas te
nichil tecũ in hunc mundũ ex illis õnibus intulisse/ neq; ex illis quicq̃ tecũ auferes in
alterum?parũ tibi gloriãdũ:nisi rationis oculo captus sis/qui lõge etiã inferior est ocu
lo spũs. Qz si diuitijs nõ abũdas/ neq; habes vnde ex dei benedictiõe & prouidẽtia ac-
cipias:quid illis inhias/quas sine auaritia habere nõ possis? Quo modo sine auaritia ha
bere putas? cũ ille appetitus tuus rationis corruptę auaritia sit? Esto igitur ĩ studio pie-
43 tatis/alimẽto/& vestitu cõtentus.& noli cõcupiscere/ etiam si res assũt/tãto minus si nõ
assunt diues fieri:& audias apostolũ id mãdantẽ/atq; dicentẽ. ¶ Qui enĩ volũt diuites 5
fieri:incidũt ĩ tẽtationẽ & laqueũ/ & multas irrationabiles & noxias cõcupiscẽtias:quæ
demergũt homĩes ĩ interitũ & perditionẽ.radix enĩ omniũ malorũ:pecuniæ cupiditas
est.quã quidã appetẽtes aberrauerũt a fide:& seipsos ĩplicuerũt dolorib9 multis. ¶ Qz
radix omniũ malorũ sit philargyria/ id est argẽti pecuniæq; amor atq; cupedia: clarum
est. Nam auertit ab amore dei:& amorẽ qui sua natura cœlestis est deflectit detinetq; ĩ
terrã/ nõ aliter q̃ sepum cœlestẽ flãmã quasi auarã inferioris pabuli detinet ad ima.quæ
si emicare sursum nititur: statim extiguitur.ita & auari mẽs:si sursũ tẽdere vult nõ sẽtit
amorẽ.ĩmersus enĩ rebus terrenis:ĩ altis viuere nõ potest.Extinguit igit͛ pecunię amor/
charitatẽ dei:qđ maximũ & capitale malũ est. extiguit charitatẽ ad proximũ:vt cuius
amplioribus fortunis iuidet.aut bonis eius/si mediocris fortunæ est/inhiat:aut si õnino
pauper/molestus est/ne de reb9 eius quicq̃ petat/ aut absumat.Ne lucrũ nõ faciãt substã
tiæ terrenę:sabbata violãt/ & nichiliducũt lucrũ perdere vitę æternę.Si parẽtes viuũt/
si opulenti sunt:vita eorũ eis tediũ affert.& mortẽ/ & patris/ & matris optãt: vt diuitijs
eorũ potiantur/augeãtq; ĩfœlicis auaritiæ suę cumulũ.Ecce quo modo parẽtes ĩhono-
rãt.Sed quot iã:propter pecunię amorẽ thori sacramẽtũ violarũt/ tã viri q̃ mulieres? Ar
bitror apud ĩferos illorũ miserrimũ esse eiulatũ.Vnde furta/ vnde aliorũ opũ cõcupiscẽ
tiæ:nisi ex insano pecuniæ amore? Quotusquisq; nũc/magistratus & honores ambit:vt
queat diues fieri/neq; satis vnq̃ marsupia nũmis abũdãt? Nõ est species mali/ quã hæc
virosa radix/quã diabolus fixit/ nõ proferat:vt admodũ certũ sit qđ spũs locutus est in
Paulo/radicẽ omniũ malorũ esse pecunię cupiditatẽ. pecunia id malũ nõ est/ radix illa
non est:sed ipsa circa pecuniam cupiditas/ quã sũmopere fugere oportet.Neq; satis est
eam fugere:nisi etiam sequamur quæ dei pręco apostolus/hic iubet esse sequẽda/cũ ait.

44
¶Tu autem o homo dei: hæc fuge. Prosequere: iustitiam/ pietatem/ fidem/ dilectionem/ 6
patientiam/ mãsuetudinem. Certa bonũ certamen fidei. Appræhende vitam æternam:
ad quam & vocatus es/ & cõfessus es bonã confessionem/ in conspectu multorum testiũ.
¶Certamen Timothei erat contra falsitatem/ erat contra infidelitatem: quam vincendo & extirpando/ vita præmiabatur æterna. Hęc enim erat bona dei voluntas. Confessionem bonam confessus est Timotheus: in conspectu multorum testium. nam publice fatebatur dominũ nostrum Ihesum/ omniũ saluatorem/ natum de virgine/ in terris visum/ pro peccatis nostris mortuum/ pro gloria nostra a mortuis surrexisse/ & reliqua omnia quæ sanctissimæ fidei sunt consentanea. Nunc arctissime præcipit Paulus eidem Timotheo: vt quod sibi mandatum est/ inuiolabiliter seruet. Sic quodq3 dei mãdatum/ inuiolabiliter custodire debet quisq3 episcopus: vt qui rationem eius rei/ in die aduentus
45 domini sit redditurus. quem ille qui solus beatus est/ potens est/ inuisibilis/ & immorta
lis/ rex & dominus omniũ/ suo tempote visibiliter manifestabit. Ait ergo. ¶Præcipio ti- 7
bi ante deum viuificantem omnia/ & CHRISTVM IHESVM/ qui testatus est sub Põ
tio Pilato bonam confessionem: vt serues præceptum ĩmaculatum sine repræhensione/
vsq3 ad apparitionem domini nostri IHESV CHRISTI. quam proprijs temporibus
ostendet beatus & solus potens rex regnantium & dominus dominantium/ qui solus
habet ĩmortalitatem/ lucẽ habitans inaccessibilẽ. quẽ nemo vidit hominũ/ neq3 videre
potest. Cui: honor & potestas æterna. Amen. ¶Vt deus omnibus dat esse: ita omnibus qui viuunt dat viuere. Nam ipse solus est omniũ entitas/ & omniũ vita. Sed age: qoam bonam confessionẽ testatus est dñs noster saluator omniũ & viuificator/ sub Pontio Pilato? Rex sum ego. ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mũdum: vt testimoniũ perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate: audit vocẽ meã. Vere rex noster ẽ & omniũ: qui in hunc mundum venit/ & nos omnem veritatem quæ æstimanda est docuit/ & omnes qui sequũtur eũ. quia audierũt vocem eius: & obediunt præceptis eius. Ipse est rex regnantiom/ & dñs dominantium: vt in sacra visione vidit dilectus dei discipulus. Vestitus (inqt) erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomẽ eius verbũ dei. Et subdit. Et habet in vestimento/ & in femore suo scriptum: rex regum/ & dominus dominantium. Præterea: hæc/ & id/ beatus solus potens: cõmunia habet cum patre & spiritu sancto/ & theologicam cataphasim respiciũt. Quæ autẽ ex sequentibus intelligontur/ solus ĩmortalis/ inaccessibilis/ inuisibilis/ impossibilisq3 videri: ad sacram de eo pertinẽt ignorantiam/ sacrumq3 non solum in terra sed & in cœlo silentiũ/ & ad theologiam quam sacre philosophantium dux vnus/ Dionysius appellat apophaticam. Et hæc vniuersa: absolote & incontracte deo conueniunt. cæteris autem si qua conueniunt/ vt beatitudo/ potentia/ maiestas/ dominatio/ ĩmortalitas/ inuisibilitas: participatiue & contracte cõueniunt. at sic participantia cum absolutis/ & contracta cum incõtractis consentiunt: vt finita cum infinitis. Est enim visus in corpore: intellectus contractus. & sensualis appetitus: contracta voluntas. at q̃ corporeus visus non est intellectus/ & sensualis appetitus nõ est volũtas: tã angeli & homines si ad deũ in absolutione conferas/ imo infinito plus/ neq3 beati/ neq3 potentes/ neq3 sunt/ neq3 esse possunt. sunt tamen & possunt: suo modo. Nam cuiusq3 modus: contractio est. ergo deus absolute talis sine modo/ supraq3 omnem modum. Et vt varie/ intellectus in varijs contrahitur/ nam aliter in visione/ aliter in imaginatione: ita beatitudo/ & potentia/ & reliqua id genus quæ non nisi contracte creaturis tribuuntur/ varie in angelo/ & varie in homine contrahuntur. Sed (vt par est) hæc omnia incontracta: soli deo tribuit apostolus. Verum ijs dimissis quæ ad altissimum philosophandi de deo modum spectant: reuertitur ad dãdum Timotheo pro diuitibus huius sæculi præceptũ. Nã & ipsi saluari possunt: si oculũ/ spemq3 conuertũt. Terrena attendentes/ superbiunt: tãto magis humilientur cœlestia attendẽtes/ quæ ipsi perdunt. Opes respiciũt/ quia bonæ sunt: deum respiciant/ quia summũ bonum & superans omne bonum. Opes amant/ quia delectabiles sunt: multo magis ament deum/ qoia summẽ est delectabile. Cõfidunt in opibus/ quia ab indigentijs in hoc mundo liberãt: se conuertãt & cõfidant in deo/ quia ab omnibos indigentijs/ nõ modo in hoc mundo/ sed & ĩ altero vere liberat/ ac solus liberare potest. solus dat verã sufficiẽtiã: qua habita/ nullũ vltra torquet cruciatq3 animũ habẽdi desyderiũ. bona eius sunt cõstãtissima/ cer
46 tissima/ ĩdireptibilia: vitã nõ parui tẽporis sed æternã prębẽtia. Hoc igit̃ pro eiusmodi
sanctũ & salutare (si audiũt) ponit præceptũ apostolus/ dicẽs. ¶Diuitibus q̃ in presenti 8
sunt sæculo/ præcipe: vt non alte sentiant/ neq3 sperẽt in incertitudine diuitiarum/ sed in
deo viuo/ qui præbet nobis omnia opulente ad delectabilem vsum/ vt bene agant/
vt diuites sint in bonis operibus: vt facile contribuant. communicatiui/ thesaurizantes

, ſibiipſis fundamentum bonum in futurum: vt æternam vitam appræhendant. ¶Hoc
præceptum multa pariter complectitur. Primū: vt diuites non alte / nō ſuperbe ſapiant. 1
nam diuitias huius ſæculi comitari ſolet ſuperbia: quæ niſi per humilitatem cordis re-
preſſa fuerit / ipſi fructum bonū facere non poſſunt / neq; venire ad vitam. eſt igitur illa
de ſe alte ſentiendi opinio: ante omnia extirpanda. Secundū: vt non ſperent in incerti- 2
tudine diuitiarum ſuarum. incerti ſunt / quantum ſibi duraturæ ſunt: imo quantum ipſi
ſuis diuitijs duraturi. quo modo igitur ī rebus vtrinq; tam incertis: ſperare poſſunt? ſed
in deo viuo diuitiarum omniū largitore ad vere delectabilem vſum: confidant / qui in-
certū nō eſt bonū / qui omnibus ſemper durat / & cui oēs ſemper durabūt / aut ī fruitio-
ne æternorū bonorum / aut in gehēna tormētorū. Tertiū: vt ex diuitijs ſuis bene agāt. 3
non fecit deus ſolem / vt ſit ocioſus: ita neq; diuitias / vt ſint ocioſæ. ſed omnia illa: fecit
propter vſum. Diues homo qui bonis ſuis nō vtitur: accenſum lumen claudit in archa /
accenſo etiam lumine / ſemper noctē habens. Liberalis contra: ſemper lumen habet in
aperto / haud ſecus q̄ ſi in ſole eſſet / nūq̄ noctem ſentiēs. neſcis enim q; qui in cœlo habi
tat / noctiū & dierū vices non habet: ſed ſemper eſt in die? Quartum: vt bonis operibus 4
ſint diuites. Nam aurum / argentum / cenſus / & poſſeſſiones / non ſunt veræ diuitiæ: ſed
bona opera maxime / quæ diuinas gratias comitantur. ac deinde virtutes noſtræ indu-
ſtriæ / earumq; opera. Quintū: faciles ſint & prompti cōtribuendo / & bene contribuen- 5
do. Nam qui ægre & difficulter id faciunt: adhuc auaritiæ veterno languent / & nondū
amputata eſt pecuniæ cupiditas / quæ eſt radix omniū malorū. Sextū: diuites ſint cōmu 6
nicatiui. ſic enim melius intelligūt: quibus bonorū ſuorum beneficia digne ſint impar-
tituri. Et hæc faciētes: vere diuites erūt recōdentes ſibi fundamentū bonum vitæ futu-
ræ / in ęterna ædificatione. Vltimum pręceptū Timotheo apponit. Vt talentū ſibi credi- 9
47 tum / gratiam ſibi depoſitam cuſtodiat: & hæreſes euertat & deſtruat. & ī hōc valefacit
, ſancta vt ſolet & pia valedictione. Ait itaq;. ¶O Timothee depoſitum cuſtodi: euertēs
, prophanas vocum vanitates / & oppoſitiones gnoſeos / falſo nominatæ. quā quidā pro-
, mittētes: a fide aberrauerūt. Gratia tecū. Amē. Ad Timotheū prima / ſcripta Laodiciæ.
¶Epiſcoporū eſt: fideles inſtruere / auerſos cōuertere & ex īfidelibus cōſtituere fideles /
hæreſes euertere / & omnem vanā eruditionem funditus extirpare / ſanctorū apoſtolorū
qui hæc omnia ſublimiter & valide faciebant (remota licet) imitatione. qđ & de Gno-
ſticorum vanitate: hic apoſtolus Timotheo iubet faciēdum. Gnoſtici eni authore Ire-
nęo: a Simone mago profluxerunt / & a gnoſi / id eſt cognitione ſeu ſcientia / ſed falſo
nomine (vt ait apoſtolus) dicta / Gnoſtici etiam falſo nomine dicti ſunt. vocant enim
ſe cognitiuos: & nichil cognoſcunt. ſcientiam fidei promittunt: & a fide aberrāt. Et ho
rum vocabula vt & Simonis magi: cenophoniæ / id eſt vanæ voces ſunt / & a re ſignifi-
cata vacuę / multo magis q̄ Chimera / & Hippocentauri. Simon magus figmentum po-
nebat virtutem quandam conditore mundi ſuperiorem / quam deum appellabat: eſtq;
deus Simonis magi / nomē inane. & de deo vero dei nomen negat: vt figmēto tribuat.
Sic figmenta ſunt apud Gnoſticos Barbelo / vt virtus maſcula / & ennæa vt fœminea /
& tota proles Prognoſis / aphtharſia / & Zoe / & phos / & nus / & logos / & thelema. Quid
Barbelo ſonet ſupremæ virtutis eorum figmentum: incertū. cætera latine dici poſſunt /
intelligentia / præſcientia / incorruptibilitas / vita / lux / mens / ratio / voluntas: pul-
chra profecto vocabula / ſed (vt ipſi vtuntur) vana prorſus / & fictitia. de veris enim ne-
gant: vt figmentis / & quæ nichil ſunt / & nichil eſſe poſſunt tribuant. Coniugia etiam
figmenta ſunt dæmonum: ennæę & logi / aphtharſię & photos / quem Chriſtum appel-
lant / Zoes & thelematos / nus & prognoſeos / id eſt coniugia intelligentiæ & rationis /
incorruptibilitatis & lucis / vitæ & voluntatis / mentis & præſciētiæ. Et æones / id eſt ſæ-
cula omnia ipſorum: diabolica ſunt figmenta. nomina quidem magnifica / & curioſa:
res vero nulla iuxta eorum intelligentiam reſpondens / neq; reſpondere potens / etſi pu
tent aliquid reſpondere. ſic eos figmentis illuſit diabolus. Hæc magnificorum nomi-
num gluma / nō ſolum Gnoſticos & eos qui ab eis ſeducti ſunt / decepit: ſed & Platoni-
cos multos / de vno / idea / & anima mundi. quæ ad Platonicorū intelligentiam (vt ver-
bo Pauli vtar) cenophoniæ ſunt / & voces vacuæ rebus (pace eorum dixiſſem) ſed ma-
lo pacem Chriſti. quam illis omnibus bene opto: & ſancti ſpiritus ſequi doctrinā. Sed
diuinus ille Socrates aſſeruit. Diuinū dixerim: ſi quem placet dici diuinum / qui edo-
ctus ſit a dæmonio. At quid nam aliud dæmon doceret de diuinis: niſi ea quæ ſunt ma-
xime ardua & magnifica / ad figmenta deducere? odit enim veram diuinitatem: &
gaudet fictam & ementitam inducere. & magnifico verborum apparatu: nobilio-
res ludificare ſenſus. At multilinguis hydrus ſibilat: Auguſtinum celebraſſe ideam.

Esto. sed plane (vt vir sanctus) ad catholicam / non ad Platonicorum intelligentiam ideæ nomen Christo filio dei tribuit. quem Porphyrius / Plotinus / Iamblicus Proculus/ & cætera Platonicorũ turba non negant modo: sed persequũtur/ eiusq; aduersantur doctrinam. quorum libri a recentioribus Platonicis: etiã nunc ad astra feruntur. Et vt Augustinus: sic etiã celebro intelligentiam/ incorruptibilitatem/ vitam/ lucẽ/ mẽtẽ/ rationem/ diuinamq; voluntatem: non ad Gnosticorũ/ sed ad Christianam/ sanctã piãq; intelligentiã. nõ enim in verbis peccatum: sed in itelligentia verborũ/ mentisq; adaptatione. Sinamus igitur hos & illos/ & omnes vaniloquos valere: & omnes contra fidem obices euertamus/ eos a nobis protinus repellendo/ vt iniectos finibus ãgues. & sequamur Christum regem nostrum vera cognitione & scientia: eum ex studio sacrorum eloquiorum celebrantes/ & nunq̃ vana curiositate aut mentis præsumptione a semita spiritus sancti discedentes/ vnum deum in substantia/ & trinum in hypostaticis beatitudinibus confitentes. Quem decet omnium creaturarum laus perennis / immortale decus/ verendum imperium/ regnum omnium seculorum/ & gloria incompræhensibilis:
A in omnia sæculorum sæcula. Amen.
40 ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literã. ¶Vulgata editio. Quia beneficij partici-
A pes sunt. ¶Legendum: qui beneficij. Paulus. δι τῆσ ἐυεργεσίασ ἀντιλαμβανό-
41 μενοι. ¶Vulgata æditio. Superbus/ nichil sciens/ sed languẽs circa questiones & pugnas verborum. ¶Quod vetus interpres dicit superbus: verbum est præteriti temporis apud Paulum/ quod superbire/ & inaniter se iactare significat. qui enim aliter docebant q̃ apostoli tradiderant: superbiebant docentes/ audentes/ ac præsumentes quæ docenda non erant. & nequicq̃ vane iactabãt: se ea scire quæ nesciebant. O quot & hodie sunt qui relictis apostolorum doctrinis/ circa diuina superbiunt: se vanis in rebus iactãtes/ circa questiones pugnasq; verborum elanguentes. qui de numero eorum sunt: quos spiritus domini cuidam religioso viro/ fratri Roberto in spirituali visione ostendit/ lapidem magnum & oblongum rodentes. ex quo duorum capita serpentũ/ exertis micantiũ linguis: prominebant. quã vt legentes ab huiusmodi inanibus/ friuolis/ & infructuosis resipiscerent studijs: veram esse puto. Optimum sane est: in sacrarum literarum doctrina se continere/ & earum intelligentiæ/ non humana præsumptione quæsitæ/ sed diuini spiritus illapsione insistere/ aut Petri in Clemente sequi sententiam. Diligenter (inquit) obseruandum est: vt lex dei cum legitur/ non secundum proprij ingenij intelligentiam legatur. sunt enim multa verba in scripturis diuinis: quæ possunt trahi ad eum sensum/ quem sibi vnusquisq; sponte presumpsit. quod fieri non oportet. non enim sensum quem extrinsecus attuleris alienum & extraneũ debes quærere quomodo ex scripturarũ authoritate cõfirmes: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum: qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruant. vt ipse possit ea quæ recte suscipit: competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis susceperit & firmam regulam veritatis: absurdũ non erit si aliquid etiam ex eruditione communi/ ac liberalibus studijs (quę forte in pueritia attigit) ad assertionem veri dogmatis conferat. ita tamen vt vbi vera didicit: falsa & simulata declinet. Hæc Petrus. Sunt præterea sacræ literæ delicatissimus panis/ & sacra spiritualis intelligentia optimum cœlesteq; vinum: & vtraq; vitalis & saluberrimus animæ nostræ cibus. quẽ qui dimittunt ob inanes verborum pugnas: anguiparum proculdubio (nichil vitaliter proficientes) erodũt saxum. similes ijs quos Prudentius vir deo dignus/ in Apotheosi execratur dicens.

Soluunt/ ligantq; questionum vincula:
Per syllogismos plectiles.
Væ captiosis sycophantarum strophis.
Væ versipelli astutiæ.

Sed si Paulus Christi dei/ æternæq; sapientiæ apostolus/ si dei spiritus in prophetico viro/ si Petrus ecclesiæ columen/ si Prudentius/ immo nullus prudens audiuntur: quomodo nostrum valebit consilium? Nisi certe Christus erigat: igenia prostrata sunt/ in imas se sua sponte deuoluentia latebras/ inanesq; nenias. Et scimus qui illa scabie pruriunt: eis nostra monita non placere/ non aliter q̃ infirmis medicorũ ãtidota/ salutaresq; pharmacias. Sed nõ ob idipsum: desinit medic9 admonere/ & si potest etiam sanare. Nos nulli inuidemus/ nulli malum volumus: sed si possumus magnum/ & salutare bonum. Paulus. τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενοσ, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεισ καὶ λογομαχίασ. ¶Vulgata æditio. Ex quibus oriuntur inuidiæ/ cõtentiones. ¶Ex Paulo singulariter dicitur/ est/ fit/ aggignitur/ siue oritur iuidia/ lis siue contentio. Paulus. ἐξ ὧν

γίνεται φθόνος, ἔρις. ¶ Vulgata æditio. Existimantiũ quæstum esse pietatem. est au-
tem quæstus magnus. ¶ Continuo post pietatem: deest vna particula integra/ absiſtito
B siue procul esto a talibus. Paulus. νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν,
43 ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας. ¶ Vulgata ęditio. Inci
dũt in tẽtatione & laqueum diaboli/ & desyderia multa. ¶ Diaboli: abundat/ etsi intelli
gẽtiæ nichil officit. Paulus. ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα, καὶ ἐπι-
θυμίας πολλάς. ¶ Vulgata æditio. Inutilia & nociua. ¶ Potius dicendum: amẽtia/
siue irrationabilia & nociua. Paulus. ἀνοήτους καὶ βλαβεράς. ¶ Vulgata æditio.
Radix enĩ õniũ malorũ ẽ cupiditas. ¶ Cupiditas generalius exprimit q̃ Paul9 dicit. Nã
vocabulũ Pauli specialius designat argẽti/ nũmi/ pecuniæque cupiditatẽ. qua maxime fer
uẽt qui volũt diuites fieri: & quã quidẽ fœdã animi perturbationẽ/ nostri vno ferme vo
C cabulo auaritiã nominãt. Paul9. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυ-
45 ρία. ¶ Vulgata ęditio. Vsq; in aduẽtũ domini nostri IHESV CHRISTI. ¶ Potius: ap-
paritionẽ q̃ aduẽtũ hic Paulus habet. Paulus. μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου
ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. ¶ Vulgata æditio. Rex regũ & dñs dominantiũ. ¶ Potuit vet9
ĩterpres dicere rex regnãtiũ/ vt dixit dñs dñantiũ. Cur eni nõ æquo iure primo loco par-
ticipiũ p participiũ ĩterp̃tatus ẽ/ vt secũdo subinde fecit loco? Paulus. βασιλεὺς τῶν
βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων. ¶ Vulgata ęditio. ¶ Et lucẽ habi-
tat iaccessibilẽ. ¶ Quia vet9 ĩterpres participiũ mutauit ĩ verbũ: copulãdi particulã ĩis
adiecit q̃ sine ea particula Paulus p̃fert. Paulus. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. ¶ Vulgata
æditio. Sed nec videri potest. ¶ Actiue potius videre. Paulus. οὐδὲ ἰδεῖν δύναται.
D ¶ Vulgata ęditio. Pręcipe nõ sublime sapere/ neq; sperare in icerto diuitiarũ/ ¶ Dictũ ẽ
46 alias nostros malle dici/ ac ĩterpretari non alte sentire q̃ sapere. Et in abstracto dicitur ĩ
ĩcertitudine. Paulus. παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ
πλούτου ἀδηλότητι. ¶ Vulgata æditio. Qui præstat nobis õnia abũde ad fruẽdũ.
¶ Qui abhorrẽt dicere nos frui rebus/ a diuina etiã prouidẽtia elargitis: minus anxie fe
rẽt si dicatur ad delectabiliter vtẽdũ/ siue delectabilẽ vsum. Et certe etiã spirituales viri/
bona dei participãtes: fruũtur/ at nõ tã rebus q̃ deo largitore rerũ. Cũ eni cogito deũ tã
suauiter õnia dispẽsare: quomodo in re domini mei/ & præsertim quia domini mei tã be
nigne/ tã suauiter omni rei prouidẽtis possim nõ delectari? Et hoc ẽ: in hoc mũdo frui. &
ad sic fruẽdũ: õnia nobis suppeditat deus. Alius autẽ est in hoc sæculo fruẽdi modus: de
quo hic nõ est sermo. Et ad hũc & ad illũ fruẽdi modũ: vocabulũ hoc/ plane ẽ homony
mũ. Paulus. τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως, εἰς ἀπόλαυσιν. ¶ Vul-
gata æditio. Cõmunicare/ thesaurizare sibi fũdamẽtũ bonũ ĩ futurũ/ vt apprẽhẽdãt verã
vitã. ¶ In pricipio Paul9 nominib9 & participijs vtitur/ nõ verbis. Et codices sunt q ĩ fi
ne/ æternã habẽt vitã/ nõ verã. Paul9. κοινωνικοὺς, ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς
D θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς.
47 ¶ Vulgata æditio. Deuitans prophanas vocũ nouitates. ¶ Dici potest: euertẽs. Et vo-
cabulum quo vtitur Paulus: potius vanas/ inanesq; voces significat/ q̃ nouas voces/ aut
vocum nouitates. Paul9. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας. ¶ Vulga-
ta ęditio. Et oppositiones falsi nominis scientiæ. ¶ Quod hic vetus interpres dicit sciẽ-
tię: gnosis a Paulo dicitur/ vnde Gnostici dicũtur/ quę perperã et falso gnosis nomina-
tur. Cũ gnosi & verę quidem gnosi: sit opposita. Paulus. καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευ-
δωνύμου γνώσεως. Et apud Gręcos subscriptio habetur. Prima ad Timotheum/
scripta Laodociæ.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI
PAV. APOSTOLI/ DECIMO LIBRO QVI EST
EPISTOLAE PRIMAE AD TIMOTHEVM
EXPLETO: CHRISTO DOMINO CVM
PATRE ET SPIRITV SANCTO/ VNI
DEO OMNIVM LARGITORI BO-
NORVM/ GRATIAE IN
PERPETVVM
AMEN.

ℂCOMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER VNDECIMVS QVI EST IN SECVNDAM EPI. AD TIMO. CAP. I.

1 IN hac secũda ad Timotheum epistola: sanctam
pro consuetudine sua præmittit apostolus/ hanc
salutationẽ/ dicens. ℂPaulus apostolus CHRI-
STI IHESV per voluntatem dei/ ad promissio-
nem vitæ in CHRISTO IHESV: Timotheo
dilecto filio/ gratia/ misericordia/ pax a deo pa-
2 tre & CHRISTO IHESV dño nostro. ℂHuic
sanctæ salutationi/ pro more suo subiungit gra-
tiarum actionẽ: atq; ait. ℂGratias ago deo/ quẽ
3 colo a ptogenitoribus in cõscientia pura: q̃ assi-
duam tui habeam memoriã in orationibus me-
is/ nocte dieq; desyderans te videre/ recordatus
lachrymarum tuarum. adeo vt gaudio implear:
cum reminiscor fidei non fictæ quæ in te est/ quę
primum habitauit in auia tua Loide/ & in ma-
tre tua Eunica. perspectum etiam habeo: q̃ & i
te. ℂDilectio non sinit obliuionem: & præserti
cum talis est dilectio/ quæ desyderat absentẽ. tali dilectione ferebatur Paulus ad Timo-
theum: quæ faciebat eum memorem ipsius in orationibus suis. Et contra/ Timotheus
Paulo vicissitudinariũ rependebat amorẽ: eratq; amborum/ sanctorum pectorum mutu9
& altern9 amor/ pulchrior q̃ Phithiæ & Damonis. nã illũ Christi fides mutuaq; Christi
dilectio conciliauit amorem. Indicium veri & non ficti amoris Timothei/ ponit Paulus
abũdãtes lachrymas: quas ob euãgelij necessitatẽ Paulũ relinquẽs & nõ nisi post lõgas
molestias eum in fine visurus/ Timotheus fudit abunde. sic enim expediebat eos segre-
gari. & quid futurũ erat: spiritu præsago ipsi nouerant. erat enim Paulus propheta: &
Timotheus propheta. Sic & Paulus cum Mileti esset & vocasset maiores natu eccle-
siæ: prædixit eis q̃ amplius ipsum in Asia visuri nõ essent/ & quid eis (vt cauti essent) su-
peruenturum esset/ retexuit. Et nunc (inquit) ecce ego scio: q̃ ãplius non videbitis faciẽ
meam vos omnes/ per quos transiui prædicans regnũ dei. qua de causa (vt testatur Lu
cas) magnus fletus factus est omnium: & procũbentes super collum Pauli osculabantur
eum/ dolentes maxime in verbo quod dixerat/ quoniã amplius faciem eius nõ essent vi-
suri. lachrymas illas/ & fletus illos faciebat vera dilectio sanctorum. sic & in Timotheo
fideli/ qui & auiam & matrem habuit in dei fide & feruore cõmendabiles: quarũ nomi
na non solũ in hac epistola/ sed & in libro vitæ in benedictione sunt scripta. Hac de cau
sa hortatur Timotheum: vt secundum gratiæ donum/ & intelligentiã prophetiarum et
scripturarum quæ data est ei/ sanctas manus eidẽ imponẽte Paulo/ exuscitet feruorẽ/ au-
5 denter Christum nunciet/ & veritatem doctrinæ aperiat. Atq; hũc in modũ ait Paulus.
ℂQuam ob causam admoneo te: vt exuscites donũ dei quod in te est per fidem/ & im-
positionem mantrum mearum. non enim dedit nobis deus spiritum timiditatis/ sed po-
testatis/ dilectionis/ et castimonię. Nõ igitur erubescas testimonium domini nostri/ neq;
me vinctum eius: sed pariter insuda euangelio secundum potestatem dei/ qui saluauit
nos/ & vocauit nos vocatione sancta. non secundum opera nostra: sed secundũ propriã
voluntatẽ & gratiam quæ data est nobis in CHRISTO IHESV ante tempora sæcula
ria/ manifestata autem nũc per apparitionem saluatoris nostri IHESV CHRISTI. qui
sustulit quidem mortem/ illuminauit autem vitam & incorruptibilitatẽ per euangeliũ:
in quo positus sum ego præco/ & apostolus/ & doctor gẽtiũ. ob quã causã & hæc patior:
sed nõ confundor. ℂCui a deo quicq̃ committitur/ si timiditatem habet/ si in opere fri-
giditatem/ si diffidentiã: hæc timiditas/ tepiditas/ & diffidentia nõ a spiritu dei sunt/ sed
ex naturæ fragilitate/ quæ se spiritui non satis committit. & excitatione eget: vt spiritũ
exuscitet/ propriũ superando torporem/ propriæq; infirmitatis ignauiã. Nam dona spi-
ritus/ potentia sunt & fortia: non timida. feruentia: non frigida. bene fidentia: nõ despe-
rãtia. At quia Timotheo commissum onus erat a deo/ quem naturalis ĩfirmitas aliquã-
tulum inuaserat/ neq; similem ad saluandas animas dilectionis quẽ & prius zelũ retine-
bat ac feruorem: hac de re/ hac sancta & salubri admonitione eum excitat apostol9. Sic
& quicunq; donũ aliquod dei habet: si sentit torporem/ aut ex se ipso aliquam irrepere
ignauiam: inuocata diuina ope protinus/ quoad potest excitare donum dei debet & ex-
uscitare gratiam. Minus enim solito Timotheus prædicabat & docebat: quasi aut time-

ret/aut erubeſceret euangelium Chriſti/& Paulum præceptorem. ſed Paulus vincula
ſua ei obijcit. quæ pro Chriſto libenter & gaudēter fert. & beneficia Chriſti: qui nos vo
cauit ad conſortia angelorum/ & ad omnem ſanctitatem/ non ex operibus quæ fecimus
ſed per ſuam prædeſtinationē/ quæ eſt bona eius æterna voluntas/& per gratiam ſuam.
& id ante omnia ſæcula: præordinauit/ prædiffiniuit præuoluit. quam bonam volunta-
tem & bonam gratiam manifeſtauit per apparitionē in carne domini noſtri Iheſu Chri
ſti: qui primus eius glorioſus fuit aduētus/& mortē nobis ſuſtulit/ mortem quidem ſem
piternam & tenebrarū/& illuminauit nos vita æternæ morti oppoſita/ ſpirituali/ luci-
da/& æterna per euangelij prædicationem. ad quod officium Paulus a deo poſitus fuit
ad gentes prædicator/ legatus/& doctor: pro quo fideliter exequendo officio/ in vincula
erat coniectus. ſed nequaq̃ ex vinculis confundebatur: ſed etiam in ipſis/ ſine vllo timo
re nomen domini ānūciabat/ laborabat/& opus apoſtoli faciebat. Quomodo igitur ge
neroſum certamen & inuictum Pauli præceptoris & patris animū Timotheus videns:
nō excitaretur ad fortiter dimicandum/ qui excitare debet nunc etiam quemq; epiſcopū
ad intrepide & fortiter opus epiſcopi faciendum/ vt in pectoribus ouiū creditarum/ ſan-
ctum inſerat euangelium/& Chriſti amorē/ ſolum viuificum? Qz ſi hoc excitare non ſuf
ficit: excitet Chriſtus/ qui excitabat Paulū/ qui potens eſt ſaluare quod cuiq; creditū eſt/
4 & coronā reddere vnicuiq; bene certanti/& pœnam ac dedecus dedito inertię. quis enī
confundi queat: qui certat ſub tali tātoq; principe? Iccirco ſubiūgit Paulus. ¶ Scio enī
cui credidi: & exploratum habeo ꝙ potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.
¶ Neq; Paulus/ neq; Timotheus poterāt quo ad ſe/ gratiā ſibi a deo depoſitā & creditā
ſeruare/ neq; fructum qui inde pendebat longius cuſtodire: ſed Chriſtus ſolus qui onus
eis crediderat/ ſeruare poterat/ non ſolū dum ſuperſtites eſſent & operarentur/ verum in
diem vſq; iudicij. quod in præſentem vſq; diem in infinitis fidelibus doctrinā eius/ do-
ctore & œconomo Paulo ſectātibus facit: & per miſericordiam ſuam faciet ad vltimum
vſq; diem. quēadmodū & ipſe qui vere fidelis eſt: alibi promiſit dicēs. Ecce ego vobiſcū
ſum/ omnibus diebus: vſq; ad conſummationē ſæculi. At tunc torpendi tempus nō eſt/ cū
lupus ouile aggreditur/ cum in ouile ſæuit/ cū graſſatur. tunc enim eminebant ſectarum
authores/& mortiferæ impoſtores doctrinæ. Qua de cauſa hortatur apoſtolus Timothe
5 um: vt q̃ vnq̃ excitatior & vigilantior ſit/& meminerit ſanarum īſtitutionū/ quas ab eo
percepit/ dicens. ¶ Informationem habe ſanorū ſermonum: quos a me audiſti in fide &
dilectione/ quę eſt in CHRISTO IHESV. Bonum cuſtodi depoſitum/ per ſpiritum ſan
ctum: qui habitat in nobis. ¶ Quid eſt informationē habe ſanorum ſermonum: niſi reti-
ne ſanæ doctrinæ ſermones/ quos a me ad typum & formulā ſpiritus ſancti accepiſti?
quis typum ſermonum mutare debet: quem ſpiritus ſanctus tradidit? ꝙ ſi quis commu-
tat: adulterinum doctrinæ numiſma cudit/& nō legitimū. quod maxime fecerunt hære-
tici. At quid Paulo erat depoſitum? quid cōmiſſum? quid etiā Timotheo per ſpiritū: niſi
nūmus & nūmi diſpenſatio fidelis doctrinæ/ cuius fructus & lucrum duraturum eſſet ad
finem vſq; ſæculorum? Et tunc maxime gratiæ ſpiritus ſancti/& fidelis doctrinæ incūbe-
6 bat cuſtodiæ neceſſitas/ vt dictum eſt: quia multi in Aſia defecerūt a fide/& fuerūt veræ
doctrinę corruptores. Quod aperit apoſtolus/ dicēs. ¶ Hoc noſti ꝙ auerſi ſunt a me om
nes qui ſunt in Aſia: de quibus eſt Phygellus & Hermogenes. ¶ Phygellus & Hermo-
genes relicta vera Chriſti doctrina: Simonis Samaritæ qui & Simon Magus/& Gnoſti
corū ſecuti ſunt inſanias/ ſanctam apoſtoli inſtitutionem aduerſātes. Hoc & Paulus in
Hieruſalem abiens: Aſianis prædixerat/ non amplius eos viſurus. vt per prophetiā in-
ſtructi: ab huiuſmodi in futurum cauerent. prædixerat enim. Ego ſcio quoniam ītrabūt
poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos: non parcentes gregi. & ex vobiſipſis: exur
gent viri loquentes peruerſa/ vt abducant diſcipulos poſt ſe. propter quod vigilate. Ve-
rum de Simone/ Menādro/ Saturnino/ Baſilide/ Harpocrate/ Cherintho/ Ebeone/ Nico
lao/ Cerdone/ Martione/ Phygello/ Hermogene/ Gnoſticis/ & huiuſmodi odioſis nomi-
nibus & dæmonicis dementationibus: ſi qui cognoſcere plus volunt/ Irenęum/& Epi-
phanium legant/ nichil doctrinæ capientes/ ſed ſola tortuoſi ſerpentis venenoſa ſibila-
menta audientes. Prętat vnius ſolius pietatem audire: q̃ omnium hæreticorum libros
luſtraſſe. niſi qui tam forte ſecum fert fidei antidotum: vt aduerſus omne obluctari poſſit
7 venenum. Poſt igitur taxatos impietatis viros: Oneſiphorum Epheſinum commendat
Paulus/ pietate & integritate plenū. Atq; ait. ¶ Det miſericordiā dominus Oneſiphori
domui: quia ſæpe me refocillauit/& catenam meam nō erubuit. Sed cum Rhomæ eſſet:
diligentius me perquiſiuit/& inuenit. det ei dominus inuenire miſericordiam apud do-
minum: in illa die. Et quanta michi Epheſi miniſtrauit: tu melius noſti. ¶ Ecce quomo-

do pij viri:precibus erga deum non destituũtur sanctorum. Et quid est / det ei dominus
inuenire misericordiam apud dominum:nisi/ det ei Christus Ihesus inuenire misericor-
diam apud patrem suũ/Cũ quo & spiritu sancto viuit/regnat/ & glorificatur : in omnia
A sæcula sæculorum. Amen.
1 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literã. ¶ Vulgata ęditio. Timotheo charissimo
filio. ¶ Dicitur:dilecto filio. Paulus. τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ. ¶ Vulgata æditio.
A deo patre nostro & CHRISTO IHESV domino nostro. ¶ Dicẽdum a deo patre &
A Christo Ihesu domino nostro. Primo loco:abũdat nostro. Paulus. ἀπὸ θεοῦ πατρὸς
2 καὶ χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ¶ Vulgata æditio. Gratias ago deo meo:cui
seruio a progenitoribus meis in conscientia pura. ¶ Paulus habet/ gratiam habeo:sed
mos latinorum cõsuetior est ad deum dicere/ gratias ago. Et meo/& meis:abũdãt. Pau
B lus. χάριν ἔχω τῷ θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει.
2 ¶ Vulgata æditio, Recordationẽ accipiẽs eius fidei q̃ in te est nõ ficta:quæ et habitauit
primum in auia tua Loide. ¶ Dici potest:non fictæ vt referatur ad fidei. Paulus. ὑπόμ-
νησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον
ἐν τῇ μάμμῃ σου λωΐδι. Sunt etiam codices qui habent ὑπόμνησιν λαμβάνων
τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου ἀγάπης καὶ πίστεως/id est cum reminiscor dilectionis
non fictæ quæ in te est/ & fidei & reliqua quæ sequũtur. Hic tamen secuti sumus codices
qui conformiter habent ad veterem interpretem. ¶ Vulgata ęditio. Propter quam cau-
sam:admoneo te vt resuscites gratiam dei quæ in te est. ¶ Dici potest: donũ dei quod in
B te est. Paulus. δι᾽ ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ
3 θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοί. ¶ Vulgata æditio. Spiritum timoris : sed virtutis / & dile-
ctionis / & sobrietatis. ¶ Dici potest : spiritum timiditatis / sed potestatis. Paulus.
πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ.
¶ Vulgata æditio, Secundum virtutem dei: qui nos liberauit & vocauit voca-
tione sua sancta. ¶ Dicendum potius: secundum potentiam siue potestatem dei / qui
saluauit nos & vocauit vocatione sancta. ¶ Sua:superabundat. Paulus. κατὰ δύνα-
C μιν θεοῦ, τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ. ¶ Vulgata
3 editio. Sed secũdum propositum suum. ¶ Vocabulũ hic positum : propositũ exponi so-
let. verum idipsum designat quod voluntas:quæ præstituit/& præuoluit omnia ãte quã
& anteq̃ conderentur vniuersa. Idem igitur:secundũ propositum suũ/ & secũdum volũ-
tatem suam. sed hoc vltimũ fortasse clarius. Qua de causa:& eo vsi sumus. siquidem &
alio loco de deo dicit Paulus. Qui vult omnes homines saluos fieri. Paulus. ἀλλὰ κα-
τ᾽ ἰδίαν πρόθεσιν. ¶ Vulgata æditio, Manifestata autem est nunc per illuminationẽ.
¶ Aeque per apparitionem. Paulus. φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας.
¶ Vulgata ęditio. Vitam & incorruptionem. ¶ Dici potest:vitam & incorruptibilitatẽ.
D Paulus. ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν. ¶ Vulgata ęditio. Formam habe sanorum verborum.
6 ¶ Quod vetus interpres/ hic dicit formam:capite primo præcedentis epistolæ dicit in-
formationem/vbi ait. Ad informationem eorum qui credituri sunt. cur non hic etiã infor
mationem vertit? Paulus. ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων. ¶ Vulgata ædi-
tio, Scis enim hoc: q̃ auersi sunt a me. ¶ Enim: abundat. Paulus. οἶδας τοῦτο,
ὅτι ἀπεστράφησάν με.

CAP. II.

NVnc exhortatur Paulus Timotheum: vt inualescat & vires resumat in
executione illius gratiæ/quã a Christo domino cõsecutus est/ & in ijs q̃
ab ipso audiuit per multorũ prophetarũ & aliorum testimonia robora-
S ta. Ait igitur. ¶ Tu igitur fili mi/ inualesce in gratia quæ est in CHRI-
STO IHESV:& ea quæ audiuisti a me per multos testes: hæc cõmen-
da fidelibus hominibus/ qui sufficientes fuerit & alios docere. ¶ Quid
est commẽda fidelibus hominibus:nisi trade & communica? Episcopo-
rum est:& in publicũ inualescere/ non remittentes laborem/ & in priua-
to aliquos cognoscere qui sufficientiores sunt & magis idonei/ zelum habentes cum di-
scretione/& vitę purioris gratiã eminentiorem/ & maiorẽ humanitatis & dilectionis er-
ga homines exemplaritatem/ & eos informare/ & eis cõmittere per loca prædicationis
curã/ nõ sinere quemcunq; id facere volẽtẽ. nam quorum vita despicitur:illos ab huius-
modi officio arcere debet. nam in talibus quidnã aliud restat vt ait quidam sanctorum:
nisi vt & sermo cõtemnatur. immo vt dei verbum/quod per ora talium assumitur: debi-
to priuetur honore. Arceat & eos qui cauponantur dei verbum:ad quęstum prædican-
9 tes & nõ ad zelum saluandarum animarum. nam tales neq; idonei sunt/ neq; sufficien-
tes. Quod ex sequentibus ostendit apostolus: dicens. ¶ Tu igitur fatigare:vt bonus mi-

les IHESV CHRISTI.nullus qui militat/implicatur negociationibus vitæ:vt ei pla-
ceat qui ipsum ad militiam delegit. Si autem & certat quispiam:nõ coronatur nisi legi-
time certauerit. Laborantē agricolā:oportet primū de fructib9 percipere. Intellige quæ
dico.dabit enim tibi dominus intellectū in omnibus. ¶Neq; episcopum/ neq; suscipiētē
prædicationis officiū:negociationibus vitæ implicari decet. Nam eos videmus qui sub
aliquo terreno rege militant:negocijs vitæ non se implicare/& hoc vt terreno regi pla-
ceāt.tanto magis igitur se implicare non debent:qui sub Christo æterno rege militant.
atqui & episcopus & idoneus prædicator ac doctor/sub Christo militāt rege æterno:ad-
uersus infidelitatē & viciorum monstra/vt virtutum faciant victoriam/& præparetur re-
gnū Christi.nõ igitur hac ratione(quam ne dialectici quidē negarent efficacē)negocia-
tionibus vitæ ipediri debēt/questuiq; vacare. Præterea.Certare debēt ad coronā æter-
næ gloriæ percipiendā.sed qui pro terrena certant/non accipiunt nisi legitime certent:
obseruātes omnia quæ sunt legis certantiū/ab omnibus alijs abstinentes.tanto minus
igitur & illi accipient æternā/nisi legitime certauerint:& ab omni vicio & terrena ipli-
catione abstinuerint. At forte nisi negociationibus implexi & impliciti fuerit:deerit eis
victus alimentum. O stulti qui ita cogitant:nescientes illos/cœlestes esse agricolas/et do
minicæ messis cultores. dicebat enim saluator ijs qui in mundum prædicaturi erāt: mes
sis quidē multa est/ operarij autem pauci.rogate ergo dominū messis:vt mittat opera-
rios i messem suam.at terrenis agricolis:prouidet deus primum fructum laborū suorū.
tanto magis & cœlesti agricolæ/ne laborādo deficiat:prouidebit sufficientem cibum. Et
quia hæc argumēta velate & nõ oīno expressa posuerat:admonuit Timotheū diligētio-
ris intelligentiæ/& vt ad intelligendum mentis suffigeret acumen.promittit & deum ī
omnibus ei suffragaturum intellectum/maxime si iugiter inuersetur memoriæ benefi-
ciorum Christi/humanationis eius ex semine Dauid/mortis/resurrectionis/& regni ei9
10 æterni/& sacramentorum quæ circa nos fiunt/has ipsas veritates designantiū. Quæ hoc
modo/sacro ore subdens:promit Paulus. ¶Memento IHESVM CHRISTVM ex se-
mine Dauid:suscitatum a mortuis secundum euangeliū meū/in quo desudo vsq; ad vi-
cula quasi maleficus.verū sermo dei nõ est alligatus. Propter hoc/ ōnia sustineo ob ele
ctos:vt & ipsi eam salutem consequantur quæ est in CHRISTO IHESV/cum gloria
æterna. Fidelis sermo.nam si cōmortui sumus:& vna viuemus. Si patienter ferimus: &
vna regnabimus. Si negamus:& ille negabit nos. Si ifideles sumus:ipse fidelis manet/
seipsum negare nõ potest. ¶Eandē mortem:eadem sequetur resurrectio. similem patiē-
tiam:simile sequetur regnū. consimilē fidem:consequetur consimilis salus. At nos in no-
stra regeneratione:morte Christi morimur. resurgemus igitur & conformi vita. Patien-
tiā & in hoc mūdo habuit/& in temporali curriculo regni æterni expectationē.quā etiā
si eius imitatione / habeamus:& cum eo regnabimus. Bonū fidei semē seminauit.quod
si in nobis arborē fidei germinauerit/sub cuius ramis in parabola habitant angeli dei:
ad consimilem perducemur salutē/& confitebitur nos ante angelos patris. Si vero fidē
non habuerimus/si non crediderimus:& ipse negabit nos corā angelis. sicut & in quo-
dam loco:ipse ait. Omnis quicunq; confessus fuerit me corā hominibus:& filius homi-
nis cōfitebitur illū coram āgelis dei. qui autem negauerit me coram hominibus:nega-
bitur corā angelis. Et ipse de se in sacra visione:se testē fidelem & verū appellat / immo
veritas est & summa veritas. at quomodo si se negaret:summa veritas esset/vt enī quia
omnipotens est:ideo non potest non esse. etiam quia summa fides & summa veritas est:
seipsum non potest negare. neq; sic dicendo:quicq̄ omnipotentiæ dei/ vt falso calūnia-
tus est Elimas Magus:derogatur. sed oppositū (vt ipse voluit & ineptiuit) asserere:ē ipo
11 tentiam omnipotentiæ impie immiscere/infinitæ luci tenebras/& cum omni bono ma-
lum confundere. Nunc ad præcepta:conuertit Paulus sermonē suū/dicens. ¶Hæc ad- 1
mone:contestans corā deo/ vt verbis non pugnent ad nullā vtilitatē/in subuersione au
dientiū. ¶Et si logomachiæ/pugnæq; verborū in nulla disciplina sint probādæ/ sed re-
cta/sanaq; intelligentia:maxime omnium/locū minime habere debent circa sacros ser
mones. rationes enī sacrorū eloquiorum: citra pugnā sunt/suscipiēdæ. Q2 si quis sit so-
phista/ & verborū pugnas amans:feriendus est apostolica sententia/etiam qua alio lo-
co aduersus cōtentiosos iubet esse vtēdum/dicendo nos talem consuetudinem non ha
bemus/ neq; ecclesia dei. Præterea huiusmodi pugnas cum magna contestatione & di-
12 uina adiuratione vetat:vt quæ nullā vtilitatē/nullāq; ædificationem habeant/sed sub-
uersionem audientium. Hoc autē secundo loco ponit Paulus præceptum/dicēs. ¶Stu- 2
de teipsum probabilem exhibere deo:operariū sine verecundia recte tractātem sermo-
nem veritatis. ¶Tantū differt operarius probus ab improbo: q̄tum probus nūmus ab

adulterino.sed neq; erubescere debemus verbum veritatis. nam qui illud erubescit: &
Christum qui ipsa veritas est/erubescit.qui autem Christum erubescit (iuxta eloquium)
erubescet & eum Christus. Sed & sic tractādum est verbum veritatis:vt recte tractetur.
nō eni recte tractatur:si ad aliud transferas/& alijs applices q̄ de quibus est dictus.tāto
13 minus/ si ad figmēta & a tuo sensu/ diuinas voces inanias. Ideo tertium subiungit pręceptum Paulus:dicens. ¶Prophanis autē vocum vanitatibus obsistito. Alioqui magis 3
proficiēt ad impietatē/& sermo eorum vt cancer pabulum habebit.e quibus est Hymeneus & Philetus:qui a veritate aberrauerūt/ dicentes resurrectionē iam factā esse/& nōnullorū fidē subuerterunt. Attamē CHRISTI solidum stetit fundamentum:signaculū
hoc habēs.nouit dominus:qui sui sunt. ¶Resurrectio futura/sanctum & pulchrū nomē
est:quod inaniebant Hymenæus & Philetus/dicentes eam quam prædicabat apostolus
nichil esse/ & resurrectionē iam factam esse/& patres nostros iam resurrexisse in filios/ &
nos in filios nostros resurgere/nichilq; aliud esse resurrectionem q̄ filiorū procreationē.
Ecce quomodo resurrectionis nomē secundum consuetudinē sacrarum literarum sumptum:faciebant inane. Insuper & resurrectionis nomē/ etsi non figmento(nā procreatio
liberorum figmentum non est)alij tamen q̄ cui debebatur applicabāt/trāsferebantq; ad
aliud. In Saturnino diabolus nuptias damnat/malas esse dicens & sathanæ opus. i Hymenæo autē & Phileto castitati & pudicitiæ insidiatur:& ōnino virginitatis statui/quasi sit malus.& verā immortalitatē negat:quæ sine vera resurrectione nobis obuenire nō
potest.omnia vt pater est mendaciorū:mēdacijs opplens.sed veritas vicit:& stetit fundamentum fidei a Christo positum/ hoc signaculū id est veram resurrectionē insculptū/
impressumq; habēs. Quod etsi non apud omnes remansit:remansit tamē apud eos qui
fideles sunt. ij enim sunt:quos deus nouit. alios autem nescit:quia sui non sunt/ sed sunt
ex parte maligni / apud quem omnis iniustitia est/ & omne mendacium. Et quomodo
nomen Christi nominare audebant: qui huiusmodi erant/ ipse enim est iustitia et ve
14 ritas. Quapropter quartum subiungit pręceptū apostolus/ dicēs. ¶Et absistat ab iniusti- 4
tia:ōnis qui nominat nomē dn̄i. ¶At dicet quispiā. Quomō Christus / iter suos/ quosdā q
15 nomināt nomē eius indigne(etsi nequaq̄ deberēt) quomō inq̄ tales iniustos mēdaces et inaniloquos sustinet/Huic quæstioni satisfacit Paulus:dicēs. ¶In magna autē domo/ nō
sunt solum vasa aurea et argētea:sed & lignea et testacea.& illa quidē sunt ad honorē:
hæc vere ad inhonorificētiā. Si quis igitur purgauerit seipsum ab illis:erit vas ad hono
rem sanctificatū/ et vtile domino/ ad omne opus bonum aptatū. ¶Domus Christi magna domus est.nam rex regnātiū est/ et dominus dominātium. in qua varia vasa sunt:
preciosa/et non preciosa. preciosa:vera sunt/ fidelia/ radiātia/ sancta. non preciosa:falsa/
infidelia/obscura/immūda. sed hæc ideo(quæ sua est bonitas)sustinet vt se a falsitate/ infi
delitate/ opacitate/ et immūditia purgent:vt suscepta veritate et fidelitate radiēt/ et sancta sint/ magno regi vsui ad omne opus bonum/ in vsum gratiæ et misericordiæ. alioqui
ad inhonorificentiæ vsus deputabūtur:diuinæ seruientes iustitiæ in locis tormentorū.
Omnes eni homines vt vasa sint misericordiæ/ creati sunt:etsi non ōnes finem suū assequūtur,effugere tamē haud possunt: quin aut misericordiæ aut iustitiæ vas sit futurum.
Et quid est/ si quis igitur purgauerit seipsum ab illis/erit vas ad honorē sanctificatū: nisi
16 si seipsū purgauerit ab erroribus Hymenæi & Phileti/& alijs erroribus & iniustitijs/ fiet
vas ad honorē sanctificatum/Quintum præceptum subdit Paulus/dicens. ¶Iuuenilia 5
autem desyderia fuge. Prosequere vero iustitiam / fidem / dilectionem / pacem cum ijs
qui ex puro corde inuocant dominum. ¶Hoc / omnes concupiscentias vetat: maxime quæ ad omnem voluptatē/ & remollitionē animi trahunt.nam iuuenes:illas maxime sequūtur/vt sunt symposia/ ludi omnigeni/ aleæ/ pillæ/ venationes/ canes/ aues/ arcus/
cura formæ/ vestium curiosior apparatus/ & id genus:quę minime sacrato viro sectanda
sunt/sed fugiēda. Et hoc præceptū non tam propter Timotheum ponit/ quē sciebat sanctum virū:q̄ propter cæteros qui similē dignitatis gradū essent adepturi. In Timotheo
enim & Tito omnē episcopum & ecclesiasticū virum instituit. O/q̄ indecorum est videre episcopum cōpotores solicitātem/ ludis intentum/ aleas/ pyrgos/ aut tesseras tractātē/
canibus & auibus occupatū & aucupātem/ vlulantem ad corniculæ aut feræ aucupiū/
gynæceū intrātem/ & virgunculas gremio tenentem/ molles cū suauijs sermones miscētem/ & propemodū pensa trahentem/ aut si non trahētem fila tamē rumpentem. O Sardanapalo maiore dignos supplicio. Hæc nimiū iuuenilia desyderia/ & tanto gradui/ imo omni ecclesiastico statui vel infimo:nimirum indigna. sed sectentur viro digna. hęc
autem virilia/ viroq; digna sunt:iustitiam sequi/ quæ sunt diuinæ legis opera / sequi fidem/ dilectionē & cū ōnibus pacē fidelibus/ qui vere sunt fideles. ij autē sunt/ qui ex puro

17 corde nomen domini nostri inuocant:& omnia in eius nomine faciũt. Sextũ præceptũ
, subiungẽs/ait Paulus.¶Stultas porro & indisciplinatas quæstiones deuita:sciẽs q̃ ag- 6
, gignunt pugnas.seruum autem domini:non decet pugnare/ sed mitem esse erga õnes/
, docilem/clemẽtem/cum mansuetudine corripientem eos/qui resistunt . ne forte det eis
, deus pœnitẽtiam ad cognitionem veritatis:& resipiscant a laqueo diaboli/qui viui deti
, nebantur vincti ab eo/ad eius voluntatem.¶Non modo non decet episcopũ ecclesia-
sticũue virũ vllũ/mouere quæstiones stultas/& nichil ad Christianam disciplinam faciẽ-
tes/sed ne cum mouentibus quidem contendere & altercari.summopere enim huiusmo
di verborũ pugnas vetat apostolus.nam & episcopus & ecclesiastici viri:serui dei sunt/
& qui domino proxime accedũt.qui mitissimus est/sapiẽtissimus/ clemẽtissimus.qui do-
cet omnẽ hominẽ scientiam.qui saluare vult:& nõ perdere . Seruos igitur eius non de-
cẽt huiusmodi verborũ pugnæ:sed mititas/docilitas domini/clementia/mansueta corre
ptio eorũ etiã/qui sapientiæ & disciplinæ per huiusmodi stulta & indisciplinata resistũt.
nam sic fieri potest:vt deus aduersantiũ corda cõpungat & adducat ad pœnitentiã.&
pro stultitia:det sapiẽtiam.pro indisciplinatione:det disciplinam.& soluantur a laqueo
diaboli:qui eos dum adhuc mortalẽ degũt vitam pro suo detinet arbitrio. q̃ si cum eis-
dẽ stultis & ineruditis/verbis pugnas:non eos a laqueo illo explicas sed magis implicas
& te pariter cum illis. A quo nos & omnes dominus Ihesus æterna sapiẽtia/& discipli-
A na pacis eius defendat:qui ẽ rex pacificus ĩ õnia & super õnia sæcula benedictus. Amẽ.
9 , ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Labora sicut bonus
, miles CHRISTI IHESV . ¶Potius:tu igitur fatigare/satage/incũbe/vt bonus miles
Ihesu Christi. Paulus .σὺ οὖν κακοπάθησον· ὡς καλὸς στρατιώτης ἰησοῦ χρι-
, στοῦ.¶Vulgata æditio.Nemo militans deo/ ĩplicat se negocijs sæcularib9:vt ei placeat
, cui se probauit.¶ Deo & se/abũdãt. Et potius sic legẽdũ.Nemo qui militat ĩplicatur ne
gociationibus vitæ:vt ei placeat qui ipsum ad militiam delegit. Paulus.οὐδεὶς στρα-
τευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογή-
, σαντι ἀρέσῃ.¶Vulgata æditio.Nã & qui certat in agone:nõ coronabitur.¶In ago-
ne:abũdat. Et dicẽdum autem/ potius q̃ nam. Et coronatur tẽpore præsenti:ac hoc pa-
cto legendum. Si autẽ & certat quispiã siue certet:nõ coronatur. Paulus.ἐὰν δὲ καὶ ἀ-
θλῇ τίς, οὐ στεφανοῦται.Sunt etiã codices qui habẽt ἐὰν δὲ καὶ ἀτλητὴς.Tũc
legẽdum esset:si autem & pugil est.verũ qui hoc vltimo modo habent:codices esse men
B dosos puto & ex duobus vocabulis ἀθλῇ τίς vnũ cõflasse ἀθλητὴς/& vicinia vocis
10 , & accentu hallucinatos.¶Vulgata æditio.Memor esto:dñm IHESVM CHRISTVM
, & resurrexisse a mortuis. ¶Dñmi abũdat.Paulus.μνημόνευε ἰησοῦν χριστὸν ἐγη-
, γερμένον ἐκ νεκρῶν.¶Vulgata æditio.In quo laboro vsq; ad vicula quasi male ope
rãs.¶Nõ male operãs:sed potius maleficus habet. Paulus.ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι
, δεσμῶν . ὡς κακοῦργος.¶Vulgata æditio. Quæ est in CHRISTO IHESV cum
, gloria cœlesti.¶In græco legitur:cum gloria æterna.Paulus.τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ
, μετὰ δόξης αἰωνίου.¶Vulgata æditio.Si sustinebimus:& cõregnabim9.si negaue-
, rimus:& ille negabit nos. ¶Quod vetus interpres dixit sustinebimus / negauerimus:
præsentia sunt in Paulo.Cur igitur nõ præsentia fecit:vt cõtinuo quod subiũxit/ si non
credimus/ille fidelis manet/cur hoc potius q̃ illa/ Paul9.εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμ-
C βασιλεύσομεν . εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. ¶Vulgata æditio.
11 , Hæc cõmone:testificans corã domino:noli contendere verbis. ¶Potius dicendum:nõ
contẽdere verbis/id est vt nõ contendant verbis. Est eni cõtendere infinitiuus: & respi-
cit verbũ præcedens cõmone/siue admone. neq; id de Timotheo dicitur : sed de ijs qui
admonentur.vt id præceptũ det Timotheus ijs/erga quos admonitionis cura eius spe-
ctabat.Paulus.ταῦτα ὑπομίμνησκε διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ κυρίου
, μὴ λογομαχεῖν.¶Vulgata æditio.Ad nichil eni vtile est:nisi ad subuersionẽ audiẽ
, tium.¶Enim/& nisi:abundant.Et concretum neutrum : apto sermone conuertitur in
abstractum/ latinorũ more.Et cum dicit vetus interpres ad nichil vtile est/nisi:videtur
relinquere pugnę verborum aliquã vtilitatem.quam neq; relinquit Paulus/neq; relin-
C quere videtur:sed hãc sentẽtiã/ admone ne cõtẽdant verbis in subuersionẽ audiẽtiũ ad
nullã vtilitatẽ. Paulus.εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων.
13 , ¶Vulgata æditio.Prophana autem & vaniloquia deuita.¶Et vaniloquia:et/abũdat.
Et quod vetus interpres dicit vaniloquia:circa finem præcedentis epistolæ appellat vo
cũ nouitates/vbi ait.O Timothee depositũ custodi deuitãs prophanas vocũ nouitates.
nos autem potius diximus vocabulũ designare vocũ vanitates q̃ nouitates.quod et hic
quoq; innuit idẽ interpres:cum idem vocabulũ vertit vaniloquia / q̃q̃ et rectius vanas

voces/aut vocum vanitates (vt iam diximus) dicendũ crediderim. Paulus. τὰς δὲ βε
βήλους κενοφωνίας περιΐστασο. ℂ Vulgata æditio. Multũ eni proficiunt ad im
pietatẽ: & sermo eorũ vt cancer serpit. ℂ Dicendũ: proficient per futurũ/ id est promoue
bunt/ momẽtumqꝫ habebũt. Et in fine: nõ dicitur vt cancer serpit/ sed vt cancer pabulũ
habebit. Est enim cancer morbus/ mẽbrum cui incubuerit depascens. qui a græcis: gan-
græna appellatur. Paulus. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, καὶ ὁ λό-
γος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. ℂ Vulgata æditio. Sed firmũ fundamen-
tum dei stat. ℂ Dicendũ Christi stetit: nõ dei stat. Paulus. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος
C τοῦ χριστοῦ ἕστηκεν. ℂ Vulgata æditio. Omnis qui inuocat nomen domini. ℂ Potius
14 hic habet qui nominat/ ꝗ qui inuocat. Nam si dicendũ esset qui inuocat: dixisset hic Pau
lus/ ἐπικαλούμενος. vt circa principium primæ epistolæ ad Corinthios. & paulo in-
fra vbi habetur cũ ijs qui ex puro corde inuocant dominũ. nũc autẽ non sic habet/ sed
ὀνομάζων: quod nominans aut qui nominat apte verti solet. Paulus. πᾶς ὁ ὀνομά-
D ζων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου. ℂ Vulgata æditio. Sectare vero iustitiam/ fidem/ spem/
16 & charitatem/ & pacem. ℂ Spem/ & duplex copulationis nota abundant. Paulus. δίω-
D κε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην. ℂ Vulgata æditio. Cum modestia
17 corripientẽ eos qui resistunt veritati. ℂ Veritati: abundat. Paulus. ἐν πραότητι παι-
δεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Et cõtinuo subditur μήποτε/ nequando/ siue
ne forte. ℂ Vulgata æditio. A quo captiui tenẽtur. ℂ Potius dicẽdũ qui captiui siue vi-
cti tenebãtur ab eo/ per prẹteritũ imperfectũ. Et nescio quid pluscculũ vocabulũ grẹcum
cõtinet. nã ζωγρέομαι captiuus & vinctus detineor significat/ & plus quidẽ. nam viu9.
Id igitur perinde ac si diceremus: qui viui tenebãtur vincti ab eo/ id est diabolo. sunt eni
aliqui quorũ dũ adhuc sunt in hac vita/ nõ habet diabolus potestatẽ: sed vbi citra mor
tis momẽtũ nõ resipuerit/ post exoluta huius vitẹ fata/ captiui victiqꝫ detinẽtur a diabo
lo/ non autẽ dũ viuerent. Sed de quibus loquitur Paulus: etiã dũ viuunt vincti tenẽtur
a diabolo/ & nichilominus diuina semper adiutrice ope/ resipiscere possunt ad pœnitẽ-
tiam. alioqui nõ dixisset apostolus: ne forte det eis pœnitentiã ad cognitionẽ veritatis.
Quid igitur de ijs/ quorũ dum viuũt/ facta nõ est diabolo potestas/ vt ab eo vinciãtur?
nonne multo facilius inuenient pœnitentiæ & resipiscentiæ locũ? Quot iam gratia pricí-
pis vinctos a lictore liberauit? In quot etiã dũ viuerẽt nulla est facta lictorib9 potestas:
i mortuis aũt/ a principe facta est/ quia eadẽ quæ & vitẹ mortis comes fuit pertinacitas?
Deus autẽ priceps principũ est/ & super omnẽ principatũ: cuius nichilominus in õni pri-
cipũ ordinata potestate cognoscitur potestas/ vt in oĩs coloris visibilitate lucis (per quã
oĩa videt) visibilitas. est eni dei potestas: per quã õnis potestas/ & sine qua nulla potest
potestas/ vt sine lumie/ color null9 videri. Paul9. ἐζωγρημένοι ὑπ᾽ αὐτοῦ. CAP. III.
D E nouissimis temporibus prophetiam ponit apostolus: vt similes ijs
22 qui in nouissimis tẽporibus futuri sunt notaret Timotheus/ atqꝫ illos
diffugeret: hoc pacto prophetãs/ ac inquiẽs. ℂ Hoc autẽ cognosce/ ꝗ
in vltimis diebus instabũt tẽpora difficilia. nã erunt homines ama-
tores sui/ pecuniæ cupidi/ iactabũdi/ superbi/ blasphemi/ parẽtibus i-
obediẽtes/ ingrati/ nefandi/ sine dilectione/ fœdifragi/ calũniatores/
incõtinẽtes/ imites/ bonorũ osores/ proditores/ proterui/ tumidi/ ma-
gis voluptatũ amatores ꝗ amatores dei/ præ se ferẽtes effigiem pie-
tatis/ potestatẽ autẽ eius abnegãtes. & qui eiusmodi sunt: deuita. ℂ Cũ passim õnes ho-
mines tales esse viderimus/ maxime eos qui prẹsunt: suspicemur nos in tempora venisse
de quibus prophetat apostolus. quæ tẽpora nõ curabũtur: donec homines/ dei misera-
tione/ per multas plagas/ & tribulationes (vt sancta mõstrat apocalypsis) ad oppositos
conuertantur mores. & tunc erũt tempora facilia ad inueniendã salutẽ. Nam tunc ho-
mines/ nõ sui/ sed dei erunt amatores/ nõ pecuniæ/ nõ terrenarum rerum cupidi/ sed cœ
lestium/ se nichil æstimantes sed humiles/ in sermone pij/ parentibus & maioribus obse
quentes/ grati/ gratiasqꝫ deo iugiter agẽtes/ sancti/ fidei fœderisqꝫ tenaces/ nullum falso
accusantes/ cõtinentes/ mites/ amatores bonorũ/ minime dolosi/ sed bonæ fidei/ & sim-
plices/ verecundi/ modesti/ non voluptatũ sectatores/ sed magis carnem castigãtes/ & i
imitatione passionũ Christi gaudentes/ verẹ formã pietatis/ religionisqꝫ habẽtes/ vimqꝫ
eius ostẽdentes. O tẽpora/ facilia ad salutẽ: & ꝗ fœlices quos cõtinget hisce tẽporib9 na-
sci. O nostra tẽpora ꝗ difficilia: & ꝗ difficile est salutẽ in nostris reperiri. Sed in omnibus
benedicatur deus: qui Petrũ modicæ fidei & dubitãtẽ/ de voragine perditionis proprijs
manibus extraxit. nũc etiã ambulat super aquas: vt eos qui nõ in seipsis cõfidũt/ sed ad
eum de tãtis exclamant periculis extrahat. neqꝫ spes alia: relicta est salutis. quæ præces-

ſerunt:indicant futura.ſed tēpora nouit deus:& iſ quibus reuelare dignatur.Moſes in-
dicabat Chriſtum.Miracula Moſeos:Chriſti miracula.Aaron:indicabat Petrum.Magi
Pharaonis:Simonem magū/Doſitheum/Hermogenem/& alios qui contra apoſtolos/
Chriſti virtute ſuccubuerūt.Tempore Pauli & Timothei hypocritæ religionem ſimu-
19 lantes/& vim eius ignorātes/īmo eam negātes & impugnātes/ & fictā/ & ementitā in-
ducentes:nouiſſimorū temporū deſignabant hypocritas. Ideo ſubiūgit Paulus. ¶Ex
iis eni ſunt qui penetrant domos/ & captiuas ducunt mulierculas/ oueratas peccatis:
quæ variis deſyderiis aguntur.quæ ſemper diſcūt:& nunq̄ ad cognitionē veritatis per-
uenire poſſunt.Quēadmodum autē Iannes/ & Iambres reſtiterunt Moyſi:hunc in mo-
dum & hi reſiſtunt veritati.homines corrupti mente/reprobi in fide. Verum non profi-
cient amplius. nam amentia eorū: manifeſta erit omnibus/ perinde atq; illorum fuit.
¶Et Doſithei/& Simonis magi/& Hermogenis/& Harpocratis/ & cæterorū magorū/
qui veræ doctrinæ Chriſti falſū opponebāt/& pro veris ſignis/& virtutibus falſa ſigna
& falſas virtutes faciebant:dementia aperta fuit & impotētia/vt & impotentia magorū
Pharaonis/quos nominat apoſtolus. Neq; quærendū hic eſt: vnde eorū ſumpſerit no-
mina.qui enim hoc quærit:ignorare videtur q̄ prophetat. qui eni prophetat:a ſpiritu
ſancto nomina ſumit.Sic Eſaias prophetās:Cyrū anteq̄ natū/multo ante nominat.Et
vt hæreſes omnes/& hypocritæ manifeſtati fuerunt ante finem apoſtolorū & diſcipu-
lorum:ſic & hæreſes/& ſimulatores religionis nouiſſimorum manifeſtabuntur tempo-
rum:& aperta erit veritas/& intelligentia ſpiritus.Ceſſabunt figmenta doctrinarum/&
inuenta hominum/aſcriptitia miracula/ & ſigna: & erit gloria martyrum/ & verorum
ſanctorum/in vno martyre teſte in cœlo fideli/& ſancto ſanctorum dilucida/& aperta.
ſtultę pietatis quęſtus agnoſcetur impietas/& auaritiæ aucupium. In Paulo/in apoſto-
lis/in diſcipulis vera doctrina erat/ veri mores/ vel vertus/veræ(quæ mores tranſcen-
dunt) diuinæ gratiæ/ veræ paſſionum Chriſti imitationes/ vera ſigna/ veræq; poteſta-
20 tes:qualia omnia ſectatus eſt Timotheus.in quibus & eum laudat apoſtol9:vt ad per-
ſeuerantiam confirmet/ dicens. ¶Tu vero ſectatus es doctrinam meam/viuendi nor-
mam/propoſitū/fidem/ longanimitatē/ dilectionē/patiētiam/perſecutiones/ paſſiones:
quæ michi factæ ſunt Antiochiæ/Iconii/ Lyſtris. quas perſecutiones pertuli:& ex om-
nibus me liberauit dn̄s. Et ōnes qui volūt pie viuere in CHRISTO: perſecutionē pa-
tientur.Mali autē homines/& malefici/proficiēt i deterius:ſeducētes & ſeducti.¶Quid
eſt proficient in deterius:niſi plurimos ad perditionē perducēt/ipſi primi ad perditionē
euntes/Verū in fine nō proficient/nō ſuccedet eis ſecundū næquitiā prauæ voluntatis
eorū:ſed (vt dictū eſt) eorū detecta patebūt maleficia. permittit eni deus vſq; ad aliqd
malitiā inualeſcere/& falſitatē:ſed cū ad terminū venerit/ſubito peſſūdatur/ & bonitas
21 victrix exultat atq; veritas/quæ nunq̄ peſſum eunt/ etſi patiantur a malitia/& falſitate.
Hortatur igitur Paulus Timotheū: vt in his perſeueret/ dicens. ¶Tu autē perſiſte in
iis quę didiciſti/& quę tibi credita ſūt:ſciēs a quo didiceris/ & q̄ ab ineūte ętate ſacras
literas ſcieris/q̄ poſſūt ſapiētet inſtituere ad ſalutē/per fidē quę eſt in CHRISTO IHE
SV.Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata:etiam vtilis eſt ad doctrinā/ad redargutionē/
ad directionē/ad inſtitutionē/quæ eſt ad iuſtitiam. vt integer ſit homo dei:ad ōne op9
bonum cōſumatus.¶Quæ eni Timotheus didicerat:ex Paulo/& illapſu ſpūs ſancti di
dicerat/per quē donū prophetiæ ab adoleſcētia adeptus fuerat / & ſacrarū intelligētiā
literarū.cuius ſpūs ſancti/ingentis beneficii:nequaq̄ decuit Timotheū ingratū eſſe &
imemorē. Ipſū autē a ſpū ſancto ſacrarū literarū eū intelligētiā accepiſſe: inſinuat apo-
ſtolus/per id quod de ſcriptura diuinitus inſpirata ſubiūxit/quę ad ſolū bonū/vtilitatē/
& ædificationē inſpiratur.ad hoc eni ſpūs ſanctus ſacrarū literarū/& prophetarū intel
ligentiā inſpirauit:vt eos qui neſcirēt/ſcientiā dei doceret/vt falſitatē quæ diuinæ ſciē-
tiæ aduerſatur cōuinceret/cōfutaret/redargueret/vt errantes dirigeret/vt inſtitueret ad
diuinam iuſtitiam/ vt homo dei perfectus ſit/& integer ad omne opus bonū concin-
natus. Homo dei:quicunq; dici poteſt fidelis/ſiue præſit/ ſiue is ſit qui per ſuperiorum
doctrinam/directionem/& inſtitutionem perfici & cōſumari debet. Quare oportet pri-
mum ſuperiores in omni gratia & eminentiori bonitatis gradu/ omniquaq; eſſe con
ſumatos.Quo modo eni qui conſumatus/& perfectus non eſſet: alios perficere/ & con-
ſumare valeret/Verum neq; (vt par eſt) purgari/neq; illuminari/tanto minus neq; per-
fici quiſq̄ poteſt ad ſalutem:niſi per fidem domini noſtri Iheſu Chriſti. Qui cum patre
& ſpiritu omnia purgans/illuminans/& perficiens in cœlo/& in terra/regnat ſuper om
A nia/& in omnia/ & per omnia ſæculorum ſæcula. Amen.
18 ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Et erunt homines

seipsos amantes/ cupidi. ¶In principio:nō particula copulatiua/ sed causæ superiorum
redditiua/apponēda est. Et hic cupidi:nō generale nomen est/ omnem nominans con-
cupiscentiam/ sed specialē quæ est circa pecuniā/ quiquidē & speciali nomine auari dici
solent. Paulus. ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι. ¶Vulgata
æditio. Voluptatum amatores magis q̄ dei. ¶Resumi potest amatores: & dici q̄ ama-
B tores dei. Paulus. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. ¶Vulgata æditio. Queadmo-
19 dum autem Iannes/ & Mambres restiterunt Moysi. ¶Iannes: scribendum duplo n/ in
medio vt annus, non m/ vt omnis. Et Iambres per i. in principio. vtrūq; enim horum
nominū in Paulo i/ tertia vocali incipit, estq; vtrunq; trissyllabū. sed hoc necessario ser-
mo habet græcus. Apud latinos autem & vtrunq; trissyllabum/ & vtrunq; dissyllabum
esse nichil prohibet: vt Iason trissyllabum/ & dissyllabum. Paulus. ὃν τρόπον δὲ ἰαν-
C ρῆς καὶ ἰαμβρῆς ἀντέστησαν μωυσεῖ. ¶Vulgata æditio. Insipientia enim eorū
19 manifesta erit in ōnib9. ¶In: abundat. Et etiā absq; præpositione: rhomana cōsuetudi-
ne melior sermo. Paulus. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν. ¶Vulgata
C æditio. Qualia michi facta sunt Antiochiæ/ Iconij/ Lystris. ¶Dicere potuit vetus in-
20 terpres: quales michi factæ sunt. vt referret adiectiuum quales: ad id quod vicinius est/
passiones/ & id quidem eleganter. quod & fecisse videtur Paulus. Nam παθήμασιν/
proximum substantiuum in græco neutrum erat: cui & adiectiuum neutrum adhibuit.
apud nos autem: substantiuum fœmininū est. mutato igitur eius genere: consentanee
& adiectiui genus fuerat mutandum. Sed id: ad forum spectat grāmaticorum. Si par-
tim nosse voles quas persecutiones/ & passiones passus apostolus fuerit Antiochiæ/ Ico-
nij/ & Lystris: lege 14. cap. actionum apostolicarū. Paulus. οἷά μοι ἐγένετο ἐν ἀν-
D τιοχείᾳ, ἐν ἰκονίῳ, ἐν λύστροις. ¶Vulgata æditio. Errantes/ & in errorem mittē-
20 tes. ¶Potius: seducētes & seducti. Quod si per errare placuit interpretari veteri inter-
preti: conuertendus fuit sermo/ ac dicendum errare facientes ac errantes. Nam primo
loco quod significationē actiuam habet collocatur: & secundo quod passiuam. Paulus.
D πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. ¶Vulgata æditio. Quæ te possūt instruere ad salu-
21 tem. ¶Vocabulum instruere: minus exponit q̄ sermo græcus habeat. nam vocabulum
hoc in loco græce positum sapientiam docere/ sapienterq; instruere significat. Paulus.
τὰ δυνάμενα σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. ¶Vulgata æditio. Vt perfectus sit homo
dei/ ad omne opus bonum instructus. ¶Quæ superiora per verbum dicit docendū/ ar-
guendū/ corripiendū/ erudiendū: Paulus per nomia dicit διδασκαλίαν, ἔλεγχον,
ἐπανόρθωσιν, παιδείαν/ doctrinam/ redargutionem/ directionem/ institutionem.
Et quod hic dicitur perfectus: potius integer significat. Et quod in fine instructus: poti-
us perfectus. Paulus. ἵνα ἄρτιος ἦ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγα-
θὸν ἐξηρτισμένος.

CAP. IIII.

VT Timotheus homines dei ad omne opus bonum/ reddat deo cōsuma-
tos: arcte adiurat eum Paulus de officio episcopi vigilāter exercēdo. in
quo pariter omnes: per spiritū sanctū adiurantur episcopi. īplet eni tem-
pora omnia/ & ōnia præscit: & in vno ōnes alloquitur. Et prophetat Pau
lus de auersione futurorū a veritate fidei Christi per fabulosam doctri-
nam/ voluptates carnis/ & desyderia pollicentē. titillat enim huiusmodi
doctrinæ labes prurientē auditū: & carnaliū hominū sensus fascinat/ &
trahit ad interitū. Qua insana & fabulosa doctrina: heresis Arabū aper-
te cognoscitur/ iā totū ferme corrupisse mūdū. O quāta necessitas verbi dei fuit ad salu-
briter demētijs illis occurrēdū, quāta nūc esset ad illas euertēdas. sed sanā doctrinā nō
sustinent: verū ferro/ & igni furiose eam persequūtur. quæ proculdubio pestifera doctri
na/ nunq̄ obtinuisset: si iuxta adiurationē spiritus/ quisq; episcoporū/ omni cura & diligē
tia gregi suo īuigilasset/ & salutari doctrina pauisset/ oportune/ & importune hos argu-
ens/ illos increpans/ alios obsecrans vt vnumquenq; oportuisset/ in omni patientia/ &
22 omni doctrina. Hæc itaq; aduersus huiusmodi pestiferam hæresim: est Pauli adiura-
tio. ¶Testor igitur ego corā deo/ & dño IHESV CHRISTO/ qui iudicare debet viuos
& mortuos/ per apparitionē eius/ & regnū eius: prædica sermonē/ incūbe oportune/ im-
portune/ redargue/ icrepa/ obsecra/ in ōni patiētia/ & doctrina. Nā erit tēpus: quādo sa-
nā nō sustinebūt doctrinā/ sed secūdū propria desyderia sibijpsis doctores aceruabunt
titillati auditū. & a veritate quidē auditū auertēt: ad fabulas autē conuertētur. Tu vero
inuigila/ in ōnibus īsuda/ opus fac euāgelistæ: ministeriū tuū īple. ¶Beati a dño: qui cū
huius sacræ functionis ministerium susceperint/ ita fecerint vt mandat apostolus. vt cā-
didi cygni ex hoc mundo migrantes: ad imortalitatis palatia euolabūt. magna securi-

tate & certitudine:ex hoc mundo ad omniū dominū/qui ſuos fideles coronat ſeruos/
tranſibunt. ſequentur Paulum: magna ſecuritate & certitudine præeuntē. Quis enim
bonus & fidelis ſeruus:formidare & dubitare poſſit de ſuo ſuperbono/& ſuperfideli do-
mino/Cum igitur per prophetiæ ſpiritū agnoſceret beatiſſimus Paulus ſacra & bene-
placens deo anima/ꝙ per martyrij palmā/non multo poſt tēpore/deum eſſet clarifica-
TESTAMENTVM PAVLI
23 turus/& ex hoc mūdo tranſiturus:in hac epiſtola ad Timotheū chariſſimū filiū ſuum/
hoc modo inſeruit teſtamentū/dicens. ¶Ego enī iam libor:& tēpus meæ reſolutionis
prope eſt.Bonum certamen certaui/ curſum conſumaui/fidem ſeruaui.Quod reliquum
eſt:repoſita eſt michi corona iuſtitiæ/quā redder michi dominus iuſtus iudex ī die illa.
non ſolum autem michi:ſed & omnibus qui diligunt apparitionē eius.Diligentiā adhi
be:vt ad me venias cito.Nam Demas me reliquit/diligēs præſens ſæculū:& profectus
eſt Theſſalonicen.Creſces:Galatiam.Titus:in Dalmatiam.Lucas ſolus:mecū eſt.Mar
cum aſſumens:duc tecum.eſt enī michi vtilis in miniſterio. Tichycū vero:miſi Ephe-
ſum.Phelonem quē dimiſi Troade apud Carpum: veniens affer/& libros/ maxime au-
tem mēbranas.Alexander ærarius: multa mala michi oſtendit.reddat ei dominus ſe-
cundum opera eius:quem & tu obſerua.valde enī obſtitit noſtris ſermonibus.In prima
defenſione mea:nullus michi affuit/ſed omnes me reliquerunt.nō illis īputetur.domi-
nus autē michi aſtitit/& inualeſcere me fecit:vt per me prædicatio impleatur/& audi-
ant omnes gentes.& liberatus fui ex ore leonis:& liberabit me dominus ab omni ope-
re malo/& ſaluabit me in regno ſuo cœleſti. Cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.
¶Hoc teſtamentum Pauli.Quid eſt iam libor:niſi iam īmolor/& in ſacrificio deo of-
feror/In die illa:in die mortis/& reſolutionis ſuæ/ quæ iam ei e vicino eminebat. Qui
diligunt apparitionem eius:id eſt qui diligunt aduentum domini/qui iam nobis appa
ruit in humilitate/ſed adhuc apparebit in verēda maieſtate.Phelonem:memoriale ſui/
voluit alicui ante mortem relinquere. Lucam:ſecum habebat.Marcum mandat:& ob-
nixe membranas quæ apud Carpum erant/deferri. Sed ad quid nam:niſi vt illas Lu-
cæ/& Marco electis a ſpiritu ſancto diuinis ſcribis/eas relinqueret ad reponendum ſan
ctum euangelium/Qꝫ autem de Alexandro ferrarię officinæ opifici/ ad maleficia con-
uerſo ait/reddat ei dominus ſecundum opera eius:non ei malum imprecatur/ ſed iudi-
cium/& vindictam reliquit domino.Precatur illis/qui timore mortis ī prima defenſio-
ne ſua/ei aſſiſtere non fuerunt auſi/precatur inquam:vt deus illis non imputet.Benefi-
cium dei agnoſcit: qui tunc eum liberauit ex ore leonis/& viſibilis/& inuiſibilis. Inui-
ſibilis/erat ſathanas:qui fructui vitæ Pauli iuidebat.Viſibilis/erat Nero:q erat viuū &
viſibile ſathanæ inſtrumentum.ſed nondum erat impleta iuxta diuinū ſecretum prędi-
catio:quam omnes gentes ad ſuam ſalutē auditurę erant.ideo neqꝫ furia maligni/neqꝫ
furor Neronis:potuerunt ipſum ante tollere. Prope tamen erat:vt prædicatio eius finē
acciperet/& ipſe hæreditatem acciperet cœleſtem cum Chriſto/quem toto iam dudum
pluſq̄ cōcupiuerat animo. Cui toto corde benedicit:iam vitam incipiens quam omnis
ſanctorum chorus viuit/in ſæcula ſæculorū deum laudantiū.Huic ſanctæ nouiſſimorū
24 dierū ordinationi ſuæ: pias ſalutationes / & charorū valefactiones per epiſtolam ſubiū
git/dicēs.¶Saluta Priſcillam/& Acylā/& Oneſiphori domū. Eraſtus remanſit Corin-
thi.Trophimū autē reliqui Mileti infirmū. Diligentiā adhibe:vt āte hyemem venias.
Salutat te Eubolus/& Pudes/& Linus/& Claudia/& fratres oēs.dn̄s IHESVS CHRI
STVS cū ſpū tuo.Gratia:vobiſcū.Amen. Secunda ad Timotheū/ſcripta Rhomæ/cū
ſecūdo præſentādus eſſet Paulꝰ Neroni/Cæſari Rhomanorū.¶Qꝫ ſubiūgit: gratia vo
biſcū.Amen:& Timotheū/& omnes quos ſalutari iuſſerat/Priſcillā/Acylā / Oneſipho-
rum/& eius familiā pariter reſpicit.Et vt Paulus ſine imprecatione gratiæ Chriſti epi-
ſtolam incipere nō ſolet:ita ſine ſancta eiuſdē imprecatione/nō ſolet finire.Et quid mi-
rum/quid enī nobis gratia Chriſti deiqꝫ noſtri:melius/optabilius/ſalutarius/Quā no-
bis omnibus:& pręſtare/ & præſtitā conſeruare dignetur ſanctis beatiſſimi Pauli apo-
ſtoli ſui interuētionibus/Chriſtus Iheſus/rex/legifer/& ſaluator/ſolus vere beatus.Qui
cum ęterno patre/& ſpiritu ſancto viuit/& regnat deus vnus:in omnia ſæcula/& ſuper
omnia ſæcula benedictus . AMEN.
A ¶EXAMINATIO nōnullorum circa literā. ¶Vulgata æditio.Et per aduentū ipſius.
22 ¶Et:abūdat.Et potius:per apparitionē hic dicendū q̄ per aduentū/tametſi apparitio/
& aduentus idem velint.Paulus.κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.¶Vulgata æditio.
Sed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. ¶Prurientes re-
cti caſus eſt/& refertur ad auditores nō ad doctores.qua de cauſa diximꝰ titillati: vt id
apertius cognoſcatur.Et dicendū auditum:potius q̄ auribus.idem enī vocabulū eſt qđ

cõtinuo ſubiungit vetus interpres cũ dicit/ a veritate quidẽ auditũ auertẽt. At qui ſunt qui titillant/ & (vt ſic dicã) prurire faciunt/ Profecto doctores vani & curioſi: qui clanculũ/ & in ſecreto hæreſes & dogmata docent/ vt arcana quædã & auguſtiora q̃ quæ in vulgus prodeant. quæ fabulæ ſunt & meræ nugę/ ſed & õnibus nugis deteriores/ vt quę ſunt diabolicę. Lege Talmuth/ lege Alcoranũ/ lege Indorum libros (etiam hoc noſtro æuo) qui ſunt de cacodęmonolatria: & ſẽper tibi occurrẽt diabolica figmẽta/ ſibilamẽta ſerpẽtis antiqui quibus ſic deglutiũtur animæ/ vt cantu fallacis aucupis irretiũtur aniculæ. Hæ ſunt mortiferę fabulæ: quę auditum venenant/ & primo attactu/ cupiditate/ & quadam amẽti/ inſana & irrationabili curioſitate prurire faciunt. vbi autẽ alte ſerpſerit virus: funditus enecant/ ad falſitatis æternę barathrum penitus demergẽtes/ quæ ſunt exteriores tenebræ. veritas eni fidei: lucis/ & ſũmæ lucis eſt habitatrix. ergo falſitas ei oppoſita: ſummarũ tenebrarũ. Paulus. ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας
ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. ¶ Vulgata
B » æditio. Miniſteriũ tuũ imple. Sobrius eſto. ¶ Particula/ ſobrius eſto: ſuperflua eſt. Pau-
22 lus. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Et continuo ſubiungit. ἐγὼ γὰρ ἤδη
B » σπένδομαι. ego eni iam libor. ¶ Vulgata æditio. Sed & iis qui diligunt aduentum
23 » eius. ¶ Legendũ: ſed & omnibus. deeſt õnibus. Et (vt ſupra) apparitionẽ potius q̃ aduentũ. Paulꝰ. ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. ¶ Vul-
» gata æditio. Demas eni me reliquit: diligẽs hoc ſæculũ. ¶ Potius dicendũ: præſens ſeculum. nã hoc in loco ponitur aduerbiũ nunc/ deſignãs præſens tẽpus: non pronomen demõſtratiuũ. Paulꝰ. Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα.
» ¶ Vulgata æditio. Marcum aſſume: & duc tecũ. ¶ Græce ſine cõiunctione: Marcũ aſſumens/ duc tecũ. Paulus. μάρκον ἀναλαβὼν, ἄγε μετὰ σεαυτοῦ. ¶ Vulgata ędi-
» tio. Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ: veniens affer & libros. ¶ Quã vetus interpres vocat penulã: Paulus φελόνην appellat/ eſtq; phelones maſculinũ/ vt elates/ imo vt Ioannes/ Anchiſes. Et diffiniũt grãmatici penulam: ſignificare id genus indumẽti quod dũ pluit/ veſti ſuperinduitur. Igitur dũ pluit: penula opus eſt. Si nõ pluit: nullus eius eſt vſus. Veteres ſcorteam/ id eſt pelliceam: cõtra brumã faciebant. In æſtu vero: gauſapinã/ id eſt bõbicina/ quia leuiſſima eſſet/ vtebãtur. Arbitror eã/ quã beatus requirebat apoſtolꝰ/ e leuiorıbꝰ fuiſſe: quæ Timotheo veniẽti vna cũ mẽbranis magnũ nõ attuliſſet ex pondere faſtidiũ. Paulus. τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν τρωάδι παρὰ κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία. Et hic aduerte. Qui volumen vtriuſq; legis bibliam appellãt inflectione prima: barbare id faciũt. Nã biblia plurale neutrũ eſt/ & inflexionis ſecundæ/ vt documẽta/ monumẽta: deſignatq; id perinde ac libri. ſed per antonomaſiam: libri ſacri deſignantur. dicendũ igitur/ Geneſis Moſeos primus liber bibliorum eſt: non bibliæ. Scribitur in bibliis: non in biblia. cõparaui biblia: non bibliã/ & id locutionũ genus. Q2 ſi nobis nõ creditur: credatur ſaltẽ Paulo dicenti.
C » φέρε καὶ τὰ βιβλία. Id ex occaſione dictum ſit. ¶ Vulgata æditio. De ore leonis li-
23 » berauit me dñs. ¶ Dicendũ: & liberabit me dominꝰ per futurũ/ nota copulationis præcedẽte. Paulus. καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. καὶ ῥύσεταί με ὁ κύριος.
D » ¶ Vulgata æditio. Salutant te Eubolus/ & Pudens/ & Linus. ¶ Singulariter dicitur:
24 ſalutat. ſed id perexiguum. Paulus. ἀσπάζεταί σε εὔβουλος, καὶ πούδης, καὶ λῖνος. Et apud Græcos ſubſcriptio habetur. Secũda ad Timotheum/ ſcripta Rhomæ: cum ſecundo præſentatus eſt Paulus Neroni/ Cæſari Rhomanorum.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI PAV. APOSTOLI/ VNDECIMO LIBRO QVI EST EPISTOLAE SECVNDAE AD TIMOTHEVM EXPLETO: CHRISTO DOMINO CVM PATRE ET SPIRITV SANCTO/ VNI DEO OMNIVM LARGITORI BONORVM/ GRATIAE IN PERPETVVM AMEN.

∴

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI PAV. APOSTOLI LIBER DVODECIMVS QVI EST IN EPISTOLAM AD TITVM. CAP. I.

IN HAC beatissimus Paulus ad Titum Creten-
sium episcopum/ & discipulum suũ epistola: san
1 ctam pro sua cõsuetudine pręmittit salutationẽ/
ita ordiens. ¶Paulus seruus dei/ apostolus au-
tem IHESV CHRISTI ad fidem electorum
dei/ & cognitionem veritatis/ quæ est secundũ
pietatem in spe vitæ æternæ/ quam ante tẽpo-
ra sæcularia promisit non mendax deus/ mani-
festauit autem temporibus proprijs sermonem
suum in prædicatione/ cui secundum præceptũ
saluatoris nostri dei creditus sum ego: Tito pe
culiari filio per cõmunem fidem/ gratia/ miseri-
cordia/ pax a deo patre/ & domino IHESV
CHRISTO saluatore nostro. ¶Hæc est sancta
salutatio: ĩ qua ad quid Paulus legatus & apo-
stolus erat Ihesu Christi/ manifestat. Nam lega
tus erat ad inserendam fidem electis dei/ & in-
fundendã cognitionẽ veritatis/ spe certa vitæ æternæ expectãdæ. Et quo modo nõ cer-
tissima spe expectaretur vita æterna: cũ deus qui mẽtiri nõ potest/ eã promiserit/ & æter
ne quidẽ promiserit anteq̃ tẽpora effulserint sæcularia? Nã imutabilis est deus. & quic-
quid in tẽpore manifestat: ab æterno ordinauit. promissionẽ vero vitæ æternę per euã-
gelij sermonẽ & prædicationẽ: in tẽpore/ & proprio quidẽ tẽpore manifestat: Nã a tẽpo
re aduẽtus Christi: ad finẽ vsq; mũdi. Promissionẽ igitur vitæ ęternæ: ab æterno ordina
uit. promissionẽ autẽ vitæ æternæ ab æterno ordinare: est ab æterno & ante sæcularia tẽ
pora/ vitã æternã promittere. Et quid est/ cui secũdũ præceptũ saluatoris nostri dei cre-
ditus sũ: nisi cui prædicationi secundũ imperiũ Christi saluatoris nostri qui deus est/ cõ
missus sum? Vas eni (ait dñs) electionis est michi iste: vt portet nomeu meũ corã regi-
bus/ & gẽtibus/ & filijs Israel. ego enim ostẽdã illi: quãta oporteat eũ pro nomine meo
pati. Titum peculiarem/ proprium/ atq; ingenuũ appellauit filium: quia eius in fide/ re-
generationis fuit author/ cui & Titus tanq̃ patri obsecutus est. Et tria ĩ salutatione po-
nit attributa: misericordiam/ pacem/ gratiam. quæ etsi cõmuniter omnibus diuinæ na-
turæ hypostasibus cõueniant: peculiariter tamen/ misericordia patri tribuitur. est enim
pater misericordiarum. pax: filio. ipse enim est pax nostra: qui fecit vtraq; vnũ. & gra-
tia: spiritui sancto. Obstupuerunt (inquit) ex circuncisione fideles/ qui venerant cũ Pe-
tro: quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. in patre igitur/ & filio/ & spiritu
sancto/ vno & simplici deo/ & in concordi & vnita distributione munerum eius: est hęc
2 sancta salutatio. Nũc sanctus dei apostolus in memoriam reuocat Tito: causam ob quã
eum reliquerat Cretæ/ dicens. ¶Huius rei gratia reliqui te Cretę: vt delinquẽtia corri-
gas/ & cõstituas per ciuitatẽ presbyteros/ eo quo tibi ordinaui modo/ si quis est insons/
vnius vxoris vir/ filios habẽs fideles/ nõ in accusatione luxuriæ/ aut nõ subditos. Nam
oportet episcopũ insontẽ esse: veluti dei dispensatorẽ/ nõ pertinacẽ/ nõ iracundũ/ nõ vi-
nosũ/ nõ percussorẽ/ nõ turpis lucri sectatorẽ/ sed hospitalẽ/ bonorũ amatorẽ/ modestũ/ iu
stũ/ sanctũ/ tẽperantẽ/ ãplectẽtẽ fidelẽ sermonẽ qui secũdũ doctrinã est. vt potẽs sit: & ex
hortari ĩ doctrina sana/ & redarguere cõtradicẽtes. ¶Hęc ex tertio cap. decimi libri: iã
pene dilucida facta sunt. Qđ eni illic dictũ est oportere episcopũ esse irrepręhẽsibilẽ: hic
dicit isontẽ/ id est sine crimine. q certe sine crimine ẽ: is proculdubio irrepręhẽsibilis est.
Et hic addit nõ pertinacẽ/ id est q putet sibi omnia licere pro arbitratu. id eni vocabulũ
Pauli designat. Nam tales: in superbiã incidũt & ĩ laqueũ diaboli. hac de causa & illic
neophytos refutauit: qui ad tãtũ deligerẽtur sublimitatis gradũ. Nã maxime tales per-
tinaces esse possent ac licẽtiosi. Qđ hic dicit bonorũ amatorẽ: illic vocauit clementẽ/ si-
ue ęquũ & bonũ. & qui attẽdere voluerit: facile omniũ percipiet concordiã. nõ est enim
spũs dei: discordiæ/ aut dissonãtiæ spũs/ sed õnis cõspirationis/ & totius cõueniẽtiæ. Et
q̃ deceret episcopos sæpe Timotheũ legere atq; Titũ/ id est ad vtrũq; beatissimi Pauli
epistolas: q̃ deceret inquã eos qui pastoralẽ curã suscipiũt/ sæpe ĩ memoriã reuocare cau
sam ob quã tale on9 susceperũt/ & se esse œconomos ĩ ea domo/ cui9 Christus paterfami
lias ẽ. ne vocati ad tribunal eius qđ null9 effugere potest: corã ãgelis lucis arguãtur nõ
fuisse dispẽsatores/ sed dissipatores/ & erubescãt præ cõfusione/ & audiãt terribilẽ vocem

ligatis pedibus & manibus / mittite eos in tenebras exteriores. Nam qui huius sacri principatus onus sumens non viuit insons / non dispensat diuina (vt oportet) sed pertinax est / iracundus / vinosus / percussor siue lingua siue gladio / turpibus inhians lucris / nichil hospitalitatem curans / caterua malorum gaudens / plagiarijs & militibus tyrannorum more stipatus / inflatus / iniustus / impurus / intemperans / sermonem non habēs quo omnem statum ad pietatem docere possit / & redarguere veritati contradicentes quam Paulus docet & sanctum mandat euangelium: stella est quæ in sancta apocalypseos visione de cœlo cecidit / & sors eius cum angelis qui de cœlo ceciderūt / & dignitatem perdiderunt angelicam / quia suum non seruauerunt principatum. & hæc: vera sunt. Ideo terror / & horror debent eū concutere vt resipiscat: si forte misericordiam inueniat / & luce restituta iterum stella luceat in cœlo. Adhuc enim q̄diu hanc vitam viuit: penitus extinctus non est. misericordia dei: oleum est / quod non penitus extincto admotum / in magnam lucem / & altiuolam erumpere facit flāmam. Et magna / tempore Pauli necessitas erat: vt episcopi tales fuissent. alioqui certe: non simpliciter fuissent episcopi. Et non minor: hac nostra tempestate / eius rei est necessitas. Qz autem tempore
9 Pauli huiusmodi ingruisset necessitas: subiūgit / dicens. ¶ Nam sunt plerīq; etiā nō subditi / vaniloqui / & mentium seductores / maxime qui sunt ex circuncisione: quorū oportet os reprimere. qui vniuersas domos subuertunt: docentes quæ non oportet / turpis lucri gratia. ¶ Auaritia / & turpis quæstus: multos errores induxit in ecclesia / cum circa alia / tum circa doctrinas quæ ad quæstum plus faciunt q̄ ad pietatem. O quot scrupi cō scientiæ / timidis & infirmis mentibus ingerūtur: quæ per solū Christi sanguinē possunt esse lotæ? Si ex stulta populi deuotione ad vnum ligneū trūcum sit spes quæstus / si spes dolosi (vt ait quidā) refulserit nūmi: nubes tinniunt / truncus mutatur in aurū / vt ob materiæ preciositatem / stulti populi deuotio augeatur / ad quam pariter crescat & quæstus. Verum in plerisq; locis reliquiæ martyrū / imo sacro sanctum Christi corpus quod vnicum sanctū sanctorum est: sine honore iacet / vt etiā quem nunc in visibili sacramento cernimus / non habeat vbi caput suū reclinet. O stulti & insensati homines: hoc facitis / quia inde non sentitis quæstū. Qui hæc faciunt / & facienda sentiūt: ab episcopis redargui oportet: & eas euertere doctrinas quæ ad quæstū sunt potius q̄ ad pietatem. Multi sunt similes Cretensibus: qui potius mendacia recipiunt q̄ sanam doctrinam / malę be-
4 stiæ / ventribus dediti / gulæ scilicet & luxuriæ / nichil etiā operari volentes / quos penitus redarguere oportet. Quos omnes sub nomine Cretensiū taxat apostolus: dicēs. ¶ Dixit quispiam ex ipsis proprius eorū vates. Gnosius vsq; loquax / mala bestia / viscera pigra. Testimoniū hoc: verum est. Quam ob causam / redargue illos penitus: vt sani sint in fide / non attendentes iudaicis fabulis / & præceptis hominum veritatem auersantium. ¶ Vsus est Paulus hoc in loco pentametro Epimenidis poetæ. & in hoc probat poetam / verum dixisse: vt illi tanto magis studeant / malum ad quod maxime proni sunt / emendare / & non audiant fabulas iudæorum. quas qui nescit: nunq̄ is / Talmuth nomen audiuisse videtur. quod quidē opus afferūt: noua lege antiquius. Verum eiusmodi figmenta sunt hominum potiusq̄ præcepta dei dicenda: & eorum hominum qui veritatem auersantur / & præceptis vitæ sunt contrarij. At quibus nichil eiusmodi insaniæ
5 nocere poterunt? Illis sane qui in fide sani sunt. qui autem in fide errant & sunt infirmi: eiusmodi nocere solent ad æternum interitum. Ideo subiungit Paulus. ¶ Omnia quidem: munda mundis. ijs autem qui inquinati sunt / & infideles: nichil mundum est. sed inquinantur eorum & mens / & conscientia. deum fatentur se nosse: operibus autem negant / cum abominabiles sint / & increduli / & ad omne opus bonum reprobi. ¶ Ecce quo modo infidelitas: inquinatos / & immundos facit. qui quamuis dicant se nosse deum: nequaq̄ norunt / sed fallunt audientes. similes prędonibus / qui dicunt se nosse vias quas nesciunt: & abducunt in auia / & qui abducuntur / iugulantur & pereunt. suntq; facta: verbis eorum contraria. Sed fidelitas: mundos facit / qui non admittunt nisi munda. nam eorum: & mens / & conscientia munda. vt aliorum: immunda. & verbo se nosse deum vere dicunt: & facto comprobāt / ad eum verbo / & facto / vita & exemplo deducentes eos / qui deum quærunt. Quod nobis præstare dignetur Christus dominus / fidei author / & fidelium / & mundorum amator: in omnia sæcula & in sempiternum benedictus.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Manifestauit au-
1 tem temporibus suis sermonem suum in prædicatione: quæ credita est michi. ¶ *Si manifestauit* supertus respiciat / vt intelligatur manifestauit autem vitam æternam: aptius dicitur verbo suo / siue sermone suo in prædicatione / conuertendo accusatiuum in

ſextum caſum.Si autem nõ refertur manifeſtauit/ in ſuperius:relinquendus vt in Pau-
lo accuſatiuus/& tũc ſenſus eſt.Manifeſtauit deus ſermonem ſuũ in prędicatione mea/
in prędicatione cui cõmiſſus ſum.Ex quo dat intelligere apoſtolus:ſermonem prędica-
tionis ſuæ non eſſe ſuũ/ſed dei.Sic enim & ſaluator dicebat.Sermonem quem audiſtis
nõ eſt meus:ſed eius q miſit me patris.Et vterq; ſenſus: bonus eſt.Et particulã quę cre
dita eſt michi/ conuertit vetus interpres. nam potius græce habetur: cui creditus ſum
ego.Paulus.ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι,
ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ.¶Vulgata æditio. Tito dilecto filio. ¶Veterem interpretẽ ſacer
hic notat Hieronymus: q̃ nõ expreſſerit latine id quod dicitur græce.Eſt enim hic idẽ
vocabulum quod quarto cap. ad Philippenſes vertit germane/ vbi ait. Etiam rogo &
te germane compar/hic vero dilecto.quod vocabulũ potius ingenuũ/peculiarem/pro-
prium/addictum ſignificare diximus/etiam ex ſententia beati Hieronymi.Paulus.τί-
B τῳ γνησίῳ τέκνῳ.¶Vulgata æditio. Et cõſtituas per ciuitates preſbyteros.¶Sin-
2 gulariter gręce dicitur per ciuitatem.Paulus.καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσ-
βυτέρους.¶Vulgata æditio.Non ſuperbum/non iracundum.¶Quod hic vetus in-
terpres ſuperbũ dicit:accõmodatiꝰ forte dicitur pertinax.atq; is dicitur qui ſibijpſi oĩa
licere vult.id eni vocabulũ αὐθάδης importat ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς ἀδείας
quæ licentiam & libertatem ſignificat.Paulus.μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον.¶Vulga
ta æditio.Sed hoſpitalem/ benignum/prudentem/ſobrium/iuſtum/ ſanctum.¶Quod
hic dicitur benignum:bonorum amatorem ſolum/ deſignat. Et quod vetus interpres
dicit prudentem:ſacro non placet Hieronymo/veterẽq; dicit interpretem ambiguitate
vocabuli allucinatum/& pro pudico tranſtuliſſe prudentem.Sobrium abundat: niſi di-
cas forte veterem interpretem σώφρονα vertiſſe ſobrium/vt verbum eius vertit in ſe-
cunda ad Corinthios per ſobrium eſſe/vbi ait.ſiue ſobrij ſumus vobis:& tunc abunda-
ret prudentem. exiſtimauit tamen (vt dictum eſt) ſacer Hieronymus/ eum σώφρονα
vertiſſe prudentẽ.quod & nõ ierim inficias:cum & in principio ſequentis capitis idem
vocabulum vertat prudentem/vbi ait.Senes vt ſobrij ſint/pudici/ prudentes. Paulus.
ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον.¶Vulgata æditio.
Vt potens ſit exhortari doctrina ſana.¶Legendum eſt:vt potens ſit & exhortari in do
ctrina ſana.deſunt:& in. ſed id parui refert. Paulus. ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακα-
C λεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ.¶Vulgata æditio. Vaniloqui & ſedu-
3 ctores.¶Seductores:vim vocabuli græci non exprimit.ſed potius vocabulum:mentiũ
ſeductores deſignat/vt & alias notatum eſt.& hoc:ſpecialius. illud:cõmuniꝰ. Sunt enĩ
& ſeductores corporum/& ſeductores mentium ac animorum. & illi/ ſi ad hos cõferas/
parui ſunt:vtriq; tamen fugiendi/vt qui ſpiritui aduerſentur/ & hi maxime. impuritas
enim/intemperantia/impudicitia:primos facit.Hos autem:hæreſis/impietas/ infideli-
tas/& omne quod ſanæ aduerſatur doctrinæ.Paulus.ματαιολόγοι, καὶ φρεναπά-
ται.¶Vulgata æditio.Maxime qui de circũciſione ſunt:quos oportet redargui.¶Ac-
cõmodatius:qui ex circũciſione. Et quod dicit redargui:potius os reprimere/& frena-
C re deſignat.Paulꝰ.μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς, οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν.¶Vulgata
4 æditio. Dixit quidã ex illis proprius eorũ propheta. ¶Ille fuit Epimenides Cretenſis.
qui accuſat eos de mendacio.nam oſtendebãt apud ſe Iouis ſepulchrum:& in hoc non
mentiebantur.& dicebant eũ eſſe ſummũ deum:& in hoc mentiebantur.etſi Epimeni-
des forſitan mendaciũ eorũ credat eſſe cõuerſum:& neget Iouis ſepulchrum. acſi argu
mentetur Iupiter eſt ſũmus deorũ.ergo nequaq̃ Cretæ eſt Iouis ſepulchrum. At vt cõſe-
quens falſum:ita & antecedens quoq; falſum. Verũ ſic argumẽtari debuit.Cretæ eſt Io-
uis ſepulchrũ.ergo nequaq̃ eſt ſũmus deorũ. & ſic ex vero intuliſſet verũ/ & non fuiſſet
vt cæteri mendax.verum & de ſe vt & de cæteris:ſuũ verificatur vaticiniũ.vt eni gen-
tes decepte erant:& prophetæ quoq; earum decipiebantur.Quid eſt quod accuſat eos/
malas vocans beſtias:niſi q̃ irrationalitatem ſequerẽtur/gulæ & ventri dediti/& inſu-
per alijs detrimentũ afferrent/Quid q̃ ventres pigros:niſi q̃ laborare nolent/& tamen
vellent ventres ĩplere/Ad quod certe ſequitur q̃ malę eſſent beſtiæ.qui enĩ operari no-
lunt/& auent exaturare ventrẽ:inſidioſæ ſunt beſtiæ/id vnũ meditãtes vbi rapere poſ-
ſint/& aliena viuere iniuria. Et eiuſmodi appellat apoſtolus ſuperflue degentes:quaſi
mũdo ſuperflui ſint/minime neceſſarij/ſed tollẽdi.Si autẽ nunc Cretẽſes tales nõ ſunt:
per ſanctum apoſtolum eius/ gratiã Chriſto debẽt. Cuius qui cultũ admittũt:e feris ho
mines primũ fiunt.q̃ ſi ſecundũ ſpiritum ducem/pergunt:ex hominibus angeli fiunt.
tam eni homies Chriſti angeli ſunt & ſupra homines/etiã multo magis:q̃ olim & nũc/
homines cultui dæmonum dediti/beſtiæ ſunt & infra homines.Quid:Calecutianis/Ca-

nanotitis / Taprobanitis & id genus idololatris/ Indis:bestialius? Deum cœli nul-
lo honore prosequendum putant: omnem venerationis cultum maligno tribuunt/
atq; deberi credunt/& nomine maligni celebrãt. Deformi statuæ multicorni/prominen
tibus dentaliũ more dẽtibus/longis instar rapacis gryphis vnguibus horrẽdæ/ cui9 pa-
bulum finguntur animæ/ quarũ quasdam dẽtibus atterit/quasdam vnguibus rapit/huic
inquã statuæ: genua curuãt/thura adolent/sanguinẽ litant/ad publicum cõmutationis
vsum tali horrenda effigie ęra signãt/talibus circũsepto funere monstris parẽtãt/& mul
ti talibus dissimulati laruis feretrũ circũstrepunt/q quãto plures sunt/ et deformiores tã-
to maiorẽ addunt stulto populo lætitiam/ augentq; funeralem põpam. quasi sit eis sum-
ma voluptas: q abiens anima multos tales sit habitura comites/talibus ãgelis ducibus
se beatos putant. Thorũ nesciunt: nisi prius(id quidem & poscentibus & volentibus)
stupratum. Moriones id est stultos/& omni æuo rationis impotes: sanctorum veneratio-
ne prosequuntur. bestiæ procul dubio sunt. At veniant ad Christum (& veniant oro)
homines q̃primum efficiẽtur/& multi eorum ad consortia etiam in hac vita transiẽt an-
gelorum. sic Christus omnia saluat/sic illuminat/sic rationẽ detergit/sic mentẽ irradiat:
vt pulsa maligni caligine/purã possit ilico cernere veritatẽ/quã per tot sæcula nunq̃ vi-
dere potuerunt. O Christiani fœlices: si suam/& vnde eis pendet/agnoscerẽt fœlicitatẽ.
beati/& vere beati: qui Christum norunt/cognitũq; sequũtur. Ipsi sit laus/& honor/ &
gloria/& gratiarũ actio: qui circa nos tantã pietatẽ exercere dignatus est. qui i ꝓgenito
, ribus similes illis olĩ fuimus: eũdẽ pricipẽ tenebrarũ colẽtib9. ¶ Vulgata æditio. Creten
, ses semper mẽdaces/malæ bestiæ/ventres pigri. ¶ Sic in Paulo. Verum vt cognoscatur
in Paulo carmen esse/& hexametrum carmẽ vt in Epimenide: hic etiam carmẽ traduxi-
mus/ad illud q̃proxime valuimus/hoc pacto. Gnosius vsq; loquax/mala bestia/ viscera
pigra. carminis lex: singularia pro pluralibus/ & generale loquax pro mendax sumere
coegit/& viscera pro ventribus. intelligatur ergo eadem sententia quæ & per veteris i-
terpretis verba. Paulus. χρῆτεσ ἀεί ψεῦσαι, κακὰ θηρία· γαςέρεσ ἀργαί. Neq;
enim Paulus carmẽ/neq; humanam literaturã (etsi maxime coleret & curaret diuinã)
ignorasse videtur. enimuero qui gustat diuina/etsi non nescit: parum tamẽ curat huma-
na. Quid michi opes iactas humanas: si habes cœlestes? Quid miraris terram: si cœlũ
habitas? Quid tenebras: si lucẽ? Non ergo Paulus multifaciẽdus/q nosset humana: sed
D maximi q diuina. ad quæ vt manuduceret: interdum descendebat ad humana. ¶ Vul-
4, gata æditio. Quam ob causam increpa illos dure. ¶ Illud dure significat truncati/ fun-
ditus/penitus. more eorũ qui præcidunt et resecãt vulnus. Paulus. Δἰ ἣν αἰτίαν ἔλε-
, γχε αὐτοὺσ ἀποτόμωσ. ¶ Vulgata æditio. Et mandatis hominum se auersantiũ a
, veritate. ¶ Se: abundat. Et potius dicendum veritatem q̃ a veritate. homines eni aduer
D santur veritatem: qui obluctantur veritati/ veritatiq; resistunt. Paulus. καὶ ἐντολαῖσ
5 · ἀνθρώπων ἀποςρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. ¶ Vulgata æditio. Omnia mũda mũ-
, dis. ¶ Dicẽdum omnia quidẽ munda mundis. Paulus. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖσ κα-
, θαροῖσ. ¶ Vulgata æditio. Cum sint abominati & incredibiles. ¶ Dici malim cum sint
abominabiles & increduli/siue impersuasibiles. vt idem vocabulũ interpres infra ver-
tit increduli: vbi ait. Eramus enim aliquando & nos insipientes/increduli/errãtes. Pau-
lus. βδελυκτοὶ ὄντεσ, καὶ ἀπειθεῖσ.

CAP. II.

NOn esse fabulis/iuentisq; hominum intendendum: superior sermo mani
festauit. & vt illud vetat apostolus: ita iubet sanæ doctrinæ incumbẽdũ/
quam episcopi vbiq; seminare debent/& seminatã cõseruare. Ideo sub-
6 iungit ad Titum. ¶ Tu autem loquere: quæ sanam decent doctrinã. Q2
· senes: vigiles sint/casti/modesti/sani fide/dilectione/patientia. ¶ Sana
, doctrina est: quæ rectam fidem/ & fidei mysteria referat. & quæ præcepta 1
tradit: quæ salutis ædificationẽ continẽt/& vitæ æternæ præparationẽ.
Sanæ igitur doctrinæ: hic quædam precepta ponit. quorum primũ: de
senibus viris iam præpositum ẽ. Qui vigilare debẽt supra familiam/& iuueniles aliorũ
mores: vt quos experientia docuerit/ quæ pericula iunioribus immineant / nisi caute &
diligenter inuigiletur. iuuenilis enim cato: nõ quærit nisi corruptionẽ. i senibus aũt gra
uibus & cõpositis: õnino oppositum est. Vigilẽt ergo. Sint casti. nomine castitatis: om-
nem honestatem/& morum grauitatẽ intelligimus. qua in seipsis perficiuntur: gratiã
adiuuãtes/vt speculorum politura immissum lumẽ. & qua exteris lucẽt exẽplo: ob quod
iuniores eos reuerentur atq; timent. Sint modesti. modestia/ nos intra nos continet: &
non sinit nos efferri/& alte sentire de nobis ipsis. sed nos deo humiliare facit & illi soli
tribuere gloriam. Sint sani. Sed quomodo senes sani erũt: cum senectus sit quidam na-

turalis motbus/Certe corporis naturalis morbus est: quod naturaliter in corruptionem
tendit. verum non est morbus animæ: quæ annis non metitur/ quę immortalis est / & nō
senescit. viuēt(inquit)corda eorū in sæculū sæculi: nomine cordiū/ animas intelligēs. nō
ergo dicit qui nichil nisi in spiritu sentiebat Paulus/ sint sani corpore corporisue sanita=
te: sed sani sint fide/ dilectione/ patientia. quod perinde est ac si dixisset: sani sint fide/ cha
ritate/ spe. patientia enim: spem respicit. siquidem in ijs tribus: consistit perfecta animæ
sanitas. est enim anima triformis(siue tripotentialē/ siue trihypotasticam dixeris)specu=
lum æternitatis/ sapientiæ/ & amoris. Memoria: per spem pascitur æterno. & hic pastus:
patientia dicitur. & est memoriæ(intimæ dico & mentalis)sanitas/ non eius quæ in sen=
sorio capitis/ in occipite medicorum fomenta recipit. Intellectus: sapiētia. & hic pastus:
tantisper dum mortalē vitam ducimus/ fides appellatur. & est: ipsius ītellectus sanitas.
Voluntas: pascitur amore/ qui appellatur charitas. neq; in hoc/ neq; in altero sæculo no
men mutat. et hæc: est voluntatis sanitas. Ergo anima quæ fide/ spe / & charitate sana
est: omnino sana est & beata/ & omnino (vt in hoc mūdo possibile est)beata/ & vt sic di=
xerim trisana/ & tribeata. est enim spes & patientia: memoriæ beatitudo. fides: beatitu=
7 do intelligentiæ. & charitas: beatitudo voluntatis . Hoc primo de senibus viris posito
præcepto: secundum ponit de senibus matronis/ dicens. ¶ Anus identidē sint in statu sa 2
credecentes/ non calumniatrices/ non multo seruientes vino. sint bonæ magistræ: vt mo
deste sentire faciant adolescentulas/ amatrices virorum suorū fore/ liberos diligere/ mo=
destas/ castas/ domi se cōtinentes/ probas/ subiectas proprijs viris esse/ ne sermo dei bla=
sphemetur. ¶ Quæ senes viri primo loco habent erga familiam & maxime mares: eadē
secundo loco senes matronæ habere debent erga internā familiam/ et maxime puellas.
Debent enim vigiles esse & attentæ/ honestæ/ modestę/ sanæ fide/ spe/ & charitate/ ī sta=
tu & habitu sanctā religionē decente/ maxime a verbis conuiciosis & calūnijs abstinen=
tes/ ad quas ob rationis infirmitatem & ingenij volubilitatem solent magis q̄ viri esse
pronæ. sunt enim mulieres: vt aqua tumultuaria/ & semper in motu. vir: vt aqua sedata/
& tranquilla. nonne enim vides quomodo luna commouet aquas: sol tranquillat/ sic in
muliere: naturalis est commotio humorum ad fœturā & generationis corporationē in=
geniata/ quā neq; vir habet/ neq; ea īdiget. nō eni fœtus corporat: sed(vt sol)ad forma=
tionē concurrit. Et mulier(vt luna)ad corporationē. hinc quędā maior est in muliere(di
uina etiā ordinatione) inconstantia q̄ in viro/ mobilitas/ ac labētis substantiæ celeritas.
Non sint igitur ob vicium naturæ(modo ea naturalis mobilitas & incōstantia vicium
dici queat) calumniatrices . non famulentur & inseruiant multo vino . nam q̄uis se=
nes sint: multum tamen vinum mentes elocat/ & etiā in fortibus rationem euertit. tan=
to magis in ipsis: quas natura ratione debiles effinxit ac infirmas. Iuniores virgines &
innuptæ: omnino deberent a vino abstinere. nam illas vinum bibere: est ignē oleo ad=
mouere. at quomodo ignis admotus oleo: non ardescit/ ardor autem ille & flamma illa:
concupiscentia libidinis est. At vbi vidimus ardorem & flammā: vbi nigror & fuligo nō
sit/ Q2 si ex concupiscentiæ flamma iam sunt per irrationalē appetitum(etsi irritū)de=
nigratæ adolescētularū mētes: vbi virginitatis candor/ vbi niuea virginitas/ & cando=
ris lilium/ Ergo adolescentulæ pręsertim quæ virum nō habēt: abstineāt a vino. Et anus
si vtūtur ob ætatis imbecillitatem: non vtantur multo. Anus: bonæ sint magistræ. Do=
ctrinæ: & domi & foris oportet curam habere. Doctrina quæ foris traditur: admodū be
ne & fructuose percipitur/ si domi priuata præcesserit. At quomodo domi priuate bonæ
erunt magistræ/ nam foris publice prohibentur. Certe si adolescentulas/ quas secum in
priuato habent: prædoceant/ si innuptæ sunt nuptiarum propositum habentes / quo=
modo futuram(si deus eis dabit thorum)transigere debeant vitam. si iam nurus sunt &
nuptæ: doceant vt cum suis viris & liberis præsentem agant vitam/ suos viros reueren
do & amando/ liberos diligendo/ modestiam/ castitatemq; seruando/ domi se continen=
do/ probitatē obseruando/ & se subiectas ac obedientes proprijs viris exhibendo. Alio=
qui vitæ crimen in doctrinam Christi impingeretur: cum īfideles viderēt eos qui se Chri
stianos profitentur/ scelerate viuētes/ & forte sceleratius q̄ viuant ipsi infideles . Tertiū
8 præceptum: ad adolescentulos & eos qui infra senij tempus degunt/ spectat/ simili pa=
cto instituendos/ vt subiūgit apostolus/ dicens. ¶ Iuniores: eodem modo hortare/ mode 3
ste sentire/ circa omnia teipsum præbens exemplum bonorum operū/ in doctrina incor=
ruptibilitatem/ castitatem/ immortalitatem/ sermonem sanum/ irrepræhensibilem. vt is
qui aduersarius est/ confundatur. nullum habens/ quod aduersum nos/ loquatur malū.
¶ Tunc senes/ tunc iuuenes tam viri q̄ mulieres omni student modestiæ & honestati/ et
formis viuendi præscriptis: quando pastor qui eis præest/ in omnibus se præstat bonorū

operum exemplum/ & in doctrina & verbo & facto præ se fert incorruptibilitatem/ om•
nem honestatem/immortalitatem/ & sermonem haber irrepræhensibilem/ vt qui ad ni•
chil corruptibile/ viciosum/ mortale vnq̃ tendat/ neq̃ dicat quod repræhendi queat. qui
ita præest: in doctrina vitæ suæ præbet immortalitatē/ castitatem id est vniuersam hone
statem/ incorruptibilitatem/ & sermonem irreprælensibilem hoc est qui repræhendi cō•
dēnariq̃ non potest/ ne ab illis quidem qui ex aduerso sunt/ aduersariq̃ nitūtur. vita se•
cundum spiritum & doctrina spiritualis/ ita pura/ sana/ & integra est: vt tam nō habeāt
carnales aduersus eam aliquid effutire/ q̃ etiam scientiarum hostes aduersus primas ani
mi conceptiones/ quas corde negare non possunt. identidem neq̃ carnales secundū con
sciētiam culpare spiritualem vitam doctrināue possunt: & si id aliquando ore faciant. sed
& hoc perpauci: qui (vt aiunt) frōtem perfricuerūt/ quos neq̃ verecundia/ neq̃ conscien
9 tia/ neq̃ pudor vllus honesti cōtinet. Quartum de seruis subiūgit apostolus præceptū/
• dicens. ¶ Serui proprijs dominis in omnibus subditi sint/ beneplacentes/ nō contradi• 4
• centes/ nō fraudē facientes/ sed omnē fidem bonam ostendentes. vt doctrinā saluatoris
• nostri/ dei: ornent in omnibus. ¶ Hæc doctrina quam dat Paulus: doctrina est Christi.
quam qui exequuntur/ & in omnibus studēt pro dignitate se habere/ senes vt senes de•
cet/ iuuenes vt iuuenes/ domini vt dominos/ & serui vt decet seruos/ præsides vt præsi•
des/ & subditi vt subditos: ornant doctrinā saluatoris nostri/ dei. qui ad hoc venit in mū
dum: cum dominus omnium esset/ diues in omnes/ formam serui & pauperis accipiens/
de virginali puritate nascēs/ docēs in omni incorruptibilitate vitæ/ & sermonis sani & ir
reprælēsibilis: vt dominos & seruos/ senes & iuuenes/ viros & mulieres/ pręsides & sub•
10 ditos/ diuites & pauperes ad hanc vitæ puritatem & sāctimoniam erudiret. Quapropter
• subiūgit Paulus: dicēs. ¶ Apparuit enim gratia dei salutifera/ omnibus hominibus/ eru
• diens nos: vt abnegātes impietatem & mūdana desyderia/ modeste/ & iuste/ et pie viua•
• mus in præsenti sæculo/ expectantes beatam spem et apparitionem gloriæ magni dei et
• saluatoris nostri IHESV CHRISTI. qui dedit semetipsum pro nobis: vt redimeret
• nos ab omni iniquitate/ et emundaret sibi populum peculiarē/ imitatorē bonorū operū.
¶ Quid est apparuit enim gratia dei salutifera/ siue salutaris omnibus hominibus: nisi
quia venit/ vt suo dono/ sua gratia saluaret ōnes homines? Ad quid sol oritur: nisi vt il•
luminet omnes oculos/ etsi non omnes illuminat? Et id certe non culpa solis est: sed id
pro arbitrio fit rerum oculos habentium. & nō solū apparuit: sed apparendo vita & ver•
bo supra exemplū/ et plus q̃ exemplo docuit. nam ipse nō erat typus & exēplum: sed exē
plar et archetypus. Et quid docuit? Abnegare impietatē/ & omnes mūdi cōcupiscentias:
& viuere caste/ & sancte/ & iuste/ & religiose/ expectando beatum fructū spei nostræ/ &
aduentum magni dei/ qui idem ipse est dominus Ihesus Christus/ qui & sic apparuit/
& nos ita docuit. Et non solum apparuit & docuit: sed dedit semetipsum pro nobis in
mortē qua parte mortalis erat/ hostiam/ & sacrificium: vt nos ab omni iniquitate/ id est le
gis diuinæ offensa & trāsgressione redimeret/ & in proprio sanguine testamenti sui nos
emūdaret/ & faceret sibi populū peculiarem/ addictum/ & proprium veluti propriā sub•
stātiam/ ad nichil aliud q̃ ad opera bona zelum habētem. bona enim sunt: quæ eius imi•
tatione/ eiusq̃ præceptione fiūt. Scite enī: quæcūq̃ præcipit Petrus/ Ioānes/ Iacob9/ Iu•
das/ Matthæus/ Marcus/ Lucas/ Paul9/ hæc præcipit Christ9. si sic viuo vt præcipiūt/ nō
me opera mea redimunt/ nō me mūdant/ non peccata mea abstergunt: sed preciosus san
guis & oblatio munda & immaculata hostiæ domini nostri Ihesu Christi. quæ semper
fuit: angelis purior/ & angelis superior. opera tamē nostra: gratiæ dei cooperātur ad hāc
emūdationem/ abstersionem/ & lotionem. Si inquit te nō lauero: nō habebis partē mecū.
Et hæc doctrina vitæ est & spiritus. Quapropter arcte præcipit Tito/ & alij cuicunq̃ qui
docēdi fungitur officio: vt hæc doceat/ exhortetur/ & eos qui aliter sentirent/ aut aduer•
11 sarētur: imperiose redarguat. insuper & vt sic viuat hæc docēs/ exhortans/ aut opposita
• redarguēs: ne cōtemni possit. Ac dicit. ¶ Hæc loquere/ et exhortare: et redargue omni 5
• cum imperio. Et facito: nemo te cōtemnat. ¶ Qui aliqua docet et contra doctrinam vi•
uit: et docēs cōtemnitur/ et irridetur redarguens. ideo ei/ quicunq̃ pręest/ sic viuendum
est: vt nemo eum contemnere possit. ne illi impingatur: qui alium doces teipsum nō do•
ces/ qui prædicas non furandum furaris/ qui dicis nō mœchādum mœcharis/ qui dete•
staris idola in sacra committis/ qui i lege gloriaris per præuaricationem legis deum in•
honoras. et huic subiaceat prouerbio: si sal euanuerit: in quo salietur? Det igitur Chri•
stus dominus rex sęculorum omnium/ tales ecclesię suę pręsides: qui ad spiritum doceāt/
hortentur/ redarguant/ et quos nemo contemnere possit. vt omnes vno ore dominum
nostrum Ihesum Christum glorificare/ laudare/ et benedicere possint/ viuentem et re•

A gnantem in omnia sæcula seculorum. Amen.
6 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literã. ¶ Vulgata æditio. Senes: vt sobrij sint/ pu-
dici/ prudentes. ¶ Quod vetus interpres dixit sobrij & prudentes: potius dicendum/ vi-
A giles & pudici/ siue modesti. & id quoq; facer vult Hieronymus. Paulus. πρεσβύτας
7 νηφαλέους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας. ¶ Vulgata æditio. Anus similiter in habi-
tu sancto. ¶ Hic melius (inquit Hieronymus) habetur in græco. Nam quod vetus iter-
pres dicit sancto: sacridecentiã significat. vult igitur eas eius habitus/ status/ & cõditio-
nis esse: quæ sacras deceat mulieres/ non prophanas. sunt enim membra corporis Chri-
sti: quod non nisi sacrũ decet. absit enim procul ab eo: omne prophanum. sunt inquã mẽ-
bra corporis Christi æque vt viri: in quo non infirmius nomẽ retinent q̃ viri. nã in Chri-
sto non est masculus neq; fœmina (hæc enim infirmæ carnis sunt nomina) sed sublimi-
us sortiuntur nomen/ vnum/ & idem/ firmum/ robustum/ ac forte. quid enim magis vnũ/
quid magis idem: q̃ quod summa vnitate/ summa idẽtitate nectitur/ quid magis firmũ/
validũ/ magisq; forte: q̃ quod summa stabilitate fulcitur/ & omnipotẽtia defenditur/ hęc
enim omnia/ summa vnitas/ summa identitas/ summa stabilitas/ firmitudoq; ac omnipo-
tentia: filius dei. qui suum corpus vnit/ identificat: firmat/ continet/ fulcit/ roborat/ fortifi-
cat: & aduersus omnem potestatem inualescere & prevalere facit. Paulus. πρεσβύτι-
δας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. Sunt etiam codices græci qui ha-
bent πρεσβύτιδας ὡσαύτως σεμνὰς ἐν καταστήματι. Et tunc legendum
esset. Anus identidem sint castæ in statu sacredecentes/ id est in sacridecentia status/ ha-
bitusq; ac conditionis suæ. ¶ Vulgata æditio. Bene docentes: vt prudentiam doceant.
¶ Eadem ratione qua & superiora/ vbi vetus interpres ait/ vt prudentiam doceant/ dici
potest: vt modeste sentire faciant. cui continuata sententia adiungi debet adolescentu-
B las. eæ enim sunt quas debent facere modeste sentire: quæ subnectit apostolus. Paulus.
7 καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι. ¶ Vulgata æditio. ¶ Prudentes/ castas/ so-
brias/ domus curam habẽtes. ¶ Dici hic etiam (vt & in superioribus) potest: modestas/ ca-
B stas. Sobrias: abundat. Paulus. σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς. ¶ Vulgata æditio.
8 In omnibus teipsum præbe exemplum. ¶ Et hic dici potest circa omnia. at id in eandẽ
recidit intelligentiam. Paulus. περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον. ¶ Vul-
gata æditio. In doctrina/ in itegritate/ in grauitate/ verbũ sanũ/ irreprælıensibile. ¶ Post
id in doctrina: ablatiuis vsus est vetus interpres pro accusatiuis. Et quod dicit in itegri-
tate: incorruptibilitatem significat. Et cum prius σεμνούς pudicos iterpretatus sit: cur
non hic etiam σεμνότητα pudicitiã vertit/ q̃uis etiã nõ inficias ierim σεμνὸν, gra-
uem & mactum virtute virum significare. Deest &: post vocabulum incorruptibilitatẽ.
Vtitur eni duobus vocabulis Paulus: quæ apud nos incorruptibilitas verti solent. Quę
quia primo loco verteramus icorruptibilitatẽ/ secundo diximus imortalitatẽ: idem præ-
tendentes/ ne bis eandẽ dictionem & sub eadem voce repeteremus. Paulus. ἐν τῇ δι-
C δασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνω-
9 στον. ¶ Vulgata æditio. Seruos dominis suis subditos esse/ in omnibus placentes. ¶ Am-
phibolum est an in omnibus in præcedens referatur/ an in sequens. Ego in præcedens
reuocaui. vetus autem interpres videtur in sequens. verum vterq; sensus nõ malus. Pau-
lus. δούλους, ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι ἐν πᾶσιν, εὐαρέστους εἶ-
ναι. ¶ Vulgata æditio. Sed in omnibus fidem bonam ostendentes. ¶ Potius: sed omnẽ
C fidem. Paulus. ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. ¶ Vulgata æditio.
10 Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus. ¶ Dicendum salutaris
siue salutifera: non saluatoris. est enim recti casus fœmininum/ & adiectiuũ prępositi vo-
cabuli gratia. quod vt melius agnosceretur: malui dicere salutifera/ q̃ salutaris. nam id
salutaris: ambiguũ fuisset/ an rectus/ an genitiuus adiectiuum vocabuli dei. Nostri: abũ-
dat. Paulus. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις.
¶ Vulgata æditio. Et sæcularia desyderia/ sobrie/ & iuste/ & pie viuamus in hoc sæculo.
¶ Id sæcularia: significat mundana. & a mundo/ non a sæculo in Paulo deductitiũ est.
Paulus. καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως καὶ δικαίως, καὶ εὐσε-
D βῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. ¶ Vulgata æditio. Et aduentum gloriæ. ¶ Et hic
apparitionem habetur. Paulus. καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης. ¶ Vulgata æditio.
10 Et mundaret sibi populum acceptabilem/ sectatorem bonorum operum. ¶ Quod dici-
tur hic περιούσιον: mauult sacer Hieronymus idem esse ac γνήσιον/ & potius iterpre-
tatum iri peculiarẽ q̃ acceptabilẽ. est eni proprius & peculiaris populus eius. Et insuper
D potius dicẽdũ zelatorẽ siue imitatorẽ bonorũ operũ q̃ sectatorẽ. Paulus. καὶ καθαρίσῃ
11 ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον καὶ ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. ¶ Vulgata æditio. Ne-

mo te cõtẽnat. ¶ Paraphrasticos diximꝰ: facito nemo te cõtẽnat. vt eã facilius capiamꝰ
itelligẽtiã: quã sacer vult Hieronymꝰ. Paulꝰ. μηδείς σου περιφρονείτω. CAP. III.
INsuper quo pacto Titus Cretenses gerẽdæ vitæ admoneat/ vt sese ha
12 beant ad suos superiores & inter se: dat ei præceptum Paulus/ dicens.
¶ Admone illos: magistratibus & potestatibus subditos esse/ obedire 6
pricipibus/ ad omne opus bonum paratos esse nullum blasphemare/
absq; pugna esse/ clementes/ omnem pr(ae) se ferentes mansuetudinẽ ad
õnes homines. ¶ De hac subiectione erga superiores potestates: diffu
sius discussum est cap. 13. primi horum commentariorum. quibus ita
parere debent: vt diuinæ potestatis simulacro/ diuinæq; ordinationi.
cui qui resistit: deo resistit. Sed vt boni deum amãt/ in malis autem timor meritæ pœnæ
extinguit amorẽ: hũc in modum boni/ magistratus/ potestates/ & principes amant/ ma
li vero cõtra/ pœnam scelerum iniustitiarumq; formidãtes/ eos oderunt. ideo subditos/
ad omne opus bonum paratos esse iubet: & nullam superiorẽ potestatem/ seu magistra-
tus/ seu principatus blasphemare/ absq; pugna esse/ id est non seinuicem mutuis litibus
& accusationibus sub principibus & potestatibus lacessere/ sed inuicem clementes esse/
facile mutuas (si quæ aliquo errore contingant) remittẽtes offensas/ mites & mãsuetos
esse ad omnes. Vt enim inter greges/ grex ouium placidus est & maxime placet/ & facil-
lime a pastore ducitur/ quia mitis & mansuetus est: sic populus mitis & mansuetus su-
perioribus potestatibꝰ maxime gratus est & placidus/ & q̃ facillime ducitur. & talis de-
bet esse populus Christi/ populus lotus ab omni sorde peccati per lauacrũ regeneratio-
nis in aqua & sanguine redemptionis domini nostri Ihesu Christi. vnus enim militum
lãcea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit sanguis et aqua. ille enim sanguis et illa aqua
est: in qua abstergimur/ et abluimur ob omni sorde peccati/ cuius nostra baptismalis ab-
13 lutio mysterium est et symbolum. et insuper loti: charismatis id est donis spiritus sancti
adornamur. Qua in re: subdit Paulus. ¶ Fuimus enim et nos aliquãdo sine intelligẽtia/
increduli/ aberrantes/ seruientes desyderijs et voluptatibus varijs/ in næquitia et inui
dia degentes/ odibiles/ et inuicem odientes. Cum autẽ benignitas et humanitas appa-
ruit saluatoris nostri/ dei: nõ ex operibꝰ q̃ i iustitia fecimus nos/ sed per suã misericordiã
saluos nos fecit p lauacrũ regenerationis/ et renouationis spiritus sãcti/ quẽ effudit i nos
copiose per IHESVM CHRISTVM saluatorem nostrum. vt iustificati gratia eius: per
spem/ vitæ æternæ hæredes efficiamur. ¶ Quotquot superna luce & gratia illuminati nõ
fuerunt: sine intelligentia fuerunt stulti/ & amentes/ increduli/ errãtes/ seruientes cõcu-
piscentijs & voluptatibus insanis q̃plurimis/ in næquitia & inuidia versati/ digni odio/
& se vicissim odio lacessentes. Qz ergo intelligentiã dei adepti sumus/ mentis compotes
facti & sapientes/ qꝫ fide illuminati/ per viam vitæ recto calle incedentes/ spiritui seruien
tes/ victis illecebris & insanijs concupiscentiarũ carnis: hoc totum benignitati & huma
nitati Christi/ hoc est amori Christi erga homines (hoc enim designat philãthropia) tri
buendum est. qui per misericordiam suam saluos nos fecit: nõ propter opera nostra/ sed
per gratiam suam & misericordiam/ vt ipsi soli laus & gratiarum actio debeatur. vt in
cõtemplatione benignitatis eius: ad eius rapiamur amorem. in contemplatione autem
nostra: humiliemur & confũdamur. benignitatis enim eius contemplatio: exultationẽ/
spem/ & confidentiam creat/ & ad alta spirantem inflammat amorem. At nostri ipsorũ
respectus: tristitiam parit/ diffidentiam/ & timorem/ cum quibus non viuit amor qui cœ
lesti ambrosia pascitur/ contemplationisq; alimonia. quam per se dei bonitas/ benigni-
tas/ misericordia & gratia præstare solent ijs: qui non ex operibus quæ fecerunt/ sed per
dei gratiam & misericordiam redemptos & saluatos se esse intelligunt. delectabiliter ta-
men quoad possunt bona operantur/ voluntatem æterni patris facientes: & aduersa &
dura patienter tolerant/ vt sint boni dei/ immo superboni & superbenigni redẽptoris no
stri imitatores. qui tunc venit in mundum/ & omnia bona operans/ & durissima patientis
sime perferens: cum sine intelligentia essemus/ sine obediẽtia & fide/ erroribus deuij/ vo
luptatibus & desyderijs mortis inuoluti/ maliuoli/ inuidi/ & quantum ex nobisipsis no-
strisq; operibus deo odibiles/ & nos inuicem odientes. vt vel sic intelligeremus: ineffabi-
lem erga nos dei pietatem & benignitatem/ quæ de tenebris nostris tunc fecit splende-
scere lucem. non ex operibus nostris sed contra opera nostra: per suam solam misericor-
diam nos saluos fecit per sanctum regenerationis & renouationis spiritus sancti laua-
crum/ quem diuiter & opulente infudit fidelibus. vt per gratiam suam iustificati: regnum
participent æternum/ et vitam hæreditent æternam. Et hæc: fidei veritas est. Ideo
subdit Paulus/ continuo & aliud pro ijs qui præsunt præceptum adijciens: ac ait.

14 ¶ Fidelis ſermo. Et de his volo te confirmatum eſſe: vt curent ij qui crediderũt deo/ bo- 7
» nis operibus præeſſe. Hæc: ſunt bona & vtilia hominib9. ¶ Quid eſt & de his volo te cõ
firmatum eſſe: niſi volo te ea quæ dixi/ & quæ adijciã firma & conſtanti mente tenere/ vt
tuo exemplo alij fideles qui præerunt curẽt bonis operibus præeſſe/ præerunt autem bo
nis operibus/ id eſt bene operando: ſi loquantur quæ ſanam decent doctrinam/ inſtituen
tes ſenes/ iuuenes/ anus/ adoleſcentulas. & omnem vitæ ſtatum iuxta præmiſſas regulas
inſtituant: & mentes hominum ſapiẽtia/ quæ dei radius eſt eas ad ſe conuertens/ & con-
15 uerſas in ſe figẽs/ illuminent. hæc: nimirum bona ſunt/ & ad ſalutem conducẽtia homi-
» nibus. Aliud dat Tito præceptũ apoſtolus: dicẽs. ¶ Stultas autẽ quæſtiones/ & genealo- 8
» gias/ et cõtẽtiões/ & pugnas legis deuita. nã inutiles & vanę ſunt. ¶ Simile pręceptũ mã
dauit Timotheo: vt cap. 2 præcedentis latius videri poteſt. et q̃ vtilis eſt pius & profi-
cuus iuxta apoſtolica præcepta recte inſtituendi & docẽdi modus: tam ille contentioſus
& (vt ſic dicam) quęſtionarius/ inutilis/ impius/ & vanus. inutilis dico: quia non ædifi-
cat. impius vero: quia ad deum nõ eleuat/ non liquefacit animas cum dilectus loquitur/
quæ vera eſt pietas. vanus: quia finem nõ aſſequitur/ quæ eſt conſumata dilectio & vitæ
æternæ fructus. Quomodo ædificat: qui clamoſos/ & cõtentioſos/ & victoriæ ambitio-
ſos facit/ hunc defendendo/ illum aggrediendo/ vt pro victoria certetur non pro verita-
te/ vbi qui vera tutantem argutiarum vi implicat: tam de victoria exultat q̃ qui cõfutat
falſitatem/ vbi qui obiectam euãgelij veritatem/ ſermonis & igenij volubilitate illudit:
tam ſibi plaudit q̃ qui admiſit veritatem/ immo multo magis. nam veritatem admiſiſſe:
hoc erat forte/ ipſum redargutum eſſe. at operepreciũ magis eſt contentioſis: veritatem
refutare/ aut ad alienum ſenſum torquere/ q̃ a problemate quod defendunt redargui vi-
deri. vbi igitur in talibus pietas/ vbi fructus? Et mirum eſt eos qui circa ea quæ ſunt le-
gis diuinę ſolũ quæſtionariũ ad diſciplinã elegerũt modũ: nõ legiſſe pręceptũ Pauli ad
Titum ſtultas quæſtiones/ & genealogias/ & contentiones/ & pugnas legis deuita. nã
inutiles & vanæ ſunt. Quod ſi pugnæ legis veteris inutiles ſunt & vanæ cum ad contẽtio-
nẽ & victoriam trahuntur: tanto magis contentiones & pugnæ legis nouæ/ quæ in luce
& ſpiritu ſine vlla diſſonãtia habẽt cõcordiã. pugnæ ergo extra lucem & ſpiritum ſunt:
ſenſus facientes alienos/ & extra ſpiritus concordiam. Per cõcordiã/ ſpiritus ſanctus do
cet: non per pugnam. & vt oculus abſq; pugna/ lumen videt: ſic veritas mẽti adeſt. Quod
ſi veritas ſubobſcurior ẽ/ & ratiocinio eget/ vt colores & minutulę ſcripturæ lumine: tũc
ratiocinatione citra contẽtionem cognoſci debet. Quapropter qui ĩ eccleſia quicq̃ igno-
rat & a viro ſciente requirit/ ſiue ſimplicẽ aſſertionem/ ſiue negationem/ ſiue adiectã ra
tionem ab eo audit: non continuo (ſi etiam non capit) cõtendere debet & obniti/ ſed mo
re mitis animalis/ auditum ſecum ruminare. Quod ſi cõtendit: neq; is qui docet/ neq; is qui
audit (tam vera eſt apoſtoli ſentẽtia) quicq̃ proficiet/ immo omnis diſciplina abſq; contẽ
tione ſcitur. Quod ſi quis etiam ad geometram venit (peritum dico geometram) qui ſta-
tim ad geometræ dicta contendat: non amplius doceri poteſt/ & miſſum faciet cum geo-
metra/ ac forte dicet/ conſuetudinis noſtræ non eſt altercari & contendere/ ſed bene di-
cta admittere/ & ex illis ſcite & pacate ratiocinari. tanto magis contentio/ ſanctæ legis
dedecet ſtudium. Non dico circa diuina nichil eſſe quærẽdũ: immo ĩnumera ſunt quæ di
gne quærantur/ & inumeræ dignæ quæſtiones/ ſed quęrẽdum eſt citra contẽtionẽ & pu-
gnã. Et quæſtiones ſuapte natura contentioſę/ ſunt euitandæ: quia non generant niſi li-
tes. & hoc ipſum pręcipit apoſtol9. Sed quidnã ſequitur ad huiuſmodi pugnas legis: ni-
16 ſi ſectæ/ & hæreſes in lege/ Ideo pro talibus qui ex contentione in ſectas inciderunt: ſe-
» quens ſubnectit præceptum Paulus/ dicens. ¶ Hæreticum hominem poſt vnã & ſecun- 9
» dã amnonitionẽ deuita: ſciens q̃ ſubuerſus eſt qui talis eſt/ & peccat vt qui ſeipſum cõ-
» demnat. ¶ In humanis diſciplinis ſectæ ſunt/ & bonæ & malæ: & hæ parui momẽti ſũt
& periculi. bonæ: eorũ qui vicinius adhærẽt authoribus. vt meliores crediderim geo-
metras: qui adhærẽt Euclidi. doctiores arithmeticos: qui Nicomacho & Iordano. Phi
loſophos: qui Ariſtoteli/ hoc vno problemate refutato/ quod mundi & temporis inſudat
æternitati/ & ijs quæ ex illo/ conſequio trahũtur. Peritiores medicos: qui Galeno et Hip
pocrati/ & ita de reliquis. Prauæ autẽ: eorum qui ſua pro alienis tradiderunt/ & longiſſi
me ab authoribus abſint. quibus ſi ipſi authores (ipſi dico in forma tradũtur enuclean
di: quorũ ſcientiam ſe habere profitentur) tam itelligant q̃ ſi Gordiacũ nodum porrigas
diſſoluẽdum. quos etiã ſi poſt longa ſtudia interpretari incipient: ad ſua ſomnia pertra-
hent/ aut falſum prorſus obganniet quicquid ſuę ſectæ nõ videbitur cõſentaneũ. Sic per-
uerſus Martion: & euangeliorum/ & epiſtolarũ penitus refutabat quicquid ſuæ ſecta nõ
erat aſtipulatiuum. Vt igitur ĩ humanis: ita in diuinis ſectæ contigũt/ & bonæ & malæ.

et hæ vtraq; ex parte/magni sunt momenti:aut ad salutem/aut ad æternæ perditionis
periculum. Bonæ autem:quando deo hęrent/& diuinæ acquiescunt intelligentiæ. malæ
vero:quando a deo secantur/& diuinæ(quę spiritus sancti est)aduersantur intelligentię.
Saduceorum secta:peruersa erat. Sed et Esseorum & Pharisęorũ/quo ad plurimos:secta
bona. Nam prophetæ secta Essei/aut Pharisęi fuerũt. & Nathanael:secta Pharisęus. de
quo saluator ait. Ecce vere Israelita:in quo dolus nõ est. Verum quia q̃diu quippiã a fũ-
damento nõ est sectum/non tam sectum q̃ vnitum dicitur. quod autem ab ijs quæ fũda-
mẽto hærẽt sectum est/procul abiectum:omnino sectum est & non coniunctum. Iccirco
vera secta/non tã secta/q̃ nõ secta dicitur. qui enim illius sunt:hærent deo qui fundamẽ-
tum est/& intelligentiæ spiritus. non igitur secti sunt:sed vniti et hęrentes. Sed mala se-
cta(eadem enim est et falsa)oĩno secta est. Nam qui eius sunt : ab ijs secti sunt qui hęrẽt
fundamento/dissipacti/atq; procul abiecti. adhæserunt enĩ omnes et vniti fuerũt:quicũq;
regenerationis susceperunt lauacrum. Iccirco qui sancte viuens in vera secta est:hęreti-
cũ hominẽ non appellamus. nam sectus non est:sed fundamento insertus et vnitus/tam
sanctitate vitę q̃ intelligentię spiritus sancti integritate. sed eũ solũ hereticum sectumq;
appellamus:qui a fundamento et ijs quę illi connectũtur vtroq; modo sectus/ diuisusq;
est. Is enim et a deo et intelligẽtia spiritus sancti excidit:et hęreticus et est/et dici potest.
Si vitę impuritas solũ secat/vt eum quem ob execrabile facinus Paulus tradidit satha-
nę:solum peccator et apostata dicitur. Si etiã contraria intelligentia spiritus sancti quæ
et contraria fidei est/sectus sit:non iã solũ peccator/nõ solum apostata dicitur/ sed hęre-
ticus homo. sectio enĩ ob contrariam intelligentiam fidei : maxime hæreticũ dici facit.
Si quis venit ad me/animę immortalitati nõ assentiens/sed michi argumẽta impietatis
ex septimo forte Plinij/ex Colote/aut aliquo Democritiorum aut Epicureorũ congerẽs:
et semel/et sęcũdo omni pietate admonebo/vt ab huiusmodi resipiscat dęmoniorũ la-
queis/spiritui sancto credat sacris eloquijs/nõ hominũ(etsi eloquentiũ)perniciosis pla-
citis. postea nõ resipiscẽtis cõsuetudinẽ/vtrũq; fugiã/ tãq̃ eũ qui se suo sermone condem
net/et ore proprio se iudicet. Q; si ita facere debet quisq; fidelis:tãto magis episcopus id
facere tenet q̃ maxime õniũ studere debet esse fidelissim9. Sed age iquies. Qui cũ Plinio
sentit/qui cũ Democrito/cum Epicuro in ijs quę ad deum et animam spectãt: hęreticus
est. nõne igitur Plinius/Democritus/Epicurus/ hęretici? Nequaq̃. nã secti non sunt : qui
nunq̃ deo/aut circũcisionis lege/aut regenerationis gratia hæserunt. neq; continuo se-
quitur:in ijs sentit cũ Plinio & Epicuro:ergo hæreticus est. nam forte Iudæus est secta/
Arabs/aut tartarus qui cũ illis sentit. sed si is Christi sacramẽtis initiatus esset/& postmo-
dũ cũ eis sentiret:hæreticus vere esset/& a Christo sectus/ cui aliquãdo hæsisset. alij au-
tem solum dicũtur infideles. Et negare non velim hæreticũ hominẽ non esse infidelẽ/vt
qui de fide peruerse sentiat:sed ex fideli ĩfidelis est. lauacrum enim vnũquęq; facit fide-
17 lẽ. sed alij omnino infideles:vt qui nunq̃ fuerũt fideles. Sed de homine hæretico:hacte-
nus satis. His positis præceptis:familiora Paulus Tito mandat/dicẽs. ¶ Quando mittã
Artemã ad te/aut Tychicũ:festina venire ad me Nicopolin . ibi enim decreui hyemare.
Zenam legisperitũ & Apollo/festinãter præmitte:vt nichil illis desit. Discant autẽ & no-
stri/bonis operibus præesse ad vsus necessarios:vt nõ sint infructuosi. ¶ Nicopolis vrbs
est quam sacer Athanasius Thraciæ tribuit. Nicopolis (inquit) ciuitas est Thraciæ: hi-
stro flumini imminens. Verum subscriptio tradit Macedoniæ. At quid vero præmitten-
dos iubebat Zenã legisperitũ & Apollo Alexandrinũ/vtrũq; ex peritia Hebraicæ legis
fidelẽ Christo factum:aperuit cum dixit/vt nichil eis desit/nichil scilicet spiritualis itel-
ligentiæ in fide Christi. vocabat enĩ eos:vt amplius iformaret ac consumaret. cõsuma-
tosq;:præficeret ecclesijs in bonis operibus. nam valẽtes erãt verbo & zelo:vbi sufficiẽ-
tẽ adepti erant intelligentiã/quod ex actis apostolicis/maxime de Apollo dilucet. Et q;
illos præficere voluit:id satis innuit quod annexuit. discãt autẽ & nostri/bonis operibus
præesse ad vsus necessarios:ne sint ifructuosi. ad hoc enim ipsum eos accersebat:vt præ-
esse discerent/& fructũ multiplicẽ colligere. Ad quid valet patrifamilias pastor:si ex gre
ge nullus fructus percipitur? ad quid agricola:si messis nulla a patrefamilias colligitur?
omnis qui præest/& bene pręest:bonus pastor/& bonus agricola est. & ad hoc ipsũ:qui
18 præsunt positi sunt. Quod vero reliquum est:salutationes et valefactionem pro suo mo-
re/calci epistolæ adiũgit/dicẽs. ¶ Salutant te qui mecũ sunt:omnes. Saluta eos qui nos
amãt in fide. Gratia cũ õnibus vobis. Amẽ. Ad Titũ ecclesiæ Cretensiũ primũ delectũ
episcopũ/scripta Nicopoli Macedoniæ. ¶ Saluta inquit eos qui nos amãt in fide. fides/
& Christi quidem fides:debet esse causa & incitamẽtũ amoris. Christus autẽ:õnis amo-
ris ratio. et qui ita in fide Christi omnes fideles amãt:digni sunt apostolica salutatione.

& ĩpcatione gratiæ Christi. Quã nobis largiri dignet̃ Christ9 Ihesus fidei nostrę author:
A cũ patre/ & spiritu sancto de9 vnus/ ĩ õnia sęcula & super õnia sæcula benedictus. Amen.
12 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literã. ¶ Vulgata æditio. Admone illos principi-
bus & potestatibus subditos esse. ¶ Mauult sacer Hieronymus dici principatibus q̃ prin
cipibus. verũ & id nomen ad magistratus se extẽdit. & quas græci τὰς ἀρχὰς nostri
nunc magistratus/ nũc pricipatus/ & principia vertere solẽt. Paulus. ὑπομίμνησκε αὐ
τοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι. ¶ Vulgata æditio. Dicto obedire/ ad
omne opus bonũ paratos esse. ¶ Quod vetus interpres dicit dicto obedire: potius signifi
A cat pricipibus obedire. quod vocabuli cõpositio monstrat. Paulus. πειθαρχεῖν· πρὸς
13 πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους. ¶ Vulgata ęditio. Eramus eñi aliquãdo & nos insi-
piẽtes/ increduli/ errantes. ¶ Quod hic vetus interpres dicit insipiẽtes: idẽ vocabulũ est
quod capite tertio ad Galatas nunc insensati/ nunc stulti dicit, designatq; id vocabulũ
B amentes/ & sine intelligẽtia esse. Paulus. ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι. ἀπει-
13 θεῖς. πλανώμενοι. ¶ Vulgata æditio. Cũ autẽ benignitas & humanitas apparuit sal
uatoris nostri dei: nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. ¶ Dicere possumus: quæ in
iustitia fecimus nos. Et humanitas hic: affectũ dicit/ quo quis amore & dilectione homi
nũ afficitur/ quæ φιλανθρωπία dicitur. cui9 oppositũ μισανθρωπία: cum quis odio
hominum feruet/ sic effectus vt Atheniensis Timon. Et nõ hic idẽ vult ac cum ĩ huma-
no corpore saluator apparuit. sed vt dictũ est: cũ apparuit amor & dilectio eius in oẽs ho
mines/ vt qui pro omnibus mori voluit ne morerẽtur/ õnes filios dei fieri/ õnes ad æter
na regna vocari. Paulus. ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ σωτῆ-
C ρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐκ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς.
15 ¶ Vulgata æditio. Stultas autẽ quæstiones/ & genealogias/ & cõtentiones/ & pugnas le
gis deuita. ¶ Id deuita: obseruare/ & obsidere significat: ne serpant/ & serpendo noceãt.
non enim a malis doctrinis satis est solũ abstinere: si nõ etiã obseruentur/ & quasi vallo
obsideantur/ ne valeãt ab alijs in medium erũpere. ad quod valet maiorũ & superiorũ
authoritas: nõ concertationes pugnæq; verborũ. rationales enim ratione duci possunt.
irrationales nõ possunt: haud aliter q̃ non possis suadere bruto. at authoritate: facile/ &
C magna õnium vtilitate reprimi possunt. Paul9. μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλο-
16 γίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο. ¶ Vulgata æditio. Hæreticum
hominẽ post vnã & secũdam correptionẽ: deuita. ¶ Cõmonitionem potius q̃ correptio-
nẽ: hic dici/ sacro placet Hieronymo. Estq; hæc commonitio: veræ doctrinæ instructio.
Paul9. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν. παραιτοῦ.
¶ Vulgata æditio. Cũ sit proprio iudicio cõdẽnatus. ¶ Vocabulũ hic positũ magis inter-
pretari solet: seipsum condemnãs. Hæretici eñi proprio se ore cõdẽnant. non aliter q̃ qui
summo regi in parabola dicebat: scio quia homo austerus es/ tollis quod nõ posuisti/ &
metis quod nõ seminasti. Et cõtinuo audiuit. De ore tuo te iudico: serue nequã. Sic hæ-
D retici se cõdẽnant: et ex ore suo iudicantur. Paulus. ὢν αὐτοκατάκριτος. ¶ Vulgata
17 ęditio. Festina ad me venire Nicopoli. ¶ Potius dicendũ videtur per accusatiuũ: Nico-
polin. Paul9. σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς νικόπολιν. ¶ Vulgata æditio. Di-
scant autẽ & vestri: bonis operibus præesse. ¶ Dicendum et nostri possessiuo primæ per-
sonæ. Etsi etiam esset vestri: iteraret id quod paulo ante dixit. Curent bonis operibus
præesse qui credunt deo. et hoc ex sequela sermonis: nichil attinẽs ad hunc præcedentẽ
sermonẽ/ Zenã legisperitum et Apollo festinanter præmitte. legendum igitur est nostri.
D Paul9. μανθανέτωσαν καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι. ¶ Vulgata
18 ęditio. Gratia dei cũ õnibus vobis. Amẽ. ¶ Dei: abũdat/ tametsi intelligẽtiæ nichil offi-
ciat. Paulus. χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν. Et apud Græcos subscriptio habe-
tur. Ad Titũ ecclesiæ Cretẽsiũ primũ delectũ episcopũ. Scripta Nicopoli Macedoniæ.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIMI
PAVLI APOSTOLI/ DVODECIMO LIBRO QVI
EST EPISTOLAE AD TITVM EXPLE-
TO: CHRISTO DOMINO CVM PATRE
ET SPIRITV SANCTO/ VNI DEO
OMNIVM LARGITORI BO
NORVM/ GRATIAE IN
PERPETVVM
AMEN.

¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LI-
BER TERTIVSDECIMVS/QVI EST IN EPI. AD PHILEMONEM. CAP. I.

AD PHILEMONEM Colossensem / scribens
Paulus epistolam/& familiarem/& in cōmen-
dationem Onesimi tabellarij/officio plenam:
1 vt solet sanctam præmittit salutationem/ di-
cens. ¶Paulus vinctus CHRISTI IHESV
& Timotheꝰ frater: Philemoni dilecto/& coo
peratori nostro/& Apphiæ dilectæ/& Archip-
po cōmilitoni nostro/ & domesticæ tuæ eccle-
siæ/ gratia vobis & pax a deo patre nostro/ &
domino IHESV CHRISTO. ¶Huic sanctę
salutationi: subiungit erga deum pro fide/&
2 (diuino indultu) gratijs Philemonis/ gratiarū
actionem/& ait. ¶Gratias ago deo meo/sem-
per memoriā tui faciens in orationibus meis:
cum audio dilectionem tuam/ & fidem quam
habes erga dominū IHESVM/ & erga om-
nes sanctos. adeo vt fidei tuæ cōmunicatio ef
ficax sit in cognitione omnis boni:quod in nobis est in CHRISTO IHESV. ¶Phi-
lemon dilectionem erga Christum/ & erga omnes fideles habebat:sed erga fideles/ex
cōmunicatione bonorum suorum dilectionem & fidem suam declarabat efficacem. vt
qui consyderaret/ & cognosceret omne bonum quod in eis esset: non a seipsis quidem
esse/sed a domino Ihesu Christo totius boni quod i sanctis est/ & quod æstimari debet/
3 indultore. quod autem bona sua/ sanctis in fidei/& dilectionis suæ manifestatione com
municauerit Philemon:sequenti sermone declarat Paulus/dicens. ¶Gratiam enim ha
bemus multam/ & consolationem in dilectione tua: quia per te frater/ viscera sanctorū
refocillata sunt. ¶Quid enim hoc est:nisi gratias habemus tibi q̄plurimas/ & dilectio
tua nos consolatione afficit/ quia tu necessitati sanctorum subuenisti? quia tu eos/ qui
miserationis ad omnes pectus habent/qui omnibus bonum volūt/ & pro omnibus dei
misericordiam implorant/pauisti/ fouisti/refecisti? Hæc enim sunt viscera sanctorum:
pectora fide/ dilectione/ pietate/ & miserationum dei ad omnes imploratione plena.
Cum igitur talis sit Philemon erga omnes fideles propter dilectionem Christi & san-
ctorum eius: tanto magis facilem se præbebit propter eandem dilectionē petitionibus
Pauli. qui propter dilectionem Christi:per infinitas tribulationes/pressuras/ squalores/
carceres/iam consenuit.& pro cuius amore:aspera/sed sibi dulcia/ vincula portat/ dul-
cesq; catenas/quæ cæteris solent esse molestæ. Qui cum imperare posset tanq̄ Christi
apostolus:non imperat/sed supplicat sed rogat. Et pro quo rogat? Pro Onesimo Phile-
monis seruo:quem in vinculis ipse acquisiuit Christo. Ideo salutatione/& narratione in
4 gratiarum actionibus/ & erga deum/& erga homines præmissis:rationabilem ostendit
suam petitionem. Quam subiungit:ac ait. ¶Quapropter multa in CHRISTO fiducia
fretus/ ꝙ tibi imperare possim quod fas est:obsecro magis propter dilectionem. cum ta-
lis sim vt Paulus senex:& nūc etiam vinctus IHESV CHRISTI. Obsecro te pro meo
filio/quem genui in vinculis meis Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc au-
tem tibi & michi probe vtilis/ quem remisi. Tu autem illum/hoc est viscera mea: susci-
pe. ¶Propter dilectionem Philemonis/ videlicet quam erga Christum gerebat/ non
opus fuit imperio:sed sola supplicatio (ad id quod optabat) sufficere visa est. sic enim
superiores/cum supplicationes apud inferiores non valituras intelligunt: imperio vtū-
tur/quo etiam quod volunt extorquent a nolentibus. sed supplicationis/ & exhortatio-
nis via: humanior/charitatiq; magis accōmoda, quam & præeligendā: suo exēplo mō-
strat Paulus. Peccatū Onesimi confitetur. Onesimū ad Christum conuersum: de iniuria
Philemoni hero suo illata multū dolentē/& id quoq; cōfitentē. neq; enī aliter q̄ ex One
simi cōfessione sciuit Paulus:etsi aliter per spiritum sanctū scire potuisset. Onesimū: sibi
charū esse pro filio. hæc ōnia facit Paulꝰ: nec quicq̄/tanq̄ diuinus orator omittit/vt Phi
lemonē flectat ad miserationem/& ad ignoscendū Onesimo/qui ad suū dominū cum li-
teris eius remittebat. O dilectio/O charitas: dilectionis/charitatisq; Christi emula. Qui
Onesimū recipit: Paulū/imo Pauli viscera recipit. sic qui minimū Christi recipit: Chri-
stum/ & Christi viscera recipit. Onesimus/ cum gētilis fuisset/ se inutilem seruū dño suo

fuisse fassus est:& accepta etiam pecunia quæ erat domini sui aufugisse.Cum autem lu-
ce Christi illuminatus est:pœnitet eum delictu/& domino suo se vult in omni humilita-
te subdere/& diligentiore obsequio erga mundum diluere culpam/ & redimere offen-
sam.Nam deo:iam satiffactum erat.gratia enim Christi:& culpam remiserat/atq; pœ-
nam.satiffacit enim deo pro omnibus fidelibus & pœnitentibus/ gratia & misericordia
Christi:etsi frequenter/mundo nondum satiffactum sit.nondum enim satiffecerat One-
5 simus. Et certe vt mundo satiffaceret: eum remisit Paulus. alioqui libenter in suo ob-
sequio tenuisset. Quod & subiungit: dicens. ¶Quem ego voluissem apud meipsum re-
tinere/ vt pro te michi ministrasset in vinculis euangelij: sed sine sententia tua nichil
volui facere.ne velut ex necessitate bonum tuum esset:sed ex voluntate. ¶Bonum cer-
te fuisset:q Philemonis loco Onesimus seruus eius ministrasset Paulo in carcere & vin-
culis posito.sed cum in potestate Philemonis nō fuisset vt aliter vsus fuisset seruo suo/
neq; id ex sententia & voluntate eius accidisset: id profecto necessarium/ extraq; pote-
statem fuisset Philemoni/ & non voluntarium bonum. At bonum qd alicui necessariū
est/id est quod cuipiam vi accidit & nō amplius in eius potestate est/ parum ei prodest.
quod autem ex sententia & hilari voluntate est:& ei prodest/& deo acceptum est.Ideo
volebat sanctus apostolus/si bono aliquo Philemonis vteretur:ex voluntate/& sentētia
eius esse/ & eidem esse bonum voluntarium non coactum/ non necessarium. At dicet.
Quo modo michi erat bonum: seruus qui aufugerat? Respondet apostolus. Quod ma
lum est:persape dei prouidentia/ maioris boni occasio esse. Et ideo cum ex fuga eius
tantum bonum subsecutum sit/vt de mācipio diaboli factus sit filius Christi/& de mor-
tali æternus/& seriei eorū insertus qui pro morte æternā vitā hæreditabūt: ideo fugam
eius debet sibi Philemon non tam malum putare q̄ bonum.vt qui pro malo seruo re-
cipit & frattem & seruum optimum/pro morte vitam/pro vicio virtutem/ pro vili luto
6 aurum preciosissimum. Subdit igitur tacitę quæstioni solutionem/& accusationi satis-
factionem hoc pacto Paulus:& ait. ¶Nam ideo forte recessit ad horam: vt æternum il-
lum reciperes/non amplius vt seruum:sed super seruum fratrem dilectum/ vel maxime
michi.quanto autem magis tibi: & in carne/ & in domino? Si igitur me habes cōmu-
nionis participem:suscipe illum tanq̄ me. ¶Et Paulo & Philemoni Onesimus/ex secū-
da generatione frater:nō seruus/sed super seruū/ & aliquid seruo maius & excellentius/
etsi ex primę generationis & carnalis/ cōditione/seruus esset Philemonis & non Pauli.
sic itaq; ex secūda generatione Philemon frattē recipiebat vt Paulus: & insuper ex pri
ma seruū & bonū suū secūdū carnē.Quare valētiore iure debebat charior esse Philemo
ni q̄ Paulo.cū maius illi bonū esset & secūdū carnē/& secundū spiritū.Verū nō satiffe-
cit Philemoni de iiuria illata/& de pecunia cōsumpta/& iactura quā ipse Philemon cō
secutus est ex eius fuga.Q̄uis sciat Paulus Philemonē non tā morosum/nō tam diffici-
lem qui nō remittat Onesimo iniuriā pariter & debitū:pie tamē iniuriā vult in se reij-
7 ci/& pro debito satisfacere/& amicabiliter cū eo ludit/pollicēs satiffactionē pro cautio-
ne literam suā dans/manu sua scriptā. Ac ait. ¶Si quid autem iiuriæ tibi irrogauit/aut
si quicq̄ debet:illud michi imputa.Ego Paulus scripsi mea manu/ego reddā:ne dicam
tibi/q & teipsum michi debeas. ¶Nō est mirum si boni dei bonus imitator: vult & in-
iurias/& debita sibi imputari.nam & id pro nobis voluit Christus dominus:& pro no-
bis inutilibus & refugis seruis satiffecit.Verum de satiffactione Pauli:id magis ioco q̄
serio dictum putant.Et quod adiecit.Ego Paulus scripsi mea manu:ego reddam. Nam
reuera non solū tantillum debebat Philemon Paulo/vt illi debitum serui donaret: sed
8 & seipsum debebat. nam acquisierat eum Paulus Christo: & per eū deo viuebat. Ideo
beneficij vocationis eius ad deum/ memorē eum faciens: nunc serio subiungit. ¶Etiā
frater/ego te potiar in domino:recrea viscera mea in domino. Confisus in obedientia
tua scripsi tibi:certior factus/q supra q̄ dico efficies.Simul autē: & præpara michi ho-
spitium.nam ea spe ducor:q per orationes vestras/ donabor vobis. ¶Quid est ego te
potiar in domino/nisi te acquirā in domino:refoue/recrea/refocilla viscera mea? omni
benignitate/& trāquillitate suscipe filiū meū/quē amo perinde ac eū quem ex proprijs
visceribus genuissem?q̄q̄ etiā & viscera dilectionis & diuinæ charitatis:maiora sūt vi-
sceribus sanguinis/& carnis.De hospitio præparādo/lętitiā affert Philemoni:& faciei
9 eius adhuc in carne vidēdæ spem erigit.Sed arbittor:q Paulū nō amplius viderit/nisi
in æternitatis domicilio.Salutationes vltimas & valefactionē facit:ac dicit. ¶Salutāt
te Epaphras cōcaptiuus meus in CHRISTO IHESV/Marcus/Aristarchus Demas/
Lucas: qui sunt cooperatores mei.Gratia domini nostri IHESV CHRISTI cum spi-
ritu vestro.Amen. Ad Philemonem scripta Rhomæ. missa per Onesimum famulum.

¶Epaphram ministrum Colossensium primo loco posuit inter salutantes: innuens hoc ipso Philemonem Colossensem esse/ vt sentit Athanasius. Insuper & in cōmendationē fidelitatis Epaphræ: vt qui pro Christo vincula/ & carceres æquanimiter ferebat cum apostolo. Qd vero in calce adiungit cum spiritu vestro: respicit Paulus Philemonem/ Appliam coniugem eius/ & Archippum Colossensium episcopum ac institutorem/ & domesticam ipsius Philemonis ecclesiam. Quibus omnibus gratiā domini nostri Ihesu Christi imprecatur: quam & nobis vna cum ipsis beatissimi interuentione Pauli apostoli sui largiatur idem Christus Ihesus/ dñs & saluator noster/ vna cum patre & spiritu sancto deus super omnia/ & in omnia sæcula benedictus. ¶Et hic epistolæ Pauli ad Philemonem finis: quam & aliqui vix tribuere Paulo voluerunt/ ꝙ minus seria visa sit & modicam continere institutionem. Sed aliud est/ cum Paulus catholicas: & cum familiares scribit epistolas. Catholicæ: res ad omnes pertinentes continent. Familiares vero: res ad vnum/ aut paucos. Catholicæ: vniuersales sunt/ seriæ/ & magni ponderis. quales: duodecim præcedentibus libris explicatæ sunt. qualis est/ & ea quæ ad Hebræos est: libro sequenti per Christi gratiam enucleanda. Familiares: particulares sunt/ minus seriæ/ minorisq; mométi. qualis: præsens est/ & sex aliæ quas sermone latino Senecæ respondendo/ autumant scripsisse Paulum. Neq; id inficias it sacer Hieronymus: neq; illius temporis Linus in libello quem de martyrio sacratissimi Pauli conscripsit. Cæteras præcedentes sermone græco exarauit apostolus. Sequentem autem quæ est ad Hebræos: patrio Hebræoq; sermone conscripsit. Et vtinā tam fœlices essemus: vt & præsentis & præcedentiū ōniū/ ita illius diuinissimæ sequētis ad Hebræos epistolæ/ etiā ob Pauli Christi dignissimi apostoli reuerētiam haberemus archetypū. sed de hoc satis. Cęterū quia hic liber in sola expositione huius ad Philemonē epistolæ/ nō æquā/ ac sufficiétē videtur cōtinere moIē: iccirco ad ipsum īplendū/ nichil præter officiū fecisse videamur/ si familiares Senecæ ad Paulum & familiares Pauli ad Senecā responsiuas subijciem9 epistolas/ vt nō desit amatoribus Christi & Pauli in quo soleē aīos in vtroq; modo epistolarū beatissimi Pauli tā catholico q̄ familiari. In catholico: altius & augustius. in familiari: humilius ac remissius. tanq̄ qui ex graui aliquo & sublimi negocio: ad aliqđ leue ręmittit operā/ relaxandiq; quodā modo animi gra descēdit. volt eni animus: interdum ex grauioribus studijs/ per leuiora laxari. Epistolæ Senecæ ad Paulum: sunt octo. Et Pauli ad Senecam: sunt sex. Et scribit Paulus ad Senecam/ non vt ad regeneratum & plane fidelem: sed vt ad amicum/ & qui Christianos non tam odio q̄ beniuolentia prosequeretur/ & qui disciplinam probaret eorum. Verum quid de his epistolis sacer sentiat Hieronymus: in primis audiamus. Loquens enim in libro virorum illustrium de Anneo Seneca: ait. Quem (inquit) non ponerem in cathalogo sanctorū: nisi me illæ epistolæ prouocarent/ quæ leguntur a plurimis Pauli ad Senecam/ & Senecæ ad Paulum. in quibus cum esset & illius temporis potentissimus: optare se dicit eius esse loci apud suos/ cuius sit Paulus apud Christianos. Hæc sacer Hieronymus. Et Linus de Paulo & Seneca loquens: ait. Institutor imperatoris adeo est illi amicitia copulatus/ videns in eo diuinam scientiam: vt se a colloquio illius tēperare vix posset. Quominus si ore ad os illum alloqui non valeret: frequentibus datis & acceptis epistolis/ ipsius dulcedine/ & amicabili colloquio atq; consilio frueretur. Hæc Linus. Quis enim alius legitur imperatoris Neronis institutor: nisi Cordubensis Seneca? Et videtur Seneca: suum stilum aliquantulum obumbrasse/ & dissimulasse. Et id puto ex industria: vt si forte in alienas manus epistolæ venissent (etsi inscriptæ nomine Senecæ) potuissent/ nichilominus in periculo non videri Senecæ. Periculum enim erat/ & contra imperatoris tunc edictum: Christiani aut iudæi familiaritate vti. At nunc ad primæ epistolæ veniamus materiam. Nunciat enim Seneca Paulo/ se in quodam secreto secessu in quem quidam Christiani eum comitati fuerant cum multis qui se ei adiunxerant: legisse epistolas eius. Quarum lectione & ipse/ & alij consolationis sumpsere plurimū. Et moralem disciplinā putat: quæ plusq̄ moralis est. qui eni supra moralē sensum/ nō capit Paulum: minime capit Paulū. nam Pauli disciplina: neq; moralem excludit/ sed & eā longe transcendit. est eni gratia/ morū transcensus: etsi eisdem nominibus nominatur quibus & mores. Et illo trāscensu allucinabatur Seneca: & ideo ait Paulū/ nō ex se dixisse/ sed virtutē quādam homine superiorē per Paulū locutam. Et hoc verū est: sed nō ideo moralis disciplina est/ sed plusq̄ moralis/ lōge hac eminentior. Nam hæc: vmbra. illa vero: lux. hæc (moralis inquā) humana industria haberi: illa infusione eget superna. hāc: infidelis. illam: solus fidelis habere potest. ad illā: maximā habet hæc similitudinē. Nā hęc: vestigiū. illa: veritas. Ideo Seneca cū hāc haberet/ & moralis esset/ morū

amator & huius disciplinæ (quod ex librorũ eius cognoscitur studio) illam in fine epistolæ suæ/ mirifice effert. Hæc itaq; prima eius epistola.

1 ¶SENECA PAVLO. .S. I.

CRedo Paule tibi nunciatum: quid sermonis heri cũ Lucillio de Apocryphis/ & alijs rebus habuerimus. Erant quidam disciplinarum tuarum comites mecum. nam i hortos Salustianos secesseramus. Quo in loco ij de quibus dixi/ alio tendentes: occasione nostri/ visis nobis adiũcti sunt. Certe ꝙ præsentiam tuam optauerimus: & hoc scias velim. Libello tuo lecto/ id est de plurimis aliquas literas/ quas ad ciuitatem aliquam/ seu prouinciæ caput direxisti/ mira exhortatione vitam moralem continentes: vsq; refecti fuimus. Quos sensus non puto ex te dictos: sed per te. certe aliquando & ex te/ et per te. tanta est enim maiestas earum rerum/ tantaq; generositate clarent: vt vix suffecturas putem ætates hominum/ quib9 institui perficiq; possint. Bene te valere frater cupio. ¶Hæc prima Senecæ epistola. Et ꝙ ait de apocryphis: id est de abscõditis reb9/ siue disciplinis. Ferme quæcunq; sunt a spiritu superiore/ quorũ author agnosci nõ potest/ apocrypha dicere solẽt. Neq; id: in sacris eloquijs in malam partem capi solet. Nam & diuinus Paulus thesauros sapientię & cognitionis in Christo appellat apocryphos/ id est abscõditos. sic cap. 2/ epistolæ ad Colossenses scribens. ἐν ᾧ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. id est/ in quo sunt omnes thesauri sapientiæ/ & cognitionis absconditi. Neq; hic Seneca in malam partem hoc vocabulo vtitur: sed pro disciplinis Christianorum/ quarum abscondita virtus/ & hominibus superior erat author. Cæterum & absconditæ Christianorum disciplinæ sic erant: vt propter edicta imperatorum & prætoriorum prodire non auderent in publicum. Sunt etiam & Apocrypha in malam partem: vt Magiæ/ maleficæ artes/ & hæreticorum periergię/ quarum & malignus spiritus author est. & in publicum (ob maleficium prohibitę) venire non audent. sed hæc: nichil ad sacra Apocrypha. Et argumentum primæ epistolæ responsiuæ Pauli ad primam Senecæ epistolam: ex ipsa prima Senecæ epistola pendet. Scribit enĩ Paulus familiariter: se primum excusans de tardiuscula responsione. quia tutum non erat/ tam ob Pauli/ q̃ ob periculum Senecæ: ꝙ literæ eius ad ipsum prolatæ fuissent/ nisi securo tabellario cõsignatæ. Nam si delator aliquis accusasset illum/ Senecam dico/ non modo ꝙ a Paulo/ sed a quouis Christiano accepisset epistolam/ cum quouis miscẽs intelligentiam: admissi piaculi lesæ maiestatis reus habitus fuisset. Fœlicitati insuper suæ ascribit apostolus/ sed terrenę/ humano quidem & ciuili more loquendo: ꝙ epistolas eius/ Seneca/ Lucillius/ & qui eis adiuncti erant in hortis Salustianis/ bene acceperint. Approbat & Senecam de epistolis & altis sensibus earum/ ꝙ non ex se/ sed ab altiore virtute sint: vera dixisse. Nunc hæc prima responsiua sacratissimi Pauli epistola.

PAVLVS

2 ¶SENECAE PAVLVS. .S. I.

LIteras tuas: hilaris heri accepi. ad quas rescribere statim potui: si præsentiam iuuenis quem ad te missurus eram/ habuissem. Scis enim quando/ & per quem/ & quo tempore/ & cui: quid dari/ committiq; debeat. Rogo ergo/ ne putes neglectum: dum personæ qualitatem inspicio. Sed ꝙ literas a vobis alicubi bene acceptas scribis: me fœlicem arbitror tãti viri iudicio. Neq; enim hoc diceres/ censor/ sophista/ magister tanti principis/ etiam omnium: nisi quia vera dicis. Opto: te/ diu bene valere. ¶Hæc: epistola. Qz appellat Senecam cẽsorem: hoc respicit mores. fuerat enim datus Neroni: vt eius mores institueret. Qz sophistã appellat: in eam partem capit/ qua rhetoras/ & oratores hac nomenclatura appellant. nec in malam partem sumitur: qua nuncupatione notantur philosophastri/ & (vt sic dicam) simiæ philosophorũ. qui veris philosophis detrahentes: õnia suis somnijs implent. & stulta pro prudẽtibus/ rancidula/ fœda/ barbara/ pro sciis & sonoris/ neoterica pro veterib9 opaca/ tetra/ deformia pro lucidis/ candidis/ & pulcherrimis perdite ingerunt. Tales sunt in malam partẽm sophistæ/ quicunq; sunt/ & vbiq; sunt. atqui talis non erat Seneca. Erat eni Seneca: insignis cũ rhetor/ tũ orator. Qz magistrum: a docendarum disciplinarum officio vocat/ quibus instituẽdo Neroni delectus fuerat. Vocat & Neronem tãtum principem etiam omnium: sed terrenum. Et verum: citra adulationem dicit. Nam terrenus erat orbis monarcha/ & omniũ princeps. Et tam prudenter & circũspecte hæc

epistola scripta est: vt vbi venisset in manus delatoris/ nichil inde culpæ impigi potuis-
set/aut Paulo scribenti/aut Senecæ suscipienti/nisi ex solis nominibus/quorum hoc gē
tile/illud Christianū erat. Secundam subnectit ad Paulum Seneca epistolam: cuius hic
sit tenor ac argumentum. Seneca libros quosdam composuit/ quos & materijs distin-
xerat/ vt librum de clementia/ de virtutibus/ & similes/ quos & se Neroni lecturum de-
creuerat: voluisset tamen libens priusq̄ eos ędidisset/ nonnulla cum Paulo conferre. im-
mo & cum legeret præsente Nerone/ Paulum adesse: si principis animus i Christianos
fieret clementior. tunc enim in eos animo erat infenso. neq; cuiq̄; impune Christiano-
rum sinebat esse consortium. Et quid mirum/ si Seneca tantopere Pauli flagitabat iu-
dicium: cum vir spiritualis iudicet omnia/ & ipse a nemine iudicetur? Nunc secunda
Senecæ subditur epistola.

3 ¶SENECA PAVLO. .S. II.

Quædam volumina ordinaui: & eis diuisionibus suis statum feci. ea
quoq; Cæsari legere sum deliberatus. Et si modo sors prospere ānue-
rit/ vt nouas aures accōmodet: eris forsitan & tu præsens. Sin alias:
reddam tibi diem/ vt hoc opus inuicem inspiciamus. & possim ei nō
prius hanc ædere scripturam: q̄ tecum conferam. Si modo impune
hoc fieri posset/ vt scires: non te præterirem. Vale Paule charissime.
¶Hæc secunda Senecæ epistola. Cui paucis respondet Paulus/ Se-
necæ præsentiam optans: non tam præsentiam/ q̄ salutem ex Christi
cognitione tandem desyderans. Nec alio epistola eget argumento. Quæ hunc in mo-
dum subtexitur.

4 ¶SENECAE PAVLVS. .S. II.

Quoties literas tuas audio: præsentiam tui cogito. nec aliud existimo: q̄ P
omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaq; venire cœperis: nos A
inuicem/ & e proximo videbimus. Bene valere te opto. ¶Hæc respon- V
siua Pauli. Cui aliam mittit Seneca/ Cæsare aliquantulum in Christia- L
nos mitiore animo: vt quos puniri nolet inauditos/ sed qbus audiēdi/ & V
se purgandi locū daret. Cuius epistolæ: hæc esto materia atq; argumen- S
tum. Paulus apud Cæsarem: a iudæis accusabatur/ & a gētibus. a iudęis
quidem: q- a lege veteri discesserit/ synagogas eorum euertens/ & cul-
tum patrum suorum contra leges patrias destruens. Gentiles vero: q- a cultu deorum
multos auertebat/ & sectæ suæ quę dijs contraria erat/ adiungebat. vtriq; apud tribu-
nal Cæsaris de Paulo poscentes supplicium. Interim Paulus in secessu se continebat: &
minus prodibat in publicum cum iudæorum/ tum gentium declinans maliuolentias.
Hinc factum est: vt diutina illa absentia/ animum Senecæ torserit & Lucillij/ qui admo
dum pię/ & bene institutæ vitæ erat. Cōmunem itaq; & Seneca/ & Lucillius ad Pau-
lum conficiunt epistolam: eum a longo secessu reuocantes. & tantum sapientiæ Pau-
li tribuentes: vt postea q̄ patet accusato purgandi locus: q- se q̄ facillime de vtroq; ob-
iecto apud Cæsarem se sit purgaturus. Et epistolæ tenor iste est.

5 ¶SENECA ET LVCILLIVS PAVLO. .S. III.

Nimio tuo angimur secessu. Quid est/ vel quæ te res: remoratum faciūt?
Si indignatio domini/ q- a ritu & secta veteri recesseris/ & alios rursus
conuerteris: erit postulandi locus/ vt ratione factum non leuitate hoc
existimet. Vale Paule charissime. ¶Hæc: epistola. Cui respondet Pau-
lus in inuolucro. Nam per spiritum sanctum: quid facturus esset/ sibi ino
tescebat. non enim tunc res poscebat: vt postularet a tribunali defensio-
nis/ apologiæq; locum. Nam & qui accusarant/ & qui edicta proposue-
rant: magis indignandi & puniendi occasionem quęrebant/ q̄ insontes
absoluendi. Et id vnum erat. Se autem purgare non poterat: nisi apertam dicendo ve-
ritatem. aperta autem veritas: neq; veterem iudaicum ritum amplius esse sectandum/
atq; cultum idolorum quæ pro dijs colebanť/ reuera esse nefandum. Et hoc erat secun-
dum: quod apertam ostendit veritatem. Sed hæc tunc: neq; erant aperte dicenda/ neq;
chartæ tuto cōmittenda/ nisi illis quibus iam nonnichil vitalis luminis illuxisset. Et id
pro hypothesi/ & argumento sit epistolæ. Nunc epistola Pauli tertia.

¶SENECAE ET LVCILLIO PAVLVS. .S. III.

PAVLVS

DE ijs quibus michi scripsistis: nõ licet arundine & atramento loqui: quarũ rerũ altera: notat & designat aliquid. altera: euidẽter ostẽdit. Præcipue cũ sciam inter vos esse/ hoc est apud vos & in vobis: qui me intelligũt. Honor õnibus habẽdus est: tanto magis quãto indignandi occasionẽ captãt. quib⁹ si patientiã demus: õnimodo eos ex quacunq; parte vincemus/ si modo ij sunt qui pœnitẽtiã sui gerant. Bene valete. ¶Quid est præcipue cum sciam inter vos esse/ hoc est apud vos & in vobis/ q me intelligũt: nisi scio inter vos esse aliquos occultos fideles/ & intelligẽtiæ sacramentis purgatos/ qui meos sermones (etsi velatos & obscuros) intelligũt/ Silentio suo/ & absentia sua: & accusãtes cũ iudæos/ tũ gẽtiles/ & Cæsarẽ apud quẽ accusabatur/ Paulus honorabat. cũ sciret/ eos ãplius occasionẽ nocendi quęrere: quos per patientiã suã sperabat/ per gratias spũs sancti/ virtutes/ signa/ & beneficia ad propriã eorũ salutẽ/ omni ex parte aliquãdo vincẽdos: si ij esset qui ad pœnitentiã adduci possent. Nõ ergo vt poscebãt Seneca/ & Lucillius: expediebat vt Paul⁹ proponeret suã defensionẽ. Aliã epistolã mittit Seneca ad Paulũ & Theophilũ: cuius hoc sit argumentũ. E recenti Seneca acceperat in manus epistolas Pauli ad Galatas/ & Corinthios/ quiquidẽ sunt i Achaia: quas & legit/ & probat/ bene affect⁹ earũ lectione. Voluisset tamẽ humanæ eloquẽtiæ: cultũ sermõis nõ defuisse. Verũ satis erat: diuinę locutionis cultũ nõ deesse/ & efficaciã spũs. Et in hoc: Seneca vt carnalẽ habẽs sensũ/ loquitur. carnalis eni homo: nõ percipit ea quę dei sunt. Easdẽ epistolas legit/ etiã præsente Nerone: & Paulũ præconija extulit/ vt cõciliaret ei principis gratiã. Nero admiratus est virũ: sine multa pręceptorũ institutione/ ad tã sublimẽ peruenisse sensũ. Seneca gẽtilitio exẽplo innuit Neroni: id nõ humano factũ studio/ sed diuino potius illapsu/ & munere cœlitus infuso. Quæ omnia faciebant ad Pauli cõmendationẽ: & promerendã erga eũ principis beniuolentiam/ si qua virtute/ vitæ innocentia/ & sanctitate promereri potuisset. Nunc audiatur epistola Senecæ quarta.

7 ¶ANNEVS SENECA PAVLO ET THEOPHILO. S IIII.

PRofiteor me bene affectũ lectione literarũ tuarũ: quas Galatis/ & Corinthijs achæis misisti. Et ita inuicẽ viuamus: vt & cũ honore diuino eas ipleamus. spũs eni sanctus: in te/ & supra te/ excelsos/ sublimes/ & satis venerabiles exprimit sensus. Vellẽ itaq; cũ res eximias proferas: vt maiestati carũ/ cultus sermonis nõ desit. Et ne quid frater tibi surripiam/ aut cõscientiæ meę debeã: cõfiteor Augustũ sensibus tuis permotum. Cui/ læto virtutis i te exordio: ista vox fuit. Mirari se posse: vt qui non legitime ibutus sit/ taliter sentiat. Cui: ego respondi. Solere deos ore innocentiũ effari: aut eorũ qui præuaricari doctrina sua nõ possunt. Et dato ei exẽplo Vatinij/ hominis rusticuli/ cui cum duo viri apparuissent in agro Reatino qui postea Castor/ & Pollux sunt nominati: satis instructus videtur. Vale. ¶Q; dixit Corĩthijs achæis: achæis/ epitheũ est. idem eni sunt Corinthij/ & Achæi: qui Isthmũ occupantes/ Helladi quæ Græcia nominatur proximi sunt. Cõfiteor Augustũ sensibus tuis permotum. Neronẽ intelligit: qui nouitatibus gaudebat. neq; tã sermone q̃ sententia permotũ fuisse dicit Seneca: q; qui in humana eloquẽtia assueti sunt (maxime si affectatio adest) nõ aliter spũalẽ recipiunt sermonẽ q̃ prauis disciplinis ibuti verã admittũt philosophiã. Et Senecam epistolas Pauli etiã Neroni legisse: probat Linus. ait eni. Nam & scripta illius quedã magister Cæsaris corã illo relegit: & in cũctis admirabilẽ reddidit. Sed & M. Antonius Sabellicus ægregius nostri tẽporis historiarũ collector. cũ de Paulo/ & Seneca agitaret sermonẽ/ ex hac epistola citat testimonium. extant (inquit) & ad Anneũ Senecã nõnullę. rursus/ Senecæ ad illũ. Quarũ vna: hoc habuit. Cõfiteor (inqt) Augustũ (cũ interim de Nerone loqueretur) sensib⁹ tuis permotũ. Cui/ læto in te virtutis exordio: ista vox fuit. Mirari se posse: vt qui nõ legitime sit ibutus/ taliter sentiat. Cui ego respõdi: solere deos ore inocentiũ effari. Hæc Sabellicus. Et quid est cui læto virtutis in te exordio/ ista vox fuit: nisi Neroni pro iocundo exordio locutiõis virtutis quę ĩ te est ista vox fuit/ Illud sane lætũ & iocundũ fuit de virtute Pauli exordium: mirari se posse/ vt qui nõ legitime sit ibutus/ taliter sẽtiat. Exẽpli Vatinij meminerũt/ & Liuius/ & Valerius/ & pleriq; alij. Cui in vrbẽ eũti in agro Reatino apparuerunt duo iuuenes: qui crediti sũt Castor/ & Pollux. ipse vero qđ ab eis acceperat: nũciauit senatui Persam Macedonicum regẽ priori die/ a Paulo Aemilio captũ. Verum a senatu cõtemptus: in carcerem coniectus est. susceptis autem postea in senatu a Paulo literis illo die Persam captum: & custodia liberatus est Vatinius/ & insuper agro illo donatus. Quod

exemplum vbi recitauit Seneca Neroni: satis Nero persuasus visus est/ & Paulũ diuinitus potuisse esse doctum. Huic epistolæ respondet Paulus: neq; satis probat ꝙ scripta sua prodita fuerint Neroni. ignoscit tamẽ Senecæ: quia id nimio amore eius fecerit/ volens quoad poterat principis ei conciliare fauorẽ. Admonet tamen eum ac precatur: ne amplius id faciat. Et admonet insuper eũ: inter cõcubinas Neronis aliquã esse/ quæ exosum nomen eius haberet. Cuius q̃uis beniuolentiam aut indignationem paruipendat: non vult tamen sua causa/ Senecam illius incurrere offensam. Nunc epistola Pauli quarta.

8 ¶SENECAE PAVLVS. S IIII.

Licet non ignorem Cæsarem nostrum/ rerum admirandarum (si quando desunt) amatorem esse: permittes tamen te non lædi/ sed admoneri. Puto enim te grauiter fecisse: ꝙ ei in notitiã perferre voluisti/ quod ritui & disciplinæ eius sit contrariũ. Cũ enĩ ille gentiũ deos colat: quid tibi visum sit/ vt hoc eum scire velles/ nisi nimio amore mei fecisse te hoc existimẽ? Rogo ergo te: in futurũ ne id agas. Cauendũ enim est: dum me diligis/ offensam dominę facias. cuius quidem offẽsa nec oberit si perseuerarit: neq; si non sit/ proderit. si est regina: nõ indignabitur. si mulier: offendetur. Bene vale. ¶Q̃ Neronem/ Paulus suum Cæsarem appellat: nichil mirũ. quia Christiani tẽporalibus potestatibus: citra dei offensam in omnibus parebant/ & eas confitebãtur. sed vt terrenas potestates cõfitebãtur: atq; venerabãtur. Neq; alios Cæsares/ aut reges q̃ cæteros se habere dicebant: verum cõmuniter cum alijs eosdẽ. Sed curiosus erat Nero. absentes res & nouas: cũ deerant/ affectabat. vbi autem aderant: q̃uis etiam admirandæ & stupendæ essent/ fastidiebat. Sic & de diuinis virtutibus quæ Paulo concessę erant: cum absentes erant/ laudabat & amabat. vbi autẽ affuissent / & eas vidisset: Magiæ & maleficio ascribẽs/ vituperabat. Quod & authore Lino/ in suscitatiõe Patrocli adolescẽtis/ delicati pincernę sui: postea fecit. Et de qua aut cõcubina/ aut vxore loquitur Paulus/ quæ ob delatores forte ei insensa esset: nescitur. Nã & Nero multas reginas/ & pellices multas habuisse legitur. Id tamẽ satis intelligebat Seneca: & id quoq; sufficiebat/ vt sibi caueret. Aliam alternat Seneca epistolam ad Paulũ: cuius hoc/ paucis sit argumentũ. Ex superioribus literis: sensit Seneca Paulũ ægre tulisse/ ꝙ audiente Nerone scripta eius relegerit. veniã postulat: non amplius subinde se facturũ id pollicens. Insuper & Paulo libellũ de verborũ copia dono mittit: arbitror vt elegantioris latinis se Paulus exerceret. quas ipse/ vtpote doctus a spũ sancto: tantilli faciebat ac puerorũ ludos/ nutricularũq; nenias. Amicitiam tamen Senecæ & adductionem ad Christũ/ si ex integro potuisset: multi faciebat. Nũc audiatur quæ quita est Senecæ epistola.

9 ¶SENECA PAVLO. S V.

Scio te non tam tui causa cõmotũ literis quas ad te dedi/ de ędítione literarum tuarũ Cæsari: q̃ natura rerum. quæ ita mentes hominũ ab omnibus artibus/ & moribus rectis reuocat: vt non hodie admirer. quippe vt is: qui multis documẽtis/ hoc iam notissimũ habeã. Igitur nũc agamus: vt si quid in præterito factũ est/ facile veniam irroges. Misi tibi librũ de verborũ copia. Vale Paule charissime. ¶Q̃ rerũ natura. naturã Neronis taxare videtur: quæ ita deprauata/ & ex se incuruata fuisse creditur/ vt eũ ab omni bona arte & rectis moribus reuocare videretur quod & Suetonius vbi de rapinis/ iniurijs/ & alijs sceleribus clam & publice per eũ cõmissis agit: aperte testatur. Petulantiã (inquit) libidinẽ/ luxuriã/ auaritiam/ crudelitatẽ/ sensim quidẽ primo & occulte/ velut iuuenili errore exercuit: sed vt tunc quoq; nemini dubiũ foret/ naturæ illa vicia nõ ætatis esse. En quo modo Neronis naturã accusat. Ad hãc epistolã nõ respõdet Paulus. Nã de natura Neronis/ satius fuit silere: q̃ super ea re/ respõsionẽ facere. Verũ epistolam scribit: in qua & Senecã honorat/ & seipsum humiliat. Nã non in hac vt solebat/ secũdo loco nomẽ suũ posuit & Senecæ nomẽ primo dicẽdo in salutationis exordio Senecæ Paulus. S: sed nomẽ suũ finita epistola/ in calce ponẽdũ reseruauit. Quod senatui Rhomano honorificẽtiæ causa: fieri sancitum erat. Et epistola quæ quinta Pauli est: hunc in modũ se habet.

10 V.

PAVLVS

Quoties tibi scribo/ & nomen meum tibi subsecundo: grauem & sectæ meæ & incongruam rem facio. debeo enim (vt sæpe professus sum) omnib9 omnia esse: & id obseruare in tua persona/ quod lex Rhomana honori senatus concessit/ perlecta epistola vltimum locũ eligere. ne cum aporia & dedecore: cupiam efficere/ quod mei arbitrij fuerit. Vale. Paulus. ¶Aporia: & indigen-

tiam/& dubitationem/& cõfusionem significat. hic autẽ Paulus: pro confusione vtitur.
In cæteris autẽ: litera est dilucida. Ad hanc respondet Seneca: & humilitatem a Paulo
ex ea edoctus/ nomen suum nomini Pauli a modo subsecũdat/ hoc ipso facto/ Paulũ pa
riter/ & Rhomanã ciuilitatem honorãs. magna enim illa tempestate erat nobilitas: ciui
litas Rhomana. Et Paulũ ciuẽ Rhomanũ etiã natũ: ex actis apostolicis didicimus. Se-
neca antẽ: an ciuis etiã Rhomanus fuerit/ vix scimus. Et in hoc: epistolæ satis cognosci
tur argumentum. Nunc subdimus sextam Senecæ epistolã.

11 ¶PAVLO SENECA. VI.

AVe mi Paule charissime. Si michi/ nominiq; meo/ omnibus modis nõ
dico fueris iunctus/ sed necessario mixtus: actũ erit de tuo Seneca. Cũ
sis igitur vertex/ & altissimum omnium mõtium cacumen: nõ ergo vis
læter/ si ita tibi sim proxim9/ vt alter similis tui iudicer/ Haud itaq; te
indignũ prima frõte epistolarũ nominãdũ sentias: ne nõ tã tẽtare me
q̃ ludere videaris/ quippe q scias te ciuẽ esse Rhomanũ. Nã qui meus:
tuus. & qui apud tuos tuus est locus: velim vt apud meos/ meus. Vale
mi Paule charissime. ¶Ex hac epistola: testimonium sacer citat Hie-
ronymus. Quæ huic respondeat: ex Paulo nõ habemus/ neq; oportet. Nam hęc: episto
læ Pauli respõdebat. Aliam epistolã scribit Seneca: de excitata persecutione in Christia
nos & iudæos/ ratione incẽdij vrbis Rhomæ. cuius cum insontes essent: falsis crimina-
tionibus passim trahebãtur ad supplicia/ & neci dedebãtur. Dolet Seneca/ tam iniuste
innocentiam damnari: sciens a Nerone ignẽ Rhomæ imissum/ & insulis/ sed aperte tu-
tum non erat scribere. Hortatur itaq; Paulũ æquo esse animo: & authori malorũ pœnã
auguratur futuram/ stygialem ignem. Hoc/ pro epistolæ sit argumento. Nunc subden-
da septima Senecæ epistola.

12 ¶PAVLO SENECA. VII.

AVe mi Paule charissime. Putasne me cõtristari et luctuosum esse: q; de
innocentia vestra subinde suppliciũ sumatur/ deinde q; tam dure/ tãq̃
obnoxios reatui: vos omnis populus iudicet/ putãs a vobis fieri quod
vrbi contrarium sit/ Sed feramus æquo animo: & vtamur foro quod
sors concesserit/ donec inuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit
& priscorum ætas Macedonem Philippi filium/ Persam Darium/ &
Dionysium/ nostrum quoq; Caium Cæsarem: quibus quicquid libuit/
licuit. Incẽdium: vrbs Rhomana/ manifeste vnde sæpe patiatur con-
stat. Sed si effari humilitas potuisset quid causæ sit/ & impune in his tenebris loqui li-
cuisset: iam omnes omnia viderẽt. At Christiani/ & iudæi quasi machinatores incẽdij:
supplicio affici solẽt. Grassator ille quisquis est/ cui voluptas est carnificina/ & mendaciũ
velamentũ: tẽpori suo destinatus est. et vt optimus quisq; vnũ pro multis donatũ est ca
put: ita & hic donai9 pro õnibus/ igni cremabitur. cxxxij domus/ ĩsulę iiij: sex dieb9 ar-
sere. septimus: pausam dedit. Bene valere te frater opto. ¶Quod hic ait de Macedone
Philippi filio/ & Persa Dario: omnes satis intelligũt de Alexandro Macedonũ rege di-
ci/ & Dario rege Persarũ. Sed de Dionysio/ & Caio: id intelligẽdũ est de Dionysio qui
deuicit Indos/ & de Caio Caligula/ qui q̃ licẽter vixerit/ authore Trãquillo cognoscitur.
Incendiũ vrbis: & Tranquillus/ & Cornelius Tacitus/ & insignes historiographi testã-
tur. Et hinc/ prima persecutio in Christianos excitata est: imposito eis falso incẽdij cri-
mine/ cuius Nero extiterat author/ vt & Suetonius/ & Cornelius prodidere. Nã cũ me-
moriæ eius succurrisset quendã dixisse: me moriẽte terra cõflagret igni. immo dixit: me
viuẽte. Et missis cubicularibus suis: vrbẽ incẽdit. Et incendiũ vrbis e turre Mœcenatica
prospectãs: lætus flãmæ aspectu/ incẽdiũ Troianũ (sũpto habitu scenico) decãtabat/ ge-
stiẽs/ saltitãs/ & tripudiãs. Ecce grassator ille/ diabol9 ille Nero/ Petri Pauliq; necator/ q
vrbẽ incẽdit/ cui carnificina innocẽtiũ & iudæorũ/ & Christianorũ voluptati erat/ & cui
mẽdaciũ q; Christiani ignẽ vrbi supposuissẽt velamẽtũ. Et ad hanc epistolã: Pauli respõ
siuã nõ habem9. Et aliã ad Paulum mittit epistolã Seneca: de quibusdã operib9 allego
ricis/ & ænigmaticis eius. Dubiũ eni nõ est/ in tot annis quibus Christo militauit xxxvj
& amplius (vt ait Sophronius: quod & facile ex calculo deducitur) Paulũ multo plura
fecisse q̃ q̃ ad nos peruenerit. e quib9 illa allegorica & ænigmatica quorũ Seneca memi
nit: esse possũt/ & quæ iniuria tẽporũ periere. Et voluisset Seneca ĩducere Paulũ: vt or-
natũ eis pręstitisset rhetoricum. Sic certe rhetores ad suũ stilũ afficiũtur: vt Lycophron
ad citharã. Paulus vero ĩ hoc ipso/ nõnũq̃ pręsentẽ cũ id suaderet: modeste corripuerat
Senecã. inquiẽs multos qui id affectarent: sensus corrũpere/ & rerũ virtutes eneruare/ et

(vt ſic dicã) euitare & emaſculare. Et certe qđ fucus eſt in muliere & ideo ſuſpecta muliere: propemodum eſt iſte curioſior & affectatior rhetoricus ornatus ĩ oratione. Et ſi cũ de rebus humanis loquimur / & de rebus mollioribus hic fuc⁹ ſi cõmittitur / nõ multum culpatur (nã & cultus in molliuſcula muliere etiã ſuperfluus: plerũq; placet) cum tamẽ de rebus diuinis / altioribuſq; ac grauioribus & omnino caſtis / habetur ſermo: hic orationis affectus / omnino dedecet / haud ſecus ac fucus viros. Nã hic ſermo maſculus: vires / ſenſuſq; maſculos aut habet aut habere debet. Quare mirum nõ eſt: ſi in hoc ab apoſtolo nõ erat Seneca audiẽdus / tãetſi et Paulus potuiſſet orationi ſuæ huiuſmodi cultũ dare. norat enim muliebrẽ ornatum: dedecere virũ / corrumpere / emollire / eneruare. Seneca tamen: quodãmodo venia dignus. nam ex amoris id ſuadebat affectu. præſumebat tamen ex infirmitate carnis ſuper ſpiritum: credens ſe melius poſſe q̃ ſpiritus ſanctus illi dabat. Qui ſi conſyderaſſet quid olim Theopompo ſcriptori accidiſſet / qui cum rhetorico ſtilo ſacros temeraſſet apices / lumine oculorũ ſubito priuat⁹ eſt: forte cautior fuiſſet. Nunc octaua audiatur Senecæ epiſtola.

13 PAVLO SENECA. VIII.

AVe mi Paule. Allegorice / & ænigmatice: multa a te vſquequaq; cõdũtur opera. Et ideo rerũ & munerũ tanta vis tibi tributa: non ornamẽto verborũ / ſed cultu quodã decoranda. Nec vereare: qđ ſæpius te retineo dixiſſe. multos / qui talia affectent: ſenſus corrumpere / rerũ virtutes eneruare. Verũ michi concedas velim: latinitati morem gerere / honeſtis vocib⁹ ſpeciẽ adhibere / vt generoſi muneris conceſſio / digne a te poſſit expediri. Bene vale. ℭ Ecce fatetẽ verba Pauli accõmodata: ſed orationem / ſpeciem deſyderare. Et certe ſic accommodata verba Pauli & aliorum qui in primitiua eccleſia afflatũ ſpiritus ſancti ſenſerunt: vt quomodo apte de deo loquendum eſſet ignoraretur / niſi ab illis mutuarentur verba. Sed quã ſpeciem deſyderat oratio: accõmodatis verbis & honeſtis vocibus conflata? quã ſpeciẽ / quẽ cultum vult adhibere Seneca? Certe rhetoricũ. Quaſi arbor onuſta fructibus pulchra non ſit: niſi pariter ꝗdnaſcãtur flores. quaſi matura ſeges pulchrior nõ ſit: q̃ floreſcente culmo. At ſecus natura prouidit. cũ fructus adeſt: floribus opus nõ eſt. Neq; ſane Pauli ſermo (fructus enĩ eſt) eo egebat: quẽ autumabat Seneca / flore. Ad hanc / modeſte Paulus reſpondet epiſtolã: latẽter innuens ꝙ nõ humanũ / ſed diuinũ ipſe ſuo ſenſu iudicat ſermonem. flores non eſſe quę proponit: ſed fructũ & ſemina. nõ verba hominis: ſed dei. & bonũ pandit: nõ quod a nobis vt a nobis acquiri poſſit / ſed quod a deo deriuatũ / incrementũ ſumit / & manet inęternũ. Quæ in ſcriptis eius Seneca legit: hortatur vt teneat. vitet gentilium & Iudæorũ obſeruationes. Et quia tantopere rhetoricæ orationis tenebatur affectu: cõcedit et vt rhetorico ornatu laudes Chriſti Ihesu cõcinat. immo & legat principi / domeſticis / & fidis amicis eius: qui magis orationis flore alliciuntur / q̃ viuifico fructu paſcantur. q̃uis nõ ignoret Paulus aſperos fore & inſuaſibiles: ad ea credenda quę ſunt Chriſti Ihesu. & ſubſequitur epiſtolæ Pauli ſextæ & vltimæ / qua Senecæ reſpondet: contextus.

14 ℭ SENECAE PAVLVS. VI.

PErpendenti tibi ea ſunt reuelata: quæ paucis diuinitas cõceſſit. Certus igitur iã ego ſum: ꝙ in agro fertili ſemen fortiſſimũ ſero. non quidẽ materiam quæ corrumpi videtur: ſed verbũ dei / ſtabile / deriuamentũ boni creſcentis & manẽtis inæternũ. Quod prudẽtia tua aſſecuta eſt: indeficiẽs fore debebit / & ethnicorũ / & Iſraelitarum obſeruationes cẽlere vitandas. Nouum te authorem feceris CHRISTI IHESV: præconijs oſtendendo rhetoricis irrepræhenſibilem ſapientiam / quam propemodũ adeptus: regi temporali / eiuſq; domeſticis / atq; fidis amicis inſinuabis. quibus aſpera & ægre captabilis erit perſuaſio: cum plerĩq; eorũ minime flectantur inſtitutionibus tuis. Quibus vitale commodũ ſermo dei inſtillat: nouum hominem ſine corruptela / perpetuũq; animã parit / ad deũ iſtinc recte properantem. Vale Seneca / chariſſime nobis. ℭ Si Nero / ſi domeſtici eius inſtitutionibus Senecæ quæ humanæ erant non acquieſcebant: tanto minus ſe faciles præſtituri erant / vt ijs crederent quæ de Chriſto dicebantur / & de æternis bonis / de regeneratione in nouũ hominẽ ſine corruptela / & reliquis myſterijs quæ veriſſima ſunt / ſine quibus non poteſt conſtare humana ſalus. Et conſentiebat Paulus / vt potius aliqua ſuo ſtilo excogitata de Chriſto legiſſet Seneca Neroni: q̃ myſteria quæ ipſe ſcripſerat. Nã potius Nero & domeſtici eius ex blãditijs ſermonis adduci poterãt ad ſalutẽ: q̃ ex altioribus myſterijs / ſi ſeſe medicabiles exhibuiſ-

P A V L V S

ſent.Q₂ ſi nō:benignitas dei quæ eos vocaret ad pœnitētiā/ & vitæ commutationem in
melius/ non defuit/ vt ipſi ex ſeipſis grauius in futurū punirentur. Et an id fecerit Sene-
ca:nos latet.nunq̄ tamen ad veram Chriſti lucem/ perueniſſe arbitror/nec ſpiritus acce
piſſe regenerationē:q̄uis & Pauli & Chriſti amator fuerit & admirator. ſed hic amor &
hæc admiratio vrbana remāſit:q̄uis multū laborauerit Paulus/ vt eſſet efficax. Neq̧ enī
ob calumniā (ſi inſons erat) coniurationis Piſonianæ venas ſibi præſecuiſſet/ venenum
ſumpſiſſet: vt lentam acceleraſſet mortē:nec ſe tandem cum id venenum non valuiſſet/
vapore balnei reſoluiſſet.ſed potius hæc ōnia ab alio expectaſſet:q̄ hæc aut ipſe ſibi/ aut
ab alio fieri imperaſſet.Martyres Chriſti potius imitari debuit:q̄ aut Lucretię/aut Cato-
nis miſerabile fatum.Sed hæc magis deplorando q̄ detrahendo dicimus: cum viuus a
Paulo veneratꝰ ſit.vtinā & ſic finiuiſſet: vt & poſſet cū Paulo venerari. At forte hic q̄res
cum Paulus in decima epiſtola quæ quinta ſua eſt non ſubſecūdauerit nomen ſuum/ſed
in calce epiſtolę peracta quidē epiſtola ſubiunxerit: cur in hac nomen ſuū ſubſecūdauit/
& non potius (vt prius) adiecit calci? Huic quæſtiunculæ non indigne forſan ſatiſfece-
rit/ qui dicet: id Paulum feciſſe/ q̄ ſexta ſua epiſtola quæ illi reſpondebat petierat Sene-
ca/nomen eius nomini ſuo nō modo proxime iungi/ verū (ſi fieri poſſet) miſceri. acquie-
uit itaq̧ petitioni eius apoſtolus: & nomen ſuum proxime nomini eius adiunxit. nomē
enim nomini in epiſtolio mittendo proxime iungere: amicitiæ & agglutinati amoris i-
diciū eſt. nomē ſubſecūdare: eſt eū ad quē ſcribis præhonorare/ tibiq̧ i honore pręferre.
ſi vero nomen tuū præponis: te honore pręfers. quod licet: tum maxime cum præceptor
ad diſcipulum/ vel ſuperior ad inferiorē ſcribit. Si autem in calce nomē tuum locas: indi
cium eſt maioris venerationis. Et quo magis procul a ſcriptura: maioris/ & propemo-
dum iuxta perſonarū qualitatem ad quas ſcribis/ auguſtæ iam venerationis. quæ quodā
modo licet ex Pauli q̄nta & Senecæ ſexta quæ præmiſſæ ſūt epiſtolis itelligi. Verū inge
nue fateor: hæc paſſim in ſcribēdo confundi/ & ſi id ratio propemodū velit. Sed hactenꝰ
in humilioribus/ occaſione familiaris ad Philemonē epiſtolæ: ſatis diuaricata ē oratio.
nunc ad ſequentis libri ſeria recurrat: nobis ad implendū munus/ gratiā obtinente bea-
tiſſimo Paulo/ largiente vero/ Chriſto. Cui cum patre & ſpiritu ſancto: omnis honor/ &
A gloria/ & gratiarum actio in omnia ſeculorum ſæcula. Amen.
1 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literā. ¶ Vulgata editio. Philemoni dilecto ad-
iutori noſtro/ & Appiæ ſorori chariſſimæ. ¶ Sorori: abūdat. Apphiæ ph aſpirato ex Pau
lo/ dicendum eſt. Et dilectæ. Eſt enī fœmininū eius quod paulo ante iterpres dilecto di-
xit. quod ſacer notat Hieronymus. & id dilectum: ſignificare diligibilē/ quiq̧ dignus ſit
A & meritus amari. Paulꝰ. φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ ἀπ-
2 φίᾳ τῇ ἀγαπητῇ. ¶ Vulgata æditio. Quam habes i domino IHESV. ¶ Melius ad/
vel erga dominū Iheſum. Paulꝰ. ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν. ¶ Vulgata ędi
tio. Vt cōmunicatio fidei tuæ euidēs fiat. ¶ Dicēdū potius/ efficax q̄ euidens: quod et ſa
cer hic āuotat Hieronymus. Paulꝰ. ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς
γένηται. At hoc arbitror veteri iterpreti feciſſe allucinationē: vocabulorū ἐναργὴς pri
ma vocali in medio/ & ἐνεργὴς ſecunda in medio vocali vicinitatem. quorum hoc ef-
ficacē & operoſū: illud euidentē & manifeſtum ſignificat. hic autē vocabulū: ſecūda vo
cali media/ habetur. ¶ Vulgata æditio. In agnitione omnis operis quod in nobis eſt in
CHRISTO IHESV. ¶ In pleriſq̧ codicibus græcis/ operis non habetur: ſed duntaxat
ſic. ἐν γνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν εἰς τὸν χριστὸν ἰησοῦν. Magnum
bonū profecto in Paulo & Timotheo erat cognitio myſteriorum fidei Chriſti: quorum
& particeps effectus erat Philemon. Aliqui etiam codices habēt ἐν γνώσει παντὸς
ἔργου ἀγαθοῦ. Sed quænā hæc opera bona: quæ in Paulo & ſuis erant? Profecto ope-
ra fidei Chriſti/ & quæ ex gratia Chriſti adepti erant/ immo quæ & Chriſti gratia in eis
A operabatur. qđ ex plenitudine fidei: nequaq̄ latere poterat Philemonem. ¶ Vulgata ędi
3 tio. Gaudiū enim magnum habui & conſolationem in charitate tua. ¶ Legimus nunc
gratiā/ non gaudium. Et habemus: pluratiue/ & tempore præſenti/ non habui præterito
ſingulari. et reſpicit & Paulū & Timotheum/ etſi nichil referat: ſi vnum ſolū vt Paulum
reſpiciat/ ac ſit hic ſenſus. Gratiam habemus dilectioni tuæ & inſuper in ea cōſolamur.
Arbitror tamē veterē interpretem legiſſe χαρὰν non χάριν: & hinc quoq̧ vertiſſe gau
B dium non gratiam. Paulus. χάριν γὰρ ἔχομεν πολλὴν, καὶ παράκλησιν ἐπὶ
4 τῇ ἀγάπῃ σου. ¶ Vulgata æditio. Propter quod multā fiduciā habēs in CHRISTO
IHESV imperandi tibi quod ad rē pertinet. ¶ Iheſu: abundat. Et quod dixit interpres
quod ad rem pertinet: dici poteſt quod decens/ aut quod fas eſt. Paulus. διὸ πολλὴν
ἐν χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον. ¶ Vulgata æditio. Pro-

pter charitatē magis obſecro: cū ſis talis vt Paulus ſenex/ nūc autē & vinctus IHESV
CHRISTI. ¶Dicendū eſt potius prima perſona cū ſim talis/ nō ſecūda ſis. Quod ſub-
iūgitur vt Paulus ſenex: declarat quod dixerat talis. acſi diceremus cū ſim talis/ vide-
licet Paul9 ſenex / et etiā nūc victus Iheſu Chriſti. Nō eni Philemon talis erat vt Paul9
ſenex / & victus Iheſu Chriſti id eſt pro Chriſto. Sed hoc luſit interpretem: ꝙ participiū
ὢν omni perſonę indifferens eſt. At debuit attendere: ꝙ rectus eſſet ꝙ̄ꝗ referri nō poſ
ſet ad eū cui ſermo dirigitur/ ſed ad loquētē. alioqui oportuiſſet eſſe accuſatiuū / ac ſi ex-
ēplū eſſet παρακαλῶ σε τοιοῦτον ὄντα. nūc autē per rectū ponitur. Paul9. μᾶλλον
παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν ὡς παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἰη-
σοῦ χριστοῦ. ¶Vulgata æditio. Quē genui in vinculis Oneſimo. ¶Deeſt meis. Paulus.
ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου ὀνήσιμον. ¶Vulgata æditio. Quē remiſi tibi.
¶Tibi: abundat. Paulus. ὃν ἔπεμψα. ¶Vulgata æditio. Vt mea viſcera ſuſcipe. ¶In
Paulo dicit: hoc eſt/ qđ efficaci9 ſonat q̄ vt. queadmodū id: apd ſaluatorē. Q̄diu feciſtis
vni de his fratrib9 meis minimis/ michi feciſtis: efficaci9 ſonat q̄ ſi dictū fuiſſet/ q̄diu feci
ſtis vni de his fratrib9 meis minimis: vt michi feciſtis. qđ eni ē vt michi feciſtis: niſi tāq̄
niſi quaſi michi feciſtis? Sed cum dicitur michi feciſtis: hoc michi feciſtis perinde eſt ac
C ſi abſolute dicatur michi feciſtis. Efficacior igitur lōge eſt ſermo Pauli/ q̄ iterpretis. Pau
5 lus. τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ. ¶Vulgata æditio. Sine cōſilio au-
tē tuo: nichil volui facere. ¶Dici poteſt. ſine autē ſentētia tua. Paulus. χωρὶς δὲ τῆς
C σῆς γνώμης, οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι. ¶Vulgata æditio. Forſitan eni ideo diſceſ-
6 ſit ad horā a te: vt eternu n illum reciperes. ¶A te: abūdat. Et id eternū: vim habet ad-
uerbij æterne. ac ſi diceremus. forſitan eni horarie et (vt ſic dicā) momētanee receſſit: vt
æterne illū reciperes. ſic qui momētanee pro Chriſto a voluptate diſcēdūt: æterne purā
& ſyncerā voluptatē recipiūt. quid eni præſentis totū tēpus vitæ: niſi pūctū & momētū
quoddā? Quod dicitur forſitan: Paulū & Philemonē reſpicit/ quibus euētus fortuiti eſſe
poterāt. Nā deo nichil fortuitū: ſed determinatū ōne. Verū & abitio infidelis Oneſimi
& reditio iā fidelis ad eterne manēdū cū eo i corpore Chriſti: fuit ipſi Philemoni fortui-
ta/ ſed fœlici & beata prouidētia directa. Paulus. τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη
πρὸς ὥραν. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς. ¶Vulgata æditio. Iā nō vt ſeruū/ ſed pro
ſeruo chariſſimū fratrē. ¶Poti9 dicēdū/ ſup ſeruū q̄ pro ſeruo. nā ὑπὲρ hic: nō genitiuū/
ſed accuſatiuū habet. Et dilectū fratrē: nō dilectiſſimū. Recipiebat eni Philemon nō ſo-
lū ſeruū/ ſed magis q̄ ſeruū. qui eni ſeruū recipit & fratrē: ſeruū recipit/ & ſup / magiſq̄ q̄
ſeruū. Ex cōditione eni carnis/ ſeruū: at ex cōditione ſpiritus quā Oneſimus iā induerat
D ab alto/ fratrē recipiebat Philemon. Paulus. οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον. ἀλλ᾽ ὡς ὑπὲρ
8 δοῦλον ἀδελφὸν ἀγαπητόν. ¶Vulgata æditio. Ita frater ego te fruar ī domino:
refice viſcera mea. ¶Quod vetus iterpres dicit/ ita: notat ſacer Hieronymus eſſe aduer
biū blandiētis. Inuenimus apud Paulū hāc notā eſſe affirmātis: vt cap. primo ſecundæ
ad Corithios epiſtolæ. et notā hortātis & excitātis: vt cap. quarto epiſtolæ ad Philippē-
ſes Hic aūt notā amicātis animi/ & bene vouētis ac īprecātis/ quod potius dici malim q̄
blādiētis. nam blādiri/ aſſentari/ & palpare: carnaliū eſt. bene vouere autē/ optare/ & be-
ne imprecari: ſanctorū & ſpiritualiū. tametſi eni affectatiua particula ſit: longe tamē alij
affectus in carnalibus & ſpiritualibus/ & alijs nominibus exprimēdi. Verū ſacer Hiero-
nymus cū dixit notā hic eſſe blādiētis: vulgarē loquēdi cōſuetudinē ſequutus eſt. Et ſūt
forte qui hic dici malint potiar q̄ fruar: ꝙ vocabulum fruar magis diuinis rebus tribui
debeat q̄ humanis. Verū quibus placebit vocabulū fruar: non magnopere eſt obnitēdū/
cum nō ſimpliciter Paulus dicat fruar te/ ſed fruar te in domino. frui autē aliquo in do-
mino: non eſt pricipaliter delectari in eo/ ſed in dño/ eo tamen eius fruitionis occaſionē
præſtāte. Et vocabulū quo hic vtitur Paul9 ὀναίμην potiar/ fruar/ cōſequerer aut quip
piā ſimile ſignificare: ex Suyda cognoſcim9. ait ei. ὀναίμην. ἐπιτύχοιμι. ἀπολαύ-
σω. Paulus. ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ, ἀνάπαυσόν μου τὰ
σπλάγχνα ἐν κυρίῳ. ¶Vulgata æditio. Nā ſpero per orationes veſtras: donari me
vobis. ¶Me: abūdat. Paul9. ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν. χαρι-
σθήσομαι ὑμῖν. Et apud Gręcos ſubſcriptio habetur. Ad Philemonē ſcripta Rhomæ.
miſſa per Oneſimum famulum.

¶COMMENTARIORVM EPI. BEA. PAV. APO. DECIMI-
TERTII LIBRI IN EPI. AD PHILE. CVM DEI
GRATIARVM ACTIONE

F I N I S.

¶ COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER QVARTVSDECIMVS/ QVI EST IN EPI. AD HEBRAEOS. CAP. I.

QVAE a beatissimo Paulo scribitur ad Hebræos
epistola: sine salutatione prçuia reperitur: finalẽ
tamen continet salutationẽ. vt vel ex ea cogno
scatur Pauli esse epistola. Qꝫ autem primam sa-
lutationem non habemus: arbitror factum/ ꝙ
archetypũ/ neqꝫ grçci/ neqꝫ latini habeant. nam
patrio Hebræoꝝ sermone: eam conscripsit apo
stolus. Sunt qui nituntur defendere: neqꝫ no-
men Pauli/ neqꝫ salutationem præfixam fuis-
se/ ꝙ ad eos scribebat quorũ nõ erat apostolus.
Quæ ratio si non satis est efficax (quis eni episto
lã scribit: qui nomen suũ nõ apponit/ & ad quid
nomẽ suum dissimulasset/ aut subticuisset: cũ ad
eos scriberet qui fideles & fratres iã erant/ credẽ
tes in Christũ vt ex cap. 10 manifeste constat/)
verisimile est eũ qui eã sic transtulit: aut mancũ
exemplar habuisse/ aut statim a præcipua traduxisse materia continuo salutationi sub-
nexa. in qua Paulus multis argumẽtis cãpo scripturarũ per spiritum sanctũ apto: Chri
sti excellentiam/ diuinitatẽ/ & humanitatẽ/ & veram quidẽ vtranqꝫ naturã/ dilucide ostẽ
dit. Et primo q̃ vnitas multitudinem præcedit (vnitas eni ante omnem multitudinẽ: &
ab vnitate omnis multitudo) tam Christus omnẽ prophetã/ & omnẽ angelorũ multitudi
nem & antecedit & antecellit. est enim filius/ est verbum dei: per quod facta sunt omnia.
Primo/ ĩ multiplicitate/ & ãgelorum ministerio prophetis se infudit deus: & per prophe 1
tas locutus est/ vt ĩ Ozeæ scriptum est. Visiones multiplicaui: & in manibus prophetarũ
assimilatus sũ. In fine autẽ non in multiplicitate/ non per visiones/ sed in vnitate/ & per
semetipsum in filio/ qui Christus dominus est: locutus est mundo/ implens suum quod ĩ
Esaia scriptum est/ oraculũ. Ego ipse qui loquebar: ecce assum. Sermo igitur Christi: ser-
mo dei est/ per ipsum vnice & ĩ veritate/ per quã constant vniuersa. Sermo prophetarũ/
sermo dei est: nõ ĩmediate per ipsũ/ nõ in diuina simplicitate/ sed in multitudine/ non in
veritate sed in similitudine quæ creata est & non creat. quanto igitur ĩteruallo/ veritas
per quam facta sunt omnia antecellit creata: tanto Christus omnes prophetas. at id cõ-
1 stat infinitum esse/ & omnẽ refugere cõparationis/ proportionisqꝫ legẽ. Qđ innuit theodi-
• dactus & spiritiloquus apostolus: dicens. ¶ Multifariam/ multisqꝫ modis deus qui olim
• loquebatur patribus in prophetis: nouissime diebus his locutus est nobis in filio/ quem
• posuit hçredem õnium/ per quẽ fecit & sæcula. ¶ Quæ hic dicit apostolus: vniuersa scri-
pturis spiritus sancti constant. Multifariam id est multipartite deũ in prophetis locutũ:
iam ex Ozeæ testimonio dictũ est. Multiplicaui (inquit) visiones: & in manibus prophe
tarũ assimilatus sum. locutũ autem in filio: & hoc ostẽdit oraculum. Ponam in saluta-
ri: fiducialiter agam ĩ eo. Et quidnã fiducialiter agat in eo/ ostendit: locutionẽ castã/ pu-
ram/ simplicem/ & septuplici spiritu refusam. Eloquia (inquit) domini/ eloquia ca-
sta: argentum igne examinatum/ probatum terra/ purgatum septuplũ. Qꝫ positus sit hæ
res omnium: scriptura dicit. Postula a me/ & dabo tibi gentes: hçreditatẽ tuam & posses-
sionem tuam/ terminos terrç. Et quid est quẽ posuit hæredẽ vniuersorum: nisi cui dedit
potestatẽ omniũ/ & fecit omniũ regem/ quod in beata visione vidit Daniel: cum filius
hominis/ qui idẽ & filius dei/ oblatus est antiquo dierum. Et dedit (inquit) ei potestatẽ/ et
honorẽ/ & regnum/ & omnes populi/ tribus/ & lingnç seruient ei. potestas eius: potestas
æterna/ quæ non auferetur. & regnum eius: quod non corrũpetur. Ecce quomodo posi-
tus est hæres omnium. Sed nõne ipse idem est: verbum domini/ Verbum autẽ domini:
est per quod dixit/ & facta sunt omnia. Ipse (inquit) dixit: & facta sunt. Ecce verbum: de
quo dictum est. Misit verbũ suũ/ & sanauit eos. & eripuit eos de interitionibus eorũ. Et
rursum. Et videbit omnis caro pariter: quod os domini locutũ est. Et verbũ domini ma-
net inæternum. Ecce verbum çternum/ omnia præcedens sæcula: per quod fecit deus &
sæcula. Scrutentur Hebræi scripturas: & videbunt Paulum/ spiritu prophetarũ/ eis ape
rientẽ prophetas. Sed de isto verbo bono quod pater bonus eructauit/ & ex intima sub-
stantia sua progenuit/ quẽ regem psalmus 44 appellat/ & linguã dei/ & calamũ scribç/
& speciosum præ filijs hominũ/ & deniqꝫ deũ: amplius secundo loco prosequitur diuin9 2
apostolus/ vt excellentia eius super omnes/ hac etiã ratione cognoscatur. Nam quis ali9

prophetarũ/immo quis angelorum splendor gloriæ dei patris/& signaculum subsisten
tię/ cõsubstantialis impressio/ imagoꝗ dicitur/omnia verbo potens/omnia sustentans/
seipso purgationem peccatorũ faciens/peccataꝗ demittens/sedẽs in dextera magnificẽ
2 tiæ dei/Hæc autẽ omnia:scripturæ de Christo domino dicũt. Præcellit igitur omnia:cui
talia conueniũt. Quod subdit beatissimus Paulus:dicẽs. ¶ Qui cũ sit splendor gloriæ/et
character hypostaseos eius/ferensꝗ omnia verbo potestatis suæ/qui cũ per seipsũ pur-
gationẽ peccatorum nostrorum fecit:sedit in dextera maiestatis in excelsis. tanto melior
angelis existens:quanto principalius præ illis adeptus est nomẽ. ¶ Quem splendorẽ di-
cit Paulus:Ioannes verã lucem appellat. neꝗ splẽdor ille aliud est/ꝗ̃ vera lux:quæ illu-
minat omnia. Verum cũ lux solis medio interposito(vt terra)nobis apparet:splendor et
aurora dicitur. hunc prope in modum propter carneum velamen/quod vera lux sibi as-
sumpsit/& per quod angelis & hominibus illucere voluit:eadẽ lux/& lux vera/ & splen-
dor gloriæ dicitur. sic enim septuaginta scripsere. Tecũ pricipiũ in die virtutis tuæ ĩ splẽ
doribus sanctorũ tuorum:ex vtero ante luciferum genui te. Et quid est character hypo-
staseos eius :nisi signaculũ/ & imago subsistentiæ paternæ/id est personæ patris. Et id:
verum & consubstantialẽ designat ipsum esse dei filium. est enim omnis verus cuiusꝗ̃ fi
lius:character & substãtialis imago/imo consubstãtialis paternæ personæ. Omnia ferẽs
verbo potentiæ suæ. nã omnia potest. Data est(inquit)michi omnis potestas:in cœlo &
in terra. Quę õnia/ sub sapientiæ nomine:Salomon celebrat dicens. Cãdor est lucis æter
næ:& speculum sine macula maiestatis dei/& imago bonitatis illius. Et cũ sit vna: õnia
potest. Per seipsum peccatorum nostrorũ purgationẽ fecit:quando per seipsum nos redi
mere dignatus est. De quo Malachias prophetauerat. Ipse enim quasi ignis conflãs/&
quasi herba fullonum:& sedebit conflans & emundans argentum/& purgabit filios Le
ui. Et per se/ipse peccatorũ purgationẽ facere se declarauit:quãdo paralytico per tegu-
las domus in lectica demisso/dixit. Homo/dimittũtur tibi peccata tua. Et cum scribæ &
pharisęi tacita cogitatione(quæ nequaꝗ̃ latere poterat eũ/qui omnia sciebat)cogitarẽt:
quis est hic/qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata:nisi solus deus? se
ostendens ꝙ ille esset/qui est scrutator cordium/& dominus qui nouit cogitationes ho-
minum:dixit. Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi
peccata: ait paralytico/tibi dico surge. tolle lectũ tuũ:& vade in domũ tuã. Et confestĩ
consurgens coram illis/tulit lectum in quo iacebat:& abijt in domum suã/ magnificãs
deum. Et stupor appræhendit omnes:& magnificabant deum. & repleti sunt timore/ di-
centes:quia vidimus mirabilia hodie. Sed quid viderunt? Profecto eum qui fert omnia
verbo potestatis suæ:qui per seipsum peccatorũ purgationem facit. quem quicunꝗ co-
gnoscunt/& confitentur/& purgari volunt:proculdubio ab omni infirmitate peccati cu
rantur/mundantur/purgantur. non quia volunt:sed quia ipse qui õnia potest/vult. ipse
enim est qui ait:volo/mundare. Sed nunquid vbi purgationem peccatorũ fecit: ascẽdit
in cœlum/& cõtinuo resedit ad dexterã patris? Cum enim ad passionem duceretur/ om
nium/maxime fidelium purgationẽ peccatorum facturus:principibus sacerdotũ & scri-
bis dixit. Ex hoc autem:erit filius hominis sedens a dexteris virtutis dei. Quod in spiri
tu vidẽs/propheta ante prædixerat:cũ arcanum vidit patris ad filium colloquiũ. quod
his verbis posteritati expressit:dicens. Dixit dominus domino meo:sede a dextris meis.
Sed quis purorũ hominũ & qui solum homo est/quis angelorũ vnꝗ̃ sedit a dexteris vir-
tutis dei? Præstat igitur hominibus & angelis:immo simpliciter omnibus. Et tanto ãge
lis est præstantior:quanto excellentiora/potiora/augustiora ex sacris eloquijs sibi vendi
cat nomina/ꝗ̃ ea quæ tribuuntur angelis. Nam filius dei:dicitur in atomo/& simplicita-
te æternitatis genitus. angelus:non. Deus:se patrẽ eius testatur. angelorũ: non /sed fa-
ctorẽ. Præcipit deus:ipsum ab angelis adorandum. non autem angelos præcipit adorã-
dos:immo vetat. Ait enim. Dominum deum tuum adorabis:& illi soli seruies. Quẽ igi
tur iubet adorandum:deus est. Et ne credas eum minorẽ esse deum/& alium maiorem:
filius dei & deus dicitur/& cõmune throni cum deo habere consortium/& sceptrũ recti-
tudinis regni tenere. vt vel sic:intelligatur maiestatis/regniꝗ æqualitas. Sed neꝗ an-
gelus vllus:vnꝗ̃ deus dictus est thronum æternum cum deo habens/& sceptrum regni
eius tenens. Sed & filius dei/dicitur principiũ in quo deus fundauit terrã:& manus cœ
lorum artifex. At nulli angelorum:aliquod horum nominum conuenit. non enim ẽ an-
gelus principium in quo terra fundata est:neꝗ artifex cœlorũ. Nã non est angelus crea-
tor:sed creatura. Christus dicitur sedere a dextris dei. nullus autem angelorum dicitur
deo consessor:sed dicuntur assistere/& ministrare ei. Christus Iesus hæc omnia dicitur:
qui filius dei per prophetarum oracula est declaratus/per virtutes & signa/per propriã

vocem.Dixerũt autem omnes:tu ergo es filius dei. Quí ait. Vos dicitis: quia ego ſum.
Per paternã vocem.Hic eſt filius meus dilectus/in quo michi cõplacui: ipſum audite.
Per ſpiritus ſancti illapſum:omnes ſcripturas de filio dei pectoribus apoſtolorũ infũdẽ
tis.Per quẽ & ſacrarum literarum hoc in loco de excellẽtia non vnius tantũ/ ſed pluriũ
3 nominum Chriſti domini/ ſupra nomina ãgelorum/immo ſupra õnia:nobis aperit ſen
ſũ apoſtol9/ dicẽs.¶Cui eĩ ãgelorũ dixit aliquãdo:fili9 meus es tu/ego hodie genui te?
Et rurſus.Ego ero ei in patrẽ:& ipſe erit michi in filium. Et iterum cum introducit pri
mogenitum ĩ orbem terræ:dicit.Et adorẽt eum:omnes angeli dei.Et de angelis quidẽ
dicit.Qui facit angelos ſuos ſpiritus:& miniſtros ſuos flãmam ignis.Ad filium autem.
thronus tuus deus ĩ ſæculum ſæculi:virga rectitudinis/ virga regni tui.dilexiſti iuſtitiã
& odiſti iniquitatem:propterea vnxit te deus/deus tuus oleo letitię/prę participib9 tuis.
Et tu in principio domine terrã fũdaſti:& opera manuum tuarũ ſunt cœli.Ipſi peribũt/
tu autẽ permanes:& omnes tanq̃ veſtimentũ veteraſcent.Et tanq̃ opertoriũ conuolues
eos/& immutabuntur:tu autem idem es/& anni tui non deficient.Ad quẽ autem ange
lorum dixit aliquãdo:ſede a dextris meis.Donec ponã inimicos tuos:ſcabellum pedum
tuorum.Nõne omnes ſunt miniſtratorij ſpiritus:qui mittũtur in miniſteriũ propter eos
qui hæreditate ſalutẽ ſunt accepturi?¶Nouem nomina:in quorũ quolibet Chriſtus an
gelos præcellit.Fili9 dei ĩ ęternitate genitus.Cui pater deus/& qui deo filius eſt.Ab an
gelis adorandus.Thronũ æternum habẽs. Deus/ſceptrum rectitudinis & ęquitatis re
gni tenens.Principium:in quo fundata eſt terra.Manus opifex cœlorum. Seſſor in de
xtera dei.Cum pſalmo ſecũdo dicitur: fili9 meus es tu/ego hodie genui te:ecce filius dei
in æternitate genitus.Atonium enĩ æternitatis ſemper præſentẽ:hodie deſignat.eſt enĩ
æternitas ſimpliciſſima/omnibus ſęculis ſemper præſens/menſura. Cum ſecũdo Regũ/
ego ero ei in patrẽ/& ipſe erit michi in filium:ecce cui deus pater eſt/& qui deo filius ẽ.
Id enĩ de Chriſto ex ſemine Dauid incarnato:dictũ eſt.Cũ pſalmo 96/& adorẽt eũ om
nes angeli dei: ecce quomodo conuenit ei nomẽ adorandus ab angelis.Cũ pſalmo 44.
dicitur/thronus tuus deus in ſæculũ ſæculi/virga rectitudinis virga regni tui:ecce thro
num æternum habens.Ecce deus.ecce ſceptrum rectitudinis & æquitatis regni tenẽs.
ex quo loco:Iudæi negare non poſſunt/Chriſtum verũ hominẽ/ verum deũ & regẽ ęter
num eſſe.Nam quod dicitur in eodem pſalmo de eodem/ſpecioſus forma præ filijs ho
minum:ecce verus homo.Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiã:& hoc inſu
per ad hominem.Cum vero dicit/thronus tuus deus in ſæculum ſæculi/ virga rectitudi
nis virga regni tui: ecce idem deus/& ecce rex æternus/quẽ decet & thronus æternus/
& ſceptrum æquitatis regni æterni.Et cũ pſalmo 101 dicitur/& tu in principio domine
terram fundaſti:ecce principium in quo terra fundata eſt.etenim dominus ipſe ſe de
clarauit illud eſſe principium:cũ interrogantibus Iudæis/tu quis es?Reſpondit: princi
pium/qui & loquor vobis.Et cum ſubditur/& opera manuum tuarũ ſunt cœli:ecce ma
nus cœlorum artifex.Qđ vero pluratiue manuum dicitur:hoc eſt/quia includitur ſpiri
tus ſanctus. cætera in oraculo patrẽ reſpiciũt:ad quẽ diuinus dirigitur ſermo.Et deniq;
cum ex pſalmo 109 additur/ſede a dextris meis:nomẽ Chriſti habetur ſeſſor in dextera
dei.Ecce q̃ magnificum/q̃ excellens vnũquodq; nomen Chriſti:ſupra nomina & ange
lorum & omnium.Cui (vt decet)confiteantur omnes:ſecundum nomen tuũ deus/ſic &
laus tua in fines terræ.Et rurſus quod de eodem/ pſalmo 71 dicitur/cõfiteantur omnes:
ſit nomen eius benedictum in ſæcula/ante ſolem filius nomen eius.Et benedicentur in
ipſo omnes tribus terræ:omnes gentes magnificabunt eum. Magnificemus igitur eũ
A ſemper/eumq; concelebret/colat/adoret omnis creatura in õnia ſæculorũ ſæcula. Amẽ.
s ¶EXAMINATIO nõnullorum circa literã.¶Vulgata ædirio.Multifarie multiſq; mo
dis olim deus loquẽs patribus.¶Id multifaric:multipliciter/ & multipartite ſignificat.
A Et potius qui loquebatur q̃ loquens dicendũ.Interpres Pauli. πολυμερῶσ καὶ πο
2 λυτρόπωσ πάλαι ὁ θεὸσ λαλήσασ τοῖσ πατράσι.¶Vulgata æditio.Qui cũ
ſit ſplendor gloriæ/& figura ſubſtantiæ eius.¶Malui hic retinere verba epiſtolæ/dicẽ
do character hypoſtaſeos eius:q̃ figura ſubſtantiæ eius.quia illa:q̃ hæc plus aliqđ ener
giæ continere videntur.Tũ quia figura & ſubſtantia:longe homonyma ſunt.Quid enĩ
ſcis cum dicitur figura:an id velit vetus interpres quod σχῆμα aut τύποσ/quorum
vtrunq; paſſim vetus tralator interpretatur figuram?Cum dicit ſubſtantiæ:quid ſcis an
id velit/quod dicitur ὀυσία?Verũ ad has ambiguitates vitandas:ſi vocabula epiſtolæ
retinere nolumus/vertere poſſumus.Qui cũ ſit ſplendor gloriæ & ſignaculũ ſubſiſtẽtiæ
eius.vbi eius maſculinum eſt:referens patrem. Verum & retinere bonum exiſtimo:pro
pter eos/qui nomen hypoſtaſeos de diuinis perſonis dici horrent ne id amplius refor

mident. Quam materiam latius discussimus: in commentarijs librorũ Ricardi de trini-
tate. Interpres Pauli. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑπο-
στάσεως αὐτοῦ. ℂ Vulgata æditio. Portansq; õnia verbo virtutis suæ: purgationẽ pec
catorũ faciẽs. ℂ Dicendũ: cũ per seipsum purgationẽ peccatorũ nostrorũ fecit. deest enĩ
per seipsũ & nr̃orũ. Et qđ vet⁹ iterpres faciẽs dicit: preteritionẽ significat. Interpres Pau
li. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ κα-
θαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ℂ Vulgata editio. Sedet ad de-
xteram maiestatis. ℂ Per præteritũ dicitur sedit. Interpres Pauli. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ
B τῆς μεγαλωσύνης. ℂ Vulgata æditio. Tanto melior angelis effectus: quanto differẽ
2 tius præ illis nomen hæreditauit. ℂ Potius dicendũ: existens q̃ effectus. nam participiũ
hic est substantiui verbi/ neq; a passiuo efficior descendit. neq; enim conuenit de filio dei
dici effectus est: sed est/ erat/ fuit. Et simili errore lapsus est interpres euangelij Ioannis/
vbi habemus. hic erat quem dixi: qui post me vẽturus est/ ãte me factus est. cum dicẽdũ
fuisset: ante me fuit. nam & illic Ioannes substantiuũ verbũ habet γέγονε. neq; aliã vo
luisset infœlix Arrhius expositionẽ/ q̃ eam quam legimus: vt suam contra nos euomuis-
set insaniam. et nos ex interprete conclusisset: qui nõ potuisset ex veritate. nam ante Ioã
nem: non est filius dei incarnatus/ ex virgine factus homo. Et etiã licet cũ addito factus
est ei conuenire possit: quis simpliciter factus est/ ei conuenire tribuet? Et quod hic dici-
tur differentius nomẽ: id etiam significat quod principalius/ magisq; præcipuũ. nã διά-
φορος cuius hic cõparatiuo vtitur epistola: & præcipuũ/ & diuersum significat. Et hoc
nomen quod eminentius/ excellẽtius magisq; omnibus angelorũ nominibus præcipuũ
est: filius dei est. Ex quo adhuc intelligis non conuenire: vt dicatur effectus est. nam etsi
effectus dici posset secundum quod nomen Ihesus ei conuenit / quod est nomen incar-
nati verbi: non tamen secũdũ quod dicitur filius dei. nam hoc: æternũ. illud: nouũ. hoc
enim est: dẽ quo psalmo 71 dicitur ante solem permanet nomẽ eius. siue vicinius expres-
siusq; vt nonnulli volunt Hebraicæ linguæ periti: ante solem/ filius nomen eius. Et quid
est ante solem: nisi ante creaturarũ conditionem? Hoc igitur nomen/ siue dicamus ade-
ptus est/ siue hæreditauit: & ab æterno adeptus est/ & hæreditauit. Interpres Pauli. το-
C σούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς
3 κεκληρονόμηκεν ὄνομα. ℂ Vulgata æditio. Et ad angelos quid em. ℂ Sic ex græ-
co. verũ interpres græcus videtur præpositionem pro præpositione vsurpasse/ & ad pro
de. Quare propria maluimus vti: qua & Paulus mea quidem sentẽtia/ dubio procul vsus
fuisset / si hic græce locutus fuisset. Et potuit consequenter dici & de filio autẽ. Sed ad/
ibi etiam probe toleratur: quia sermo dirigitur ad filiũ. prius autem non dirigebatur ser
mo ad ãgelos: sed erat de angelis. Interpres Pauli. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους.
ℂ Vulgata æditio. Ipsi peribunt: tu autẽ permanebis. ℂ Græce dicitur permanes. Inter-
D pres Pauli. αὐτοὶ ἀπολοῦνται· σὺ δὲ διαμένεις. ℂ Vulgata æditio. Et velut amĩ
3 ctũ mutabis eos. ℂ Potius: conuolues. Interpres Pauli. καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλί-
ξεις αὐτούς. ℂ Vulgata editio. Tu autem idem ipse es. ℂ Græce solũ dicitur idem es/
aut solum ipse es. Interpres Pauli. σὺ δὲ αὐτὸς εἶ. ℂ Vulgata æditio. In ministerium
missi. ℂ Dici & hic potest per præsens: qui mittuntur. Et olim enim angeli mittebãtur/
et nunc indies in ministeriũ mittuntur/ & mittentur donec impleatur saluandorũ nume-
rus. In ministerium dico/ non nostri: sed dei mittentis. ministri enim dei sunt/ non nostri.
vt neq; pastor minister est ouiũ/ neq; dominus minister seruorum: sed pastor / minister ẽ
patrisfamilias. ita quoq; & angeli: nostri sunt directores/ pastores/ & vt presides a diuina
benignitate cõstituti. Interpres Pauli. εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα. CAP. II.

MAgnifice nos ad excellentiam nominũ Christi: spiritum Christi habens
peruexit apostolus. quæ qui intelliget: in alijs nequaq̃ aberrabit. pluri-
ma enim alia sunt ei diuina nomina. vt quod psalmo 23 appellatur rex
gloriæ/ dominus fortis & potens/ dominus potens in prelio. dominus sa
baoth id est virtutũ/ exercituũ/ agminumq; cœlestium. & ita de innume
ris alijs: quæ per psalmos & prophetas sunt respersa/ per quæ esse verus
cognoscitur de⁹. Et ideo cũ deus sit/ maior õnibus/ qui nobis per seipsũ
legem gratiæ suæ dedit: subiungit Paulus/ nos multum vigiles/ attẽtos
3 & circũspectos fore oportere. ne nos aliquid eorum quæ nobis mandauit ad salutẽ: ela-
bi sinamus: ac ait. ℂ Quapropter oportet nos abundantius attẽdere ijs quæ audiuim⁹:
ne forte effluere sinamus. Nam si sermo per angelos dictus/ factus est firmus/ & omnis
transgressio/ & inobedientia/ iustam mercedis retributionem accepit: quomodo nos effu
giemus/ si tantã neglexerimus salutem? quæ cum initiũ locutionis acceperit per domi-

num:ab ijs qui audierunt/ in nobis confirmata est/ contestante deo signis & prodigijs/
& varijs potestatibus/ & spiritus sancti distributionibus secūdum suā volūtatē. ¶ Argu-
mēto vtitur apostolus a minori ad id qd̄ maius dicitur quo frequēter vti solet/ & cuius est
in sacris eloquijs creber vsus. Qui transgressi sunt veteris legis sermonem/ qui per ange-
los Mosi & prophetis dictus est. Ad Iudæos enim dicebat Stephanus: per spiritum san-
ctum loquens. Quem prophetarū non sunt persecuti patres vestri? et occiderunt eos qui
prænunciabant de aduentu iusti/ cuius nunc proditores & homicidæ fuistis/ qui accepi-
stis legem in dispositione angelorū. qui inquam huiusmodi sermonē transgressi sunt: si-
ne graui animaduersione non euaserunt. nunc igne vltionis domini/ nunc morsibus ser
pentū/ nūc fame/ nūc gladio/ nūc imedicabili lue prostrati. multo magis igit̄ qui sermo-
nem qui a deo dictus est transgressi fuerint/ negligentes eū/ irritumue facientes: nō effu-
gient vindictam. Sed quam? Ignis infernalis/ pessimorūq; dæmonum/ & omnigenū tor
mentorū. Christus autem dei filius (vt iam oracula prophetarū ostenderunt) deus est/ &
super omnia: nomina tenens. O q̄ igitur non debemus negligentes esse in custodia ser-
monum eius: si alioqui volumus iustas gehennæ pœnas effugere. sermones sane eius:
sunt quos apostoli & discipuli/ ab ore ei9 audierūt/ & ī alios vbiq; profecti trāsfuderūt/
domino cooperante/ & sermonem suū confirmante/ sequentibus signis. Nam in nomine
eius eijciebant dæmonia/ linguis loquebantur nouis/ & distributiones spiritus sancti ac-
cipiebant. neq; serpentes/ neq; mortiferum aliquid eis nocebat. ægros sanabāt/ mortuos
suscitabant/ & multis miraculis mundum reddebant attonitū. Sed nonne sermones ei9
magna diligentia sunt attendendi/ atq; obseruandi/ cui voluit deus orbē terrarum/ & om
nia esse subiecta: si tantopere voluit prius sermones āgelorum quibus neq; omnia / neq;
subdidit orbē terrarū / esse attēdendos? Longe profecto maiore cura ac diligentia. Chri-
sto autē subdidit orbem terrarum & omnia: vt oracula prophetarum pandunt. ipse enī
est filius hominis/ quem in sacra visione videbat Daniel venientem ad antiqnū dierū:
cui data est potestas/ & honor/ & regnum. & omnes populi/ tribus & linguæ: illi seruiēt.
potestas eius: potestas æterna quæ non auferetur. & regnum eius: quod non corrumpe-
tur. ipse est quē Dauid in spiritu vidit gloria & honore coronatū: & omnia subiecta sub
pedibus eius. Et dn̄s de se dicebat. Filius hominis tradetur pricipibus sacerdotū & scri-
bis/ & condemnabunt eum morte/ & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellā-
dum & crucifigendū: & tertia die resurget. Non igitur solum deus est Christus/ sed etiā
verus homo: cui pater subiecit omnia. Quid igitur/ Iudæi tantum attenditis veteri legi/
& non potius nouæ? tum: quia non disposita per angelos/ sed per deū. tum: quia etsi per
5 hominem tradita/ per eū tamen cui subiecta sunt omnia. Vetus autē: & per angelos & p
Mosen tradita. Hac de causa subinfert Paulus. ¶ Non enim angelis subiecit orbem ter-
ræ futurū: de quo loquimur. Testatur autem alicubi quis: dicens. Quid est homo q᷑ me-
mor es eius: aut filius hominis/ q᷑ visitas eum? Minuisti eum paulominus a deo: gloria
& honore coronasti eū. Oīa subiecisti sub pedibus eius. In hoc enī q᷑ subiecit ei ōnia:
nichil dimisit ei nō subiectum. ¶ Fuit vetus lex quæ præterijt: sub qua & vetus orbis.
inducta est noua lex: & incepit nouus orbis per regenerationem in spiritu. Hūc nouum
orbem/ Christo sic subiecit deus: sic vt nullus nouā legē nō admittēs/ & se Christo non
subdens/ pœnas illi non pendat ęternas. nullus etiam legem illam suscipiens/ & Christo
in puritate vitæ seruiens: qui vitam non recipiat æternā. Quomodo igitur non subiecta
sunt ei omnia: qui in omnibus habet imperium? in illis mortis/ ī his vitæ/ in illis qui nō
obediunt/ morti a ternæ tradere/ qui vero obediunt/ vita æternæ atcribere? Regnū certe
eius etiā nunc omnibus dominatur. siue infidelibus/ siue fidelibus. his: ad vitam. illis:
ad mortem. his: in misericordia. illis vero in iustitia. Et plangent se super eum omnes trī
bus terræ. O vtinam: homines oracula spiritus intelligerent ad salutem. Sed in quo pa-
rumper iminutus est a deo: qui in forma dei/ deo est æqualis? In hoc certe: q᷑ formā ser-
ui accepit/ qui est omniū dominus. exinaniuit enī seipsum/ formam serui accipiens: ī si-
militudine hominum factus/ & figura inuentus vt homo. Sed dicet quispiam: non vi-
demus ei omnia subiecta? At esto: non nunc videamus. omnia tamen in fine manifesta
erunt: cum veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium cōtra omnes/ qui im-
pie egerunt. Nunc tamen sedēs in dextera patris/ gloria & honore coronatus est propter
passionem mortis: quam pro omnibus ab æterna morte liberandis/ gustauit. sicut ipse
dixit peregrinis e Hierusalē post suā resurrectionem alloquentibus eum/ & eū nō cogno
6 scentibus. nonne inquit sic oportuit pati Christum: & ita intrare in gloriā suam? Subdit
itaq; Paulus. ¶ Nunc autē nondū videmus oīa ei subiecta: videmus tamen IHESVM/
qui paulo minus a deo minoratus est/ gloria & honore coronatum propter passionem

mortis.vt per gratiā dei:pro omnibus gustaret mortē. ℂChristo domino qui pro salu-
te omniū in terras venerat: ignominia illata est & mortis confusio. Minorasti (inquit)
dies tēporis eius:& induisti eū confusione.& ecce:gloria & īmortalitate super ōnia co-
ronatur. Inhonoratus est in mūdo.honorifico (inquit) patrē meū:& vos inhonorastis
me.at nunc ōnis honor īpenditur ei in cœlo:in quo milia miliū magna voce dicūt.Di
gnus est agnus qui occisus est:accipere virtutē/& diuinitatē/& sapientiā/& fortitudinē/
& honorem/& gloriam/& benedictionē.& omnis creatura & sūma/& ima/assonat eis:
dicēs.Sedēti in throno & agno:benedictio/& honor/& gloria/& potestas in sæcula sæ-
culorū.ecce quo modo nūc honoratur:qui pro ōnibus passus est.Passus est quidem pro
omnib9 hominibus/cū ipse esset homo: sed is homo per quē erāt ōnes alij homines/&
propter quē erāt alij ōnes.At cuius mors debuit esse valida pro redēptione omniū:eius
ne propter quē essent ōnes homines/an alterius propter quē nō esset alius homo? Certe
mors eius:& per quē/& propter quē erāt homines. Christus autē ipse est homo:per quē
& propter quē sunt ōnes homines.Nam ex primo cap.super ōnes est:& deus/& dei fili-
us.ex præsenti autē:filius hominis/cui subiecta sunt ōnia.Homo ergo:propter quē om
7 nes homines. Decuit igitur Christū/cū is homo esset:mori pro ōnibus hominibus. Qđ
& sacro eloquio suo:nobis reserat/hoc pacto Paulus. ℂDecuit enī eū propter quē oia/
& per quē omnia/qui multos filios in gloriā adduxit:authorē salutis eorū/ per passionē
consumari.quādoquidē qui sanctificat/& qui sanctificātur:ex vno sunt ōnes. ℂSic cer-
te decuit Christū pati/si erat futura salus hominū quæ est eorū sāctificatio:vt nullo alio
homine patiente/fieri potuisset. Nam nullus alius homo: est propter quē/ & per quem
omnes homines sunt.decuit quidem:quandoquidē qui sanctificat/ qui salutem opera-
tur/& qui sanctificātur/id est qui salutē cōsequūtur/ oēs homines sunt ex vno homine.
Quid enī hoc aliud est:qui sanctificat/& qui sanctificātur ex vno sūt ōnes? Enīuero si is
propter quē ōnia/& per quē oia/homo nō fuisset: nequāq̄ pati potuisset.At certū est qui
sanctificātur/ id est ex passione Christi salutē cōsequūtur & a peccatis emundantur:ex
8 vno homine Adam/homines esse.sed Christū qui sanctificat/& emūdat:ex eodē homie
hominē esse/authoritate scripturæ/cū ita subdit/cōfirmat apostolus. ℂQuā ob causā nō
erubescit fratres eos vocare:dicēs. Annūciabo nomē tuū fratribus meis:in medio eccle
siæ laudabo te.Et rursus.Ego ero cōfidēs in eo. Et iterū. Ecce ego/ & pueri mei: quos
dedit michi de9. Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni & sāguini:& ipse similiter par-
ticipauit eisdē.vt per mortē:destrueret eū qui mortis habebat imperiū/hoc est diabolū.et
liberaret eos timore mortis:quicūq; per omnem vitā obnoxij erāt seruituti. ℂPropter
hanc causā videlicet q Christus dn̄s/homo est/ex vno homine/vt & cæteri homines so
la peccabilitate dēpta/ in vera scilicet hominis substātia & natura:ideo alios homines
psalmo 21/fratres appellat dicēs.Nūciabo nomē tuū fratribus meis.Quia verus homo:
psalmo 17/ vt cæteri homines sperat in deo. Deus meus (inquit) adiutor meus: & spe-
rabo in eū.Et in euāgelio pauet/& tedet:& eius anima tristis est vsq; ad mortē/quia ve
rus homo est:carnis & sanguinis particeps/vt & cæteri homines.Et in Esaia se associat
vt naturæ cōsors discipulis suis expectās dn̄m/ qui abscōdit faciē suā a domo Iacob:&
ait.Liga testimoniū/signa legē discipulis meis:expectabo dn̄m/qui abscondit faciē suā
a domo Iacob.& ecce pręstolabor eū:ego & pueri mei/quos dedit michi dn̄s in signū/
& portētū Israel. Qui certe de Christo sentit vt oportet: credere eū debet esse verū deū/
& eundē esse verū hominē.deū quidē:vt propter quē omnia/& per quem ōnia.hominē
vero:vt per mortē diabolū vinceret/qui mortis tenebat imperiū/& æternę dico mortis/
& eos qui per omnē ætatē fuerāt illi9 mortis debitores/ & tāta diaboli seruitute astricti/
a mortis illius pauore liberaret. Si mors hui9 mūdi quę momētanea ē/ timēda est:quo
terrore cōcuti debebāt/qui nullo remedio ad mortē ruebāt æternā? Sed mors Christi si
eum sequi volumus/ nos ab hoc metu liberauit: & ex seruitute mortis asciuit in liberta
tem vitæ.Sed dicet quispiā. Cur potius deus angelū nō assumpsit/vt idem fieret deus/
& angelus:q̄ hominē/vt idem sit deus & homo/ cum homine natura superior sit & ex-
cellentior angelus? Sapiētia dei & diuina volūtas: humana sapiētia & ratione non at-
tinguntur.Attamen/ad quid vt mors mortē vinceret/assumpsisset angelum angelus fa-
ctus:cum angelus mori non possit/homo autē possit? diuinæ igitur sapientiæ (quæ hu-
manā redemptionē per mortē factura erat) cōdecentius fuit assumere hominē qui mo-
9 ri potuisset/q̄ angelum/mortalis sortis imunem.immo nullo modo consentaneum fuit:
vt angelū assumeret. Ideo subdit Paulus. ℂNon enim vtiq; angelos appræhendit:sed
semen Abrahæ appræhendit.vnde debuit per omnia fratribus assimilari:vt misericors
fieret/& fidelis pontifex in ijs quæ ad deum sunt.vt placabilia faceret peccata populi.

In quo enī passus est ipse/ac tētatus:potest & eis qui tentātur/auxilio esse. ¶ Appræhē-
disse dominū semē Abrahæ:testatur scriptura quæ ad Isaac filiū Abrahæ dicit.& bene-
dicētur ī semine tuo:ōnes gētes terræ.Et magna erga nos dei misericordia:qui eū pro-
pter quē nos fecit/& p quē nos fecit/& p quē redemit/ voluit hominē fieri ōnino similē
nobis excepto pctō/sitiētē/esuriētē/frigentē/ calentē/indigētē/ ī via fatigatū/a maligno
tētationibus īpetitū/iniurijs & opprobrijs saturatū/blasphematū/falso accusatū/ & de-
niq; innocēter morti adiudicatū/ in quibus tētationib9 homines maxime succumbūt.
voluit inquā/vt ille hæc ōnia in seipso experiretur:quo tētationes nostras expertus/cle-
mētior esset ad nobis in tētationibus succūbentibus cōpatiendū/ & ignoscendū. & qua
humanitatē habēs/sacerdos existēs/ & pōtifex noster:semper ante deū intercederet pro
nobis inuocātibus eū/vt deū nostrū/ vt pōtificē nostrū/vt redēptorē nostrū/pro nobis
hominē factū.qui pro volūtate/placare potest patrem: & recōciliare nobis deū. Et quis
dubitat/nisi vecors/& mētis oculos nō habēs:omnē hominē ad tātū cōfugiētē pōtificē/
nō suis/sed ipsius sūmi pōtificis postulationibus/& precibus cōfidentē/posse saluari? Is
enī est/per quē saluatur ōnis saluādus:benignus/pius/& misericors in ōnes/& sup oēs.
Quē decet laus oīs/& honor/inuocatio/adoratio/& gratiarū actio:ī oia sæculorū sęcula.
A ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literā. ¶ Vulgata æditio. Ne forte pereffluam9.
4 ¶ Potius prætereffluamus. At quid hoc:nisi effluere sinamus/vasis futilib9 quæ nichil
A retinēt/assimules.Interpres Pauli. μήποτε παραρρυῶμεν. ¶ Vulgata æditio. Non
5 enī angelis subiecit deus orbē terræ futurū. ¶ Deus:abūdat. nō expressum tamē: intel-
ligatur .Et quod in sacris literis dicitur orbis terræ:habitatā/siue habitabilē significat:
Interpres Pauli.ὀυ γὰρ ἀγγέλοισ ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν.
B ¶ Vulgata æditio.Minuisti eū paulomin9 ab angelis. ¶ Sic habet interpres Pauli.ve-
5 rum id ex septuagita desumpsit:& nō interpretatus est qđ dicebat Paulus.Nā certū est
Paulum hanc epistolā hebraice scripsisse/& in forma verbū hymnologiæ Dauiticę ad-
duxisse/vbi deus habetur.vt in expositione Pentapli psalterij/ super octauū psalmum:
quantū deus cōcessit mōstrauimus.Ergo qđ dicitur ab angelis: īterpreris est/ nō Pauli.
sed Pauli:a deo.Quare sententiā Pauli seruātes:a deo/diximus.Adde q & pugnare vi-
detur:q ōnia subiecerit sub pedibus eius/& q nichil dimiserit deus non ei subiectū/&
minor sit angelis.& tota Pauli ex interpretatione:subruitur ratiocinatio.nō igitur: re-
cte interpretatur. Dirigendus igitur hic interpres : etsi æditio lxx interpretū causam
erroris præbuerit excusabilē. Interpres Pauli. ἠλάττωσασ ἀυτὸν βραχύτι πα-
B ῤαγγέλουσ.vbi potius vertendū fuerat παρὰ τὸν θεόν. ¶ Vulgata æditio. Cū autē
6 qui modico q̄ angeli minoratus est. ¶ Et hic interpres græcus/ ex Paulo literā Dauitici
hymni ex archetypo resumente/dicere debuit.eum autē qui modico a deo minoratus.
quam intelligentiā (vt par fuit) sequētes:interpretati sumus nō Pauli interpretem/sed
C Paulū ipsum/ipsamq; Pauli/& spūs intelligentiā. ¶ Vulgata æditio. Et iterū.Ego ero
8 fidens in eū. ¶ Si hoc testimoniū vt videtur ex 17 psalmo desumptū sit: græcus inter-
pres alio modo vertit q̄ habēt septuagita.Nā in eorū ęditione sic habetur.καὶ ἐλπιῶ
ἐπ᾽ἀυτόν.Quare græcū interpretē latuisse videtur:cui literæ ex æditione 70 respōde-
ret.Vellē etiā latuisset id/ qđ paulo ante ex ea vertit/ minuisti eū paulominus ab ange-
lis:vt recte ex Hebræo(quēadmodū & sacer Hieronymus)vertisset/dixissetq; a deo.In-
terpres Pauli.ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼσ ἐπ᾽ἀυτῷ.At ex septuagita(vt dictū est) ver-
tisset/si forte aduertisset/καὶ ἐλπιῶ ἐπ᾽ἀυτόν.id est:& sperabo in eū. ¶ Vulgata ædi-
D tio. Vt misericors fieret/& fidelis pontifex ad deum. ¶ Dicendum:in ijs quæ ad deum.
9 Interpres Pauli. ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πισὸσ ἀρχιερεὺσ τὰ πρὸσ τὸν
θεόν.

CAP. III.

QVia igitur Christus dn̄s pontifex est/& pōtifex in æternū ante dominū:
pōtificis autē est mediare iter deū & populū/ & offerre preces populi.id
Christus dn̄s vere facit:& eo magis quo omniū verissim9/ & solus ver9
pontifex.O q̄ attendēdus est a populo suo:is pōtifex? O q̄ magna fidu-
cia populo tanti pōtificis:erga deū esse debet? Fiducia dico in pōtifice
suo:qui super ōnes est.An alius quisq̄ mediator :potius attēdēdus est?
O iudæi:quid tam īmodice attēditis Mosen/& cōfiditis ī Mose? Illi nō
est a deo dictū:sede a dextris meis. Illi nō iurauit dn̄s: tu es sacerdos in
æternum/secundū ordinē Melchisedec. at id dictū est/id iuratū est/ & Christo regi no-
stro/& pōtifici nostro.Attendēdus igitur maxime hic est:& in eo solo/vel maxime spe-
10 randum.quis enī alius nos redemit/quē:vt audiat/præponet pater filio? Audite igitur
Paulū sanguinis vestri/vos nobiscū admonētē:ac dicentē. ¶ Vnde fratres sancti/cœle-

ſtis vocationis participes: cōſyderate apoſtolū & pōtificē cōfeſſionis noſtræ IHESVM
CHRISTVM:qui fidelis eſt ei qui præfecit eū/ vt & Moſes in tota domo eius. ¶ Quid
eſt cōſyderate apoſtolū:niſi dominū qui de terra in cœlū abiēs/pro nobis legationē ſu-
ſcepit ad patrē? Expedit (inqt) vobis:vt ego vadā. Et iterū. Ego ad patrē vado:& qd-
cunq; petieritis patrē in nomine meo/hoc faciā. Et ſubdit. Et ego rogabo patrē. Ecce le
gatus/& pōtifex noſter ad deū patrē:neq; quicq̄ vult audire pater/niſi per illum. Nemo
(inquit) venit ad patrē:niſi per me. Nūquid igitur iudæi attendere debēt Moſen? Nun-
quid ad illū cōfugere? Moſes rex fuit/& ſacerdos:etſi id parū diceretur. Moſes & Aaron
(inquit ſcriptura) in ſacerdotibus eius. Et Chriſtus etiā rex/& ſacerdos dū verſaretur ī
terris: etſi id parum agnoſceretur. Sed inter Moſen/& Chriſtū: latū eſt differētiæ inter-
uallum. Nam Moſes:quod fuit/in vmbra fuit. Chriſtus autē:in veritate/& rex/& ponti-
fex/& mediator. Ille:veteris legis/& veterū cerimoniarū. Chriſtus:nouæ/nouiq; ritus
ſacrator. Quid aliud eſt pontifex cōfeſſionis noſtrę (vt ſacer habet Athanaſios) niſi fi-
dei noſtræ/& pacti/nouæq; legis/cuius vetus præferebat vmbram? id enī homologia/
quo vocabulo hic vſus eſt apoſtolus:confeſſionē ſignificat/ac pactū. Ergo qui in Moſe
confidūt:in vmbra cōfidūt. Et qui in Moſe plus cōfideret q̄ in Chriſto:ī vmbra plus cō
fideret/q̄ in veritate. quæ tanto præcellit & efficacior eſt vmbra: quanto dn̄s ſeruo/ imo
quanto ens nō ente/& deus creatura. Et vt vmbra/adueniēte luce/vaneſcit & nichil ē:
ita ſi ad Chriſtū cōfers/nichil eſt Moſes/tanta luce eſt Chriſti præeminētia. Fidelis Mo
ſes fuit deo/certo quodā tēpore:nō in tota domo & familia ſua/ſed ī domo dn̄i ſui. Chri-
ſtus autē fuit & eſt ſemper fidelis ei qui præfecit eū omni eminentia: & in propria quidē
domo ac familia/& ſic ſibi propria vt ipſe domū ſibi cōſtruxerit. tāto honorabilior Mo
ſe in domo ſua/quæ populus fidelis eſt: quāto creator creatura. Chriſtus:domū ſuā be-
nedicere poteſt. Moſes:nō poterat/ſed dicebat ad deū/fiant īmobiles quaſi lapis/donec
pertrāſeat populus tuus dn̄e. Nam nō domus/ nō familia/nō populus ſuus:ſed domini
erat. fidelitas eius nō in propria domo:ſed in aliena. Et quis dubitat ſi ille fidelis erat in
11 aliena:ſine proportione/& cōparatione aliqua Chriſtū/& honorabiliorē/& fideliorē in
propria? Hac de cauſa:de Chriſto ſubdit Paulus. ¶ Ampliore enim gloria iſte prę Moſe
dignus habit⁹ eſt:quāto ampliorē honorē domo habet is/qui cōdidit illā. ōnis enī do-
mus:ab aliquo cōditur. qui autē cōdidit ōnia:deus eſt. ¶ Ecce quo modo ad Chriſtū po
tius debēt attēdere/& in Chriſto cōfidere/q̄ in Moſe. quāto præſtat attēdere ad deū/& ī
deo cōfidere/q̄ ī creatura. O cuiuſcūq; ſectæ/& cuiuſcūq; religionis ſitis qui nomē Chri
ſti portatis:Chriſtū aſpicite/in eo confidite/ & in nullo alio magis/in nullo alio cor ve-
ſtrū figite. pōtifex eſt:mediator eſt. alioqui plus in creatura/ q̄ in deo cōfiditis. Præter-
ea ſi acceſſu indigemus ad patrē/qui rex omniū ſit:quis potius cōfidat in mediatore ſer
uo/q̄ in regis filio? Moſes:ſeruus eſt. Chriſtus:filius/in cōmuni & ſua/& regis ęterni do
mo. Quapropter adhoc ſuadet/& pro veritate ſuadet iudęis/ diuinitatis orator Paulus:
12 vt in Chriſto cōfidāt. de Moſe etiā nichil periculi eſſe ſi omittāt: atq; ait. ¶ Et Moſes q-
dem fidelis fuit ī vniuerſa domo eius tanq̄ ſeruus: in teſtimoniū eorū quæ dicēda erāt.
CHRISTVS autē tāq̄ filius ī domo ſua:cuius domus noſipſi ſum⁹/ſi fiduciā & gloria-
tionē ſpei vſq; in finē/ firmā retinuerim⁹. ¶ Nos ſumus domus Chriſti:& ipſe in nobis
vt in ſua domo/ſi in dn̄o domus fiduciā/& ſpem noſtrā collocauerim⁹/ & in eo ſolo glo
riemur potiuſq̄ in aliquo alio/qui ſit pars domus eius. Quid facitis vobis patronos:&
nō cōfiditis in dn̄o domus ſine patrono/magis patrono/q̄ dn̄o cōfidētes? Neſcitis ī quo
ſit ſperandū/in quo cōfidendum/ in quo gloriandū. ſpes quæ ſaluat: illa eſt quæ reſpicit
Chriſtū. In nullo nobis præceptū eſt vt ſperemus:niſi ī dn̄o. Et ideo mediator:deus. vt
de nobis diffidētes/& maieſtatē adire reuerētes: in mediatore ſperemus. & in mediato-
re ſperātes:in ſolo deo ſperamus. Neſcis in quo magis ſperas: q illū magis amas? ſpes
enī erga aliquē (vt ignē ex ſilice ferrū) ſic amorē elicit. Ideo in Chriſto mediatore mul
tū ſperemus:vt illū multū amem⁹. hæc ſpes/etſi cæterę deſint:ſaluat ōnes. cæterę autē
ſi aſſūt/& hęc deſit:ſaluare nō poſſūt. Cæteras autē voco:quæ patronorū/& erga patro-
nos ſpes ſunt. imo ſi aſſunt/ etiā ſi hæc nō deſit: eā tamē īminuūt. ſpes enī diuiſa:minor
eſt. & amor diuiſus: minor. Omnis enī excellentia:ad vnū. Chriſtus vult integrū:qui ſe
totum nobis tribuit/& nos tantum dilexit vt paruifecerit propriam vitam/dum modo
nos acquireret/dum modo nos ab æterna morte liberaret. Colligamus igitur ſpem &
amorem in eum. At dices. Ergo alios ſanctos non amabo:in alijs ſanctis non ſperabo.
Immo omnes amabis/ & in omnibus ſperabis:ſed amor ille/refulgētia eſt Chriſti amo-
ris/& ſpes illa/refulgētia ſpei qua in Chriſto confidis. lucida enī hæc ſunt & vberantia:
alia vero & obſcura/& partialia. Noli te reſpicere (ex te enī oritur diffidentia:quæ ſpem

tuam contorquet in obliquū) ſed reſpice Chriſtum/ imerge te in bonitate eius. illic naſcitur fiducia: quæ ſpem mouet i rectum. Ad quid eni manus/ pedeſq; perfolſus: ad quid latus eius apertum/ diſſoluens maceriā inimicitiarum? ſunt ne hęc indicia amoris/ & fiduciæ? Ad quid vocat ſponſam ſuam eccleſiam? Veni columba mea in foraminibus petræ/ in cauerna maceriæ/ niſi vt in contemplatione vulnerum ſuorum capiat fiduciam? Confidite (inquit) ego vici mūdum. Et cui vicit? Non ſibi qui mundo erat ſuperior: ſed nobis qui tenebamur oppreſſi. Bonitatem itaq; eius attendētes/ & dilectionem qua nos dilexit: totam in eo reijciamus fiduciam vſq; in finem/ meditantes quātum nos amat/ qui tanta pro nobis paſſus eſt/ & nichil aliud a nobis poſtulat/ niſi vt in eo ſperemus/ in eo gloriemur. Si alius eſſet benignior/ miſericordior/ potentior: in illo forte eſſet ſperandum. ſed cum ipſe ſit benigniſſimus/ miſericordiſſimus/ inſuper potentiſſimus ſuper omnes/ & liberaliſſimus: quid aliud vult q̄ miſereri & donare? Hunc deus: ſummū media-
13 torem poſuit inter ſe & genus noſtrum. Quo modo igitur cum eius iniuria: eſſet magis
» in Moſe aut quouis alio/ q̄ in ipſo ſperandū? Et ideo ſubdit Paulus. ¶ Quapropter quē-
» admodum dicit ſpiritus ſanctus. Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare cor-
» da veſtra/ vt in irritatione in die tentationis in deſerto. vbi tentauerunt me patres ve-
» ſtri/ probauerunt me: & viderunt opera mea. Quadraginta annis/ ideo infenſus fui ge-
» nerationi illi/ & dixi: ſemper errant corde. ipſi vero non cognouerunt vias meas: vt iu-
» raui in ira mea/ ſi introibunt in requiē meam. ¶ Hęc: ex pſalmo 94. Et vt ad propoſitū ſufficit: duo dies ſunt. vnus: veteris legis. alter: legis nouæ. In primo die: auditus eſt deus per Moſen. In ſecundo: auditus eſt deus in filio. primus dies: exacerbationis & prouocationis dei ad iram/ eſt. ſecūdus: placationis & repropiciationis. Seruus nō placauit/ non repropiciauit dominū: ſed filius vere placauit/ & repropiciauit patrem. De ſecūdo die dicitur/ omnibus euangelij verbum (quod deus locutus eſt) audientibus: hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra/ ſicut in primo/ obdurauerūt in deſerto/ quādo deū tentantes/ ipſum ad irā cōcitauerūt. Et quid eſt obdurare corda: niſi nō credere/ nō ſperare/ nō diligere corde? nō crediderunt (inquit) deo: nec ſperauerūt in ſalutari eius. Et rurſum. Dilexerūt eū in ore ſuo: & lingua ſua mētiti ſunt ei. Ergo i hac die placationis/ & recōciliationis patris per filiū: credamus/ ſperemus/ corde amemus/ ne ſimiles ſimus hominib9 diei tētationis & iræ. quibus ob incredulitatē & diffidētiā: quadraginta annis infenſus fuit deus/ quadragīta annis ſpreuit/ contēpſit/ deleuit. qui-
14 bus & in tēpore iræ iurauit: q̄ nō intrarēt in requiē ſuā. Qd & amplius adhortatur ſacer
» dei pręco & Chriſti apoſtolus Paul9: dicēs. ¶ Videte fratres: ne forte ſit i aliquo veſtrū
» cor malū infidelitatis i diſceſſiōe a deo viuēte: ſed adhortamini voſipſos ſingula quaq;
» die/ q̄diu hodie vocatur: vt non induretur quiſq̄ veſtrū deceptione peccati. CHRISTI
» eni participes effecti ſumus: ſi tamē principiū ſubſtātiæ/ ad finē vſq;/ ſtabile retinuerim9
» dum dicitur/ hodie ſi vocē eius audieritis/ nolite obdurare corda veſtra/ vt in irritatio-
» ne. ¶ Quādiu hodie vocatur. Hic dies ſane: placationis/ gratiæ & pacis eſt. de quo ſpiritus ſancti ſermo: ad finē vſq; mundi perdurat. Et ſi malis nō eſt pax: hoc nō venit ratione dici. Nam hic dies totus Chriſti: vſq; ad cōſumationē ſæculi. in quo: eſt placatio/ gratia/ & pax idelebilis ōnibus credētib9/ ſperātibus/ & corde diligētibus eū. Ergo vſq; ad finē ſæculi: nō ceſſemus nos inuicē āmonere/ hortari/ prouocare ad hāc fidē/ ſpem/ & dilectionē. attēdamus ſpiritū ſanctū nobis hoc toto die dicentē: nolite obdurare corda veſtra/ vt in irritatione/ vt in die irritationis/ & prouocationis. Hęc cauſa nos moueat: ne in aliqđ peccatū quoad nobis poſſibile eſt ruam9. Q; ſi errore decepti in aliqđ ruerimus: ne obduremus corda/ ſed procidamus/ & ploremus ante deū/ & pōtificē noſtrū. quē miſericordiarū pater/ & pati/ & tētari voluit: vt placabilia/ ſua morte faceret peccata noſtra/ & nos ſua tētatione tētationes faceret ſuperare. Alioq ſi obdurauerimus corda noſtra: ſors deterior nos longe manet q̄ eos qui proſtrati ſunt i deſerto/ quāto maiorē cōtēpſerimus & gratiā/ & miſericordiæ oblationē. Eniuero & qui i die tētationis obdurauerūt corda/ & qui i die obedietiæ Chriſti obdurabūt: tā hi/ q̄ illi a deo cōtēpti/ ſabbatum dei (quæ eſt celebritas ſanctorū in cœlis) non intrabūt: quæ & eſt requies ſanctorum ab omnibus laboribus ſuis/ & dei infinita lætitia ſanctos implēs. abſterget enī omnē lachrymā ab oculis eorū: & mors vltra nō erit/ neq; luctus/ neq; clamor/ neq; dolor erit vltra/ quæ prima abierunt. hoc ſabbatū dei/ hæc dei requies: a qua ſiue in hoc/ ſiue in illo die/ ij ſoli repulſi ſunt/ qui obdurauerunt corda ſua. Si non obdurauerimus: participes Chriſti effecti/ hanc cum eo requiem intrabimus. Non autem obdurabimus: ſi principium ſubſtantiæ/ id eſt fidei (eſt eni vt capite vndecimo huius quartidecimi dicetur: fides/ ſubſtantia) ſtabile & firmum ad finem vſq; retinuerimus. Et q̄ illi ſoli a

15 sabbato & requie dei excludendi sint: subdit Paulus. ¶Nam quidam qui audierũt/ ir-
ritauerunt: sed nõ omnes qui per Mosen ex Aegypto educti sunt. Quibus autem infen-
sus fuit quadraginta annis? Nonne ijs qui peccauerunt: quorum mẽbra pessundata sunt
in deserto? Quibus vero iurauit ꝙ non intrarent in requiem suam: nisi ijs qui incredu-
li fuerunt? & videmus ꝙ non potuerũt intrare ob incredulitatem. ¶Si in die tentatio-
nis/ infensionis/ & iræ/ hos solos contempsit deus/ qui rebelles & increduli fuerunt: tã-
to magis in die obedientiæ/ recõciliationis & pacis nõ infensus erit eis/ nõ repellet eos
qui obedientes fuerint/ fideles/ & creduli. Et tria esse sabbata cognoscimus. Primum: in
sola vmbra. Secundum: in veritate occulta/ & sacris adhuc velaminibus contecta. Et
tertium: in veritate nuda/ & aperta. Primũ: fuit Hebręorum. Secundum: est in hoc mũ-
do/ Christianorum. Et tertium: in cœlis/ a sanctis celebratur/ in fine sæculi tandem ab
omnibus electis celebrandum. & hoc tertium sabbatum: requies dei/ hic appellatur. In
primũ sabbatum: intrarunt tam qui ad requiem admissi q̃ qui a requie dei prohibiti sũt.
Secundum: intrant Christiani tam boni q̃ mali. Tertium: intrabũt soli fideles & electi.
In primo: continẽtur lapideæ tabulæ Moysi/ virga Aaron/ & manna/ quæ erant figuræ
Christi. In secundo: reuera Christus continetur/ sed adhuc sacramentali velamẽto cõ-
tectus. In tertio: nuda & aperta conspicietur diuinitas. In primo: iudæi ab omni opere
seruili cessabant/ solis meditationibus diuinorum beneficiorũ per totũ celebritatis tẽ-
pus occupati/ diuinam legem audientes/ & auditam ruminantes. vbicunq; arca esset: il-
lic corde & oculo intenti. Quanto magis in hoc nostro secundo sabbato decet nos ab
omni mũdano opere cessare solis hymnis/ & laudibus intentos/ & sacris beneficiorum
Christi confessionibus occupatos/ eius mandata dicta & facta ruminãtes/ & nunq̃ neq;
oculo/ neq; animo a deo nostro sacrosanctis velaminibus nobis adhuc cõtecto discedẽ-
tes. vt eum omni amoto velamine: in tertio sabbato/ & sanctorum omniũ completa re-
quie: videre valeamus. In quo solo videndo: omniũ sanctorum oculi intenti erũt. Hoc
nobis ob seipsum solum & exuberantem propriæ naturæ gratiam/ ipso eodem præstan-
te: qui cum patre & spiritu sãcto/ in omniũ sanctorum celebritate/ in æterna sanctorum
requie/ dignus est/ & superdignus omnium sanctorum gloria/ laude/ & honore/ in om-
nia sæculorum sæcula.

A ¶EXAMINATIO nõnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Pontificem cõfessio-
10 nis nostræ IHESVM: qui fidelis est ei qui fecit illũ sicut & Moyses in õni domo eius.
¶Dicẽdũ: Ihesũ Christũ. deest: Christũ. Et loc9 magis exigit dici præfecit q̃ fecit. apti9
eni dicimus præfecit domui q̃ fecit. Qz si placet dicere fecit: intelligamus/ q fecit illũ
põtificẽ nõ simpliciter q fecit illũ. At quid hoc: qui fecit illũ põtificem: nisi præfecit illũ?
Et qđ subiũgitur/ sicut & Moyses in omni domo: particulã præcedẽtẽ/ qui fidelis est re-
spicit. Et dicendum est: in tota domo/ potiusq̃ in omni domo. Interpres Pauli. ἀρχιε-
ρέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐ-
A τὸν, ὡς καὶ μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Quanto am-
11 pliorem honorem habet domus/ qui fabricauit illam. ¶Vetus interpres: sermonem fe-
cit inintelligibilem. Et dicẽdum illi fuerat: quanto ampliorem honorem habet domo/
conuertendo per ablatiuum genitiuũ græcum/ vt comparatiuorum natura apud lati-
nos exposcit/ quem per genitiuũ latinum/ sed ancipitem vertit domus. nam qui legunt/
nesciunt an genitiuus sit/ an rectus. & siue hoc/ siue illud sit: nullum eliciunt sensum. At
genitiuus ille: resoluendus ei fuerat per ablatiuũ (vt dictum est) aut in rectũ præposita
particula q̃/ ac dicendum quanto ampliorem honorem habet q̃ domus is qui fecit illã.
& tunc etiam recta erit & intelligibilis iterpretatio. Interpres Pauli. καθόσον πλείο-
B να τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου, ὁ κατασκευάσας αὐτόν. ¶Vulgata æditio. Quæ do
12 mus sumus nos. ¶Dicendum: cuius domus sumus nos. & cuius: refert filius. Interpres
B Pauli. οὗ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ¶Vulgata æditio. Probauerũt & viderunt opera mea
13 quadraginta annis. ¶Dicendũ: probauerũt me. Deest me. Interpres Pauli. ἐδοκίμα-
B σάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου. ¶Vulgata æditio. Viderunt opera mea quadragin
13 ta annis: propter quod offensus fui generationi huic. ¶Id quadraginta annis: referri
debet in particulam sequentem offensus/ non in præcedentem viderunt. quod ex sequẽ-
tibus cognoscitur: vbi interrogatur/ quibus autẽ offensus fuit quadraginta annis? Quã-
obrem maluimus vti coniũctione ideo/ q̃ particula propter quod/ quæ solet principijs
sentẽtiarũ adhiberi. Interpres Pauli. εἶδον τὰ ἔργα μου, τεσσαράκοντα ἔτη διὸ
C προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ. ¶Vulgata æditio. Si tamen initium substantiæ
14 eius: vsq; ad finem firmum retineamus. ¶Eius: abundat. Et substantiæ/ id est fidei/
quæ subsistẽtia/ & fundamentũ est in quo fũdatur lex Christi. Sic enim posterius cap. 11:

huius a beatissimo apostolo diffinitur fides. Est autem fides earũ quæ sperãtur substãtia
rerũ/earũ quæ nõ vidẽtur argumentũ. Interpres Pauli. ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν ὑποστά-
σεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. ℭVulgata æditio. Dum dicitur ho-
die. ℭDũ: q̃diu significat. Et illud nouũ hodie: cœpit a die aduẽt⁹ Christi/ & durat vsq̃
ad finem sæculi. Interpres Pauli. ἐν τῷ λέγεσθαι σήμερον. In dicendo hodie siue
D dum/donec/q̃diu dicitur hodie. ℭVulgata æditio. Sed nõ vniuersi/ qui profecti fũt ab
15 Aegypto per Moysen. ℭMelior sermo: sed nõ omnes egrediẽtes/ siue qui educti sunt.
Interpres Pauli. ἀλλ᾽ οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως.
ℭVulgata æditio. Quorum cadauera. ℭDici potest: quorũ membra. Interpres Pauli.
ἐν τὰ κῶλα. Verum τὰ κῶλα: etiam cadauera interpretatur. ℭVulgata æditio.
Non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. ℭParticula in re-
quiem ipsius: abundat. Interpres Pauli. οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν, διὰ ἀπι-
στίαν.

CAP. IIII.

DVm dicit spiritus sanctus/ hodie si vocem eius audieritis nolite obdu-
rare corda vestra/sicut in irritatione in die tẽtationis/& quod subditur/
vt iuraui in ira mea/si introibunt in requiẽ meam: in hac prohibitione
obdurationis cordis/ intelligitur pariter promissio ingrediendi in sab-
batum dñi (quam requiẽ dñi appellamus) ijs qui audierint vocẽ/& nõ
obdurauerint corda/vt obdurauerũt in alio die/qui dies appellatur tẽ-
tationis. negatio eni: plerũq̃ suam dat intelligere affirmationẽ. vt si nõ
legitime certaueris/nõ sumes brauiũ: proculdubio hoc claudit/si legiti-
me certaueris/sumes. Ita & hic quoq̃ si non audieris vocẽ domini/& obduraueris cor/
incredulusq̃ fueris nõ intrabis in requiẽ domini: hanc pro parte secũda/ pollicitationẽ
& affirmationẽ claudit/si audieris vocẽ domini & non obduraueris cor/ intrabis in re-
quiem domini. & nõ ex opere: sed ex fide pollicitatio est. vt ingressus ille in sabbatum
domini/in celebritatem infinitæ lætitię (sicut inquit lętantiũ omniũ habitatio est ĩ te)
16 intelligatur gratia nõ debitum. Ideo ad hanc assequendã pollicitationis/diuinæ boni-
tatis gratiam: hortatur beatus apostolus/hoc pacto/dicens. ℭTimeamus igitur ne for-
te relicta promissione intrandi in requiem eius: videatur quispiam ex nobis postponi.
quandoquidem & nobis annunciatũ est: quemadmodũ & illis. sed nõ ꝓfuit eis sermo
auditionis: vbi ij qui audierunt/ fidei counita non sunt. Ingredimur enim in requiem
qui credidimus: quẽadmodum dixit/ vt iuraui in ira mea si introibunt in requiẽ meam/
scilicet opib⁹ a cõstitutione mundi peractis. Dixit eni in quodã loco de die septimo: sic.
Et requieuit deus die septimo ab õnibus operibus suis. Et in hoc rursus. Si introibũt in
requiem meam. ℭOb incredulitatem: priores/a requie domini exclusi sunt. nos qui su-
mus posteriores: fide requiem illã intrabimus. alioqui si audierim⁹/& nõ crediderimus:
multo minus nobis opitulabitur diuinę auditionis sermo q̃ illis. quandoquidem maius
est piaculum non credere voci domini q̃ voci serui. Christus: dominus/ & omniũ dñs.
Moses autem: domini seruus. Sed in quam requiẽ intrabimus? In illam profecto de qua
cap. 2 Geneseos dicitur. Compleuitq̃ deus die septimo opus suum quod fecerat: & re-
quieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Ecce requies domini in seipso: nõ
per vmbram/ non per symbola/ & inuolucra illum contegentem/ sed in seipso/aperta
& nuda æternæ celebritatis gloria. Et hanc domini requiem de qua circa initia Gene-
seos: requiei de qua in hoc loco loquitur spiritus sanctus si introibunt requiem meam/
concordauit apostolus cum dixit/si introibunt in requiem meã/ scilicet operibus a cõ-
stitutione mundi peractis/quæ quidem requies est qua requieuit deus peracto mundo/
de qua dicitur in Genesi/ & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. &
hic/& illic requies domini eodẽ modo sumitur. Ergo requies domini: neq̃ hic pro sab-
bato Iudæorum sumitur/ neq̃ pro sabbato Christianorũ dum adhuc viuunt/vbi sacris
velaminibus (tametsi reuera assit) contecta est diuinitas. Nam neq̃ hac/ neq̃ illa: per-
acto mundi opere requieuit deus die septimo. ergo sabbatum æternũ est (vt præceden-
te capite dictum est) quod in futura celebrabitur vita. Et hoc sabbatum/hæcq̃ requies/
in die tentationis promissa non est: sed hodie cum vox dei audita est. Nam neq̃ Moses
neq̃ post Mosen Iosue: ad hanc requiem perducere poterant etiam credentes/ sed so-
lum perducebantur in sinũ Abrahæ/perfectũ sabbatũ quod daret filius dei expectãtes.
qđ & dñs aperire dignatus est: cũ de Lazaro & diuite locutus est. & hoc/ hodie si vocẽ
eius audieritis: nõ alloquitur eos qui erãt diei tentationis & iræ/sed eos qui futuri erãt
17 in die reconciliationis & pacis. Quod & facile intelligitur/ex ijs quæ sacre intelligens:
subdit Paulus/dicens. ℭQuoniã igitur relinquitur vt quidam intrent in eam/& ij qui-

» bus annunciatum eſt prius/ob incredulitatem non introierunt:quendam rurſum deter-
» minat diem/ hodie in Dauid poſt tantum tempus (vt dictum eſt) dicens. Hodie ſi vo-
» cem eius audieritis:nolite obdurare corda veſtra. Nam ſi eis requiem Ioſue præſtitiſſet:
» nunq̄ poſtea de alio die loqueretur. igitur reliquitur ſabbatiſmus populo dei. ¶ Ij qui-
bus annunciatum eſt prius: ſunt ij qui fuerunt in die tentationis. Et quid nunciatum
eſt? Nunquid requies domini? Nondum:ſed vetus lex. & qui ſub ea fuerunt: ob incre-
dulitatem eorum digni adhuc non fuerũt. ſed & lex noua/ & requies domini ſimul an-
nunciata eſt. Q̃ ſi etiam in Dauid/ id eſt in libro pſalmorum Dauid illud ſcriptum eſt/
cuiꝰ tempus adhuc erat tentationis & iræ:non tamen pro tempore Dauid/ ſed pro die
ac tempore longe poſt futuro/ illud hodie dictum eſt. Et ſi etiam Moſes vt ſpiritus ſan
cti organum dixiſſet (nam ſunt qui id pſalmis eius tribuunt) illud hodie non pro ho-
die tentationis/ ſed pro alio accepiſſet/ qui non eſt dies tentationis/ longiſſimo poſtea
temporis interuallo futurus. alioqui: non dixiſſet. nolite hodie obdurare corda veſtra/
vt in die tentationis/ ſi hodie diem ipſum tentationis deſignaret/ & non potius alium
poſt tantum temporis futurum quãtum interceſſit inter ipſum & Chriſtum. in quo vox
dei audita eſt:non per ſeruum/ ſed per hæredem/ liberum/ & filium. non per hominem
ſolum:ſed per hominem pariter & deum. relinquitur igitur ꝙ hic ſabbatiſmus/ hæc re-
quies domini/ hæc æterna celebritas:promiſſa ſit & determinata populo dei/ populo de
quo per ſpiritum prophetiæ dictũ eſt. Annũciabitur domino generatio ventura/ & an-
nunciabunt cœli iuſtitiam eius/ populo qui naſcetur/ quem fecit dominus. qui ſtatim vt
a mundo egreditur (modo ſe incontaminate iuxta vocem domini: ſeruauerit) in re-
quiem domini transfertur. iudæi autem omnes ante Chriſti aduentum: deſcẽdebãt ad
inferos/ nequaq̄ celebritatem domini & ſanctum/ & ineffabile ſabbatum eius intrantes.
Verum Chriſtus deſcendit/ ne nos deſcenderemus: & vt eos qui deſcenderant transfer-
18 ret in requiem/ & nos pariter e vita migrantes aſcenderemus/ completis omnibus ope-
» ribus/ æterna requie fruituri. Quam ob rem: adiungit Paulus. ¶ Nam qui ingreſſus eſt
» in requiem eius:& ipſe requieuit ab operibus ſuis/ quemadmodum & a proprijs deus.
» Feſtinemus igitur ingredi in illam requiem: ne quiſpiam incidat in idem incredulitatis
» exemplum. viuus eſt ſermo dei & efficax/ & penetrabilior omni gladio ancipiti/ & perti
» gens vſqꝫ ad diuiſionem animæ & ſpiritus/ compagum quoqꝫ ac medullarum/ & diſcre
» tor cogitationum/ & meditationum cordis/ & non eſt creatura latens in cõſpectu eius:
» ſed omnia nuda ſunt & detecta oculis eius/ de quo nobis ſermo. ¶ Perfecta requies de
qua ſuperior ſermo: quadam proportione in nobis ad dei requiem ſumitur. eſtqꝫ ceſſa-
tio a cunctis operibus noſtris/ diuinæ quietis emula/ indeficienti iocunditate pleniſſi-
ma/ diuinorum occupatio/ potatio torrentis voluptatis dei/ atqꝫ ex dei conſpecta glo-
ria omniũ deſyderiorum noſtrorum adimpletio/ quietatio/ ſaturatio: ſicut ſcriptum eſt.
Torrente voluptatis tuę potabis eos. Et iterum. Satiabor cum apparuerit gloria tua.
ſed hanc ſatietatem votorumqꝫ impletionem nullum capit faſtidium/ nullum ſubit te-
dium: ſed imenſum/ & ineffabile concomitatur gaudium. Hæc itaqꝫ requies/ hoc ſab-
batum eſt electorum ſeruorum dei: qui admittuntur ad gaudium domini ſui/ ab omni-
bus terrenis operibus penitus feriantes/ & diuinitati inſerti ad quam quidem requiem
nos mirifice excitat apoſtolus. Et quod dicitur in idem incredulitatis exemplum: perin-
de eſt ac eandem & ſimilem incredulitatem/ in quam inciderunt in deſerto/ quibus iu-
rauit dominus/ ob eorũ incredulitatẽ/ nos introituros in requiẽ ſuam. Sermo dei de quo
& hic loquitur apoſtolus: nõ eſt ſermo tranſiẽs & euanidus: qui efflatus/ ſtatim per aera
diffunditur & perit. ſed eſt ſermo imanens: nõ latus/ nõ diſperſus/ nõ diffuſus: ſed omnia
ferens/ & colligẽs. de quo & alio loco dicitur. Dum eni quietũ ſilentiũ cõtineret omnia/
& nox in ſuo curſu mediũ iter haberet: omnipotẽs ſermo tuus dñe/ exiliẽs de cœlo a re-
galibus ſedibus/ durus debellator in mediã exterminij terrã proſiliuit. Hic idem ſermo
eſt: qui paulo ante vox dicebatur. Hodie ſi vocẽ eius audieritis. vox imanens/ vox vi-
ua/ vox per quã facta ſunt omnia. de qua pſalmo 28. Vox dñi in virtute: vox dñi in ma-
gnificẽtia. & eadem vox: verbũ domini dicitur. quod de cœlo miſit deus: ad ſanitatem
omnium. Hic ſermo/ hæc vox/ hoc verbum: Chriſtus dominus eſt. ſic viuus: ꝙ viuificat
omnia. ſic efficax: ꝙ poteſt õnia. ſic penetrans: ꝙ imeat omnia. ſic pertingẽs ad diuiſio-
nem animæ & ſpũs: ꝙ animarũ ſpirituũqꝫ creator omniũ/ & in aialibus ſpũalium diffu-
ſor chariſmatũ. ſic ad diuiſionẽ cõpagũ ac medullarũ: ꝙ ſcrutator cordiũ ac renum. ſic
diſcretor cogitationum & meditationũ: ꝙ nouit omnia anteq̄ fiant. ſic nõ latet cũ vlla
creatura: ꝙ nulla eſſe poſſit/ niſi eo reſpiciente. intuitus enim eius: prouidentia/ continẽs
ſaluãſqꝫ omnia. ſic nuda ſunt/ & detecta oculis eius omnia: ꝙ lux eſt paterna omnia il-

luminans/& per quam cæteris/quæ detegũtur/detegũtur vniuerſa. Nos igitur hanc vo
cem audiẽtes/hunc viuũ ſermonẽ & omnieſficacẽ/nos & omnia intime penetrantẽ/po-
tentiorẽ omni gladio ad ſecandũ/ hos vt mittat in gehennã/ illos vt in vitam æternã/
animas pertranſeuntẽ & ſpiritus/ſcrutantẽ corda & renes/motuſq́ cõcupiſcentiarũ/di-
ſcernentẽ ſecretas animi cogitationes/tacitaq́ conſilia/ ſcientẽ omnia/ omnia nude &
aperte contuentẽ: nos inquam hodie hanc audiẽtes vocẽ/non ſimus increduli/nõ dif-
fidentes/nõ dilectione tepidi. vt quã nobis offert: intrare poſſimus ſanctam illã ſabbati
ſui/omniũ lętantiũ celebritatẽ. ſtudeamus nõ ſolũ habere animas/& homines eſſe ani-
males: ſed aſſumere ſpiritũ qui deſuper infunditur. cõpago charitatis: nunquã luxetur/
nũq̃ diſſipetur. irrationalis cõcupiſcentiarũ motus/maxime carnalis fœditatis: medul-
las non irruat. cogitationes ſanctæ & mundæ: nos occupẽt. ſtudeamus qđ in nobis eſt:
pulchri apparere pulcherrimo verbo dei/per qđ prodijt vniuerſi decor/qđ ſemper ſcit/
& contuetur omnia. quarum rerum ſpiritum ignorãtes/ ſi hactenus negligentes fueri-
mus/& parum ſtudioſi: verbũ dei homo factum eſt/ vt pontifex noſter ad deum effectus
propiciationem nobis obtineret fidem retinentibus/& ſecundũ ſpiritum quem nõ fictis
19 benigniſſime largitur/ non autem amplius ſecundum animam viuere volentibus. De
quo ſubinde adiungit Paulus. ¶ Habentes igitur pontificem magnum qui penetrauit
cœlos IHESVM filium dei: teneamus confeſſionem. Non enim habemus pontificem/
qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: ſed tentatum per omnia pro ſimilitudi-
ne abſq́ peccato. Adeamus ergo cum fiducia thronum gratiæ: vt miſericordiam acci-
piamus/& gratiam inueniamus in auxilio oportuno. ¶ Vehemens eſt hæc incitatio &
exhortatio pietatis/& eius oratoris/cui præbet ſpiritus ſanctus eloquium. Pontifex no-
ſter eſt in cœlo & iam penetrauit ſupra cœlum cœli/ad oriẽtem: tam apoſtolis q̃ ſanctis
angelis teſtibus. ſic verus noſter pontifex: q́ omnia per ipſum peragũtur/etiam in no-
ſtris altaribus. Homo fuit/& eſt: pro hominib9/& in cœlo/& in terra. In cœlo: vt apertã
det gloriam cœleſtibus. in terra: vt nos peregrinos ſuo imortali viatico deducat in cœ-
lum imortales. Tentari voluit ad ſimilitudinem hominũ: vt tentati opem quęrerent/
aut etiam ſuperati non diffiderent/a tentato miſericordiam poſcere. Victor ſemper fuit
tentationum: vt tentati/ab eo petãt victoriã. Semper inſons/ ſemper innocens & abſq́
peccato: vt ſontes & peccatores/perditam/ ab eo recuperẽt innocẽtiam. Prope adeſt in
altaribus noſtris: ne quis ob pontificis longinquitatem deſperet veniam. Deus eſt: vt
parcat/& miſereatur. Rex eſt: vt muneret/& gratiã largiatur. Frater eſt: vt amplexetur.
Confugiamus igitur ad thronum maieſtatis eius: corpore/ad eum qui prope eſt in alta-
rium proſpectu/mente ad eiuſdem ſupercœleſte tribunal/vbi ſedet in dextera patris mi
ſericordiarum. Procidamus inquam & ploremus ante eum cum fidei confeſſione: cum
fiducia & ſpe. Cor noſtrum illi præſentemus: vt emundet/ & emundatum ſuo inflãmet
amore. Et hodie/in tempore quidem oportuno/ & tempore gratiæ: nullo pacto dubite-
mus. ſanctum eius non deerit nobis auxilium. intercedet: vt põtifex. audietur: vt dei fi-
lius. miſerebitur: vt deus. gratiam ſuam largietur: vt infinita bonitate pręditus/ rex no
ſter munificus. Cui ſit omnis honor/gloria/maieſtas/ & in omnes imperium: in omnia
ſæcula ſæculorum. AMEN.

A ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata æditio. Exiſtimetur aliquis
16 ex nobis deeſſe. ¶ Illud deeſſe: priuationẽ/ poſtergationem/ & poſtpoſitionẽ ſignificat.
Et multi codices Græci hic habẽt ἐξ ὑμῶν/ id eſt ex vobis ſecũda pſona. ſed accõmo-
datius eſt: vt legatur ἐξ ἡμῶν/ hoc eſt ex nobis prima perſona/ vt & vetus interpres
legiſſe viſus eſt. Quod & timeamus in principio huius ſententiæ/ & nobis in ſequente
particula inſinuant. Sic igitur legendum græce. Δοκῆ τίσ ἐξ ἡμῶν ὑςερηκέναι.
¶ Vulgata æditio. Sed non profuit eis ſermo auditus: nõ admixtus fidei ex ijs quæ au
dierunt. ¶ Auditus: ſubſtantiuũ eſt genitiui caſus/ id eſt auditionis/non adiectiuũ præ-
cedentis vocabuli ſermo. Et dicendum eſſet datiuo plurali: admixtis/nõ recto ſingula-
ri admixtus. non enim eſt adiectiuum huius quod dicitur ſermo: ſed eius quod ante di-
ctum eſt eis. quaſi diceremus non profuit eis ſermo auditionis eis dico/ non admixtis/
non cõtemperatis/non adiunctis/ac vnitis fidei. Et ne genitiuus auditus pareret phã-
taſiam adiectiui: ad id tollendũ maluimus interpretari auditionis. Interpres Pauli. ἀλ-
λ᾽οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγοσ τῆσ ἀκοῆσ ἐκείνουσ μὴ συγκεκραμένουσ τῇ πί-
ςει. ¶ Vulgata æditio. Ingrediemur enim requiem domini. ¶ Videtur per præſens di-
cere ingredimur. q̃q̃ & id & pro præſenti/& pro futuro vſurpant: vt ἐρχόμενοσ. Et in
ſacris etiam eloquijs: ſæpe nichil refert præſentibus/ aut futuris loqui. vt id vado &
venio ad vos/pro vadam & veniam ad vos. Interpres Pauli. εἰσερχόμεθα γὰρ τὴν

B κατάπαυσιν. ¶Vulgata æditio. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus
16 suis. ¶Q̃uõq̃ dies & masculine/ & fœminine æque dici potest: malui tamen hoc in loco
masculine dicere. vt cõformius ad oraculum Moseos diceretur in quo cap. 2 Geneseos
dicitur. Cõpleuitq; deus die septimo opus suũ quod fecerat. & requieuit die septimo ab
vniuerso opere quod patrarat. At in græco hæc diuersitas non habetur: quia semper fœ
B mininũ est. Interpres Pauli. καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς τῇ ἡμέρα τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ
17 πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Nam si eis Iesus requiem præsti-
tisset. ¶Malui hic dicere Iosue. ne homonymum sacratissimo saluatoris nomini facere-
mus. Insuper etiam quia sic id nomen in Exodo in libris numerorũ/ Iudicum/ Deutero-
D nomij/ Regnorum & alijs de quo præsens est sermo/ nominaẽ Iosue. Sic igitur intelligẽ-
18 tia redditur clarior. Interpres Pauli. εἰ γὰρ αὐτοὺς ἰησοῦς κατέπαυσεν. ¶Vul-
gata æditio. Loqueretur posthac. ¶Potuit vetus interpres dicere post hæc. Interpres
Pauli. ἐλάλει μετὰ ταῦτα. ¶Vulgata æditio. Ad quem nobis sermo. ¶Vsurpasse
& hic interpres grecus ad/ pro de videtur. vt & in primo capite etiã fecisse dictũ est/ et di
cendũ illi fuisse de quo nobis sermo. quare malumus propriã præpositionem apponere
D q̃ vsurpatitiam. Interpres Pauli. πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Videtur enim posuisse πρὸς
19 loco περί. ¶Vulgata æditio. Teneamus spei nostræ confessionẽ. ¶Spei nostræ: abun-
dat. Et id duntaxat in quinq; varijs exemplaribus græcis legi. Interpres Pauli. κρατῶ-
μεν τῆς ὁμολογίας. ¶Vulgata æditio. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gr̃æ ei9.
¶Ad & eius: abundant. Ad quidẽ/ quia verbũ adeamus sufficienter includit. Interpres
Pauli. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος. Et cõ
tinuo subditur. ἵνα λάβωμεν vt accipiamus.

CAP. V.

OMnis particularis pontifex veteris legis/ qui hominibus cõstituebatur mediator ad deũ: homo erat infirmitate circundatus. neq; illũ sibi arrogare debebat pontificij honorem: sed a deo vocari/ & ab alio sacrari vt Aaron. sic & vniuersalis põtifex/ qui non iã pro vno populo/ sed pro omnibus hominibus totoq; mundo mediator ad deũ constitutus est: homo fuit/ & infirmitate circũdatus. neq; hunc sibi arrogauit honorẽ: sed ante sæcula põtifex designatus est atq; ordinatus. At id interest: inter vniuersalem põtificem & particulares. q͏̃ particulares: serui duntaxat fuerunt. iste filius/ iste liber & dominus. Particulares sic infirmitate circũdabantur: q͏̃ & peccato subiacebant. iste autem infirmitate circundatus est: sed innoxia & absq; peccato/ sicut scriptũ est. Desyderauimus eum despectum & nouissimũ virorũ/ virũ dolorum & scientẽ ĩfirmitatem. Et subditur. Propter scelus populi mei percussi eum: & dabit impios pro sepultura/ & diuites pro morte sua. eo q͏̃ iniquitatem nõ fecerit: neq; dolus fuerit in ore eius. Particulares pontifices: ab hominibus inungebãtur. iste vero: non ab hominibus/ sed a deo super omnes vnctus est/ sicut scriptũ est. Vnxit te deus/ deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. pontifices particulares: hostia esse non potuerunt. Nam non erant absq; macula. Ideo alias hostias offerebant: & pro se/ & pro alijs. Iste autẽ: sine macula/ & pontifex/ & hostia fuit. hostia non pro se offerebatur: sed pro alijs. itaq; ipse pro omnium peccatis/ omnibus hostijs vnus potentior: oblatus est. neq; pro se hostiam oportuit: qui sine peccato erat. orauit tamen pro se/ & pro populo. pro se quidem: vt a morte solueretur. quam pẽdebat pro populo/ & ex ea morte restitueretur in vitã/ nõ ãplius morti obnoxiã. & exauditus est pro pia/ sancta/ & religiosa petitione. pro populo vero: & vt a peccato solueretur/ & vt ab æterna liberaretur morte. et etiam pro sua pietate: exauditus est/ pro omnibus totius mundi venientibus ad eum hominibus. Particulares pontifices: vmbræ istius præcesserunt. Iste vero in veritate venit. Illi: offerebant vmbratiles hostias. Iste: veram obtulit. Illi: irrationales & ĩfra dignitatem humanã. Iste: rationalẽ superhumanam & diuinã. Illi: hostias mortuas/ quæ amplius nõ viuebant/ neq; amplius victuræ sunt vnq̃. Iste vero: hostiam viuã & quæ viuit/ & manet inæternum/ semper pro toto mundo hostia/ & superhostia/ plusq̃ hostia q̃diu mundus indigebit hostia purgari. finito autẽ/ hoc est ĩmutato mundo: manebit in mũdi gloria. Particulare sacerdotium: nichil consumauit. At vniuersale: consumauit õnia. quod solus vere gerit Christus dominus: omnium pontifex in omnia sęcula benedictus.
20 Et de hoc duplici sacerdotio/ cum vmbratili in Aaron & successoribus eius/ tum vni-
uersali ac consumato in Christo domino: subdit Paulus. ¶Omnis enim pontifex ex
hominibus sumitur: qui pro hominibus constituitur in ijs quæ ad deũ sunt vt dona &
hostias offerat pro peccatis. mediando compati valens ignorantibus & errãtibus: quia
& ipse circũdatus est infirmitate. & propter hanc: debet quemadmodũ pro populo/ hũc

in modũ & pro seipso offerre pro peccatis. Et non sibiipsi quisq̃ sumit honorem: sed qui vocatᷓ a deo perinde atq; Aaron. Sic & CHRISTVS non seipsũ glorificauit/ vt fieret põtifex: sed qui locutus est ad eũ: filius meus es tu: ego hodie genui te. Vt & alibi dicit. tu es sacerdos inæternum: secũdũ ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ/ preces & supplicationes ad eum qui ipsum a morte saluare poterat/ cum clamore valido & lachrymis obtulit: & exauditus est pro pietate. Et sane cũ filius sit: didicit ex eis quæ passus est/ obedientiam. & consumatus: factus est omnibus sibi obedientibus causa salutis æternæ/ appellatus a deo pontifex secũdum ordinem Melchisedec. ¶ Et propter hanc/ scilicet infirmitatem. quia scilicet particulares pontifices circundati erant infirmitate/ non solum innoxiæ & pœnæ: sed etiam peccati & culpæ. Ideo debebant offerre pro peccatis suis: vt & pro peccatis populi. vt de oblatione sacerdotis pro se scriptũ est. Offeret pro peccato suo vitulum immaculatũ: domino. Quid est qui ĩ diebus carnis suæ: nisi in diebus quibus adhuc pro nobis mortalem circũferebat carnem/ vt pro omnibus põtificibus & non pontificibus/ tam qui præcesserant/ q̃ qui secuturi erant offerretur pro bene acceptabili vitulo immaculato/ pro agno pacifico/ & pro omni veteris ritus vmbratili sacrificio? Oblatio eni carnis eius: ĩ veritate õne est sacrificiũ. Cuius paradigma sit. Vt numerus vnicus 5050: numerosa aggregatio numerorum continue vsq; ad centum. sic et si centũ erãt diuersitates hostiarũ: vnicus ĩ veritate sunt Christus. et ĩ Christo: vno nomine nũcupanᷓ. in elemẽtis autẽ & figuris: valde varijs/ & lõge multiplicatis noibus.

Paradigma veterũ sacrificiorum & hostiæ Christi vnicæ.

Varia sacrificia & ritus Hebræorum. 5

5

1	2	3	4		6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
41	42	43	44	45	46	47	48	49	
51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
61	62	63	64	65	66	67	68	69	70
71	72	73	74	75	76	77	78	79	80
81	82	83	84	85	86	87	88	89	90
91	92	93	94	95	96	97	98	99	100

5 o

O
MNIS
TERRA
ADORET
TE DEVS ET
PSALMVM DI
CAT NOMINI TVO

A M E N.

5 o

Hostia Christi

V ni ca.

o

¶ VMBRAE ET EVOLVTIONES. ¶ VERITAS ET COMPLIC.

Hoc paradigmate multa figurantur. Christũ esse principiũ. esse finẽ. esse medium. Siquidẽ ĩ hoc diagrãmate pricipiũ 1/ id est vnitas. finis: 100. mediũ: 50. iũge pricipiũ fini: sunt 101. duc mediũ 50 in principiũ & finẽ id est 101: habes omnium simul aggregatorum numerorũ cõplicationẽ. Ex eodẽ vides Christũ ante õnia: quia principiũ. post oĩa: quia finis. intra omnia: quia medium. Vides omnium esse veritatem: quem cætera omnia multipliciter & varie simul explicant/ at nullũ per se sufficiẽter & ĩtegre. ille vero vnice & in veritate complicat omnia. omnibus simul potentior: vt vnicus numerus 5050 potẽtior omnibus simul diagrãmatis numeris. qd nõ nescit: q Iordani 13 propositionẽ primi nõ ignorat. & ĩnumera talia multis occulta: at diuina cernere valẽtib9 pmanifesta. Et hostia Christi in veteribus ritibus cõtinebatur/ sed vmbratiliter: vt & hic licet ĩtueri. Et ad hæc mysteria de vero & nouo sacerdotio Christi enucleanda/ longus sermo/ & ijs qui sensui literæ hærent affixi/ quali pertinacia notari solent Iudæi haud facile explicabilis habendus esset. sunt enim omnes qui literæ sunt affixi: ad spiritualẽ intelligentiam/ qui solidus est cibus suscipiendam/ debiles et languidi. spiritualem dico: non quam humana sibi fingit intelligentia/ sed quã diuinus infũdit spiritus. Ideo
21 subdit Paul9 ad Iudæos quos adhuc reuolui videbat circa literę & figurarũ legis Meãdros: ac ait. ¶ De quo multus nobis sermo/ & haud facile interpretabilis dicendo: quoniam segnes fuistis audiendo. Nam cum ob tempus magistri esse deberetis: adhuc idigetis vt vos doceamus/ quæ sunt elementa principij sermonũ dei. & facti estis lacte egẽtes: & nõ solido cibo. Nã omnis qui participat lacte: expers est sermonis iustitiæ. paruulus enim est. Atqui perfectorũ est solidus cibus: qui propter habitum/ exercitatos sen-

ſus habent ad boni/ maliq́ꝫ diſcretionem. ❡Quid eſt/ de quo multus nobis ſermo:
niſi de quo ſacerdotio & ſacerdote ſecundum ordinem Melchiſedec/ Gratia dei exer
citatis: paucus / facilis/ & ſtatim peruius eſt ſermo. vt exercitatis in literatura:per-
uia elementorum intelligentia. inexercitatis autem:nulla ſatis ſufficiunt/ quantũcunq́ꝫ
ſint multa/ vt in intelligentiam deducantur. vt enim exercitatio in humanis gymnaſijs
ad ſæculares intelligentias: æque in ſpiritualibus/ ad ſpirituales & diuinas. illic: ſæcula-
ris aliquis præceptor. hic vero: ſpiritus ſanctus inſtruit/ in mentibus præparatis diuina-
rũ notionum infuſor. ille: multo tempore & multo labore. hic: repente/ nullaq́ꝫ ãxietate.
ille: pueros. hic: viros. ille: exteriori perſonat auri. hic: intimum pulſat auditũ. ille: nulli9
ſoliditatis præbet alimoniã. hic vero: ſolidũ præſtat cibũ. quo qui veſcitur: vir eſt/ et mẽ-
te robuſta/ nolens amplius infantiæ mentis molliculos cibos attingere. quæ ſunt aut hu
manæ diſciplinæ: aut quæ adhuc vmbris & figuris rerum hærent affixę. quibus qui hæ-
rent: infantilis ſunt animi/ ſoliditatẽ ſpiritualis intelligentiæ ferre non valentis. In quo
diuinus carpit apoſtolus Iudæorũ nõnullos: qui licet ad Chriſtũ fugiſſent/ nimium tamẽ
attendebant iudaiſmo/ & elementis myſteriorũ dei/ quæ ſunt circunciſio/ ſabbata/ ſolẽ-
nitates/ expiationes/ & varia hoſtiarũ libaminũq́ꝫ genera. ſimiles infãtibus: qui lacte nu
triũtur. qui q̃diu lacte nutriũtur: intelligentiæ legis nõ ſunt capaces. ita quoq́ꝫ neq́ꝫ qui
vmbris vetuſtæ legis paſcũtur/ neq́ꝫ aliud alimentũ recipere poſſunt aut volũt: lacte nu-
triũtur/ ſermonũ nouæ legis & ſpiritualis iuſtitiæ minime capaces. Quos & nos Chriſt9
Iheſus illuminet: vt virilem induamus mẽtẽ/ ſacris alimonijs ſpiritus ſancti pręparatã/
eaq́ꝫ ſcripturarũ ſoliditate paſcamur/ qua omne bonũ proſequentes ad quod ſpiritus dei
vocat/ & omne malũ fugientes a quo repellit: laudẽ demus Chriſto regi vniuerſorũ do-
A mino/ vna cum patre & ſpiritu ſancto in omnia ſæcula benedicto. Amen.
20 ❡EXAMINATIO nõnullorum circa literã. ❡Vulgata æditio. Omnis nanq́ꝫ pontifex
ex hominibus aſſumptus: pro hominibus cõſtituitur in ijs quæ ſunt ad deũ. ❡Huius lo
ci intelligentia quodãmodo conuerſa. nam dubiũ non eſt Paulũ voluiſſe omnem pon-
tificẽ ex hominibus aſſumi qui pro hominibus in ijs quæ ad deũ ſunt conſtituebatur.
quare præſtabat primo loco verbũ poni & ſecũdo participium vt diceretur. omnis nãq́ꝫ
pontifex ex hominibus aſſumitur: conſtitutus in ijs quæ ad deũ ſunt. Iuxta quam intel
ligentiam interpretati ſumus/ non tam ex græco q̃ ex intelligentia quã prætẽdebat apo-
ſtolus. quod oportet in hac epiſtola pleriſq́ꝫ in locis fieri: quia primo caremus archety-
po. Interpres Pauli. πᾶσ γὰρ ἀρχιερεὺσ ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ
ἀνθρώπων καθίσαται τὰ πρὸσ τὸν θεόν. ❡Vulgata æditio. Qui condolere poſ
ſit ijs qui ignorant & errant. ❡Vetus interpres vim græci ſermonis nequaq̃ expreſſiſſe
videtur. ſed potius illi dicẽdũ erat qui mediator vel qui mediãdo compati poſſit. Inter-
pres Pauli. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖσ ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. ❡Vul
gata æditio. Et propterea debet quẽadmodũ pro populo: ita etiam pro ſeipſo offerre pro
peccatis. ❡Dicendum propter hanc aut propter eam accuſatiuo ſingulari fœmineo/ nõ
propter ea accuſatiuo plurali neutro. reſpicit enim hãc vel eam: infirmitatẽ. Et arbitror
veterẽ interpretẽ dixiſſe propter eã ſed poſtmodum exemplar viciatũ. ꝙ ſi dixiſſet pro-
pter hanc: non tã vicinũ fuiſſet ad corrumpendũ. Interpres Pauli. διὰ ταύτησ ὀφεί-
B λει καθὼσ περὶ τοῦ λαοῦ ὅυτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρ-
20 τιῶν. ❡Vulgata editio. Sic & CHRISTVS non ſemetipſum clarificauit. ❡Dicere etiã
potuit vetus interpres glorificauit vbi dixit clarificauit. Interpres Pauli. ὅυτω καὶ ὁ
χριςὸσ ὀυχ ἑαυτὸν ἐδόξασε. ❡Vulgata æditio. Exauditus eſt pro ſua reuerentia.
❡Dicendum & exauditus eſt nota copulandi præcedente. Et ſua: abundat. Et æque ac
etiam magis dicendũ pro pietate q̃ pro reuerentia. Nam reuerentia interdũ verecundiã
& confuſionem ſignificat/ quod non conuenit dici ꝙ propter verecũdiam exauditus ſit
a patre. Interdum ſignificat timorẽ & honorificũ quendam timorẽ quẽ gerimus ad ſu-
periores. quod iterũ non proprie conuenit dici de patre ad Chriſtum. non eni Chriſtus
ſecũdum naturæ infirmitatẽ qua clamabat ad patrẽ: hoc pacto patri reuerendus. immo
neq́ꝫ ſi vtriuſq́ꝫ reſpicitur diuinitas: apta eſſet nomenclatura. At dices. Chriſtus non ex-
auditus eſt pro reuerentia qua pater reuerebatur eum/ ſed pro reuerẽtia qua ipſe reuere-
batur patrem. Nam ſecundum naturã aſſumptam reuerebatur/ timorẽ habẽs erga eum/
liberum/ filialem & honorificũ magiſq̃ omnes filij erga patrem/ quẽadmodum de eo ſcri
ptum eſt. Et replebit eum ſpiritus timoris domini. Non ierim inficias Chriſtũ dominum
eam reuerentiam habuiſſe erga patrem qua nulla maior/ nullaq́ꝫ eminentior. Et ſi id i-
telligeretur pro ea reuerentia qua reuerebatur patrem/ exauditum: id non male. Verum
cum quis pro reuerentia exauditus dicitur. potius intelligi ſolet pro reuerentia/ qua re-

uerẽtur cũ ij qui exaudiunt: quẽ sensum dicimus nõ cõuenire. Et satius/ si vertatur: pro
pietate. Pietas certe dicitur & superiorum erga iferiores & inferiorum erga superiores:
vniuersumq́ꝫ venerationis cultũ. sed quæ maior fuit pietas pietate Christi erga patrem
vt maiorẽ & superiorẽ/ quæ maior veneratio/ obedientia/ timor/ amor? & hæc erga patrẽ
pietas. Quæ etiã pietas pietate Christi maior erga inferiores: q dominus õniũ pro seruis
suis etiam mortẽ meritis/ solus ne morerẽtur sed perpetuo viuerẽt/ mori voluit? Hęc est
omni ex parte & sursum & deorsum ineffabilis Christi domini pietas: pro qua a summo
patre & pro se erga eũ & pro seruis ne morerentur/ sed vitam pro morte adipiscerentur
æternam/ exauditus est. Adde ꝙ & patris/ in tam obedientem & tanta pietate filiũ/ & in
nos propter ipsum/ par / æqualisq́ꝫ fuit pietas. Optime igitur euenit: vt pro pietate cum
C sua tũ patris dicatur exauditus. Interpres Pauli. καὶ εἰσακουσθεὶσ ἀπὸ τῆσ ευλα-
21 , βείασ. ¶ Vulgata æditio. De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicẽdum.
¶ Quod vetus interpres dicit interpretabilis: græcum non explicat. nam quod dicitur
interpretabilis: intelligitur explicabilis. at id non importat vocabulũ/ sed difficilis ĩter-
pretatu/ & haud facilem habens explicationem. præsertim cũ auditores non essent eius
intelligentiæ capaces: vt qui ad mysteria spiritus non penetrarẽt. putantes enim ex se
suoq́ꝫ sensu id posse: non possunt. at sciẽtes se id nõ posse: vbi sensu iduunt ab alto/ id pos
sũt. et vix vnq̃ illo sensu induũtur: q̃diu ex se id se posse putãt. Sunt eni hi sensus cõtra-
rij & q se simul nõ tolerãt: & hæc contraria posse. quorũ hoc: vt non posse. & illud: ve-
re posse. Et hæc difficultas interpretandi explicandiq́ꝫ sermonem: nõ ex parte Pauli pẽ-
debat (erat enim sermo ille: facile ei interpretabilis) sed ex parte Iudæorum ad quos ha
bebatur sermo qui nondũ spiritualẽ itelligentiam ferre poterant. suo enim posse adhuc
vtebantur/ vel potius sua abutebantur impotentia: & tardi & segnes fuerant vt debita
via/ sacra intelligerent eloquia. quod & adhuc faciunt & innumeri alij: quibus occlusa
sunt diuinitatis adyta/ omneq́ꝫ mysteriũ/ & spiritualis intelligentia. ad quæ nullus suo
sensu suoq́ꝫ posse admittitur/ sed superiore sensu/ supernoq́ꝫ posse. Interpres Pauli. περὶ
, οὗ πολὺσ ἡμῖν ὁ λόγοσ, καὶ δυσερμήνευτοσ λέγειν. ¶ Vulgata æditio. Quo-
, niã imbecilles facti estis ad audiendũ. ¶ Dici potest: quoniam auditionibus segnes fui-
stis. id est tardi lectionibus scripturarum/ sanctorumq́ꝫ prophetarum intelligendis. Sed
quia vetus interpres locutus est per gerundiũ/ nos etiã per gerundium audiendo inter-
pretati sumus: idem volẽtes/ acsi per nomen dixissemus auditionibus. Interpres Pauli.
ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖσ ἀκοαῖσ. Si enim profecissent in spirituali intelligẽtia/
D scriptura/ & auditionibus prophetarum: facile eis interpretabilis fuisset sermo / qui ad-
21 , modũ difficile erat eis interpretabilis. ¶ Vulgata æditio. Vt vos doceamini. ¶ Græce:
actiue dicitur. Sed id parui refert. Interpres Pauli. τοῦ διδάσκειν ὑμᾶσ. ¶ Vulga-
, ta æditio. Eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus. ¶ Græce habe-
tur: eorum qui propter habitum. sed id haud multum ab intelligentia veteris interpre-
tis euariat. Interpres Pauli. τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθήρια γεγυμνασμένα
ἐχόντων.

CAP. VI.

NOn solum aliqui ex Iudæis gratia quorum scribit apostolus/ circa vete-
ris ritus peccabant elementa/ non intelligentes cuius figuræ essent/ & q̃
veritas illis respõderet typis: sed & circa principium noue legis/ statim
in foribus delinquebant. Principiũ est: rudes instruere in fide/ pœniten-
tiæ peccatorũ admonere/ docere vnum baptisma in remissionẽ pecca-
torũ/ manus imponere ĩ munerũ spiritus sancti acceptione/ resurrectio-
nem credere/ & nouissimum iudiciũ/ & reliqua quæ compẽdio tradide-
rũt apostoli/ in eo syntagmate quod symbolum appellatur apostolorũ.
Quidnam illi faciebant? Vbi operibus carnis & erroribus peccati lapsi erant quæ ope-
ra mortua sunt: docebant iterũ pœnitendum ac baptizandum/ non vnum baptisma sed
variorũ doctrinas baptismatũ inducentes. quod faciendũ omnino prohibet apostolus:
ꝙ impossibile sit hac via/ posteriorũ cõsequi remissionẽ delictorum. Christus pro nobis
semel mortuus est & semel resurrexit: ita & nos semel in sacro baptismate illi commori-
mur/ illi cõsepelimur & conresurgimus. Et nõ solũ stultum: sed & prophanũ esset iterare
baptismum/ quasi non solũ semel/ sed & bis & forte frequenter Christus pro nobis pas-
sus esset & sepultus: nos hoc sacrum passionis mysterium ludibrio & ostentui habentes.
quare ipossibilis est/ hac via remissio peccatorũ. Hortatur igitur eos Paulus: vt omissis
22 ijs quæ pertinent ad principiũ legis nouæ/ ad perfectionem ferantur. neq́ꝫ intendant
, his doctrinis baptismatũ: sed ferãtur ad sequentia. Atq́ꝫ ait. ¶ Quapropter omittentes
, principij dei sermonem: ad perfectionẽ feramur. nõ rursum fundamentũ iacientes pœ-

nitentiæ ex operibus mortuis/ & fidei in deũ/ doctrinæ baptismatũ/impositionisq; manuũ/ & resurrectionis mortuorũ/ ac iudicij æterni. & id quidẽ (si deus annuerit) faciem9. Nam impossibile est eos qui semel illuminati sunt/ qui & cœleste donũ gustauerunt/ & spiritus sancti participes effecti sunt/ gustauerũt etiam bonum dei verbum/ potestatesq; futuri sæculi/ & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiã/ recrucifigentes in seipsis filium dei/ & exemplum ignominiæ facientes. ¶ Iaciebant Hebræi post perpetrata delicta/ iterum fundamenta fidei/ pœnitentię/ baptismatis/ impositionis manuũ/ & reliquorũ ac si nunq̃ prius baptizati fuissent/ & de nouo venissent ad fidei & Christi cognitionem/ resurrectionis carnis/ & æterni iudicij. quod proinde æternũ dicitur: q̃ qui eo iudicabũtur/ siue ad vitam/ siue ad mortẽ sic inæternum sunt mansuri. Verum id facere non debebant: sed ad perfectionem ferri, quam adipiscimur: si a tempore regenerationis/ nõ secũdum carnem/ sed secundũ spiritum viuimus. Et ij quidem id faciunt: quibus conuersam ad ipsum volũtatẽ habentibus/ annuit deus. Nã secundũ spiritũ viuere: in præparatis/ dei munus est. Quid est qui semel illuminati sunt? Certe qui semel baptizati. hoc enim a maioribus nostris photismatum/ hoc est illuminationũ sacramentũ dicitur. Cœleste donũ gustauerũt: qui iustificationẽ a peccatis acceperũt. Participes spiritus sãcti facti sunt: qui inserti corpori Christi/ iam spiritu Christi viuere cœperunt. Gustauerunt bonũ verbũ dei: qui euangelio Christi pasti sunt. Gustauerunt & potestates futuri sæculi: qui corpus & sanguinem Christi/ per quæ futurum sæculum possideri potest/ sumpserunt/ qui & charismata aliqua spiritus sancti acceperunt. Et quod sequitur. Nõ dicitur: simpliciter impossibile renouari ad pœnitentiam/ sed impossibile renouari ad pœnitentiam recrucifigentes in seipsis filiũ dei & exemplũ ignominiæ facientes. quod facerẽt certe: qui post baptismalẽ illuminationem lapsi/ per iteratum baptisma lapsuũ pœnitẽtes/ se renouari putarent. Nam per baptisma cõmorimur/ consepelimur & conresurgimus Christo: quod non nisi semel accidere potest. Nã semel mortuus/ semel sepultus/ semelq; resurrexit dominus. Nonne magnum ignominiæ exemplum/ in seipso/ in secundo baptismate secundo crucifigere Christum: quasi semel crucifixus/ mortuus/ sepultus/ non suffecerit redimere mundũ. Non igitur iteranda pœnitentia in multitudine baptismatũ/ quasi in multitudine passionum Christi & sepulturarũ. Sed inquies. Si non est multitudo baptismatũ: ad quid apostolus appellat doctrinam baptismatum? Non suam profecto dicit/ nõ apostolorũ: sed Iudæorum doctrinam: quam iccirco prohibet dicens. non iacẽtes fundamẽtum doctrinæ baptismatũ. hoc enim superius sua ex sententia dixit: vnus dominus/ vna fides/ vnũ baptisma. Vides igitur hic illud dixisse ex aliena? Et tantũ inualuit illa humana baptismatum apud aliquos doctrina/ vt quotidie abluerentur ac lauarentur: sic putãtes peccatorum sordes abstersas/ si quas forte contraxissent/ vnde & illi hemerobaptistæ sortiti sunt nomen. Sed age/ si post baptismum est lapsis/ pœnitentiæ locus: quis nam ille est/ si non fit per ablutionis lauacrũ? Est procul dubio pœnitẽtiæ locus. Nam si nõ esset: non tradidisset apostolus incestuosum fornicariũ sathanæ in interitũ carnis/ vt spiritus eius saluus fieret in die domini. Si non esset: non diceret spiritus sanctus/ id quod ad Ephesios audiuim9. Surge qui dormis/ & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus. quid enim hoc aliud est: q̃ ex operibus mortuis vocare ad pœnitentiã? Quidnam aliud vult Paulus cũ scribit ad Timotheum: vt cum mansuetudine corripiat eos qui resistunt/ ne forte det eis deus pœnitentiam ad cognitionẽ veritatis/ & resipiscant a laqueo diaboli? Et in Apocalypsi/ omnes ferme angeli septem ecclesiarũ/ qui erant illarũ ecclesiarũ episcopi & pastores: q̃ haberent aliquid operis mortui/ admonentur pœnitẽtiam agere. Primo angelo dicitur. Memor esto vnde excideris: & age pœnitentiam/ & prima opera fac. Et tertio angelo: dicitur similiter. Pœnitentiam age. Si quo minus veniam tibi cito: & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Et quinto angelo: dicitur. Nomen habes q̃ viuas: & mortuus es. Et subditur. In mẽte ergo habe qualiter acceperis & audieris & serua: & pœnitentiam age. Et septimo: similiter dicitur. Emulare ergo: & pœnitẽtiam age. Ecce quomodo fidelibus: post lapsum relinquatur indubitanter pœnitentiæ locus. Sed dices. Cũ non per lauacrũ (nam id vt dictum est impossibile: & tẽtare/ prophanũ) quidnã faciẽdo? Proculdubio qđ superiori capite dictũ est a Paulo: adeũdo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt misericordiã accipiamus/ & gratiã inueniamus/ in auxilio oportuno. Si peccauimus post regenerationẽ in spiritu/ & maculauimus cãdidam regenerationis tunicam in sanguine Christi lotam atq; abstersam/ candidiorẽ factam vestimẽtis fullonũ: nos (iuxta præconis dei mandatũ) habentes pontificẽ magnum qui penetrauit cœlos Ihesum Christum filium dei/ teneamus confessionem. non enim habemus pontificem: qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et Ioannes. Si quis peccauerit: aduocatũ

habemus apud patrem Ihesum Christum iustum.& ipse est propiciatio pro peccatis: nõ
pro nostris autem tantum/sed etiam pro totius mundi. Ecce quomodo post lapsum:con
fugientes ad thronum misericordiæ Christi/remissionē peccatorũ cõsequimur. quod fit:
quando pœnitemus id est dolemus & corde contristamur de prēteritis erroribus nostris
(nam vt inquit apostolus quæ secundum deũ tristitia est/pœnitentiam in salutem stabi-
lem operatur)quando inquã dolemus & contristamur corde/& confitemur ore peccata
nostra põtifici nostro magno:qui semp pro nobis paratus est ante patrē/vt ꝑ paratis &
redeũtibus ad cor/ peccatorũ præsentet remissionē. Quapropter inquit aquila secretorũ
cœlestium Ioannes:si confiteamur peccata nostra fidelis est & iustus/vt remittat nobis
peccata nostra/& emundet nos ab omni iniquitate. Verum hic confitendi modus:ab ec
clesia determinatus est.quibusdam:vt ĩ thure deo qui videt arcana cordis. quibusdam:
vt Christo confessionem faciant/audiente etiam vicario eius sacerdote.quod & eloquio
consentit. In quo:vbi Iacobus apostolus dixit inducendos presbyteros qui vngerēt &
orarent super infirmum/etsi inquit in peccatis fuerit/remittentur ei. Et continuo subiun-
git. Confitemini ergo alterutrũ peccata vestra:& orate pro inuicem vt saluemini.qua-
si is qui ĩfirmus erat inductis sacerdotibus:si in peccato erat confessionē fecisset. qui mo-
dus:visus est facilior/& vniuersalior ad omniũ salutem. Nam vicarij Christi/simplices
quosdam adiuuant ad confessionem faciendã/& pro ipsis orant:qui alioqui neq; se cõfes
sione accusare scirēt/neq; orare. Insuper/ & humane/aut si opus est etiã seuere corripiũ-
tur/hortantur/ & docentur: & hoc in secreto quasi solus audiret Christus. Et vt adultis
quibus in regenerationis lauacro dimittebantur peccata/pœnitētia præcedebat/& dei-
de abluebantur in signũ deletionis peccatorũ per mortem & sepulturam Christi/ vt in
actis scriptũ est.pœnitemini igitur & conuertimini/vt deleantur peccata vestra:sic con-
fessionē pœnitentia præcedere debet.non q̃ pœnitentia:neq; hic neq; illic/peccata de-
leat (est enim deus qui remittit & delet) sed præparat. Et vt in veteri lege primum iu-
stificabantur/iustitia quidem legis per circũcisionem/post quã/si labebantur in peccatũ/
iustificabantur per hostiarũ oblationem:sic in noua lege/primum iustificamur per rege-
nerationis gratiã/deinde si labimur/iustificamur per põtificis nostri hostiam. Nam ipse
idem pontifex est & hostia non iterata/non per nouã immolationem/sed per vnam iam
factam supersufficientem in omnia sæcula/quam iugiter offert deo patri ꝓ pœnitenti-
bus & confitentibus peccata sua. Et in nullo alio dimittuntur peccata :vt nullus pecca-
tor/quē scelerũ cõscientia mordet/& qui de peccatis dolet aliud respiciat/neq; in alio cõ
fidat. Neq; sunt alij modi:nisi ij duo /peccata dimittendi secũdum ordinationem nobis
a Christo relictam. Et si sunt eiusmodi qui primæ regenerationis beneficia dei cogi-
tantes/& vberem ad candidiorē vitam / gratiarum spiritus sancti in Christo profusio-
nem:opera virtutis & gratię proferant/studentes semper ad anteriora procedere/& deo
patri/& regenerationis authori/ & spiritui sancto charismatũ profusori placere/ ostēdũt
se de benedictionis esse filijs & electis misericordiæ dei. Identidem & qui post lapsuũ iu-
stificationē per accessionem ad hostiam sacerdotis magni/per pœnitentiam & peccato-
rũ confessionē:cõsimiliũ bonorũ operũ studio viuũt iterũ. Verũ ij qui post tantam gra-
tiarum dei in lauacro ĩfusionem/post multiplicium lapsuum dimissionem/ semper in ma
la reuoluũtur opera/nichil boni vnq̃ operãtes / quasi sterilis ager aut solum noxias pro-
23 ferens herbas:ij ostendunt se maledictionis esse filios/& iustitiæ dei reseruatos in gehē
, nalis ignis æternũ supplicium. Quã ob rem subdit Paulus:dicens. ¶ Terra enim sæpe
, super se venientem bibens hymbrē & proferens herbã eis propter quos colitur idoneã:
, accipit benedictionem a deo. quæ autem profert spinas & tribulos:reproba est/& male-
, dictioni proxima/cuius finis ĩ cõbustione est. ¶ Benedictione dei:omniũ bonorũ auge-
tur fœcunditas/ ac indies multiplicatur. contra autē/cũ maledictione percutit deus mũ-
dum:tunc bella/tunc pestes/tũc sterilitates/aut simul/aut seorsum vtcũq; ei placet/oriũ
tur. Sic qui dei benedictionem sentiunt:bonis operibus fœcundi sunt. sentirent autem
omnes:si(diuina inuocata ope)se conuertere vellent/& sanctis institutionibus quas sa-
cra continent eloquia/parere.qui ergo bonorũ operum voluntatē habēt/quæ & habita
oportunitate exequuntur sicut herba proferēs fructum in tēpore suo:in deo exultēt/gra
tias agētes/& cognoscētes benedictionis authorē(nam & voluntas & executio: ex dei
benedictione procedit)tanto magis ad anteriora procedant/beneplacitum eius facien-
tes/qui per benedictionē eos vocat ad salutē. Et sentiebat Paulus de eis ad quos scribe-
bat:vt de ijs qui benedictionem dei sentirent. quod ex eorum pijs in sanctos operibus
manifestat. bona enim opera:benedictionis dei in ijs qui illa agunt/ sunt effectus: alijs
autem sunt benedictionis signa. quæ igitur de reprobis ĩ similitudine dixit apostol9:nõ

24 vult vt ipsi ad quos scribit de se dicta intelligãt/immo in sortẽ benedictorũ collocat. Et
magis excitando eos ad benedictionis augmentum:addit. ¶Confidimus autem de vo
bis dilecti:& meliora & magis attigua saluti/q̄q̄ ita loquimur.nõ enim iiustus est deus:
vt obliuiscatur operis vestri/& laboris dilectionis/quã ostẽdistis in nomine eius/qui mi
nistrastis sanctis & ministratis. ¶Q̃ꝫ magnum gaudiũ debet esse volentibus & operan-
tibus bona:cum ipsi sentiant in se esse dei benedictionẽ/q̄ magna tristitia & ingens fle-
tus iis esse debet:qui neq; viuũt/neq; operantur bonum/si oculos haberent ad videndũ
in se esse dei maledictionem/cuius finis æterna combustio? Si tamen lachrymas iueni-
rent non se flendo/sed flendo eo ꝙ deũ offenderunt/vnde hanc incurrerũt maledictio-
nem/& obriguerunt in malo/non valentes ad aliquod bonum opus mollescere/ opem
ab eo petentes qui emittit spiritũ suum & liquefacit obdurata corda/qui flat spiritu suo
& rigentia soluuntur in aquas: misericordiam inuenirent & a deo benedictionem cum
multarum gratiarum fluentis. Veruntamen sicut rigentia solui possunt in fluenta:ita &
mollia corda indurari possunt in saxea/& ex benedictione in oppositũ permutari.Nam si
quis benedictione dei prçuẽtus/ & vult et bona operatur/desistit nichilominus & lente-
scit bona operari: ille tandem fertili agro qui negligitur/neq; vlterius colitur/ efficietur
persimilis/proferens spinas & tribulos/omnes dei gratias & dona suffocantes. Quapro-
pter ad finẽ vsq; perseuerandum est: ne benedictio dei ĩ nobis sit ociosa/& vt in illa/deo
iugiter benedicamus.Si autem perseuerantiam tenuerimus:nõ est iniustus deus/qui no
strorum operum in fine obliuiscatur.immo benedictionis suæ fructum/quæ vita æterna
est: vberius largietur/eo ꝙ secuti fuerimus ad finem vsq; benedictionẽ eius/& eam esse
ociosam nequaq̃ siuerimus. Hac de causa ad benedictionis dei cõtinuanda opera/ per-
25 seuerantiamq; boni/in longanimitate & patientia spei ęternorum bonorum sectãdam:
amplius Hebræos hortatur/& per Hebræos nos omnes/apostolus/ dicens. ¶Desyde-
ramus autem vnumquẽq; vestrũ/ipsam ostendere diligentiam: ad plenariam certitudi-
nem spei vsq; in finem.vt non segnes efficiamini:sed imitatores eorũ qui per fidẽ et lõ-
ganimitatem/hæreditate accipiunt promissiones. Abrahæ enim promittens deus: quia
nullũ habuit per quẽ iuraret maiorẽ/ iurauit per semetipsum/ dicens. Etiam benedicens
benedicam tibi:& multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimitate fretus:adeptus ẽ
promissionem. ¶Segnes sunt/qui impatientes laborũ & longæ moræ promissorum bo
norum:aut desistunt ab operatione bonorũ/aut præsentes sequi malunt voluptates. &
opponũtur ad longanimes. Est enim longanimitas: patientia & tolerãtia omniũ / lõga
expectatione verorum bonorũ. Et qui longanimes sunt: nulla franguntur mora/nullis
deliniuntur blanditijs/nullis deijciuntur aduersis a spe illorum bonorum. et omnia tole
rant/& operantur omnia:propter illum/qui sola sua bonitate tanta bona pollicetur ijs/
qui fidem habent/& sperant in eo. Et ne fideles & sperantes/ fidem & longanimitatem
suam aliquando remitterent/ minusq; fiderent:iurauit per semetipsum / vt de promisso
certissimi essent/neq; ipsi perseuerantes amplius de illis bonis dubitarent q̄ si iam præ-
sentia illa tenerẽt. Sic enim primo Geneseos:iurasse legitur deus Abrahæ. Per memet-
ipsum iuraui:dicit dominus. Quia fecisti hãc rem/& non pepercisti filio tuo vnigenito:
benedicam tibi & multiplicabo semen tuum.& reliqua/quæ subduntur: & quæ impleta
sunt longo post tempore in filijs Israel in terrena possessione terræ promissionis/ quę Iu-
dæa/Syria & Palestina nũc dicitur. Q̃ꝫ si iuramẽtũ hominũ sub iudice tãti est momẽti/
vt eo interueniente omnis controuersia cesset/sitq; rei de qua erat contentio/certitudo:
quanti momẽti arbitrari debemus dei iuramentum in suis promissionibus/ quantamq;
26 certitudinem facturum? De nulla certe re certiores esse debemus. Proinde subdit Paul9.
¶Homines quidẽ per maiorẽ se iurant:& ipsis omnis controuersiæ finis/ad conforma-
tionem/iuramentum est. Qua in re volens deus hæredibus promissionis/ abundantius
ostendere consilij sui immutabilitatem:interposuit iusiurandũ.vt per duas res ĩmutabi-
les/ in quibus ĩpossibile est mendacem esse deum:fortem habeamus consolationẽ/qui cõ
fugimus ad propositã spem. quã veluti anchorã animæ/tutam habemus ac firmam/&
ingredientem vsq; ad interiora velaminis: vbi præcursor pro nobis ingressus est IHE-
SVS, secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum. ¶Duo sunt in perfe
ctis hominibus quæ fixa manent & intransmutabilia : iuramentum & consilium. tan-
to magis immutabilitatem in ijs duobus intelligere debemus in deo : qui solus na-
tura immutabilis est & verax. Et quod consilio ĩmutabili adiectũ est iuramentum/ imu-
tabilis veritatis signaculũ:id pro nobis factum est. vt in accipiendæ hæreditatis certitu
dine exultaremus/ etiam forti & firma exultatione in eo qui promisit/ & promissionẽ irre
uocabilis certitudinis sacramento confirmauit. hoc immutabili testimonio:spem nobis

e cœlo portexit/tanq̃ funẽ a throno dei ad nos vsq; demissum ac pertingentem/& rurs9.
a nobis penetrantem vsq; ad interiora cœlorũ ac dei sedem.quam si fortiter retinemus/
amplectimur/sequimur:perducet nos hic preciosissimus funis/a terra ad penetralia cœ-
lorum vbi est æternum dei templũ/in quod pro nobis præcursor ingressus est dominus
noster Ihesus Christus/sacerdos iæternũ secundũ ordinem Melchisedec. in templo dei
iugiter panem illum supercœlestem/& vinum vitis veræ cuius solus cœlestis pater fuit
agricola pro nobis libans/deoq; offerens.quid est enim qui confugimus ad propositã
spem:nisi ad nobis præoblatam/præiactam/& præporrectam spem?Quid in figura velũ
materialis templi olim designabat:nisi cœlũ?Quid interiora:nisi cœli penetralia & ab-
dita/vbi ipsa detecte & in aperto colitur diuinitas?Quid sacerdos ingrediẽs/pro populo
intercessor & mediator figurabat:nisi Christũ tunc venturũ?qui verum velamen templi
dei/id est cœlũ transcendit/ verum dei templũ ingressus/ põtifex æternus semper pro no-
bis/qui funem cœli tenemus spem luce fidei coruscam/& sole micãtiorem/ quæ in cœlo
hæret/anchora fixior. semper inquam pro nobis æterno patri æternum/immortalem/
& semper viuentem omnisaluificæ & redemptricis mundi hostiæ agnum præsentans/&
ĩ spiritu ac veritate offerens.Cui cum æterno patre & spiritu sancto omnis laus/decus/
A honor/& reuerentia in omnia & super omnia seculorum sæcula. Amen.
22 ❡EXAMINATIO nõnullorum circa literã.❡Vulgata æditio.Rursus renouari ad pœ
nitentiam:rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei.❡De renouatione ad pœniten-
tiam/siue in pœnitentia:per baptismum intelligitur.quia in illa sola Christo concrucifi
gimur/ cõmorimur/& resurgimus.Si enĩ de alia dixisset:non continuo subiunxisset/rur-
sum crucifigentes siue vno vocabulo vt græce habetur/ recrucifigentes sibiipsis filium
dei.Et id sibiipsis perinde est ac in seipsis.Et pœnitentia hic:recogitationẽ/& resipiscen-
tiam significat.Cum enim facta priora recogitamus/& recogitata detestamur/resipisci-
musq; in futurũ a similibus:pœnitemus.Id sacræ illæ voces/ cum præcursoris tum sal-
uatoris/pœnitentiam agite/ pœnitemini & credite euangelio: prætendunt/ recogitate
priora/resipiscite a prioribus operibus malis.Non q̃ hæc pœnitentia/recogitatio/ resi-
piscentia:innouet/purget/iustificet.id enim impossibile.sed preparat viam iustificanti.di
uinus enim ingressus/diuinaq; infusio gratiæ:innouat/purgat/atq; sanctificat.Ideo di-
cebat diuinus dei preco/cum pœnitentiam prædicaret:parate vias domini/rectas facite
semitas eius.Ergo induere cilicium/corpus affligere/flagris cedere/inedia domare/du-
raq; cibi potusq; abstinentia/ peregrinationibus fatigare: non est pœnitentiam agere/
sed hæc sunt pœnitentiæ signũ.Et qui sancti sunt/si similia faciunt:præbent alijs pœni
tentiæ signum.nõ enim in se habent vnde pœniteant.Quid enim præcursor domini ex
vtero sanctus habuit in se/quod recogitaret/& vnde resipisceret?Non igitur eum pœni
tebat:sed erat ijs qui indigebant/pœnitentiæ forma atq; typus.Et esto sint sancti qui pœ
nitentia eguerunt:habent tamen finem (vt Hermas ait)pœnitẽtiæ sanctorũ. qui enĩ ad
anteriora procedere sunt assuefacti/gratia dei ductrice stabilitatemq; præstante: eorum
quę retro sũt obliuiscũtur.Et si iã resipuerũt/&(vt par est)resipuerũt:quomodo pœnitẽ-
tia eorũ finita non est?postq̃ enim Christus in mentes sanctas/suos sanctos dignatus est
ponere gressus/& sanctificauit suum tabernaculũ/& mentes in se cõuertit & fixit/vt at-
tenti oculi figuntur in solem:si se gratia dei purgatos aspiciant/nõ habent amplius vn-
de pœniteant/vnde resipiscant/sed vnde iuges & perennes gratias sanctificatori suo iu-
giter agant.Est magnũ pœnitere:sed longe maius/vnde sanctificatio descẽdit agnosce-
re/& pœnitẽdo/ id est se ad gratiam & iustificationem eius præparando/oculum largiter
lachrymis offusũ & humiliatũ in eũ tenere/& id propheticũ adimplere. Sicut oculi ancil-
lę in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominũ deum nostrũ/donec misereatur
nostri. Det Christus dominus miserator copiosus/vnicuiq; scire vere pœnitere:& pera-
cta pœnitentia scire in gaudio spiritus sancti/& flãmata charitate/ eius frui miseratio-
ne.Sed de pœnitentia:hic adhuc tantilla. Interpres Pauli. πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς
μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. ❡Vulgata æditio. Et
ostentui habentes. ❡Qđ hic vetus interpres dicit ostentui habẽtes:vertit in epistola ad
Colossenses/traduxit/vbi ait.Traduxit confidenter palam triumphãs illos in seipso. vbi
in examinationibus 2 cap. septimi libri:diximus illud traducere perĩde designare/atq;
exemplum ignominię facere.Sed age quomodo possibile esset filiũ dei exemplum ludi-
brij & ignominiæ facere qui est dominus totius maiestatis & gloriæ?In se quidem:impos
sibile est.sed in mẽbris:id est possibile.Cũ sacris eius initiati sumus:continuo nos suo sa
cro corpori inserit/sumusq; Christi membrum/& filij dei immo ĩ eo omnes vnus dei fi-
lius/nulla pœnitentia egentes.Qđ si malo errore euenit/vt nos malignus detineat/ pœ-

nitentia egentes: traducit nos/& ignominiæ/ac ludibrij theatrum/miserabileq; perdi-
tionis spectaculũ facit potestatibus tenebrarũ. Et ecce quo modo filiũ dei in nobis faci-
mus ignominiæ exemplum. O q̃ durũ est peccare eos/qui sacro Christi corpori sunt in-
serti: cũ in eis oporteat filiũ dei a malignis potestatibus ludibrio haberi/ q̃ id graue q̃
inexpiabile/nisi idem dei filius miserationis esset infinitæ? Et diabolus cuius superbia
semper aduersus deũ surgit: nõ exultat/aut nõ multũ exultat/quia tu vt tu & huiusmodi
peccas/ aut secum in perditionẽ ruis/sed quia tu mẽbrũ Christi/tu insertus filio dei pec-
cas. non ꝙ tibi/sed ꝙ Christo iniuriam facit: multũ gaudet. ꝙ mẽbrũ eius euellit & de-
trahit: hæc illi lætitia magna est/hanc reputat insignẽ victoriã/ hæc mẽbra quasi insi-
gnis victor traducit. & quãuis has non videamus traductiones: fiũt tamen nõnunq̃ (&
vtinam nõ tam sæpe) ex sanctis miserabiliter lapsis/in spiritualibꝰ malignarũ potesta-
tum spectaculis. Et etiam cũ mẽbra maligni ad Christi fidẽ veniũt: spolijs eius direptis
spũaliter triumphãtur corã bonis angelis. Et hæ pugnæ/alternę victorię/traductiones/
& bellantiũ triumphi: ad finẽ vsq; mundi nõ sunt cessaturi/ non aliter q̃ ij quos videmꝰ
oculis carneis in terris sensibiliter geri. Et hic etiam vnus modus est traducendi & exẽ-
plum ignominiæ/faciendi filiũ dei. nam & alius circa literam declaratus iam est. Verũ
cum mẽbra Christi a maligno/modo hic dicto triũphantur: proprie exemplũ sũt igno-
miniæ ac proprie traducuntur. nam vasa honoris: facta sunt vasa ignominiæ & iræ. Sed
cum mẽbra maligni triũphantur a Christo (de hominibꝰ dico qui eripiũtur a maligno)
exemplũ sũt misericordiæ & gloriæ. & ideo nõ tam proprie traduci dicũtur q̃ ex tradu
ctione maligni educi ac liberari. nam ex vasis iræ & ignominiæ efficiuntur vasa gratiæ
& honorificentiæ. Sed de his traductionibus hactenus satis. Interpres Pauli. καὶ πα-
B » ραδειγματίζοντας. ¶ Vulgata æditio. Oportunam illis a quibus colitur. ¶ Potius:
23 propter quos & colitur/ id est laboratur ac aratur. Interpres Pauli. ἔυθετον ἐκείνοις
B » δι᾽ οὓς καὶ γεωργεῖται. ¶ Vulgata æditio. Vt obliuiscatur operis vestri/& dilectiõis.
24 ¶ Dicẽdum: & laboris dilectionis. Deest laboris. Interpres Pauli. ἐπιλαθέσθαι τοῦ
C » ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης. ¶ Vulgata æditio. Vt non segnes ef-
25 » ficiamini. ¶ Qđ hic vetus interpres dicit segnes/& bene: præcedẽti capite vertit ĩbecil-
les/vbi ait. Quoniã ĩbecilles facti estis ad audiẽdũ. Quare aut hic ĩbecilles /aut illic se-
gnes qđ magis vocabulũ designat: fuerat dicẽdũ/ne sibi tã cito ĩ eodẽ vocabulo fuisset
» dissimilis. Interpres Pauli. ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε. ¶ Vulgata æditio. Nisi benedi-
» cens benedicã te. ¶ Nõ habetur græce εἰ μὴ quod designat nisi/ sed ἦ μὴν quę nõ cõ-
ditionalis/sed assertoria potius intelligi debet particula. neq; etiã in historia Geneseos:
quicq̃ sub cõditione in loco respõdẽte/ dicitur. Interpres Pauli. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλο-
C » γήσω σε. ¶ Vulgata æditio. Homines enĩ per maiorẽ sui iurãt. ¶ Sui: græce nõ habe-
26 tur. Et nõ dicendũ esset maiorẽ sui: sed maiorẽ se/ sexto casu. id enĩ: cõparatiui natura po
stulat. Quapropter/ expressimus se sexto casu propter veterẽ interpretẽ/ (etsi græce nõ ha
bet) quia nichil officit ĩtelligẽtię. Interpres Pauli. ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μεί-
D » ζονος ὀμνύουσι. ¶ Vulgata æditio. Quibus ĩpossibile ẽ mẽtiri deũ. ¶ Grece dicit: ĩ q-
26 bꝰ. Sed id parui refert. Interpres Pauli. ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθε θεόν. CAP. VII.

QVia spũs sanctus Christũ dñm sacerdotẽ appellat in æternũ secundũ
ordinẽ Melchisedec/ innuẽs Christũ veritatẽ/Melchisedec autẽ figu
rã esse: ideo symphoniã Christi & Melchisedec/ hic diuinus inserit
apostolus. Melchisedec/ rex iustitiæ interpretatur: qđ per eminentiã
Christo cõuenit. de quo per Zachariã spũs sanctus ait. Ecce rex tuus
veniet tibi: iustꝰ & saluator. Appellatur & Melchisedec/rex pacis: qđ
nõ minꝰ eminẽter Christo cõpetit/vt de eo per Esaiã dictũ est. voca-
bitur nomẽ eius/admirabilis/ cõsiliarius/ deus/ fortis/ pater futuri sæ-
culi/ prĩceps pacis. multiplicabitur eiꝰ imperiũ: & pacis nõ erit finis. Quo modo enĩ cœ
lestis pax cuius Christꝰ rex est/& prĩceps: finẽ haberet vbi præsidet/amor/õne pacis cõ-
trariũ lõge exterminãs? Benedixit Melchisedec Abrahæ. At benedicere: eminentissime
Christo cõpetit/ vt scriptũ est. Et benedicẽtur in ipso: oẽs tribus terræ. Sed quibus maxi
me & quãdo maxime benedicit? Redeũtibus profecto ex hoc mũdo/ deuictis principibꝰ
huiꝰ mũdi malignis potestatibus/ quæ ad opera carnis ĩpellũt/ tanq̃ occisis tyrãnis. Pa-
triarcha Abraham decimatum oblationes: Melchisedec obtulit. Sed nonne de Chri-
sto scriptum est. Reges Tharsis & insulæ/ munera offerent: Reges Arabum & Sabba/
dona adducẽt. & adorabũt eũ omnes reges: omnes gẽtes seruiẽt ei? Neq; nomẽ patris/
neq; matris/ neq; genealogia Melchisedec/ in eloquijs ponitur: neq; initiũ dierum eius/
neq; finis. ꝙ Christus secundum humanitatem patrem non haberet / ꝙ secundum di-

ulnitatem non haberet matrem/ q eius diuina Genesis sit incognoscibilis. Generatio-
nem (inquit) eius quis enarrabit?& q humanam eius genealogiam/ sacra texere non
proprie deberent eloquia. nam quæ texitur: proprie Ioseph est genealogia/ non Chri-
sti.Genealogia enim eius fuisset a virgine/deducta serie/ in Dauid & Iudam texenda:
sed moris non erat Hebræorum/ a muliere texere genealogiam. ex quo cum Christus
genealogiam ex vestigio habere non debuisset: conijcere debebant/ carnalem patrem
in terris non habiturum/sed de sola virgine nasciturum.cuius rei etiam:nõ defuerunt
aperta oracula.Non scribitur principium neq finis dierum Melchisedec:quia Christus
manet in æternum/neq reuera principium/neq finem dierum habens. patri coæter-
nus/quemadmodum ipse dicebat iudæis.Amen amen dico vobis:anteq̃ Abraham fie-
ret:ego sum.Et alibi.Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum:claritate quam ha
bui priusq̃ mundus fieret/apud te.Melchisedec:panem & vinum/sed vtrunq terrenum
deo obtulit.Christus autem:cœlestem panem/ & cœleste vinum.quare quanto cœlestia
præstant terrenis:tanto regnum/sacerdotium/& sacrificium Christi præstat regno/ sa-
cerdotio/& sacrificio Melchisedec.conspirationem tamen & consonantiam habent ma
27 iorem/q̃ regnum/sacerdotium/& sacrificium ex lege.Nam & vtriusq regnum/sacerdo-
tium/& sacrificium:extra veteris legis ritum sunt.Et hanc consonantiã Christi & Mel-
chisedec subiũgit apostolus:dicẽs. ¶Hic eni Melchisedec:rex Salem/ sacerdos dei al-
tissimi/qui obuiauit Abrahæ reuertenti a cęde regũ:& benedixit ei. cui & decimam ex
rebus omnibus impartitus est Abraham. primum quidem: interpretatur rex iustitiæ.
deinde etiam: & rex Salem/quod est rex pacis. sine patre/ sine matre/ sine genealogia.
neq principium dierum / neq finem vitæ habens : assimilatus autem filio dei / ma-
net sacerdos in perpetuum. ¶De Melchisedec hoc pacto in Genesi legitur. At ve-
ro Melchisedec rex Salem: proferens panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissi-
mi)benedixit ei/ & ait. Benedictus Abraham deo excelso:qui creauit cœlum & terram.
& benedictus deus excelsus:quo protegẽte/hostes in manibus tuis sunt.Et dedit ei de-
cimas ex omnibus. Et amplius inuitat Hebræos apostolus ad consyderationem figu-
ræ: vt ex ea erigat eos ad cognitionem veritatis (Melchisedec enim figura: Christus
28 veritas) & vt ex magnitudine vestigij/ magnitudinem cogitent exemplaris/ atq ait.
¶Cõtemplamini autẽ qualis sit is:cui & decimas ex primitijs dedit Abraham patriar-
cha. cum & ij quidem qui ex filijs Leui sacerdotium accipiunt: mandatum habeant/
decimas a populo/ id est a fratribus suis secundum legem accipere/& quidem qui exie-
runt ex lumbis Abrahæ.Is autem qui nõ est de genealogia eorum: decimas accipit ab
Abraham.& ei qui promissiones habebat: benedixit. ¶Mirabile in figura regnum/ &
sacerdotium Melchisedec in panis & vini sacrificio.cui non solum ab indigenis:sed a
peregrinis & alienis (erat enim Abraham peregrinus & alienigena) quasi vniuer-
sale esset decimæ donabãtur/ pariter & sacerdotali potestate benedicebat/ & etiam tã-
to & tali viro/qui electi populi dei summus erat patriarcha/ & propheta vt oraculo in-
dicatur Abimelec/qui & promissionem benedictionis acceperat. At sacerdotiũ Aaron
particulare erat:vt cui ab vna gente/Hebræa scilicet/ qui omnes ex Abraham descen-
derunt/ præceptum erat decimas accipere/ & vni soli populo ex authoritate benedice-
bat.At quid hoc est:nisi regale sacerdotium Christi/ vniuersale esse/ & omni genti com-
mune in veritate/ & omni populo/ & Gentili/ & Hebręo benedicere?vt in typo:Melchi-
sedec/ Hebræo Abrahæ benedicebat/ & gentilibus Chananæis? Insuper inuitat eosdẽ
Hebræos apostolus: vt consyderent quo pacto scriptura facit Melchisedec patriarcha
29 Abraham superiorẽ ac potiorem.Nam ex potestate & officio:benedicit Abrahæ.nõ au-
tem contra.atq in hoc:ipso Abraham superior ac potior.Subdit itaq Paulus. ¶Absq
autẽ cõtrouersia:quod inferius est a potiore benedicitur. ¶Recipiũt sane inferiores a
superioribus benedictiones:non contra. & penes superiora est benedicendi potestas &
authoritas:non autẽ penes inferiora.de potestate enim & authoritate:hic sermo est.in
inferioribus autẽ nõ est illa benedicẽdi sublimitas:sed laus/ & gratiarũ actio benedictio-
nũ/erga superiores.At quid hoc mõstrabat in Melchisedec? Christũ profecto/cui dictũ
est/ tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: & ipso Abraham/ &
omnibus prophetis/ & regibus potiorem ac maiorem esse. Propterea iudęis dicentibus
ei:nunquid maior es patre nostro Abraham/qui mortuus est? dicebat. Abraham pater
vester exultauit:vt videret diem meum.vidit:& gauisus est. Ipse:turbis dicebat.Regi-
na austri surget in iudicio cum viris generationis huius/ & cõdẽnabit eos: quia venit
a finibus terræ audire sapientiam Salomonis.& ecce plusq̃ Salomon hic.Viri Niniui-
tę surgent in iudicio cum generatione hac:& condemnabunt illam/quia pœnitentiam

egerunt in prædicatione Ionę.& ecce pluſq̃ Ionas hic. Chriſtus dominus ſuper omnes
patriarchas/reges/& prophetas:immo (vt vere Ioannes ait) ſuper omnes eſt.Rurſus/
aliam Chriſti eminentiam oſtendit Melchiſedec:Chriſti ſcilicet ęternitatem. Nam ſcri-
ptura de Melchiſedec/ vt viuente locuta eſt/ de fine autem eius & interitu ſuppræſſit:
quia Chriſtus manet in æternum. ſed de morte Aaron/ & aliorum ſacerdotum veteris
legis:non ſiluit.tam igitur præſtat Chriſtus alijs ſacerdotibus/ & eius ſacerdotium ſa-
30 cerdotio veteri:q̃ ſemper viuens mortali/& non æterno æternum. Quod ſubiungit apo
» ſtolus:dicens. ❡Et hic quidem/homines qui decimas ſumunt: moriuntur. ibi autem/
» teſtificatur:ꝙ viuit.& (vt ſic dicam) qui decimas accipit: per Abraham & Leui deci-
» matus eſt.adhuc enim in lumbis patris erat: cum obuiauit ei Melchiſedec. ❡Quid eſt/
& hic quidem:niſi in ſacerdotio Aaron/quod Leuiticum dicitur? Quid/ibi autem teſti-
ficatur ꝙ viuit: niſi in ſacerdotio Melchiſedec? Et quid teſtificatur? Sancta ſcriptura.
Et quid mirum ſi Leui in Abraham decimatus eſt:quandoquidem particulare ſacerdo
tium/ decimas ſuperiori/ digniori/& vniuerſaliori dare poſſit? quicquid enim fuit ex
Abraham/minus quidem ipſo Abraham: ſacerdotio Melchiſedec iure obtuliſſet deci-
mas/& in Abraham quodam modo decimatum eſt. Sed cum Chriſtus ex Abraham
deſcenderit: nonne etiam decimatus eſt? Minime. Nam Chriſtus maior Abraham eſt
ac etiam ipſo Melchiſedec/ melior/ maior/ ſuperior/ & eius ſacerdotium ſacerdo-
tio Melchiſedec maius/ melius/ſuperius: quanto veritas ſupereminet vmbræ. Immo ſi
Leui & Aaron vixiſſent eo tempore/ diuina placita intelligentes: potuiſſent & iure de-
cimas Melchiſedec offerre. At contra ſi Chriſtus tunc dignatus fuiſſet deſcendere in
terras:decima quæ eſt dei oblatio/ Chriſto debebatur ab ipſo etiā Melchiſedec/ & mul-
to magis ab Aaron & Leuitis. Immo veniēte ſacerdotio Chriſti: ſacerdotium Melchi-
ſedec/etſi vniuerſale/ceſſaſſet.Nam vmbratile.vmbra autem:orta luce euaneſcit.& tā-
to magis:particularia ſacerdotia Leuitarum.tum quia particularia:tum quia vmbrati
lia.vt & reuera:adueniente Chriſto ceſſauerunt/ſicut prophetia teſtabatur.Sacrificium
& oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti michi. holocauſtum & pro peccato non
poſtulaſti:tunc dixi/ecce venio.Quid enim eſt ſacrificium & oblationem noluiſti/& ho
locauſtum pro peccato non poſtulaſti: niſi ſacerdotiū vetus repudiaſti/ cuius officium
erat ſacrificium/ oblationem/& holocauſtomata offerre? ſicut dicit Hieremias. Holo-
cauſtomata veſtra non ſunt accepta: & victimæ veſtræ non placuerunt michi. non ta-
men/ etſi vetus ſacerdotium repudiatum/ ſublatumq; ſit quod particulare erat: manſit
mundus ſine ſacerdotio. immo aliud ſacerdotium quod vniuerſale & longe verius ac
excellentius eſt:continuo inductum eſt/de quo in Malachiæ prophetia. Ab ortu enim
ſolis vſq; ad occaſum/magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrifi-
catur & offertur nomini meo oblatio munda. Et ideo adueniente Chriſto non fuit om
nimoda ſacerdotij extinctio: ſed trāſlatio/ & tranſmutatio vnius ſacerdotij in aliud/&
alius generis ac conditionis. Et quia legis virtus in ſacerdotio conſiſtit/vbi inter deū
& populum mediator exiſtit: deficiente nimirum ſacerdotio/legem deficere neceſſe eſt.
ad quid enim proficeret lex populo:ſi nullus mediator/propiciator/ interceſſor in ea ad
deū eſſet pro populo? Et certe niſi tollendum fuiſſet ſacerdotium vetus/ quod eſt ſacer-
31 dotium Aaron ac Leuiticum : ſpiritus ſanctus in Dauid non dixiſſet/ aliud & alterius
» ordinis ſurrecturum. Quæ omnia ſpiritualiter ac diuine aperit apoſtolus:ac ait. ❡Si igi
» tur conſumatio per Leuiticum ſacerdotium erat (populus enim ſub eo:legiſlationem
» accepit) quæ adhuc neceſſitas fuit dici ſecundum ordinem Melchiſedec ſurrecturum
» ſacerdotem/& non ſecundum ordinem Aaron? tranſlato enim ſacerdotio:ex neceſſita-
» te & legis tranſlatio fit. ❡Vbicunq; ſacerdotiū & mediator legis ad deum:& hic quoq;
lex eſt.lex dico diuina.Euangelij:eſt decem præcepta ſeruare.Si vis (inquit) ad vitam
ingredi:ſerua mandata. Primæ tabulæ Moyſi fractæ fuerunt: vt & vetus teſtamentum
frangendum erat ac tollendum. ſecundæ tabulæ quæ nouum deſignabant teſtamen-
tum/& præcepta in eis ſcripta:manſerunt.mandata igitur illa tranſlata ſunt:& ſunt no
uæ legis mādata.neq; amplius mādata veteris legis dicūtur/vt quæ iam irrita & nulla
eſt.& ea obſeruo:nō quia veteris legis/ſed quia nouæ.& decimas ſoluo/non vt in veteri
ſacerdotio/ſed vt in nouo. Ecce (inquit) noua facio omnia. Sed ne iudæi credant ſacer-
dotium Chriſti/vetus eſſe ac Leuiticum: non ſolum ex ordine cognoſcitur/quia iuxta
ritum & ordinē oblationis Melchiſedec ſit/ſed & ex tribu id cognoſcitur eſſe non poſſe.
Nam dominus noſter/ de quo prophetia tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordi-
nem Melchiſedec : de tribu Iuda eſt/ non de tribu Leui. Nam de Dauid. Dauid au-
tem de tribu Iuda : vt ſcripſit Eſaias propheta. Egredietur virga de radice Ieſſe : &

flos de radice eius ascendet.& requiescet super eũ spiritus domini/ spiritus sapientiæ &
intellectus/ spiritus consilij & fortitudinis/ spiritus scientiæ & pietatis/ & replebit eum
spiritus timoris domini. Virga illa/ virgo fuit beatarum beatissima : quæ sine patre fi-
lium dei protulit. At ꝙ de Dauid/qui & de Iesse: oraculum dicit. Iurauit dominus Da-
uid veritatem & non frustrabitur eam:de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
In ijs quæ de Christo dicuntur aut sacerdotio/aut tribu/aut benedictionis promissione
diuinum interuenit iusiurandum: vt nulla cadat dubietas/ & fixa/ firma/ & immobilis
designetur diuini consilij sententia. Nam etsi cætera mutari possunt:non tamen ea quę
de Christo sunt/vbi diuinum interuenit iusiurandum. Certum igitur ex tribu: sacerdo-
32 tium Christi non esse Leuiticum.& multo magis etiam: ex ritu. Nam secundum ordi-
nem Melchisedec. Et ideo: subiungit Paulus. ¶ De quo enim hæc dicuntur:alia tribu
participauit/ex qua nullus altari intendit. Perspicuum enim est:ꝙ ex Iuda ortus sit do-
minus noster:ad quam tribum/ nichil de sacerdotio Moses locutus est. Et abundanti-
us adhuc dilucidum est:si secundum similitudinem Melchisedec surgit sacerdos alius/
qui non secundum carnalis præcepti legem factus est/sed secundum potestatem indisso
lubilis vitæ. testatur enim: quoniam tu es sacerdos in æternum / secundum ordinem
Melchisedec. ¶ Lex vetus:lex carnalis præcepti est.lex noua: lex præcepti spiritualis.
illi enim:carnaliter præcepta seruabant. nos vero: si secundum spiritum ambulamus/
præcepta seruamus spiritualiter. Nam:mortui peccato atq; carni. Illi autem: & peccato
& carni adhuc viuebant. De quo hæc dicebantur/tu es sacerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedec: dominus noster erat/ pariter & qui de tribu Iuda oriri deberet.
de qua:nullus vnq̃ ad sacerdotiũ Aaron assumebatur. Q̃ absurdi ergo sunt:qui librum
de sacerdotio Christi confixerunt: vt eum sacerdotem facerent secundum ordinem Aa-
ron/qui sacerdotium habebat quod erat super omne sacerdotium. tam certe ab homi-
nibus sacerdos fieri nõ potuit q̃ rex:qui a deo rex factus/habuit regnũ supra omne re-
gnũ.regnũ enĩ Christi etsi in hominibus:non erat tamen ab hominibus.rex enim erat
& reuera rex:& iudæorum & gentium. sed (inquit) regnum meum non est hinc. sic &
sacerdos erat/& reuera sacerdos:& iudæorum/ & gentium. sed sacerdotium suum non
erat hinc.a deo enim & rex erat/& sacerdos erat super omnẽ populũ in regem vnctus/
& sacerdotem: sicut scriptum est. vnxit te deus/deus tuus oleo letitiæ:præ participibus
tuis. Et ad quid sacerdotium Aaron assumpsisset? nichil enim perficiebat.vt figura non
perficit:sed veritas. atqui venit Christus vt consumaret & perficeret omnia: vt ipse di-
xit. Non veni soluere legem:sed adimplere.lex enim noua: veteris est adimpletio. erat
enim vetus:non simpliciter lex/ sed legis inchoatio / vt typus inchoatio consumatio-
nis operis. Ideo lege perfectionis inducta: lex vetus reprobata est/ id est cassa/ & irrita
facta. Nec ab re quidem. Nam perfecto/ consumatoq; opere: nichil amplius typo/ for-
mulaq; operis opus est. Nam non est is vsus/nõ id iuuamen in typo:quod in opere cõ-
sumato. Et quid habito fine:medijs etiam adhuc est opus? Christus autem finis. Quam
33 ob causam dicit apostolus introducta lege noui sacerdotij Christi: veterem legem ra-
tionabiliter factam irritam/ac subdit. ¶ Abrogatio etenim fit præcedẽtis mãdati:pro-
pter eius debilitatẽ/& inutilitatem. Nam nichil perfecit lex. introductio vero erat me-
lioris spei: per quam appropinquamus deo. Et quanto non sine iuramento est/at illi
sine iuramento sacerdotes facti sunt/ hic vero cum iuramento: per dicentem ad eum.
Iurauit dominus & non pœnitebit eum/tu es sacerdos in æternum secundum ordinem
Melchisedec:tanto melioris testamenti factus est sponsor IHESVS. ¶ Nichil perfecit
vetus lex. Nam per eã vita æterna & cœlestis hæreditas/ quæ sacerdotij consumatio
est:non sumebatur.sed per legem Christi:sumitur. Iuuare non poterat:quin omnes de-
scenderent ad inferos.ad idipsum:lex noua iuuat. Lex vetus:manuductio quædã erat
ad nouam.atqui cũ quis ad cognitionem deductus est:introductore amplius & pędago
go non indiget. Neq; certe is qui ad perfectionem legis Christi deductus est: indiget
amplius veteri lege. Et vt veteris legis & sacerdotij eius ĩtelligeretur nõ esse firmitudo:
sine iureiurando inducta sunt. Sed Christi sacerdotium/ & ex cõsequenti lex : iureiurã-
do sancitum/ vt vel sic intelligatur firmitas eius/& nulla vnq̃ futura abrogatio. tanto
melior:quanto per eam vicinius appropinquamus deo. quis enim propius deo appro-
pinquare potest:q̃ qui per proprium dei filium accessum habet ad deum? tanto melior:
quanto lex quæ consumat & perficit/potior est ea lege quæ solum figurat/& nichil per-
ficit. Immo tanto melior : quanto potior est mediator immortalis mediatore mortali/
& deus homine. Nam nouæ legis mediator ĩmortalis/& ideo semper vnus atq; idem &
in æternum manens : & deus. sed in veteri lege mediatores/ mortales/ & ideo multi

& non ſemper manentes: & ſolum homines. ſponſor enim/ id eſt fideiuſſor pro nobis
34 & mediator nouæ legis ad patrem: Chriſtus Iheſus/ hodie & in ſempiternum. Et
hanc eminentiā noui ſacerdotij ſuper vetus: ſubiungit apoſtolus/ atq; ait. ¶Et illi qui-
dem plures facti ſunt ſacerdotes: propterea q̄ morte prohiberentur permanere. hic autē
quia manet in æternum: ſempiternum habet ſacerdotium. vnde & ſaluare ad perfectū
poteſt eos/ qui per ipſum accedunt ad deum: ſemper viuens ad poſtulandum pro eis.
¶Cæteri omnes qui ſacerdotio functi ſunt: ad perfectum ſaluare non poterant. Chri-
ſtus autem ſolus: ad perfectum ſaluat/ & adducit ad vitam. Oues meæ (inquit) vocem
meam audiunt. & ego cognoſco eas/ & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis/ &
non peribunt in æternū/ & non rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Ecce quo modo ad per-
fectum ſaluat. Et quo modo poſſunt alij ſacerdotes/ mortales/ imperfecti/ terreni/ impu-
ri/ peccato obnoxij/ & peccatoribus ānumerati: conferri immortali ſacerdoti/ perfecto/
ſupercœleſti/ ſancto/ innocenti/ immaculato/ peccatoribus non connumerato? Quo mo-
do per illos ſaluari potuiſſet mundus: qui ipſi ſaluatione egebant? Certe per eos ſalua-
ri non potuit: ſed per eum ſolum qui cum ſanctus/ innocens/ immaculatus/ ac ſine pec-
cato eſſet/ a peccatoribus ſegregatus/ ſeipſum victimam obtulit pro peccatoribus/ cum
fuiſſet omni victima melior/ ſummū/ & conſumatiſſimum/ omnium oblationum locum
obtinens. Mundus igitur: hoc tali/ tātoq; ſacerdote maxime eguit. quem dare & conſti-
tuere non potuit: ſed ſolius dei fuit hunc ſacerdotem/ & hoc immaculatiſſimū ſacrifici-
35 um prouidere. vt non homo/ ſed deus victimam Abrahæ prouidit: quam pro filio ob-
tulit. multo autem magis: & quæ pro filio dei oblata eſt. Ac proinde dicit Paulus. ¶Ta-
lis enim conducebat nobis pontifex/ ſanctus/ innocens/ immaculatus/ ſeparatus a pec-
catoribus/ & excelſior cœlis factus: qui non habet quotidianam neceſſitatem/ vt & pri-
us ſacerdotes/ pro proprijs peccatis hoſtiam offerre/ deinde pro populo. hoc enim fecit
ſemel: cum ſeipſum obtulit. Lex enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitate affe-
ctos: ſed ſermo iuſiurandi quod poſt legem eſt/ filium in æternum cōſumatum. ¶Quod
cæteri ſacerdotes quotidie pro proprijs peccatis/ & pro peccatis populi/ innumeris repe
titis vicibus faciebant: Chriſtus non pro proprijs peccatis (vt qui peccatum non fecit/
nec inuentus eſt dolus in ore eius) ſed pro totius mundi/ vna oblatione ſatiſfecit. vnꝰ/
& vice vna: potentior innumeris/ infinities iteratis hoſtijs. Ergo quæ in miniſterio ſa-
cerdotij eius quotidie peraguntur: non tam ſunt iteratæ oblationes/ q̄ vnius eiuſdem/
& quæ ſemel tantum oblata eſt/ victimæ memoria ac recordatio. Hæc (inquit) quoties-
cūq; feceritis: in mei memoriam facietis. ſemel enim pro omnibus ſatiſfecit. Neq; aliud/
myſterium continet: q̄ ex præſentia corporis & ſanguinis olim oblati/ illius diuinæ &
omniſalutificæ oblationis/ ſatiſfactioniſq; memoriam. quæ omni ſacrificio/ & omni obla
tione ad finem vſq; mundi: deo eſt acceptior. Et hic ſacerdos noſter/ & hæc victima:
non eſt a lege Hebræorum inſtituta/ ſed a diuino iuſiurando. quod non pro tempore le
gis fuit: ſed pro ſacerdotio poſt legem. Cum enim dicitur/ iurauit dominus & non pœ-
nitebit eum/ tu es ſacerdos in æternum/ ſecundum ordinem Melchiſedec: ſacerdotium
hoc/ eſt poſt legem. legem dico: Moſaicam & veterem. & oblatio ſecundum ordinem
Melchiſedec/ panis ſcilicet qui de cœlo deſcendit/ & vini ſupernæ agricolationis: ſacri-
ficia veteris legis ſecuta eſt/ vt lux immenſa/ noctis opacitates. Ergo in luce noui ſa-
cerdotis/ & noui ſacrificij ambulantes: in ipſum ſemper intendamus/ gratia eius illu-
minati/ qui eſt filius dei/ ſolus in æternum perfectus conſumatuſq; ſacerdos. qui nos la-
uit/ nos redemit/ auerſos & odibiles nos conuertit/ & reconciliat deo patri/ in memoria
illa oblationis/ qua ſeipſum ei pro nobis obtulit. Cui ſit omnis honor/ & amor/ & gra-
tiarum actio/ vna cum patre & ſpiritu ſancto: in omnia/ & ſuper omnia ſemper benedi-
cto. AMEN.
A ¶EXAMINATIO nonnullorū circa literam. ¶Vulgata æditio. *Sacerdos dei ſūmi.*
27 ¶Dici poteſt: excelſi/ aut altiſſimi. Interpres Pauli. ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου. ¶Vul
gata æditio. Qui obuiauit Abrahæ regreſſo. ¶Potius: regredienti/ ſiue reuertenti. In-
terpres Pauli. ὁ συναντήσας ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι. ¶Vulgata æditio. Sine genea
logia. ¶Vno verbo dicitur: ἀγενεαλόγητος. Sed dices. Nonne habita eſt Chriſti ge-
nealogia? Quid igitur ait Matthæus: liber generationis Iheſu Chriſti filij Dauid/ filij
Abraham? Et inſuper. Generatio Chriſti: ſic erat? In primis præfabor veniam: ſi de hac
materia cogar in longum protrahere ſermonē/ præſertim etiā cū de hac materia/ dicen-
da erunt q̄plurima ab ijs quæ audita/ vſitata/ & recepta ſunt euariantia. Dirigat igi-
tur Chriſtus in dicendis de ſua nunq̄ ſatis & pro dignitate eloquibili genealogia/ no-
ſtræ orationis cymbam. Interrogas igitur: nonne habita eſt CHRISTI genealogia?

Habita est/& non habita/nota pariter & ignota. nam vt generatio eius & incarnationis sacramentum/ etiam reuelatum/manet occultum:ita genealogia & generatio eius reuelata/manet ignota. genealogia enim & generatio eius:nõ vt cæteræ/ sed super omnes. & vt homo/& deus est:ita permixta eius generatio/humana & diuina/& in imensum magis diuina q̃ humana. quare magis ignota & incõpræhẽsibilis / q̃ nota. Magis inquam diuina. nam inchoatio & remota quædam præparatio humana est:cõsumatio autem/& id quod vicinum/ & ĩmediatum diuinũ. siquidem ab Abraham & Dauid ad virginem vsq; humana præparatio/& (vt sic dicam)humana genealogia/& generatio fuit. a virgine vero in Christum:totum superhumanum/ineffabile/diuinum. Inoẽta est (inquit) in vtero habẽs de spiritu sancto. Ecce id:superhumanũ/ & diuinum. Et iterũ. Spiritus sanctus superueniet in te:& virtus altissimi obumbrabit tibi. ideoq; & quod nascetur ex te sanctum:vocabitur filius dei. Ecce qui nascitur/super homines dei filius/& ortus super homines & diuinus. O admiranda generatio/& genealogia/neq; humana solum/neq; diuina:sed vere humana/& vere diuina/sũma pariter & ima/ nota & ignota. vt & de ea possit etiam vere id Esaiæ oraculum itelligi. Generationẽ eius quis enarrabit? Nunquid enim quicq̃ enarratum est: cum id quod suscipitur narrandum/ ignotũ manet/secretum/& incognitum? Est igitur genealogia Christi incompræhensibilis/ et ignota. quare magis q̃ Melchisedec quantum est in hominũ cognoscendi facultate/sine genealogia/vt & in hoc Melchisedec filio dei assimilaretur/ vt vestigiũ veritati. Et id etiam prætendere videbantur iudæi cum dicebãt. Christus cũ venerit: nemo sciet vnde sit/tanq̃ futurus esset ignotus eius ortus/& ignota genealogia. Quod & saluator innuit. cum ijdem iudæi genealogiam eius se scire putarẽt/& cognoscere vnde esset. clamabat ergo Ihesus in templo/docens & dicens. & me scitis & vnde sim scitis/ & a meipso non veni/sed est verus qui misit me quem nescitis? Ignota igitur esse debebat eius genealogia/& ignotum vnde esset. quare & sine genealogia. Et etiam cũ genealogia sit cõtinuata generationũ series in aliquẽ vltimũ finaliter deducta: quo modo erit proprie Christi genealogia? Recte enim dicitur. Dauid rex genuit Salomonẽ/Salomon Roboam/& hucusq; Matthan genuit Iacob/Iacob genuit Ioseph:sed non amplius dici potest cõtinuata serie/Ioseph genuit Christũ. Non tam igitur hęc genealogia Christi est q̃ Ioseph: vt in quem ceu in vltimũ/cõtinuata generationũ series deducta sit & finita. nõ autem duci possit in Christum:finit igitur genealogia citra Christum. Addes forsitan. Ergo hę generationes/hic generationum ordo/hæc genealogia: nichil pertinet ad Christum. Immo aliquo modo pertinet. Nam legalis Christi pater: Ioseph. sponsus enim & coniunx almæ virginis:secundum legem fuit. sicut scriptum est. Ioseph fili Dauid:noli timere accipere Mariam coniugem tuam. coniugem dico secundum legem:non secundum carnem. nam semper carne illibata/integra/intactaq; permansit. Generationes ergo hæ quæ pertinebant ad patrem/sed legalem quidem patrem:etiam & ad filium/sed identidem secundum legem filium? Sic enim virgo fœta deo/illum patrem eius appellabat. Fili (inquit) quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego : dolentes quærebamus te. Enimuero & ipse pater erat secundum legem: & ipsa mater secundum legem. nam mater in legis matrimonio. & non solum mater secundum legem:sed & secundum naturam/& supra legem/& naturam. Sed addes. Expositores aiunt Matthæum genealogiam Christi texere secundum lineam naturalem:Lucam autem magis secundum lineam legalem. Quo modo igitur hæc generationũ deductio:nõ erit naturalis dicẽda potius q̃ legalis? An latinos hic/potius ne Græcos imitabimur: qui ex antiquitate/naturalis genealogiæ virginis/seruauere memoriam? Et dicemus (si Ioseph respicimus) Matthæum texuisse naturalem generationũ seriem: sed si Christum/ texuisse legalem. Et contra/Lucam magis/naturalem tetigisse lineam. nam Christus: virginis naturalis filius. atqui ipsa (vt Græcorũ fert sentẽtia) natura/ & secũdum carnem processit de Dauid per Natthan. Cum igitur Lucas a spõso virginis in Dauid per Natthan deducat seriem:naturalem proculdubio magis tangit Christi lineam. Cum igitur Ioseph secundum carnem descendat a Salomone/& Christus secũdum carnem a Natthan/quãdoquidem & beatissima virgo secundum carnem a Natthan descendit/& fieri non possit vt idem secundum carnem de Salomone/ & de Natthan procedat: Christus igitur secundum legem solum processit a Salomone/& tota series generationum a Ioseph in Salomonem/ solum secundum legem ad CHRISTVM pertinens. Sed & Christus/ & beatissima virgo/ & Ioseph de Dauid secundum naturam & legem processerunt/ & insuper Christus secũdum promissionem. coincidunt enĩ omnes in Dauid: & omnia in Christo. Sed insurgent. Natthan:adoptiuus filius est Dauid. At vbi id compererunt?

Quid est:quod secundo Regnorũ legitur/Accepit ergo Dauid adhuc cõcubinas & vxores de Hierusalẽ/ postq̃ venerat de Hebron:natiq; sunt Dauid & alij filij/ & filiæ.& hęc nomina eorum:qui sunt nati ei in Hierusalem. Samua/& Sobab/ & Natthan/& Salomon/& Iabaar/& Elisua/& Nephen/& Iaphia/& Helisama/& Helida/& Helipheleth. Ad quid scribitur accepit Dauid adhuc cõcubinas & vxores: nisi vt genuisse significetur/Quid est nati sunt ei i Hierusalem:nisi quos genuit sibi in Hierusalẽ/Q uis nisi sensum torquens/dicet qui nati sunt ei:id est quos adoptauit/ Nunquid & adoptauit Salomonem:qui inter cæteros nominatur/Quid ei adoptione opus fuit:qui proprijs filijs abundauit/Nun igitur adoptiuus:sed proprius/&secundum naturam Natthan/Dauid filius.Et ne credas Natthan filium Dauid ex concubina esse/ sed ex legitima vxore:cauet diuinus sermo in primo Paralipomenon/cum ait. Porro in Hierusalem nati sunt ei filij Sammaa/& Sobal/& Natthan/& Salomon: quatuor de Bersabee. Ecce Natthan natus de Dauid:& frater Salomonis.Sed dicent: hi tres Sammaa/Sobal/ & Natthan: filij fuerunt Vriæ.Si filij Vriæ:quo modo nati Dauid/ Nati enim Vriæ:nõ Dauid fuerunt.Si filij Vriæ: cur deiparã virginem concedis secundum carnem de Natthan processisse qui fuit Ethæus/& secundum carnẽ de Vria natus Etheo/Nunquid dices Christum secundum carnem ex Vria processisse: & Ethæum fuisse/ Quid hoc nisi Christum non descendisse de Dauid:immo Christum non esse Christum/ Ideo ne quispiam id asserere auderet:studiose cauit/ prouiditq; scriptura/frequenter dicere nati sunt ei/ id est Dauid.Immo quia Christus per Natthan descendit de Bersabee/& Dauid:arbitror Bersabee honoratam/vt in genealogia Christi nomen eius circunloqueretur.Verum insurges ex verbis Salomonis:sic in prouerbijs de se loquentis. Ego filius fui patris mei:tenellus & vnigenitus coram matre mea/& docebat me/& dicebat. suscipiat verba mea cor tuum:custodi præcepta mea/& viues.Si vnigenitus coram matre sua:ergo Natthã non fuit filius Bersabee & Dauid.Hæc prouerbia sunt.Sed esto hæc prouerbia nõ sint/ nec parabola/sed historiæ reiq; gestæ continentia veritatem: hoc argumentum inualidum. Nam & Natthan/ & duos prænominatos aiunt (qui sic argumentantur) filios Vriæ/& Bersabee fuisse.At quo modo stat/Natthan filius est Bersabee/ etiam Salomone natu maior:quo modo inquam stat/quod tunc Salomon dixit. ego fui vnigenitus coram matre mea/Si plures cum eo habebat filios:quo modo ergo vnigenit⁹ ei erat/ Quid igitur dicemus/ Certe Salomonem filium Dauid & Bersabee fuisse/ & Natthan vtriusq; similiter filium/ & reliquos duos pariter/ & omnes quatuor naturales secundũ carnem vtriusq; fuisse filios: sed Salomonem omnium natu maximũ. Cum enim sic nominantur Samua/siue Sammaa/Sobal/Natthan/Salomon: a minimo hæc incipit nũcupatio/ gradatim a minimo procedendo ad maximum.Et id quoq; non ab re adijciẽdum est/cum Salomon nunc a patre/ nũc a matre institueretur doctrinas/quas in prouerbijs ad memoriam reuocat:tenellum tunc fuisse/& tãtillę ætatis/& vnigenitum fuisse matri suæ Bersabee.quia neq; Natthan/neq; alij adhuc nati erant.& id: prætendere verba. Ego filius fui patris mei/tenellus/& vnigenitus coram matre mea: & docebat me.quia tunc modicæ ætatis erat (quid enim hoc/ tenellus aliud significat/& tũc vnigenitus matri suæ/cũ eum tam solerter & Dauid/& Bersabee docebant.At rursus quęres:nũquid Natthan vnde virgo processit/Fuit Natthan propheta/At quo modo Natthan propheta:filius Dauid/quẽ non crediderim minorẽ ætate ipso Dauid fuisse/Quo modo filius Bersabee:qui missus est ad Dauid iudiciũ dei nunciare de morte Vriæ & raptu Bersabee/Si filius fuisset Bersabee:vetula fuisset Bersabee tam grãdęuũ filium habens/ quæ & adolescentula fuisse cognoscitur/cũ eam cõcupijt Dauid/& rapuit/ & quæ ipsi Dauid superuixit.Alius igitur Natthan propheta/qui erat de familia prophetarũ: & alius Natthan filius/& de familia Dauid. Et qui id nõ intelligũt:æquiuoco ludũtur/ & coguntur effutire inepta.Sed inquies.Ob sanctitatẽ prophetæ Natthan: credunt iudæi debuisse Christũ descendere per Natthan prophetam.Nonne scilicet:vt sanctitas/ & prophetia Natthan deriuaretur ad Christum/O carnalis/& iudaica cogitatio. Quid enim opus est aliqua deriuatione bonitatis aut perfectionis ab aliquo in Christum: a quo omnes habent omnẽ perfectionẽ & omne bonum/Neq; enim par est a quo cuncti cuncta accipiunt:ab aliquo accipere/sed exemptum esse/ & esse super omnes. sicut scriptum est.Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et rursus. Qui de cœlo venit: super omnes est.Et tametsi Christus a sanctissimis descenderit (quis enim inter puros mortales/sanctior/quis purior superbeata virgine/) ab illis tamen nichil sanctitatis accepit : sed tribuit.Sentire igitur potius debebant/ descensurũ eũ de semine Dauid:sicut scriptum est.Iurauit dominus Dauid veritatem/ & nõ frustrabitur eã/ de fructu ventris

tui ponam super sedẽ tuam: q̃ descensurum per Natthan prophetã/de quo nichil/neq;
promissionem/ neq; quicq̃ scriptũ cõperiebant. At quid iudæi sentirent/ aut potius suo
sensui innitendo præsumerent/ non curandum: sed quid Christiano sentiendũ. Verum
rursus inquies.Quid est quod Beda scribit.Quam Matthęus per Salomonẽ/Lucas per
Natthan texit generationẽ: ille regalem/ iste vt vitulus sacerdotalem ostendit familiã.
Et subdit.secundum carnem:ex regali/& sacerdotali familia est exortus.Arbitror id di-
xisse Bedam/publica opinione ductum:quia de Natthan propheta arbitratus sit descẽ-
disse Christum/& eundem Natthan sacerdotem fuisse/& de tribu fuisse sacerdotum.Ve-
rum aduertere debuit diuini Pauli hic sententiam: id (vt par est) reclamantis/ vbi de
Christo loquens:ait.De quo enĩ hæc dicuntur:alia tribu participauit/ ex qua nullus al-
tari intendit.Perspicuum enim est:ꝙ ex Iuda ortus sit dominus noster.Et idem ad Ti-
motheum.Memento Ihesum Christũ ex semine Dauid suscitatum a mortuis secũdum
euangelium meum.Quid est secundũ euangelium meũ:nisi ex reuelatione Ihesu Chri-
sti/Certiores (inquit)vos facio fratres:euangelium quod euangelizatum est a me/ non
esse ab homine.neq; enĩ ipsum accepi ab homine neq; didici:sed per reuelationem Ihe
su Christi.Et quo modo etiam fieri posset:vt ex tribu regia/ & ex tribu sacerdotali quæ
leuitica est/id est ex Iude/& Leui/ dominus exortus esset familia/ De eo qui patrem &
matrem secũdum carnem haberet/vt patrem de tribu Iuda/ & matrem Leuiticam: ni-
chil id forsan prohiberet asserere.Sed de Christo qui solum secundum carnem matrem
habuit/& de Iuda descendit/imo de Iesse & Dauid:quo modo id dicetur/Verũ te scru-
pus hic angit:neq; id Bedam/neq; eos quibus astipulatur absq; ratione dixisse/tibi per-
suaderis.Nã Elizabeth de tribu Leui erat.Inquit enĩ Lucas euangelista.Zacharias de
vice Abia:& vxor illius de filiabus Aaron/& nomen eius Elizabeth.At beatissima Ma
ria mater Christi/sola virgo mater/& matrum fœlicissima:erat illius Elizabeth cogna-
ta/& cõsanguinea.Et ecce (inquit) angelus ad eam:Elizabeth cognata tua/& ipsa cõ-
cepit filium in senectute sua.At quo modo erat cognata/& cõsanguinea Elizabeth quæ
erat de sacerdotali familia:nisi etiam ipsa fuisset de sacerdotali familia/Non fuit virgo
superbeata de sacerdotali familia:sed de Iuda/& Dauid/vt continẽt oracula.Nam Ioa-
cim pater virginis: de Dauid secundum carnem descẽdit per Natthan filium Dauid.
Et Anna virginis mater(vt testatur historia)Bethleemitica fuit/ vbi erat Dauitica tri-
bꝰ regia.Dauitica igitur fuit eius mater/& Dauiticus eius pater/& vterq; secundũ car-
nem de Iuda.At quo modo igitur Leuiticæ Elizabeth cognata/Id ex historia a maio-
ribus nostris seruata:cognoscitur.Nã memoria seruatum est: Annã & Esmeriã sorores
Bethleemiticas fuisse/& Dauiticas/regiasq; soboles. Annam autem:de familia Dauid
accepisse Ioacim virum.Sed Esmeriam:virum accepisse Leuiticum/de familia Leui/&
Aaron.licebat enim eam quæ de tribu Iuda esset/ tribui Leui misceri: dum modo eam
non sequeretur familiæ hæreditas. & eo patre/ id est Leuitico nata est:Elizaberh.quæ
ideo recte vna de filiabus Aaron dicitur:vtpote patre genita viro Aaronita/etsi matre
Bethleemitica.Virgo autem/ex Anna sorore matris Elizabeth nata est:sed ex viro(vt
dictum est) Iuda. Lege historias. Ecce igitur quo modo virgo Dauitica/ ex familia
Iudæ cognata fuit/siue mauis cõsobrina Elizabeth Aaronitidi/& de sacerdotali fami-
lia.Non igitur hac de causa oportet Christum secundum carnem ortum ducere etiam
vllo pacto/ex sacerdotali familia.Natthan igitur a quo virgo descendit: non fuit de sa
cerdotali familia.Neq; Lucas sacerdotalem describit seriem:sed Dauiticam.Neq; Mat
thæus:sed Dauiticam.Verũ hic:regiam.ille:non regiã.At rursus forsitã adijcies. Chri
stus rex & sacerdos:per regiam & per sacerdotalem descendere debuit familiam. Im-
mo per neutram:tametsi rex & sacerdos.Per regiam lineam nõ descendit: ne ex succes-
sione/& ab homine regnum terrenum videretur accepisse:qui hominibus dat non ac-
cipit/ & qui a deo regnum accepit non ab homine.Ego (inquit) constitutus sum rex ab
eo super Sion montem/sanctum eius:prædicans præceptum eius.Et quid ex successio-
ne acciperet momentaneum:qui a deo accepit æternum.Dabit illi (inquit angelus) do
minus deus/sedem Dauid patris eius:& regnabit in domo Iacob in æternum/& regni
eius non erit finis.Ecce deus dat ei regnum/regnum eminentissimum/regnum vniuer-
sale/& regnum omniũ regnorũ.Quid igitur ad ipsum:regnum ex successione/particu-
lare/& momẽtaneũ/Quicquid Christus gessit:vt vniuersalis rex gessit/nõ vt particula-
ris & ex successione regnũ accipiens.nã & rex erat:& rex omniũ regũ terræ.sed(inquit)
regnum meum:non est hinc.nam ex cœlo erat.& regnauit/& regnat/& regnabit in do-
mo Iacob in æternum:quæ est congregatio fidelium.Et dedit ei deus sedem Dauid pa-
tris eius:quæ est potestas regia/& thronus regius/ sed in veritate.& quæ hæc sedes/&

quis hic thronus: aperit oraculum diuinum vbi dicitur. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo/ & sicut luna perfecta inæternũ: & testis in cœlo fidelis. nõ igitur in vmbratili sede Dauid/ sedere debuit/ vt reges ex successione: qui veram & æternam in cœlo vbi semper sedet & sedit/ habuit sedem. Immo si filij Dauid secundũ regiam lineam mãdata dei/ & vetera & noua seruassent: adhuc hodie i particulari sede Dauid sederent/ nichil id impediente vniuersali Christi regno/ vt & diuinũ cõtinebat oraculum. Si custodierit filij tui testamentum meum/ & testimonia mea hæc quæ docebo eos: & filij eorum vsq; in sæculum sedebunt super sedem tuam. etenim: vt facet hymnus continet. Non eripit mortalia: qui regna dat cœlestia. Sed neq; seruauerunt vetera: neq; seruãt noua. Et sic vetera non seruauerunt: vt de Iechonia lineæ regiæ/ a deo per Hieremiam dictum sit. Neq; enim erit de semine eius vir: qui sedeat super solium Dauid /& potestatẽ vltra habeat in Iuda. Qoomodo igitur Christus per lineam regiam descendere deboit de Iechonia: etsi Ioseph pater legalis eius/ de eo descenderit/ Non igitur descẽdere debuit de Dauid per lineã regiam/ sed de Dauid per lineã Natthan nõ regiam: qoi ex hoc mũdo regnum habere non debuit/ sed regnũ a deo accepit supramundanum & sempiternum. linea enim non honorat Christũ: sed Christus lineam. Et simili iure/ ex linea sacerdotali descendere nõ debuit: ne terrenũ & simile ipsis deberi illi videretur sacerdotiũ qui cœleste accepit & æternũ/ quẽadmodũ de eo scriptum est. Tu es sacerdos in æternum: secũdom ordinẽ Melchisedec. Et simili quoq; causa/ ex prophetarum nasci non debuit familia: ne simile prophetiæ euoi illis participare videretur donum/ qui est super õnes prophetas/ & per quem omnes prophetæ sunt. Et q de Dauid nasci deberet: id nõ fuit quia Dauid rex esset: sed quia ipsi Daoid promissus fuerat vt & Abraham. nã & maior Abraham: vt in qoo/ nõ i Abrahã benedicti sunt omnes tribus terræ. & maior Dauid cui promittebatur: & rex & dominus. Ideo Dauid in spiritu vocat eum dominum suũ: cum ait. Dixit dominus domino meo. Rex est enim/ & vere rex: super regnũ Dauid/ & Israeliticum. & sacerdos: super legale sacerdotiũ. & omnia sciens: super omne munus propheticum/ vt de eo dicebant discipuli. Nonc scimus quia scis oia: & non opus est tibi/ vt quis te interroget. Nõ ergo Christus rex ex regibus: sed super reges omnes. non sacerdos ex sacerdotibus: sed super sacerdotes omnes. non propheta ex prophetis: sed super prophetas omnes. immo ab eo reges suot reges/ & sacerdotes sacerdotes/ & prophetæ sũt prophetæ/ & non contra: sed hæc omnia est exempte/ superhumane/ & diuine. Sed cum genealogia virginis/ ex qua horũ omnium aliqua ex parte desumpta sunt fundamẽta/ vulgaris non sit: nichil dissentaneũ fortasse videbitur/ si vt ex græco cœpta iuenitur/ ex Luca suppleatur. Et vtraq; cum Matthæi tum illa/ ex latere oculis subijciantur: vt quæ dicta sunt/ legẽtib9 habeãtur cõspectiora/ & quasi ex typo & formula dephẽsa. Vbi cũ superius dictum frequenter est/ Christũ & virginem de Dauid/ Natthan & huiusmodi descẽdere: id descẽdere non imperfectionem dicit/ sed ortum ducere/ & ad nos per miserationem descendere. nam series ad Christum & virginẽ ad secretum delectam incarnationis verbi dei mysteriũ nõ descendit/ sed re vera ascendit / & omni perfectione & supra perfectionem omnẽ sublimatur. Igitur i hac genealogiarũ agenealogeti & (vt sic dicã) ingenealogizabilis ordinatione: Christ9 summũ locũ simpliciter tenebit. Ioseph & virgo: proxima. hæc: secundũ legem & carnẽ. ille: solũ secundũ legẽ. Ima loca: Abrahã / Dauid. proxima ad latera: Salomon/ Natthan. hic quoad Christũ: secũdũ legẽ & carnẽ. ille: solum secundũ legẽ. hic: ob Christi & deiparæ virginis latus dextrũ id est nostræ sinistrę oppositũ. ille: leuum nobis cõtuẽtibus nostræ dextræ oppositum. Hæc igitur sit vtriusq; deductionis generationũ series ac ordinatio.

¶SEQVENS MARGO OCVLARI DESCRIPTIONE MANIFESTABIT Vtranq; seriem generationum Christi: per qoam quæ superius dicta sunt facilius depræhenduntur vniuersa. In qua quidem descriptione cũ i serie Natthan, ĩ qua virgo beatarũ beatissima collocatur/ legis familiã Dauid non regiam: noli id/ non regiam per defectum intelligere/ sed per eminentiam/ quia sit superregia & plusq̃ regia. Quomodo enim linea illa non sit superregia in qua virgo & Christus secundum naturam sont/ virgo inquam cunctis impar/ quę super omnes reginas est/ & Christ9 sup õnes reges/ Hæc igitur linea vt sol oriẽs nichil obscurũ: ita nichil habet p defectũ. alia: clara mũdo. hęc: supra mũdũ.

SEQVITVR ITAQVE PRAEDICTORVM OMNIVM DESCRIPTIO.

periorıbus dictum eſt)dicere poſtulandū. Et dicendum pro eis. Interpres Pauli. ἐισ τὸ
ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἀυτῶν. ¶Vulgata æditio.Sermo autem iuſiurandi/qui poſt le-
gem eſt. ¶Dicendum:quod poſt legem eſt.relatiuum enim referre debet iuſiurandum:
non ſermonem.Quod ex græco cognoſcitur:vbi relatiuum eſt fœminini generis/vt &
vocabulum cui reſpondet iuſiurandi.& vocabulū cui reſpondet ſermo in græco eſt ma
ſculinum. Interpres Pauli. ὁ λόγοσ δὲ τῆσ ὁρκωμοσίασ, τῆσ μετὰ τὸν
νόμον.

CAP.VIII

PEr ea quæ de Melchiſedec habentur/ vt per elementa legis ad veritatē
& ſignificationem illorum elementorū:vera/ſacra/& deo digna intelli-
gētia manuduxit Hebræos apoſtolus. nunc quaſi epilogo & ſummatī
colligit quod ſuperiori ſermoue intendit/articulum ſcilicet fidei/pontifi
cem noſtrum Iheſum Chriſtum ſedere in dextera patris/miniſtrum cœ-
leſtium tabernaculorū/& authorem ſacrificiorum noſtrorum/ illa vere
ſub ſacris velamentis veneranda/præbentem in terris/& reuelate mi-
36 niſtrantem conſpectui diuinæ maieſtatis/miniſtrantem in cœlis in ſan
ctuario illo dei/quod non homo/ſed quod deus fixit ac condidit. Ait itaq;. ¶Summa au
tem in ijs quæ dicuntur:eſt. Talem habemus pontificem:qui ſedit in dextera throni ma
ieſtatis in cœlis.ſanctorū miniſter eſt/& tabernaculi veri:quod fixit deus/& non homo.
¶Sācta quorum Chriſtus miniſter eſt:cœleſte & verum tabernaculum eſt/de quo cap.
ſequenti dicetur.quod per id quod ſanctū ſanctorū dicebatur:deſignabatur. Moſes fixit
tabernaculum:in quo pontifices ſacrificia offerebant/& pro populo preces fundebant.
& hoc tabernaculum:verum non erat/ ſed figura veri. neq; hoſtiæ:veræ hoſtiæ/ ſacraq;
vera/ ſed verorū ſacrorum vmbratilia ſimulacra. Et cum omnis pontificis officium ſit
offerre deo:habet & hic æternus pontifex/quod deo offerat.ſed non quale offerebant ī
terris/ vmbratile ſacrificium: ſed ſacrificium verum. Et ſi eſſet in terris : non tale/ qua-
le illi deo offerret ſacrificium/ſed ſacrificium verū. nam eſt cōſumator verorum ſacro-
rum:& non typicorum miniſter. Verum cū fuit in terris:nichil tale obtulit/ ſed exēplar
37 ſacrificiorū. de quo is qui maior prophetis erat & natis mulierum:dicebat. Ecce agnus
dei:ecce qui tollit peccata mundi. Atq; ideo:ſubiungit apoſtolus. ¶Omnis enim ponti-
fex:ad offerēda dona & hoſtias cōſtituitur. vnde neceſſariū eſt: etiā hūc habere quippiā
quod offerat. Sed ſi certe eſſet in terra: nequaq̄ eſſet ſacerdos/ vt ſunt ſacerdotes ſecūdū
legē dona offerentes/qui exēplo & vmbræ ſubſeruiunt cœleſtium. quemadmodū cœpit
Moſes reſponſum: cū deberet perficere tabernaculū. vide enim(inquit)facies omnia/ſe-
cundum typū demonſtratum tibi in monte. ¶Pontifices qui conſtituebantur/ab homi-
nibus:carnales offerebant hoſtias. qui vero non ab hominibus ſed a ſolo deo pontifex
eſt conſtitutus:ſpiritualem & diuinam. neq; aliam in terris/& aliā in cœlis:ſed in terris
adhuc ſacris velaminibus occultā/in cœlis vero reuelatam. Quare in nouo ſacerdotio
ſacerdotis æterni/non amplius exemplo & vmbræ cœleſtium inſeruiendo(quod vetus
habebat legis obſeruatio)litandū eſt:ſed in veritate nouorū/etſi adhuc nobis/ tantiſper
dum mortalem vitam gerimus/ velatorum. ceſſarūt igitur ſacrificia Iudæorum/ vetuſq;
adipletus eſt & finitus ſacrificandi ritus: & ſoli nouo nūc eſt inſiſtendum. veritate enim
pręſente:quid figura/quid veſtigio opus eſt/melioribus traditis imo conſumatiſſimis &
optimis:quid nos adhuc detinebunt imperfecta & inconſumata/aurū habes quod deo
offeras:quid illi offeras vile metallū/ſacrificium pontificis æterni in immenſū ōne aliud
ſuperat ſacrificiū:quod iam fecit & voluit toti mundo eſſe publicū. ceſſauit igitur quod
38 deterius eſt. Alioqui ſis ſimilis Cain:qui cū potuit melius offerre/ offerebat deterius. Et
ſublatū eſſe vetus:oſtēdit Paulus/ac ait. ¶Nunc vero præſtātius adeptus eſt miniſteriū:
quanto & potioris teſtamenti mediator eſt/quod in melioribus promiſſionibus ſancitū
eſt. Nam ſi primum illud fuiſſet irrepræhenſibile:nunq̄ ſecundi exquireretur locus. reprę
hendens enim:eis dicit. Ecce dies veniunt dicit dominus:& conſumabo ſuper domum
Iſrael/& ſuper domum Iuda teſtamentū nouum/non iuxta teſtamentum quod feci pa-
tribus eorum/in die qua appræhendi manū eorum/vt educerem eos ex terra Aegypti.
quia ipſi non permanſerunt in teſtamento meo:& ego neglexi eos dicit dominus. Quo-
niam hoc eſt teſtamentū/quod diſponam domui Iſrael poſt dies iſtos:dicit dominus. da
bo leges meas in mente eorum:& in corde eorū ſcribam eas.& ero ipſis in deum:& ipſi
erunt michi in populum.& non docebit quiſq; ciuē ſuum/& quiſq; fratrem ſuum/ dicēs:
cognoſce dominum. quia omnes ſciēt me:a paruo eorum/ad magnum vſq;/eorū. quo-
niam propicius ero iniuſtitijs eorum:& peccatorum eorum/& iniquitatum eorum/non
recordabor amplius. In hoc quod dicit nouū:inueterauit primum. quod autē inuetera-

tur & senescit: prope interitum est. ¶ Hoc oraculum de nouo testamēto: Hieremiæ est
prophetæ. Et Moses: testamentū vetus/ primū in mēbranis & pellibus mortuis scripsit.
Nouum autem: non primitus sic scriptum est/ sed in mēte & in cordibus viuis. Non enī
Christus reliquit nobis scripto testamentum nouum vt Moses vetus: sed inscripsit illud/
viuæ vocis oraculo/ & per spiritum sanctum/ in mētibus apostolorum & discipulorum/
sicut oraculū cōtinebat: quo quidē prædixerat. Dabo leges meas in mēte eorū: & i cor-
de eorū scribā eas. Deide quatuor ex illis qui eas mēte inscriptas habebant/ qui per qua-
tuor animalia plena oculis ante & retro/ plena intelligētia veteris legis quæ antecessit/
et noue quę subsecuta ē in sacra Ezechielis prophetę visione significabātur: nobis reliq-
runt scripto. Et hoc est nouū testamētum: morte filij confirmatum. testes: apostoli/ & di-
scipuli omnes/ & quicunq; audierunt dominum Ihesum. Scribæ & notarij: quatuor euā-
gelistæ. nouū (dico) testamētum/ tanto excellētius: quanto filius dei præstantior media-
tor q̄ Moses/ est. tanto excellētius: quanto noui promissiones/ promissionibus veteris sūt
potiores. Ego inquit dispono vobis sicut disposuit michi pater: regnum. Et iterum. Vbi
sum ego: illic & minister meus erit. Et alibi. Oportet exaltari filium hominis: vt ōnis qui
credit in ipsum non pereat/ sed habeat vitam æternam. sic enim deus dilexit mundum:
vt filium suum vnigenitū daret: vt omnis qui credit in eum non pereat/ sed habeat vitā
æternam. Hæ sunt noui promissiones: regnum cœleste/ esse cum Christo/ vitam æternam
possidere. Sed quid vetus promittit? At nunc Israel audi (inquit) pręcepta & iudicia: quę
ego doceo te: vt faciēs ea viuas/ & ingrediēs possideas terrā quam dominus deus patrū
vestrorū daturus est vobis. Et iterū. Omne mādatum quod præcipio tibi hodie: caue di-
ligenter vt facias/ vt possitis viuere & multiplicemini/ ingressiq; possideatis terrā pro qua
iurauit dominus patribus vestris? Et alibi. Obserua & audi ōnia quæ ego pręcipio tibi:
vt bene sit tibi/ & filijs tuis post te. Q̄ꝫ latum discrimen est: promissionis regni cœlorum/
& regni Chananæorum. esse cū Christo: esse in terra promissa patribus. promissionis vi-
tæ æternæ: & promissionis vitæ præsentis ac momentaneæ. tanti præstat nouum te-
stamentum veteri. Et qui nouum dicit: vetus continuo intelligit. nam nouum: respe-
ctu veteris/ nouū dicitur. vt posterius: respectu prioris. quod autem veterascit & senescit:
interitui est obnoxium. vetus igitur testamentum interiturū erat/ & iam re-vera interijt/
noto/ & vbiq; publicato/ nouo. nouum autem: semper nouum est/ semper durat. nouum
siquidē semper nouum erit: vt quod posterius non sit habiturū/ respectu cuius vetus ha-
beatur. est igitur testamentū nouum: testamētum æternum/ vt & postea vocat apostol9/
dicēs. Deus autem pacis qui eduxit ex mortuis pastorē magnum in sanguine testamēti
æterni/ dominum nostrum Ihesum Christum perficiat vos in omni opere bono. Cui sic
in æterno eius testamēto seruire ac obedire possimus: vt ad promissiones sancti testamē-
ti eius/ peruenire valeamus. tribuente eodem domino nostro Ihesu Christo: qui cum pa-
A tre & spiritu sancto/ viuit/ regnat/ gubernat omnia deus vnus in regno æterno. Amen.
36 ¶ EXAMINATIO nōnullorum circa literā. ¶ Vulgata æditio. Capitulum autē super ea
quæ dicūtur. ¶ Capitulum hic/ significat summā & in perq̄paucis collectionem. Ideo ad
promptiorē intelligentiam: maluimus dicere summā q̄ caput/ aut capitulum. Interpres
Pauli. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. ¶ Vulgata æditio. Qui consedit ī de-
xtera sedis magnitudinis in cœlis. ¶ Diximus maiestatis: ne videatur vocabulū quod a
vetere interprete cap. primo quintæ epistolæ quæ est ad Ephesios/ vertitur magnitudo/
vbi ait. quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos. illic enim habetur. μέγε-
A θος hic vero μεγαλωσύνη. Interpres Pauli. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου
37 τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ¶ Vulgata ęditio. Qui exemplari & vmbrę
deseruiunt cœlestiū. ¶ Quod dicit hic vetus interpres exemplari: exemplū & adumbra-
tionem dicit alicuius verioris/ quod archetypus est & primitiuum exemplar. & quod
hic etiā nominatur: sic est exēplum/ vt & subexemplum/ tanq̄ sit sub exēplo exemplum.
quod autem subest: adumbratio est. quod est supra: exemplar/ & illius veritas ac proto-
typ9. Quod si sit simpliciter supra: simpliciter veritas/ archetypus/ & prototyp9. Cerimo-
niæ Hebræorū: nostrarū olim erant exempla/ typi/ & hypodigmata. nostræ autem illarū
sunt exemplaria/ & (vt sic dicam) superexempla & hypertypi. non tamē sunt simpliciter
exemplaria/ superexempla & hypertypi. nam supra se habent exēplaria/ veritates/ arche-
typos/ & prototypos. hæc enī: sunt nuda/ retecta/ & aperta in cœlis. nostra autē: sacris
velaminibus contecta/ & velata. Vnde fit vt illa cœlestia: sint exemplaria exemplarium.
nostra autem: solum exemplaria exēplorum. illa: solum superexemplaria. nostra aūt: ex-
emplaria & exempla/ subexemplaria & superexempla. At de his: hactenus. Interpres
Pauli. οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. ¶ Vul-

B gata æditio. Omnia facito secundum exemplar: quod tibi ostensum est in monte. ¶Qd
37 vetus interpres hic dicit exemplar: non idem vocabulum est quod paulo ante vertit ex-
emplar/ vbi ait. Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium. nam quod superiore lo
co dixit exemplar: græce dicitur hypodigma/ vt paulo supra visum est. quod vero hic di
cit exemplar: græce dicitur typus. Quapropter ne idem vocabulum fuisse hic & illic vi
deretur: illic exemplum/ hic vero typum diximus. Et cum typus potius adumbrationē
dicat q̄ ipsam veritatem: arbitror id insinuare nō nudam veritatem in mōte Mosi fuis-
se ostēsam/ sed veritatis adumbrationem/ & remotam quādam ideam. Et quomodo etiā
vidisset veritatem: nisi per speciem/ nude & reuelate diuina conspexisset/ quod viatorum
& adhuc in vita mortali peregrinantium non est? typus igitur erat quod videbat: nōdū
ipsa veritas & archetypus. Vt & Ezechiel/ in sacra visione typū vidit reędificandæ Hie
rusalem & templi domini: vt 40 et 41 prophetiæ eius cognoscitur. Sic omnium quę fa-
cienda mandabat deus/ in sacra visione typum vidit Moses/ non typi veritates/ vt neq;
Ezechiel. hic: omnia vidit in typo/ quæ ad Hierusalem & templum spectabant. ille: ōnia
in typo quæ ad fabricā tabernaculi/ altaris/ vasorum sacrificij/ & reliquorū omniū per-
tinebant. suntq; huiusmodi visiones cuicūq; fiant: typicæ ideæ sensibilium & materia-
liū exprimēdarū rērū. & hæ typicæ ideæ vtriq; signa: significata duplicia habentes/ hæc
sub/ illa supra. Si igitur exēplar potius respicit veritatē/ & exemplū adumbrationē (quasi
exemplar: sit exemplatum primum/ exemploq; monstratum. et exemplum: effigiās mō
strans/ & ostendens) potius vetus interpres: hic exemplum dicere debuit/ q̄ exemplar. Si
militer & in Exodo. Verum hæc vocabula/ exemplar & exemplum confundere solēt au
thores. vt etiam ideam domus in mente architecti ab eo præcōcinnatā: exemplar do-
mus vocent. Quomodo etiā cum Moses per ideam mētis/ licet non ab se præconcinnatā
& effictam/ sed in sacra spiritualiq; visione infusam/ omnia cerneret faciēda: nichil pro-
hibet dicere facies omnia secundum exemplar. Et hæc omnia dicuntur recte: dummo-
do accommodate intelligantur/ & non effingamus somnia pro veris. Interpres Pauli.
B ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. ¶Vulga-
38 ta æditio. Nam si illud prius culpa vacasset. ¶Dicendum: primum. primum enim & se-
cundum se respiciunt: vt prius & posterius. Et quod dicitur culpa vacasset: dici potest ir
C repræhensibile esset/ siue fuisset. Interpres Pauli. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη, ἦν ἄμεμ-
38 πτος. ¶Vulgata æditio. Vituperans enim eos dicit. ¶Dicendum potius: repræhendēs
enī/ eis dicit. nā id itēdit repræhēdens. quid? primum testamentum. non repræhendens
eos: sed dicit eis. respicitur enim quod supra dictum est: nam si primū illud fuisset irrepre
hensibile. Interpres Pauli. μεμφόμενος γὰρ, αὐτοῖς λέγει. ¶Vulgata æditio. Ec-
ce dies venient. ¶Aeque: ecce dies veniūt. Interpres Pauli. ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται.
¶Vulgata æditio. Quoniam omnes scient a minore vsq; ad maiorem eorum. ¶Sermo
græcus: positiuos habet hoc pacto. Quia omnes scient me a paruo eorum ad magnum
vsq; eorum. post vtrunq; paruum & magnum/ relatiuum ponens. Debuit ergo vetus in-
terpres dicere/ cum placeret ei cōparatio: a minore eorum. Deest eorum. Et comparati-
uis pro positiuis vsus est. Interpres Pauli. ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ
αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν. ¶Vulgata æditio. Et peccatorum eorum iam non
memorabor. ¶Dicendum: & peccatorum eorum & iniquitatum eorum. Deest iniquita
tum eorum. Interpres Pauli. καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐ-
τῶν, οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. ¶Vulgata æditio. Veterauit prius. ¶Et hic etiā dicendū:
primum. Interpres Pauli. πεπαλαίωκε τὴν πρώτην.

CAP. IX.

Vetus testamentum quod senuit/ ad interitum iam perductum est: iustifica
tiones suæ latriæ cultusq; habuit/ quæ erāt antiquæ legis obseruationes.
habuit: & sancta. Vnū sæculare/ quod dicebatur sanctum. et erat totius ta
bernaculi primū adytum. Alterum erat: quod dicebatur sanctum sancto-
rum. & etiam pluratiue/ propter ea quæ in eo cōtinebantur: sancta san-
ctorum. continebantur arca domini/ tabulæ Moysi/ propiciatorium/ man
na/ virga Aaron/ & turibulum incensi. Verū et testamentū nouum: hæc
omnia in veritate habet. nam nouæ legis obseruationes: dei iustificatio-
nes habent. quiq; eam obseruāt: re vera a deo iustificantur / & iustificatione cōsumata.
illi autem: nondum consumata. Tabernaculū vetus: totius mundi tam visibiliū q̄ inui-
sibilium figura erat. est enim totus mundus: re vera dei templū. cuius pars exterior/ pa-
tens/ & visibilis: sanctum mundanum/ sæculareq; dicitur. pars vero abdita & interior/ i-
uisibilis: sanctum sanctorū/ & sancta sanctorum nominatur. q̄diu in hoc mundo viuim9
Christo famulantes: eum in primo colimus sancto. peracta autem huius sæculi vita:

qui digni ſunt / ad ſancta ſanctorum tranſeũt / ad diuina illa & ineffabilia admiſſi ſpecta
cula / Chriſtum iam in ſancto ſanctorũ venerantes. nam Chriſtus illic cum patre & ſpiri-
tu ſancto vt deus colitur: vt autem æternus ſacerdos omnium ſacrarũ functionum illic
39 liturgus eſt / & conſumator. Et de illis typicis vetuſtæ legis ſanctis / vbi ritu ſuo cultum
dei impendebant: ſubdit apoſtolus / dicis. ¶ Habuit vtiq; & primum: iuſtificationes cul-
tus & ſanctum mundanum. Nam primum tabernaculum conſtructum eſt: in quo erant
candelabra / & menſa / & propoſitio panum quæ dicitur ſancta. poſt autem ſecundum ve-
lamen: erat tabernaculum / quod dicitur ſancta ſanctorum / aureum habens turibu-
lum / & arcam teſtamẽti circũtectam vndiq; auro. cum qua / vrna aurea habens mãna: et
virga Aaron quæ germinauerat / & tabulæ teſtamenti. ſuper eam etiam erant cherubim
gloriæ obumbrantia propiciatoriũ. de quibus: non eſt hic particulatim dicendũ. ¶ Ha-
buit vtiq; primum: iuſtificationes cultus. Quid primum? Primum certe teſtamentũ. Et
probe dicitur habuit: quia deſijt ac interijt is latriæ cultus / venerationiſq; modus. San-
ctũ mundanum: dictum eſt hunc apertum & inferiorẽ modũ / poſt Chriſti aduentum no-
bis deſignare. Qui igitur hũc mundũ peccatis contaminant: ſanctum dei tabernaculũ
contaminant. ſanctũ autem ſanctorum contaminari non poteſt: quod eſt ſupercœleſte /
& inuiſibile dei tabernaculũ. nichil enim in ipſum intrat coinquinatum. Primum ſan-
ctum: erat tabernaculum poſt primum velamen. Et ſancta ſanctorum: id tabernaculum
quod erat poſt velamen ſecundum. quid autẽ in primo ſancto / & quid in ſecundo conti-
nebatur: paucis memorauit apoſtolus. Verũ quid ſpecialiter particulatimq; deſignarẽt:
dicere omiſit / ꝙ non eſſet hic earum rerũ ad amuſſim enucleandarum locus / vt & verum
eſt. vtinam tamen fuiſſet: & vt de Melchiſedec / per occaſionem illa nobis myſteria rete-
xuiſſet / & imagines in ſuam reduxiſſet veritatem. Nemo tamen arrogantiæ tribuat: ſi di-
uina ope (vt nobis affulgeat) implorata: de ijs typicis quæ expreſſit apoſtolus / exempla-
Primũ ſanctũ. ria veritatemq; paucis perueſtigemus. Primũ ſanctum (vt dictũ eſt) hic inferior mundus
eſt / maxime vbi colitur Chriſtus. Cãdelabra: eccleſiæ ſunt / quæ fide / ſpe / charitate / & bo-
Cãdelabra nis operibus lucere debent. Mẽſa: Chriſti altare. Propoſitio panum / id eſt oblatio panũ
Menſa. quæ ſancta dicitur: euchariſtiam deſignabat. Sacerdotes qui quotidie in illud intrabãt:
Propoſitio panum. nouæ legis ſacerdotes figurabant. Secundũ velamen: cœlum eſt. nam primum: elemen
taris regionis velamen eſt. Secundũ tabernaculum quod & ſanctum ſanctorum: ſuper-
Sacerdotes. mundana intelligibilium inuiſibiliumq; regio. Turibulũ aureum: orationes ſanctorum.
Arca teſtamẽti: Chriſtus / vt legiſlator. Q; vero arca itus et foris erat auro puriſſimo deau
Secundum velamen. rata: humanitatis Chriſti puritatẽ qua nulla purior / tam exteriorẽ verbo & exemplo q̄ i-
teriorẽ animo indicabat. Neq; miteris: arcam ex lignis factam fuiſſe. nam & Chriſtus: eſt
Secũdũ tabernaculũ. lignũ vitæ. Mãna / aurea vrna contentum: panem vitæ monſtrabat qui de cœlo deſcẽ-
dit / qui in ſancto ſanctorum / id eſt in cœleſti beatorũ regione omni puritate veneratur.
Turibulũ aureum. At aliud manna quod exterius erat: corpus Chriſti / quo paſcuntur ij qui primo adhuc
verſantur in tabernaculo. non tamen erat aliud mãna in ſancto ſanctorum: & quod ex-
Arca. terius erat pro viatico / ſed idem. Ita & corpus Chriſti idem quod in ſupercœleſtibus: & qđ
Manna. in iſto mundo eſt. Verum illic: in omni venerationis puritate eſt. hic autem: ſatis negle-
ctum. Et q̄uis hic non poſſit tanta dignitate ac puritate coli: attamen minus ac negligẽ-
tius faciunt homines / q̄ debent atq; poſſunt. eſt enim nobis vnum / & maxime ſanctum
Virga Aaron. ſanctorũ. Virga Aaron quæ abſq; humore / nulla cultura germinauit: Chriſti generatio-
nem monſtrabat. quem ſupra naturam: abſq; viro / purus / ſanctus / illibatus virginis ędi-
dit partus. Hęc oſtentoſa virgo / & mundi miraculũ / figurã habuit in ſancto ſanctorum:
Tabulæ. eſtq; inter ſancta ſanctorũ numerata. Secundæ tabulæ in arca: Chriſti euangeliũ. ſecun
dæ enim ſecundam legẽ: & primæ quæ fractæ fuerunt veterẽ figurabant / quæ quidẽ in
ſanctum ſanctorũ non introierunt. Nam neq; lex vetus intrauit / neq; per eam intraba-
tur in verum ſanctum ſanctorum: ſed lex noua & intrauit / & per eam intratur in ipſum.
Cherubim Cherubim gloriæ ſupra arcam: cœleſtes repræſentant choros ſupra quos ſedet / locataq;
eſt diuinitas. ſunt enim de primis & altiſſimis ſpiritibus. Q; arca ſubapparet: benigniſ-
Propiciatorium. ſimũ Chriſti ad nos deſcẽſũ oſtẽdit. At vero ꝙ propiciatoriũ quod quidem ęque Chriſtũ
mõſtrat (īquit enī Paulus ad Rhomanos ὃν προέθετο ὁ θεὸσ ἱλαστήριον διὰ τῆσ
πίστεως ἐν τῷ ἀυτοῦ ἄιματι) a cherubim gloriæ obũbratur: oſtendit Chriſtũ / pro-
piciato patre / etiam ſecundum humanitatẽ õnes choros tranſilijſſe cœleſtes / & ſedere ſu
per cherubim in gloria patris. eſt enim propiciatorium / eſt dei oraculum / eſt ęternum &
ineffabile verbum: per quod deus & angelis & hominibus loquitur. Tanta Hebræis &
multo etiam plura monſtrabantur in figuris: quaſi quibuſdam ſacris elementis. O fœli-
ces / ſi oculos habuiſſent ad intelligenda myſteria: quos qui ſe a ſe habere poſſe putat:

cæcus est/ & nõ habens oculos.& qui se cęcum cognoscit:videt/aut prope est/ vt videat.
Est ergo turibulum:sanctorum veneratio . Virga Aaron:Christi generatio. Arca:legisla
tio. Tabulæ:nouum testamentum. Mãna:noui sacramẽti institutio. Propiciatoriũ:Chri-
40 sti assumptio 1 & in dextera patris sessio. His itaq; delibatis: ad sancta redeamus.& qui
» in illa ingrederentur:ex apostolo/ hoc modo dicente discamus. ❡His aũt sic extructis:
» in primum quidem tabernaculũ/ semper intrabant sacerdotes cultus peragentes.in secũ
» dum autem:semel quotannis/solus pontifex non sine sanguine/ quem offerebat pro sei-
» pso/& ignorantijs populi.hoc insinuante spiritu sancto:nondum manifestatam esse san
» ctorum viam/cũ adhuc primum tabernaculũ stabilitatem haberet. Quæ similitudo fuit
» in tempore quod institit:in quo dona & hostiæ offerebantur/quæ non poterant secundũ
» conscientiam perficere colẽtem/solum in cibis & potibus/& diuersis lotionibus/ & iustifi
» cationibus carnis/vsq; ad tempus emendationis apposita. ❡Sacerdotes(vt dictum est)
qui in veteri lege primum tabernaculũ assidue intrabant:sacerdotes Christi q̃diu in hoc
mundo sacros peragunt ritus/significabant. At summus pontifex/ qui solus quotannis
semel secundum tabernaculũ intrabat/id est sanctum sanctorum:pontificis cœlestis idi-
cium præferebat. Qz autem nõ sine sanguine:hoc indicium erat/ ꝙ & summus cœlestis
sacerdos qui est Christus dominus/non in sanctum sanctorũ ingressurus erat/ nisi prius
fuso sanguine/cum quo & ipse introiuit in regnum cœleste & abditum tabernaculum.
quem introeuntem:cœlestes chori(iuxta oraculum)admirantes/ dicebant. Quis est iste
qui venit de Edom:tinctis vestibus de bosra:iste formosus/in stola sua gradiens in mul-
titudine fortitudinis suæ? Quibus ipse igrediens:dicebat. Ego qui loquor iustitiã:& pro-
pugnator sum ad saluandum. Qui rursus. Quare ergo rubrũ est indumentum tuum: &
vestimẽta tua sicut calcantium in torculari? Quibus ipse. Calcaui torcular solus:& de gẽ
tibus non est vir mecum. Ecce ergo quomodo nõ sine sanguine introiuit in sancta san-
ctorum. Verũ & ꝙ hostia extra sanctum sanctorum immolabatur/& sanguis extra prius
fundebatur quẽ pontifex inferebat in sanctum sanctorum:hoc erat/quia & Christus pri
us in hoc mundo mori debuit ac sanguinem fundere proprium/extra sanctum sanctorũ/
& deinde cum eodem resumpto in illud introire. Sed ꝙ vetus pontifex intrans sanctum
sanctorum offerebat sanguinẽ pro sua & populi ignorantia:hæc parabola/figura/& ad-
umbrata locutio de ignorantia/Christũ non respiciebat/sed tempus veteris ritus.idica-
batq; per id spiritus sanctus:ꝙ vera sancta ignorarent/ essetq; eis qui in illo tempore es-
sent/ad illa ignota via. Nam primum aduениente Christo:ad vere sancta/patefacta via
est/et cognita typicorũ archetypa & vmbratilium figurarum veritates/quæ cum adhuc
staret primum tabernaculũ/ignotę erant. primum hic/tabernaculum: totum tabernacu
lum vetus intelligo/ non primum vmbratile sanctum/ sed quod vtrumq; complectēba-
tur.quod/ primum fixit Moses: deinde Salomonis repræsentauit templum . De donis/
hostijs/ ablutionibus/cibis/potibus:ad librum Leuitici & Numerorũ pertinet discussio.
quæ purificationes carnis erant:& figuræ spiritualium nouæ legis purificationũ/ac iu-
stificationũ.quæ posita erant:ad tempus vsq; emendationis correctionisq; duratura. tẽ-
pus autem emendationis/correctionis/rectificationis/ac in melius commutationis:tem
41 pus aduentus Christi.qui omnia in melius/immo in optimũ cõmutauit.hoc eñi ẽ emẽ-
» dare ac corrigere. Et ideo subdit apostolus. ❡Christus autem adueniens pontifex futu-
» rorũ bonorum:per maius & perfectius tabernaculum nõ manufactũ/ hoc est non huius
» ædificationis/neq; per sanguinem hircorũ & vitulorum/sed per proprium sanguinẽ in-
» troiuit semel in sancta/æternam redemptionẽ inueniens. ❡Futura bona:sunt vere bo-
na/& bona cœlestia. Tabernaculum Moysi & templum Salomonis:huius ædificatio-
nis & humanæ structionis fuerunt. quæ Christus redemptionem facturus:non introiuit.
sed sub cœlo:immolatus est/ vt sub primo sancto manu dei posito.& cum sanguine imo-
lationis:super omnes cœlos eleuatus est/ vt secundũ sanctum intrans/quod identidẽ so-
lus deus fixit. per proprium igitur sanguinẽ intrauit in vtraq; sancta:& vera quidem san
cta/quæ solus deus posuit. In primum:semel vt hostia.in secundũ:semel vt pontifex/ cũ
sanguine propriæ hostiæ: & hoc vno ingressu in sancta/ omnium redemptionem inue-
nit/quã ingressibus infinitis veterũ hostiarũ & pontificũ/inueniri fuisset impossibile.ecce
quomodo correxit/& in optimũ commutauit:quod inefficax erat/ debile/ ac impotens.
Ipse:in veritate & hostiæ & pontificij.illi:in figura. Ideo qui habebat quod offerret ĩ ve-
ritate:nõ debuit hircos/vitulos/& id genus figuras offerre.qui potẽtissimum habebat:
non debuit sacrificiũ infirmum offerre ac debile. Et q̃ potẽtius sit sacrificium Christi sa
42 crificijs veterum pontificum:ostendit beatissimus Paulus argumẽto / quo sæpe vti solet/
» quod & a maiori dicitur. Atq; subdit. ❡Si enim sanguis taurorũ/& hircorũ/& cinis iu-

uencæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad carnis puritatẽ:quanto magis ſanguis CHRI
STI/qui per ſpiritũ æternũ/ſeipſum obtulit immaculatum deo/ purificabit conſcientiã
veſtram ab operibus mortuis/ ad colendũ deũ viuentem? ¶De ſacrificio hircorum: Le
uiticus frequenter/& liber Numerorũ/pariter & de iuuenca rufa cuius cinis aſpergeba-
tur:meminit.de ſacrificio taurorũ:etiã libri Regũ & Paralipomenon. quæ quid ſignifi-
cent/& quorũ eſſent elementa:non eſt hic dicendi locus.erant enim carnales quædã pu
rificationes:quæ ſpirituales figurabãt.vt & lex vetus:carnalis erat.noua vero:ſpiritua-
lis.at qualem conſtat eſſe legem:& tales eius purificationes eſſe neceſſe eſt. oblationes
illas/& pecudũ quidem irrationalium offerebant mortales homines:ſpiritus autẽ ſanctꝰ
rationalem hoſtiam immaculatam/ Chriſtũ dominum deo obtulit. Et quãto hic offerẽs
ſuperior eſt illis offerentibus:tanto hęc hoſtia potentior eſt ad ſanctificandum & purifi-
candum q̃ hoſtiæ illæ veteres.Illę purificabant:ad colendũ deum carnali ritu.Hæc au-
tem noua:ad colendum deũ viuentem/in ſpiritu.Illæ carnaliter & vmbraliter purifica
bant . hæc autẽ:ſpiritualiter conſcientiam prorſus mundat ab omnibus peccatis/iuſtifi
cationemq; addit/ conſumatamq; gratiam. illę: inceptiones erant/aut quædã inceptio-
nũ ſigna.hæc autem:conſumatio ſacratius omnia peragens/& exteriora interioraq; cõ
43 ſumans/omnia perfecte faciens quæ illę attingebãt imperfecte. Quapropter de Chriſto
huius õniconſumatricis hoſtię authore:ſubdit Paulus. ¶Et ideo teſtamẽti noui media-
tor eſt:vt morte interueniẽte/ad redemptionem earum trãſgreſſionum quæ ſub primo te-
ſtamento erant/promiſſionẽ accipiant ij/qui vocati ſunt ad æternam hæreditatẽ. ¶Me-
diator primi teſtamenti:Moſes.ſecundi:Chriſtus.trãſgreſſiones ſub primo admittaban-
tur.ſed non ex eo/perfecte redimebantur.alioqui:porta vitæ fuiſſet eis aperta. at clauſa
erat:donec venit ille qui perfecte peccata redemit/ lauit/abſterſit. abſterſis autẽ:lucẽ iu-
ſtificationis infudit.Sub ſecundo ergo habẽt perfectæ redemptionis promiſſionem om-
nes ij/qui per mediatorẽ Iheſum volunt & cupiunt ianuas vitæ igredi.omnes enim ſub
primo(niſi forte vnum & alterũ excipias:quos deus viuos tranſtulit)ianuas mortis in-
greſſi ſunt.Et primum teſtamentum:non tã teſtamentum q̃ vmbra teſtamenti erat.nam
non in morte teſtatoris confirmabatur:ſed in morte pecudis.At proprie teſtamentũ eſt:
ſuprema teſtatoris in morte eius voluntas/vltimaq; teſtãtis voluntaria ordinatio. quo-
modo ergo vbi mors interueniebat pecudis/& non teſtatoris:vmbra teſtamẽti potiuſq̃
teſtamentũ non erat? At ſecundum teſtamentum: vere teſtamentum eſt/propria morte
teſtatoris confirmatum.& ſanguis eius:vere ſanguis teſtamenti.de quo: Zacharias di-
xit. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui:emiſiſti victos tuos de lacu/vbi non eſt aqua.
At primum teſtamentum:dicitur teſtamentum. & ſanguis irrationalis / primi:ſanguis
44 teſtamenti/quia ſecundi figura erat atq; ſignum.Quæ ex verbis Pauli intelligere haud
difficile poſſumus: quæ hoc pacto ſubiungit . ¶Vbi enim teſtamentum eſt:mortem te-
ſtatoris interuenire neceſſe eſt nam teſtamentum in mortuis ratum eſt . quia nunq̃ va-
lidum eſt:dum viuit qui teſtatus eſt.Vnde neq; primũ:ſine ſanguine initiatum eſt.Nam
pronunciato ſecundũ legem omni mandato a Moſe/vniuerſo populo:capiens ſanguinẽ
vitulorũ et hircorũ cum aqua & lana rubra & hyſſopo / ipſũ quoq; librum & populum
aſperſit dicens.Hic eſt ſanguis teſtamenti:quod mandauit ad vos deus.Tabernaculum
etiam/& omnia vaſa miniſterij:ſanguine ſimiliter aſperſit.& fere ſecundum legem: om
nia in ſanguine mundantur.& ſine ſanguinis effuſione:non fit remiſſio . ¶Teſtamentũ
nunq̃ validum eſt:dum viuit qui teſtatus eſt.dum viuit/id eſt niſi ſuper condito teſtamẽ
to:mors teſtatoris interueniat.Nam ſi ex reſurrectione viuit:id non tollit teſtamẽti vir-
tutem.Chriſtus enim viuit/& ſemper viuit:& teſtamentum eius firmiſſimum/ac validiſ
ſimum eſt.ſed teſtamento ſuo/mors eius ſuperuenit:quæ teſtamentũ confirmauit/ & fe-
cit inæternũ validum.morti autẽ ſuperuenit vita/& glorioſiſſima ex reſurrectione imor-
talitas:quæ teſtamento nouo robur non aufert/ſed approbat.nam & in teſtamento ſuo:
ſe reſurrecturum promiſerat.ſic enim diſcipulis ſuis dicebat/ maxime ſibi domeſticis ac
familiaribus:cum iã prope mortẽ eſſet/ teſtamentum ſuum ordinans. Ecce aſcendimus
Hieroſolymã:& conſumabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio homi-
nis.tradetur enim gentibus:& illudetur/& flagellabitur/ & conſpuetur.poſtq̃ flagellaue
rint:occident eum/& tertia die reſurget.ordinabat enim hæc:vt quẽadmodum accide-
runt/& nos firmiter crederemus. Quid eſt primum teſtamẽtum ſanguine initiatum:niſi
conſecratum? Q; ſi ſanguis vitulorum/primum conſecrauit: quanto magis & abſq; vi-
la comparationis ratione/ſanguis Chriſti conſecrauit nouũ? Conſecratio primi veteriſq;
teſtamenti:a Moſe legitur Exodi 24./& ſic nunc legitur apud nos. Immolauerunt victi-
mas pacificas domino vitulos duodecim.tulit itaq; Moſes dimidiam partem ſãguinis:

& misit in cratheras. partē autem tesl suā fudit super altare: assumēsq; volumen fœderis
legit audiēte populo. Et sub dit. Ille vero sumptū sanguinē respersit i populū: & ait. Hic
est sāguis fœderis: qd pepigit dñs vobiscū super cūctis sermonib⁹ his. Fœd⁹ pactū/ lex/
testamētū: & hic/ & frequēter in sacris eloquijs pro eodē accipiūtur. sed i præsenti loco/
vbi de morte & sāguine habet expressio: accōmodatius vocabulū/ testamētū est. qd in-
terpretes i hac epistola (vt par fuit) obseruauerūt. & hæc ōnia: typi & figuræ erāt. Te-
stamentū ve⁹: veri nouiq; testamēti. Vituli i figura: erāt Christus. Sāguis eorū: sanguis
Christi. Altare: crucē in hoc mūdo figurabat/ q̄ sanguine Christi delibuta fuit. Volumē:
nouā legē. Tabernaculū: mūdū. Vasa: sāctæ aiæ/ quæ Christi sāguine lotę fuerūt/ cū quo
penetrauit cœlos ad sublime altare sancti sāctorū/ faciei dei pro oibus purificādis se iu-
giter repsentās/ omniū sacrorū i veritate cōsumator/ quæ sensibilis mūdus neq; capere
sufficit neq; valet itelligere. Nā sacra nō capit: nisi adhuc symbolica. illic autē: i verita-
te/ nuda/ & apta. Sacra veteris legis i tabernaculo: vmbrę. sacra nouæ i hoc mūdo: sym
bola. sacra i cœlo: veritates & exēplaria. sūt eni exēplaria: sūma. vmbræ: infima. & sym-
bola: media/ ac vicinius sacratissimas cœlestes fūctiones reprę̄sētātia: qd & q Dionysiū
45 & si vsq̄ similes sunt cœlesti lumie lōge supra hoies illustratos cōsulēt: ita esse cōperiēt.
» Propter qd: subiūgit Paul⁹. ¶ Necesse igit erat: vt exēpla eorū q̄ in cœlis sūt/ his purga
» rētur. ipsa vero cœlestia: potiorib⁹ q̄ illis hostijs. nō eni in manufacta sācta ad verorum
» typū efficta itroiuit CHRISTVS: sed i ipsum cœlū/ nūc apparēdo faciei dei pro nobis.
» Neq; vt frequēter offerat seipsū: quēadmodū pōtifex itrat i sancta/ quotānis i sanguine
» alieno (alioq oportuit ipsū frequēter pati a cōstitutiōe mūdi) at nūc semel i cōsumatio-
» ne sæculorū ad sublationē peccati/ per hostiā suā apparuit. & quēadmodū hominibus
» impositū est semel mori/ & post hoc iudiciū: hūc i modū & CHRISTVS semel oblat⁹
» est ad multorū auferēda peccata. secūdo ijs q sine pctō expectāt eū: cōspiciet ad salutē.
» ¶ Illa exēpla eorū quę sūt i cœlis (vt dictū est) i veteri lege vmbræ erāt. q̄ autē i hoc mū
do a nobis cultū Christi habitib⁹ peragūtur: symbola sūt. & vt necesse erat in prima le-
ge: vt purgarētur sacrorū vmbris. sic viatorib⁹ i lege Christi: necesse ē vt purgētur sym-
bolis/ q sacramēta & sacrosācta ecclesiasticę sūt teletæ. i sūmis autē: purgationes sunt/ q̄
potiorib⁹ perficiūtur cōsumationib⁹. Neq; negaueri: ad sūmū illud & supcœleste altare
esse hostiā oibus hostijs & symbolis potiorē/ & cœlestiū/ & terrestriū/ & (vt sic dicā) infer
norū recōciliatricē. de qua: i sacratissima Apocalypseos visiōe dicit mysteriorū cœlestiū
cōspector. Vidi & audiui vocē angelorū multorū i circuitu throni/ & aialiū/ & seniorū:
& erat nūerus eorū milia miliū dicētiū voce magna. Dign⁹ est agnus q occisus est: ac-
cipere virtutē/ & diuinitatē/ & sapiētiā/ & fortitudinē/ & honorē/ & gloriā & benedictio-
nē. & omnē creaturā quę i cœlo est/ & sup terrā/ & sub terra/ & q̄ sunt i mari/ & quæ i eo:
omnes audiui dicētes. Sedēti in throno & agno: benedictio/ & honor/ & gloria & pote
stas/ in sæcula sæculorū. Quis dubitat sedem agni esse altare dei: de quo i eadē sacratissi-
ma visione/ dicit. Alius angel⁹ venit/ & stetit ante altare habēs turibulū aureū: & data
sūt ei incēsa multa/ vt daret de orationib⁹ sanctorū omniū/ sup altare aureū qd erat āte
thronū dei. Hic est agnus: q cœlestia terrenis & infernis reconciliat/ terrena & inferna
cœlestib⁹ inferens. Nonne spoliatis ifernis: captiuā itulit captiuitatē/ & ex purgationis
locis/ quos ad tēpus detinuit ifernus/ idies cœlis ifert/ Ideo cœlestiū sacrorū inspector:
omnē creaturā quę est i cœlo/ q̄ in terra/ & quę sub terra audiuit dicentē sedēti i throno
& agno/ benedictio/ & honor/ & gloria/ & potestas in sæcula sæculorū. Qui eni sunt sub
terra: nisi q in hoc mūdo nō purgati/ abierūt/ inferni purgatiōib⁹ adhuc egentes/ dātes
nichilominus gloriam iugiter deo & agno: nō minus quidē q̄ ij qui dum viuūt in hoc
mundo purgātur sufficienter/ & tandē symbolis sufficiēter purgati ad meliores cōsuma-
torcsq; ac cœlestes ex hoc mundo emigrant purgationes. Qui autē siue in terra/ siue
sub terra non dant gloriam deo & agno: nomine entium & creaturarū non computan-
tur. Nam in libro vitæ scripti non sunt. deleti enim sunt: & mortui. quod autē mortuum
est. nō esse dicitur/ & deo nō esse/ etsi sibi ac pœnis sit. sic enim saluator dicit. Deus vi-
uentiū: & non mortuorum. Pontifex veteris ritus: frequenter intrabat. nam quotānis
semel in manufacta sancta sanctorum/ in sanguine alieno. Christus autem nō in manu-
facta sancta sanctorum/ sed in cœlū verum sanctū sanctorum intrauit in sanguine pro-
prio. nō frequenter: sed semel. alioqui si more illorū pontificum frequenter ingressurus
fuisset: oportuisset ipsum frequenter mori/ cum a constitutione mūdi & etiam a passione
eius tot iam effluxerint anni. ipsi enim semper/ in recētis mortis sanguine: illa antitypa
sancta sanctorum quotannis intrabāt. at Christus/ semel intrauit: & illud semel/ ad finē
vsq; mūdi durat. non eni vnq̄ egressus est/ neq; egredietur: nisi cū inegressibiliter egre-

diens veniet iudicaturus mundum. sed in sublime sanctum sanctorum semel ingressus:
præsens manet vultui dei/seipsum iintermisse pro omnibus saluãdis offerẽs/ ad finẽ vsq;
mundi. Et tũc ipleto saluandorũ numero: omnibus beatis erit in gloria/ sicut scriptum
est. Et ciuitas: nõ eget sole/ neq; luna/ vt luceant in ea. nam claritas dei illuminabit eã:
& lucerna eius est agnus. Et subditur. Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatũ/aut abo
minationẽ faciens/ aut mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Non enim
morte corporali positũ est hominibus: nisi semel mori. neq; Christo mortis destructori:
moriẽdũ corporaliter nisi semel fuit. hominũ mortes particulares: sunt ad obligationũ
satisfactionẽ. mors autẽ Christi vniuersalis: ad omniũ salutem. mortes particulares: se-
quitur particulare cuiusq; iudicium. mortem autẽ Christi vniuersalẽ: sequetur iudicium
vniuersale. Ad quod cum venerit/ omniũ impletis particularibus trãsitibus: videbitur
in gloria ab iis/ qui eũ in sanctitate expectãt/ad eorum perpetuam fœlicitatem. a conta-
minatis autẽ: ad eorũ perpetuũ iudicium/ æternãq; dãnationem. Quem & nosipsi ĩ nu-
mero eorũ qui ipsum sine peccato expectabunt videre possimus/ iudicẽ/ & glorificatorẽ
nostrũ: ipso nobis propiciante & nostrã infirmitatẽ adiuuãte. Cui cũ patre & spũ sancto
est æqualis honor/ potestas/ & gloria: in omnia sæculorum sæcula. AMEN.
A ¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶Vulgata æditio. Habuit quidem &
39 prius. ¶Dicitur primum. Interpres Pauli. εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη. Sunt etiam
exemplaria græca quæ habent ἡ πρώτη σκηνή. Et tunc dicẽdum esset: habuit vtiq;
& primum tabernaculum/ alioqui subauditur testamentum. ¶Vulgata æditio. Iustifi-
cationes culturæ/ & sanctum sæculare. ¶Dici potest: & sanctum mundanum. Interpres
Pauli. Δικαιώματα λατρείας τότε ἅγιον κοσμικόν. ¶Vulgata æditio. In qua:
vrna aurea habens manna/ & virga Aaron quæ fronduerat/ & tabulæ testamẽti. ¶Sic
græce. Sed malui dicere cum qua q̃ in qua: propter diaphoniam eorum quæ de hoc
loco scripta comperiuntur. quam præpositio cum: tollit. in: parit. Scribitur enim tertio
Regum. In arca autem domini: non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat
in ea Moyses in Oreb/ quando pepigit dominus fœdus cum filiis Israel. Et qua præpo-
sitione Paulus vsus sit: nescimus. nam (quod dolendum est) caremus archetypo. He-
braicus enim erat. & scimus interpretem Græcum: nõnunq̃ minus propriam præposi-
tionem pro præpositione (vt supra quoq; dictum est) vsurpare solitũ. Quod si hic ege-
rit: apparentem fecit dissonantiam/ quam propria præpositio quæcunq; ea fuerit/ tulis-
set. Interpres Pauli. ἐν ἧ στάμνος χρυσῆ, ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος
ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. ¶Vulgata æditio. Su-
per quæ erãt Cherubim gloriæ. ¶Potius: superq; eam Cherubĩ gloriæ/ relatiuo fœmi-
nino/ refertq; arcã. Interpres Pauli. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης. ¶Vul
gata æditio. Non est modo dicendum per singula. ¶Id per singula: particulatim signi-
ficat. Interpres Pauli. οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. ¶Vulgata æditio. Officia sa
crificiorum cõsumantes. ¶Periphrasis est quod vetus dixit interpres officia sacrificio-
rũ/ pro eo quod est cultus. Interpres Pauli. τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες. ¶Vul-
gata æditio. Pro sua & populi ignorantia. ¶Dicendum: pro seipso/ & ignorãtiis popu-
li/ pluratiue. Interpres Pauli. ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων.
C ¶Vulgata æditio. Quæ parabola est temporis instantis. ¶Parabola: similitudo est. nã
40 παραβάλλω assimilo & cõparo significat. Et dicẽdum est/ in tempore quod institit/
constituta est/ id est extitit/ fuit: potius q̃ est temporis instantis. Nam tẽpus illud de quo
est sermo/ & in quo quæ præposita sunt erant parabola: in ĩmolatione Christi finem cœ
pit/ quæ omniũ sacrificiorum veritatem impleuit. At cuius illa erant parabola: nũquid
illius temporis & eorum quæ in illo tempore fiebant? Nequaq̃. Sed eorum quæ ventu-
ra erant: meliora/ perfectiora/ & cõsumatiora illis. quæ Christus dominus veniens in-
duxit: & adimpleuit. erant igitur parabola in illo tempore: sed nõ pro illo tempore. pa-
rabola enim ac similitudo: verioris parabola est ac similitudo. Sed age si adhuc fiunt:
nonne sunt similitudo? Non amplius. nam futuri erant similitudo. vbi autem adest ve-
ritas: perit illa similitudo. vt aurora/ diei/ sed vẽturæ diei parabola est ac similitudo. vbi
autẽ dies adest: ea perit similitudo. alioqui si perseueraret aurora: mẽdax signum esset.
nam futuri signũ est/ nõ præsentis. ita & veteres Hebræorũ parabolæ/ veteraq; cerimo-
niarũ signa/ si nũc fierẽt: mẽdacia essent signa. futurorũ enim duntaxat erant signa: nõ
præsentium. Interpres Pauli. ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα,
κατέστηκε. ¶Vulgata æditio. Iuxta quã: munera & hostiæ offerũtur. ¶Dicendũ: iuxta
quod. refert enĩ relatiuũ/ tẽpus: non parabolam. Sed quia præterito malui per præteri-
tum dicere offerebantur. Interpres Pauli. καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρον-
ται. ¶Vulgata æditio. Perfectũ facere possunt seruientẽ. ¶Id seruientẽ/ colentẽ/ signi-

ficat: deductum vnde est latria. Interpres Pauli. τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. ¶ Vulga
ta æditio. Vsq; ad tempus correctionis impositis. ¶ Dicendum: imposita siue quæ impo-
nuntur. adiectiuum enim est: quod supra dictum est/ dona & hostiæ respiciens/ non autem
iustitijs & alios præcedentes ablatiuos. quo modo enim illa respiceret: cum sit rectum neu
trum plurale. Interpres Pauli. μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. ¶ Vulgata
C æditio. CHRISTVS assistens. ¶ Rectius adueniens. Interpres Pauli. χριστὸς δὲ πα-
41 ραγενόμενος. ¶ Vulgata æditio. Hircorum aut vitulorum. ¶ Dicit: hircorum & vitulo-
rum per copulandi notam. Interpres Pauli. τράγων καὶ μόσχων. ¶ Vulgata æditio.
Aeterna redemptione inuenta. ¶ Legendum potius æternam redemptionem inueniens.
refertur enim adiectiuum ad id quod præmissum est Christus/ nō ad redemptionem. Inter-
D pres Pauli. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. ¶ Vulgata æditio. Si enim sanguis hirco-
42 rum & taurorum. ¶ Transmutata vocabula ex græco. nam taurorum præcedit. sed id per-
exiguum. Interpres Pauli. εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων. ¶ Vulgata æditio.
Qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit. ¶ Legitur in aliquibus exemplaribus græ-
cis: per spiritum æternum/ hoc pacto. ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσή-
νεγκεν. Sunt etiam exemplaria quæ habent sanctum: hoc pacto. ὃς διὰ πνεύματος
ἁγίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν. Vetus interpres iuxta secunda interpretatus est sanctum:
nos iuxta prima æternum. nam & hunc locum in Arrhium citāt aliqui: qui æternitatis no-
men spiritui sancto negabat esse tribuendum. ¶ Vulgata æditio. Emūdabit conscientiam
nostram. ¶ Aliqui codices latini habent per præteritum mundauit: verum per futurum di-
cendum est. Et dicendum: vestram/ deriuatiuo secundæ personæ/ non nostram deriuati-
uo primæ. Interpres Pauli. καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν. ¶ Vulgata æditio. Ad
seruiendum deo viuenti. ¶ Seruiendum/ colendum. venit enim a λατρεύω. Interpres
D Pauli. εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι. ¶ Vulgata æditio. Quæ erant sub priori testa-
43 mento. ¶ Positiuo dicitur: primo. Interpres Pauli. τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ.
¶ Vulgata æditio. Qui vocati sunt æternæ hæreditatis. ¶ Accommodatius latine dicitur:
qui vocati sunt ad æternā hæreditatē. quod enim hic dicitur vocati sunt: a participio/ nō
a nomine descendit. Interpres Pauli. οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας.
E ¶ Vulgata æditio. Et omnia vasa ministerij. ¶ Hic ministeriū λειτουργία significat ꝑ
44 publicum officium: sed hic quod in litationibus & publicis sacrificijs fiebat. Interpres Pau
E li. καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας. ¶ Vulgata æditio. Necesse est ergo exem-
45 plaria quidem cœlestium his mundari. ¶ Potius: necesse erat/ ne videatur adhuc impen-
dere necessitas quæ præterijt/ & quæ etiam tunc preterierat. Et malui dicere exempla q̄ ex-
emplaria: ob eam causam/ quæ in superioribus annotationibus dicta est. nam & hic infi-
mitatem dicit acsi diceremus subindicium & imum exemplum. Et potius: quæ sunt in cœ
lis/ q̄ cœlestium. Interpres Pauli. ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς
οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι. ¶ Vulgata æditio. Non enim in manufacta sancta
IHESVS introiuit exemplaria verorum. ¶ Dicendum: Christus introiuit. Et quod dicit
vetus interpres exemplaria verorum: significat typos & exempla/ pro veris & verorum lo
co tradita atq; effecta. Interpres Pauli. οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ
χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. ¶ Vulgata æditio. Vt appareat nunc vultui dei.
¶ Vbiq; in hac significatione vocabulum quod vetus interpres hic interpretatur vultui:
īterpretari solet facies. Interpres Pauli. νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ.
G ¶ Vulgata æditio. Ad destitutionem peccati. ¶ Potest & dici: sublationem/ cassationem/
45 irritationemq; peccati. Interpres Pauli. εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας. ¶ Vulgata æditio.
Ad multorum exaurienda peccata. ¶ Accommodatius: ad multorum auferenda/ aut tol-
lēda peccata. Interpres Pauli. εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. ¶ Vulgata ædi
tio. Secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem. ¶ Christus pri
mo sine peccato apparuit/ & secundo sine peccato apparebit. neq; vnq̄ apparere potest
nisi sine peccato. Ideo particula sine peccato potest intelligi in sequens referri/ scilicet ex-
pectantibus: sic/ expectantibus eum sine peccato. quibus & ipse apparebit ad salutem. Et
litera aliquantulum est hyperbatica: ideo ad hyperbasin euitandam/ suis sitibus secundū
hanc intelligentiam vocabula restituimus. Omnibus: abundat. Interpres Pauli. ἐκ δευ-
τέρου, χωρὶς ἁμαρτίας, ὀφθήσεται, τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, εἰς σω-
τηρίαν. perinde ac diceremus ἐκ δευτέρου, ὀφθήσεται εἰς σωτηρίαν, τοῖς χω-
ρὶς ἁμαρτίας ἀπεκδεχομένοις αὐτόν. Expectāt enim eum & boni/ & mali: & qui
sine peccato sunt & qui cum peccato. Sed solis ijs qui sine peccato expectant eum: appare-
bit ad salutem. alijs autem: ad confusionem/ & æternam vindictam. Annuat nobis Ihesu
saluatoris benignitas: vt e parte eorū simus/ quibus ad salutem apparebit atq; vitam.

DE illis vmbratilibus veteris legis frequēter iteratis sed parū potētib9/ &
illo vero/vnico/& absq̧ iteratione ōnipotētifico Christi īgressu in sancta
46 sāctorū:adhuc prosegtur apostol9/illorū debilitatē & īpotētiā/hui9 vero
virtutē et efficaciā manifestans/et ait. ¶ Lex enī vmbrā habēs futurorū
bonorū/nō ipsā imaginē rerū:his ipsis hostijs quas quotānis offerūt cō-
tinuo/nūq̄ potest accedētes perficere. quia nūq̄ cessabāt oblatæ:propter-
ea q̄ nulla āplius habuisset cōsciētiā peccatorū/ qui semel cultū faciētes
purgati fuissēt. Verū in ipsis:quotānis rememoratio peccatorū fiebat. i-
possibile est enī sanguinē taurorū & hircorū auferre peccata. Ideo īgrediēs ī mūdū dicit.
Hostiā & oblationē noluisti:corp9 aūt aptasti michi. Holocaustomata etiā pro peccato nō
acceptasti:tūc dixi/ecce venio. In capite libri scriptū est de me:vt faciā deus volūtatē tuā.
Superius dicēs/ q̄ hostiā & oblationē/& holocaustomata etiā pro pctō noluisti/neq̧ acce-
ptasti/q̄ secūdū legē offerūť/tūc dixit/ecce venio vt faciā de9 volūtatē tuā:tollit primū/ vt
secūdū statuat. ī qua volūtare sāctificati sum9:per oblationē corporis IHESV CHRISTI
semel. ¶ Quid est vmbra futurorū bonorū:nisi typus & rudis quædā adūbratio/ Quid est
imago rerū:nisi archetyp9/ lux/ & veritas earū/ Christus autē lux/ Christ9 veritas rerū. Nō
cessabāt ī veteri lege hostiæ quę offerebātur/ qui quotānis offerrētur nouæ:quia nullā am-
plius habuissent cōscientiā peccatorū/ nisi vidissēt quotānis nouas & nouas offerri. in qb9
admonebātur:peccata eorū supiorib9 hostijs nō fuisse dimissa. neq̧ ad ītegrū dimissa sunt
eis pctā:donec venit vera hostia/Christi sāguis/q̄ per sāguinē taurorū/& hircorū/& alia-
rū victimarū figurabať. tunc enī perfecte & vniuersaliter:in illo sāguine & ī illa oblatione
dimissa sunt peccata. Nō q̄ hoies postea nō peccēt & grauiter peccēt:sed nō tollūtur pctā
illa/nisi ī illa oblatione & hostia illa/ quā Christus pro mūdo obtulit. Ideo Christ9 nō nisi
semel vt hostia:sāguinē suū fudit. quia illa vnica fusio:fuit vniuersalis & sufficiētissima om
niū peccatorū quę remittētur/& quæ vnq̄ remissa sūt abstersio. Et si cui nō remittūtur: hoc
est quia nō se couertūt ad vniuersalē fontē lotionis peccatorū/ & nesciūt aut nolūt se ī illo
abluere. Ideo sublatū est vetus testamētū: qđ sāguine taurorū & hircorū in quo positū est/
auferre peccata nō poterat. & in eius ablatione:stabilitū est nouū/qđ in sanguine ī quo cō
firmatū est/peccata vniuersaliter lauat in victima corporis Christi/obediētia & bona volū
tate eius. Qđ ex oraculo 39 psalmi manifestat apostolus:vbi ī spū induciť Christus mūdū
ingrediēs/ alloquēs patrē de repudiatione & irritatione veteris cult9/& de obediētia sua ī
nouo in oblatione proprię hostię pro mūdi recōciliatione/ quę sentētia dilucida est/et aper
ta. Et Christus (vt dictū est) semel dūtaxat sāguinē suū fūdēs:hostiā suā obtulit/quia erat
47 vera accepta & efficacissima. at nō sic erat:de hostijs veterū sacerdotū. Ideo subiūgit Pau-
l9. ¶ At ōnis quidē sacerdos assistebat indies litās/et easdē frequēter hostias offerēs:q̄ nūq̄
valēt detrahere peccata. ipse autem cū vnā pro peccatis obtulit hostiā:in perpetuū sedit ī
dextera dei. deinceps expectās:donec ponātur iimici eius scabellū pedū eius. vna enī obla
tione:cōsumauit ī perpetuū eos/q̄ sāctificātur. ¶ Hęc ex superiorib9 patētē facere possūt ī-
telligētiā ijs/q̄ sciūt ōnimodā efficaciā (quę deest vmbræ) tradere veritati/& īfinitā pticu-
lariū iefficacē multitudinē ī vnū vniuersale efficacissimū colligere. nā si multiplicitas eēt:
nō vere vniuersale neq̧ vere efficax. Hostia autē Christi: vere vniuersalis & efficacissima.
ideo vna/& semel dūtaxat oblata. Nā si bis: primę vicis oblatio nō fuisset vniuersalissima
& oino sufficiēs/ aut secūda nequicq̄ esset/ & superuacanea. Qđ autē sacerdotes noui rit9 fa-
ciūt:nō est iterata oblatio/sed illi9 eiusdē memoria/& imitatio. Ergo ī secūdo/nouoq̧ ritu
oīa in veritate vna sola oblatione peracta sunt:q̄ infinitis/ vetus attigere nō poterat. neq̧
infinitis memorijs/symbolicus rit9 superaddit: sed ad finē vsq̧ mūdi imitať/ īnumera be-
neficia/ illius vnicę oblatiōis sācta cōfessione recolens/ qua cōsumātur oēs q̄ sanctificātur/
siue fuerīt/siue sint/siue futuri sint. Et de hac sanctificatione per ōnimodā peccatorū dele-
48 tionē/per nouæ legis susceptionē: testimoniū oraculi affert ex Hieremia propheta aposto-
l9. & ait. ¶ Testimoniū aūt nobis phibet & spūs sāct9:cū reuera post/ predixit. hoc testamē
tū qđ disponā ad vos post dies illos dicit dn̄s:cū dabo leges meas ī cordib9 eorū/ & ī mēti
bus eorū scribā eas/& peccatorū eorū/& īiquitatū eorū nō recordabor āplius. vbi autē re-
missio eorū est:nō est āplius oblatio pro peccatis. ¶ Quid est:cū reuera post prędixit/ Illud
sane post qđ spūs sanctus prædixit/est hoc: post dies illos dicit dominus/quod in oraculo
Hieremiæ 31 continetur. vbi & sic nunc habemus. Post dies illos/ dicit dominus:dabo le-
gem meam in visceribus eorum/ & in corde eorum scribam eam. Et subditur. Propicia-
bor iniqtati eorū/& peccati eorū nō memorabor āplius. Omnia peccata & ōnes iniqtates
omniū/& pro omnibus: donatæ sunt/ac ad plenū remissæ Christo. & ideo non opus est vt
amplius pro hominum peccatis offerat/ quæ sibi donata sunt & remissa:sibi dico Christo

nõ hominibus/sed Christo pro hominibus/ & õnibus quidẽ hominibus. estq; similis (si
sũma humilibus cõparare nõ dedignabimur) filio terreni regis: cui pater nũq̃ quidẽ sibi
inobediẽti/ & id poscẽti/ dedit omniũ in regno suo delinquẽtiũ ad lęsam etiã vsq; maie-
statẽ/ plenariã remissionẽ. Ad quẽ regis filiũ quicũq; rei venerũt/ gratiã quã a patre pro
ipsis obtinere dignatus est postulãtes/ insuper & de benignitate eius erga se nichil tale
vnq̃ meritos/ gratias quascũq; potuerũt agẽtes: veniã cõsecuti sunt/ & testimoniũ gra-
tiæ a filio acceperũt. neq; rex quicq̃ eis ex cõmissis i se: amplius imputauit. At aut stul-
ti/ aut superbi/ aut ĩgrati/ qui ad regis filiũ nõ venerũt: tracti ad regẽ/ quisq; cõmissi pia-
culi pœnas duriter persoluerũt. Stultis rex dicit: nõ vobis delicta vestra dimiserã/ sed fi
lio pro vobis. Cur ergo id nõ intelligẽtes: ad eũ non venistis/ gratiã vestrã accepturi?
Superbis. Cur filiũ meũ cõtempsistis & gratiã vestrã: quã ipse nõ pro vestra/ sed pro sua
bonitate quæ omnem superat offensã/ habebat pro vobis? Ingratis insuper. Dedignati
estis gratias agere ei: cui delictorũ vestrorũ/ pro õnibus dederã gratiã. Ideo indignos
gratia data: vos effecistis. Vniuersis autẽ: pariter. Nulli vestrũ delictorũ suorũ remissio-
nẽ dedi ac gratiã (nã omnes idigni estis) sed illi soli pro õnibus vobis: qui solus est õni
exauditione dignus. Sic apud summũ patrẽ: stulti/ superbi/ ingrati/ suæ stultitiæ/ super-
bię/ & ingratitudinis accusabũtur/ & meritas dabũt pro scelerositate pœnas/ etsi õnium
peccata remissa & donata dudũ sint/ nõ eis quidẽ sed filio dei pro ipsis/ & pro omnibus
pariter hominibus/ quia filius hominis est. Et hoc intelligere: vna clauis est vitæ. & pa-
riter intelligere: quid est nos omnẽ benedictionẽ/ salutẽ/ remissionẽ/ & õnia ĩ Christo ha-
bere. Quia inquã filius hominis est. nusq̃ enĩ: angelos appræhẽdit. ad quos qui ĩ praui-
tate reperti sunt: sola vtitur iustitia. appræhẽdit autẽ semẽ Abrahæ/ quia dñi est assũptio
nostra/ & sancti Israel regis nostri: vt homo factus/ ad homĩes vteretur misericordia. nisi
enĩ appræhẽdisset hominẽ: nullus saluus fuisset. sed a nobis vt ab angelis prauitatis: so-
lus rigor notus/ solaq; fuisset cognita iustitia. At ideo homo fieri voluit: vt cognosceret
a nobis eius misericordia. O ineffabilis & imensa erga homines diuinę pietatis clemẽ-
tia. O incõpræhẽsibilis in assumẽdo homine misericordiarũ abyssus. O q̃ homo angelo
fœlicior/ q̃ in Christo/ angelo ditior: si intelligere nouit/ & in gratiarũ actionũ cõfessio-
ne iugiter perseuerare? hoc diuinæ incarnationis sacramentũ: omnẽ mẽtis stuporẽ exce
dit/ õneq; superat miraculũ. de quo solũ sermo & cogitatio: õni cũ reuerẽtia haberi de-
bet. Nã & erga ipsũ/ omnis deficit reuerẽtia: estq; in imensum debito minor. Quid enĩ
filiũ dei fecit incarnari: nisi misericordia? Quid incarnatũ deniq; mori: nisi amor/ & er-
ga homines dilectio sũma? Et amor iste viuus/ & dilectio viua: quæ nõ extiguitur erga
suos. Ergo sumamus animos: cõfugiamus ad misericordẽ/ sequamur amantẽ. neq; dubi
49 temus: per eũ/ & cũ eo/ de ingressu in sancta sanctorũ. volo (inquit qui verissimus & fi-
» delissimus est) vbi ego sum: ibi sit & minister meus. Atq; ideo subdit Paulus. ¶ Haben
» tes igitur fratres fiduciã in ingressu sanctorũ in sanguine IHESV/ quẽ initiauit nobis
» viam recentẽ & viuã/ per velamẽ hoc est carnẽ suam & sacerdotẽ magnũ super domum
» dei: accedamus cũ vero corde/ in plenitudine fidei: loti corda a cõsciẽtia mala. & abluti
» corpus aqua mũda/ teneamus cõfessionẽ spei indeclinabilẽ. Nam fidelis est qui promi-
» sit. Et cogitemus inuicẽ ad prouocationẽ dilectionis & bonorũ operum: nõ derelinquẽ-
» tes congregationẽ nostram/ vt quibusdã mos est. sed exhortãtes: & tanto magis/ quãto
» videtis appropinquantẽ diẽ. ¶ Quid est habentes fiduciã in ingressu sanctorũ: nisi ha-
bentes fiduciã ingrediẽdi sancta/ quæ pręcursor noster Christus dominus ingressus est?
Quid quẽ initiauit nobis viã recentẽ & viuã: nisi quẽ ingressum consecrauit nobis viã
nouã. Nam nullus adhuc ingressus fuerat. Et viuã: quia vitæ æternæ/ via est. Velamen:
& carnẽ Christi significat/ & cœlũ. & ideo fracta carne Christi in cruce: & velamen tẽpli
scissum est/ & cœlũ apertũ est. velamẽ autem: hoc in loco interpretatur apostolus Chri-
sti carnẽ. & vere erat diuinitatis velamẽ: & ipse deus absconditus. Quod autẽ dicit/ per
carnẽ suã & sacerdotẽ magnũ super domũ dei: id est per carnẽ suã vt hostiam/ & per sei-
psum sacerdotẽ magnũ super domũ dei/ nõ solũ hominũ/ sed & angelorũ/ & archange
lorũ & virtutũ omniũ. Nam õnes sancti/ & terreni/ & cœlestes õnes: dom⁹ dei sunt/ bea-
taq; familia. O q̃ sancta esset nostra cõuersatio: si cogitaremus inuicẽ/ toto studio prouo
care nos ad dei & mutuã dilectionẽ/ ęquales ęquales/ viri viros/ mulieres mulieres/ ma-
iores minores/ & quisq; pro suo gradu & dignitate? Sed nos: deserim⁹ nũc nostrã cõgre
gationẽ. dilectio: extincta est. non est qui suscitet eam: quãuis videamus & diem nostræ
mortis/ & diem iudicij magis atq; magis indies appropinquãtem. Credo etiam/ angeli
nostram frigiditatẽ plorãt: qui nostrã a deo susceperũt tutelã. omnes spõte in flagitia fer
me ruunt: & se ferme õnes in præcipitia dedũt/ veritatẽ agnoscẽtes. Ad quos/ a tãta per-

50 » ditionis insania & vehementi quidē deterritione deterrēs apostolus:dicit. ¶Volūtarie
» enim peccātibus nobis post acceptā cognitionē veritatis: non amplius relinquitur pro
» peccatis hostia/sed terribilis quędā expectatio iudicij/ & emulatio ignis qui cōsumptur⁹
» est aduersarios. ¶In veteri lege:quoties peccauerāt/hostias habere poterāt quas recēti
cęde īmolarēt/ad legalē peccati expiationē. nobis autē nō relinquitur hostia cędenda:si
post lauacri peccatorū dimissionē volūtarie relabimur in vicia.semel eni oblata victi-
ma nostra:manet in æternū/nūq̄ postmodū īmolāda/etsi iugiter fiat imolationis eius
memoria.Quid igitur:nūquid peccatoribus desperandū erit de venia?Nequaq̄ ita est.
sed alio modo:q̄ per hostiæ oblationē dimittēda culpa. Nā is purgationis mod⁹:recō-
ciliatio est per pœnitentiā & cōfessionem.Dicit eni dn̄s:q̄ ita gaudiū erit in cœlo super
vno peccatore pœnitentiā agēte q̄ supra nonagintanouē iustis/ qui nō indigēt pœnitē
tia. Et rursus.Si peccauerit in te frater tuus/ increpa illū: et si pœnitētiā egerit dimitte
illi.et si septies peccauerit in te/& septies in die cōuersus fuerit ad te/ dicēs pœnitet me:
dimitte.Et Petro interrogāti/dn̄e quoties peccabit in me frater meus/& dimittā ei/vsq̄
septies?Respōdit misericors dn̄s:nō dico tibi vsq̄ septies/ sed vsq̄ septuagesies septies.
Cui cōuerso peccatori:nō liquescat cor ex abysso misericordiarū dei?De peccatore autē
superbo et contēnente ecclesiā ac sacerdotū potestatē:dicit.Si autē ecclesiā nō audierit:
sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis quæcūq̄ alligaueritis super ter-
ram:erūt ligata & in cœlo.& quęcūq̄ solueritis super terrā:erūt soluta & in cœlo.Ideo
absoluūt sacerdotes a peccatis:in signū veræ absolutionis a deo/quę est ī cœlo.Hic er-
go modus/ post baptismū si peccata cōtingūt:purgationis est per pœnitētiā/& cōfessio-
nem (dic inquit ecclesiæ)& sacerdotalē solutionē quæ absolutio nūc dicitur.quę(inq̄t)
solueritis super terrā:erūt soluta & ī cœlo.nō autē per hostiæ oblationē/si peccasti:quā-
tuncūq̄ in rememorationē hostiā offeras/nisi pœniteas & cōfitearis nichil tibi prodest/
neq̄ dimittitur peccatū.quāuis non remittitur nisi in illa vnica Christi oblatione: qua
superplenissime satisfecit pro ōnibus peccatis mūdi/& quæ fuerūt/& sunt/& quæ futura
sunt.Oblatio enim sacerdotalis hostiæ:i memoria est(vt dictū est) illius omnisalutaris
& ōnisaluificę imolationis Christi in cruce:i & gratiarū actio. sumptio autē: est sūma in
hac mortali vita cōsumatio/vnio ad diuina/& intimū cōsortiū.verū cōsumationē pręs-
cedit illuminatio & purgatio:& in cœlo/& in terra.Ideo qui nō illuminat⁹ & purgatus
ad tā sublime mysteriū quæ in hoc mundo cōsumatio est omniū cōsumationū/accedit:
cæcos & ægros oculos offert luci tanto grauius inde dolitur⁹/& peccatorū vulnera ag-
grauās/ordinē sanctificationū peruertēs & rē nimirū nimis indignā in sancta mysteria
committēs.Ergo quisq̄ studeat illuminatos habere oculos: & purgationē a mia dei con-
sequetur.Nā est de numero eorū/de quib⁹ & a quibus sacrū canit oraculū misericordiā
nō esse auferendā. est eni de filijs Christi: de quibus sermo diuinus dicit.si autē dereli-
querint filij eius legē meā:& in iudicijs meis nō ābulauerint.si iustitias meas propha-
nauerint:& mādata mea nō custodierint.visitabo in virga iniquitates eorū:& ī verbe-
ribus peccata eorū.Misericordiā autē meā:nō dispergā ab eo.Ergo semper Christus ha
bet/quādocūq̄ peccauerimus:misericordiā & gratiā pro nobis.& reliquitur pœnitētiæ
& expiationis peccatorū locus:vt etiā & cap.sexto huius ostēsum est. & quis modus:&
hic & illic manifestatus est.quē & per spiritū sanctū recte intellexit ecclesia. Verūtamē
q̄ fieri potest rarissime/& minime volūtarie peccemus. Q2 si cōtēnimus cognitā verita-
tē/q̄ est Christi lex vera & īmaculata/& tātas erga nos benignitatis dei & miserationū
diuitias:qd restat nobis/nisi certissima terribilis quędā expectatio iudicij/ & zel⁹ ignis
qui voratur⁹ sit nos/qđ Christi pietas miseratioq̄ auertat.Zelus eni:addit acrimoniā.
vt qui in zelo punit:id acrius/& cū maiori furia facit.sic & ignis ille æternus:qui cōtē-
ptū dei vlciscitur/& cū zelo/&(vt sic dicā) furēti acrimonia vlciscitur.Et hanc terribilē
& formidādā expectationē:dictā pro peccatoribus qui cōtēnūt/nō autē pro ijs q ad mi
51 sericordię asylū se cōuertūt/satis inuit apostolus ex his/cōferēs cōtēptores veteris legis
» ad istos/argumēto a maiori ad cōfirmationē sui dicti vtens/ac dicēs. ¶Quispiā spreuit
» legē Moseos:absq̄ misericordia sub duobus vel trib⁹ testibus morif.quāto existimatis/
» deteriore supplicio dignus erit:qui filiū dei cōculcauerit/& sanguinē testamenti cōmu-
» nem duxerit in quo sanctificatus est/& spiritū gratiæ/iniuria affecerit? Scimus eni cum
» qui dicit:michi vindicta/ ego retribuam.Et rursus. Dominus iudicabit populū suū. Et
» horrēdū est incidere ī manus dei viuētis.¶Manifeste legē Moseos spernebāt: qui idola
colebāt/quiq̄ ea spreta leges gētiū sequi malebāt.de quib⁹:in Deuteronomio sic legif.
Cunq̄ reperti fuerint apud te intra vnā portarū quas dominus deus dabit tibi/ vir aut
mulier qui faciant malū in cōspectu domini dei tui/& transgrediātur pactū illius vt va-

dant & seruiant dijs alienis/ & adorēt eos/ solem/ & lunam/ & omnē militiam cœli quæ
non præcepi/ & hoc tibi fuerit nunciatum/ audiensq; inquisiueris diligenter/ & verum
esse repereris/ & abominatio facta est in Israel: educes virum ac mulierem qui rem sce-
leratissimam perpetrarūt/ ad portas ciuitatis tuæ/ & lapidibus obruentur. in ore duorū
aut trium testium: peribit/ qui interficietur. Ecce quo modo auersi & contemptores/ in
veteri lege sub duobus aut tribus testibus peribāt: tanto acerbiore supplicio interibūt/
qui nouam legem aspernātes/ se voluntarie omni peccato dedunt/ quanto lex noua ve-
tere sanctior atq; augustior est. Qui reputant sanguinem Christi in quo sanctificati fue-
runt: perinde atq; cōmunē/ non cæterorum meliorem/ sanctiorem/ potentiorem/ sed vt
alium quemlibet inefficacem/ inquinatum/ & nō sanctum: quo modo spiritui sancto cō
tumeliam non faciunt/ qui cādidissimam eius gratiam fœdant/ & in omni turpitudinis
cœno pertrahūt/ Quos amor dei non trahit/ quos beneficia non capiunt: saltem pœnæ
deterrere debent. sciunt enim aut scire debēt in Deuteronomio scriptum. Mea est vltio:
& ego retribuam in tempore. iuxta est dies perditionis: & adesse festinant tempora. Iu-
dicabit dominus populū suum: & in seruis suis consolabitur. Et iterum. Ignis succensus
est in furore meo: & ardebit vsq; ad inferni nouissima. & non est: qui de manu mea
possit eruere. vnde intelligere promptum est: q̄ horrendum est/ & reformidabile inci-
dere in manū domini. Manus enim domini duę ponūtur: leua/ & dextra. Leua: iustitia
est. Et dextra: misericordia. Qui incidūt in dextrā: beati. qui in leuā: fœliciores si nunq̄
fuissent nati. & nō est: qui de hac vel illa eruere possit. & omnē/ aut in hāc/ aut in illā nō
incidere: īpossibile est. perinde igitur est dicere horrendū est incidere in manus dn̄i: & in
manū dn̄i. Nam id de leua intelligitur: & pluralis nūerus pro singulari desūptus est. in
dexterā autē incidere: non horrendū/ sed maxime expetendū & superoptabile. Proinde
Dauid cū respōdit Gad prophetæ: melius est vt incidā in manus dn̄i: pro vtraq; dixit/
nō solū leuā intelligēs. qđ & ex verbis eius ītelligitur: cū hoc pacto dixit. melius est vt
incidā in manus dn̄i (multæ eni misericordiæ eius sunt) q̄ hominū. qđ eni de misericor-
diarū multitudine subiūxit: ad dexterā pertinebat. sic ergo: & misericordię & iustitiæ eius/
se cōmittebat. Christus dn̄s sic nos viuere cōcedat: vt in dexterā dei ad quā ipse sedet in-
cidamus/ & horrendā iudicij leuā effugiamus. Et quo modo qui Christi sumus/ & ex par-
te eius in dextra: trāsferimur in leuā/ Meminerimus lauacri nostri/ fidei nostrę/ & sanctifi
cationis primæ: neq; prosperis/ neq; aduersis e loco illo dimoueamur. Nā proculdubio:
52 in dextra dei cū Christo sumus collocati. Ad quā cōsyderationē hortatur Hebręos apo
stolus/ ne se transferāt: sed cōstantiā sēper retineant priorē/ & ait. ¶ Reminiscimini autē
priores dies: in quibus illuminati/ multiplex passionū certamē sustinuistis. in hoc: quidē
opprobrijs & pressuris theatro expositi. in illo vero: participes eorū/ qui ita cōuersabāt
effecti. Nā & vinculis meis cōpassi estis/ & rapinā facultatū vestrarū cū gaudio sustinui-
stis: cognoscētes vos habere meliorē substantiā in cœlis/ ac manentē. Nolite igitur fidu
ciā vestrā abijcere: quæ ingentē habet mercedis retributionē. patientia eni opus habe-
tis: vt cū volūtatē dei feceritis/ accipiatis promissionē. Adhuc eni modicū quātulūcūq;
veniēs veniet/ & nō tardabit. iustus autē: ex fide viuet. Q̄ si substrahetur: nō cōplace-
bit aīa mea i eo. nos autē nō sumus substractionis in perditionē: sed fidei i acquisitionē
animæ. ¶ Hęc pia est & vehemēs adhortatio. Nā proculdubio/ q̄diu illumiati Hebręi/
illuminati dico fide/ illius amore certamia passionū sustinuerūt/ opprobrijs & pressuris
publicū facti spectaculū/ socij & cōparticipes eorū qui ita propter fidei iustitiā afficiebā-
tur/ cōpatiētes pressuris aliorū/ nichilipēdētes propriorū bonorū rapinā/ imo gaudētes
contēplatione ęternorū bonorū quæ ex fide expectabāt: tādiu in dextra dei fuerunt. Et
cuius ij qui in dextra dei hoc pacto sunt/ opus habēt: ostēdit diuinæ volūtatis reserator
apostolus. Nā sola eis fidē retinētibus & dilectionē: patiētia opus est/ ne frangātur in hu
iusmodi duris & nō perseuerēt. quia si aurigāte patiētia perseuerabūt: ōni certo certius
promissionē/ id est per se bonæ dei volūtatis donū accipient vitā æternā/ gaudiūq; sem-
piternū. neq; longa patiētia: opus est. est eni vita cuiusq; breuis: quā si æternitati quæ
illā sequitur cōferas/ minus etiā q̄ punctū. in fine itaq; huius momētaneæ vitæ/ veniet
Christus: & promissio vitæ/ fidelibus īplebitur. quod oraculo Abachuc prophetæ/ con-
firmat apostolus: qđ nūc sic legimus. Apparebit in fine: & nō mētietur. Si morā fecerit:
expecta illum. quia veniēs veniet: & nō tardabit. ecce qui incredulus est: non erit recta
anima eius in semetipso. iustus autē: in fide sua viuet. Quod dicitur apparebit i fine: id
sonat/ adhuc eni modicū quātulūcūq;. Et ei qđ dicit. ecce q icredulus est/ nō erit recta aia
eius in semetipso: respōdet ex interprete Pauli/ q; si substrahetur nō cōplacebit aīa mea
in eo. Ergo idem est/ q; si substrahetur: q; si fuerit incredulus. qui enim incredulus est:

ſubſtrahitur a fide. Ergo vt anima noſtra recta ſit in nobis/ vt deo cōplaceamus/ vt ex
noſtra fide deo viuamus: ſimus fidei/ & nō ſubſtractionis & incredulitatis/ adiuuāte eo
qui iam veniens/ prope/ nobis adeſt in foribus Chriſtus dominus/ rex/ iudex/ ſaluator
bonorum/ videxq; malorū. Cui cū patre & ſpiritu ſancto: omnis honor/ gloria/ poteſtas/
& gratiarum actio per infinita (quæ fideles omnes non poſt tempora multa/ indubita-
ta manent) ſæculorum ſæcula.
A ¶EXAMINATIO nonnullorū circa literam. ¶Vulgata æditio. Quas offerunt inde-
46 ſinenter. ¶Dicitur quas offerunt in continuum/ id eſt cōtinuo/ conſequenter. Interpres
Pauli. ἃσ προσφέρουσιν εἰσ τὸ διηνεκέσ. ¶Vulgata æditio. Alioqui ceſſaſſent of
ferri. ¶Sermo eſt per participiū oblatæ/ ſiue quæ offeruntur. Interpres Pauli. ἐπεὶ οὐκ
ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι. ¶Vulgata æditio. Sed in ipſis cōmemoratio pec-
catorum. ¶Ipſis: refert hoſtias. Eſt eni fœminini generis. Interpres Pauli. ἀλλ᾽ ἐν αὐ-
ταῖσ ἀνάμνησισ ἁμαρτιῶν. Et non eſt verbum expreſſum in fine particulæ. quod
ſi exprimatur: malim dici fiebat q̃ fit. non eni fit nunc: ſed olim fiebat. neq; tunc quidē
fieri debebat/ tempore Pauli: vtpote qui ritum prohibebat Hebræorū. ¶Vulgata ædi-
B tio. Quia hoſtias & oblationes. ¶Singulariter dicendum: hoſtiam & oblationē. Etiam
46 & ſingulariter ſuperius dictum fuerat/ non pluratiue. Interpres Pauli. ὅτι θυσίαν καὶ
προσφοράν. ¶Vulgata æditio. Quæ ſecundum legem offeruntur: tunc dixi/ ecce ve-
nio. ¶Dicendum eſt hic: dixit tertia perſona/ non prima. Interpres Pauli. ἅιτινεσ κα-
τὰ τὸν νόμον προσφέρονται, τότε εἴρηκεν, ἰδοὺ ἥκω. ¶Vulgata æditio.
Aufert primū: vt ſequens ſtatuat. ¶Dicendum ſecundum. ſic enim primū & ſecundum
apte reſpondent: vt præcedens & ſequens/ prius & poſterius. Interpres Pauli. ἀναιρεῖ
C τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ. ¶Vulgata æditio. At omnis quidem ſacer-
47 dos præſto eſt. ¶Per præteritum potius: præſto erat/ aſtabat/ aut quippiam ſimile. de
defuncto enim iam/ exactoq; vetere Hebrẹorum cultu loquebatur. Interpres Pauli. καὶ
πᾶσ μὲν ἱερεὺσ ἕστηκε. ¶Vulgata æditio. Hic autem vnam pro peccatis offerēs ho
ſtiam. ¶Per præteritum potius loquendum eſt: vt obtulit. Interpres Pauli. αὐτὸσ δὲ
μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκασ θυσίαν. ¶Vulgata æditio. In ſempiternum
ſedet ī dextera dei. ¶Per præteritum: dicitur ſedit. Interpres Pauli. εἰσ τὸ διηνεκὲσ
C ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ. ¶Vulgata æditio. Conteſtatur autem nos & ſpiritus
48 ſanctus. ¶Non tam conteſtatur q̃ teſtatur. Et non per accuſatiuū nos: ſed nobis per da-
tiuum. Interpres Pauli. μαρτύρομαι δὲ ἡμῖν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et ſi di-
ceretur ſpiritus ſanctus teſtatur aut conteſtatur nos: id deſignaret nos teſtes facit/ nos ī
teſtimonium adducit. ſic ſacer Hieronymus: Iheſum Chriſtum teſtor/ & ſanctos ange-
los eius. Et Paulus in actis. quapropter conteſtor vos hodierna die: quia mundus ſum
a ſanguine omnium. Secus autem: cum datiuo iungitur. nam dare teſtimonium/ & te-
ſtimoniū perhibere ſignificat: vt id Lucæ. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domū
patris mei (habeo enim quinq; fratres) vt teſtetur illis/ ne & ipſi veniant in hunc locū
tormentorum. Et in Apocalypſi. Conteſtor etiam omni audienti verba prophetiæ libri
huius: ſi quis appoſuerit ad hæc/ apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto.
¶Vulgata æditio. Poſtq̃ enim dixit. ¶Dicēdum: poſt enim prædicendo/ ſiue cum/ poſt
eni prædixit/ nō dixit. nō eſt plane intelligibile: quod vetus interpres dicit. loquitur eni
litera de hac particula poſt poſita ī oraculo Hieremiæ prophetæ: vbi dicitur. poſt dies
illos dicit dominus: dabo legem meam/ & reliqua. Interpres Pauli. μετὰ γὰρ, προ-
ειρηκέναι. ¶Vulgata æditio. Dando leges meas in cordib9 eorum. ¶Participio dici-
tur dans: quod propter oraculum reſolui cū dabo. διδοὺσ νόμουσ μου, ἐπὶ καρδί-
ασ αὐτῶν. ¶Vulgata æditio. Et iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.
¶Iam: abundat. id enim deſignat: quod amplius. Interpres Pauli. καὶ τῶν ἀνομιῶν
D αὐτῶν, οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. ¶Vulgata æditio. In ſanguine CHRISTI. ¶Dicen-
49 dum: in ſanguine Iheſu. Interpres Pauli. ἐν τῷ αἵματι ἰησοῦ. ¶Vulgata æditio.
Quam initiauit nobis viam nouam. ¶Dici hic poſſet quem/ refert eni introitu qui græ-
ce εἴσοδοσ/ & fœminini generis eſt. Si tamen dicemus quam: id toleratur/ q cum ſe-
quenti conuenit viam. Et id initiauit: deſignat/ innouauit/ ſacrauit/ dedicauit. Interpres
Pauli. ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον. ¶Vulgata æditio. Aſperſi corda a
conſciētia mala. ¶Intelligibilius ſi dicam9 loti. Interpres Pauli. ἐρραντισμένοι τὰσ
καρδίασ ἀπὸ συνειδήσεωσ πονηρᾶσ. Non q ἐρραντισμένοι nō proprie ſigni-
ficet aſperſi (ῥαντίζω eni & ῥαντισμὸσ aſpergo et aſperſio) verum ſententia cadē/
& latinis accōmodati9 ſi dicit loti. ¶Vulgata æditio. Teneamus ſpei noſtræ cōfeſſionē
indeclinabilem. ¶Noſtræ: abundat. Interpres Pauli. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν

E τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ. ¶Vulgata æditio. Quæ consumptura est aduersarios. ¶Po
50 tius: qui consumpturus est. Nam adiectiuum est eius quod dixerat πυρὸς/ id est ignis
genitiuo casu/ pariter in litera genitiui casus. Interpres Pauli. ἐσθίειν μέλλοντος
51 τοὺς ὑπεναντίους. ac si diceremus: futuri vt edat/id est voret & consumat aduersa-
rios. ¶Vulgata æditio. Pollutum duxerit. ¶Dicere possumus: cōmunē/ quod in sacris li
teris imundū transferri solet. Sola enim illa quæ lex peculiariter præcipiebat ad sancti-
ficationē/ad sacrificiū/ad esū/ad conuersationē: populus Hebraicus munda ducebat. cæ
tera aūt q̄ peculiaria nō erāt: coīa/ & imūda appellabat. Interpres Pauli. κοινὸν ἡγησά-
μενος. ¶Vulgata æditio. Michi vidictā: & ego retribuā. ¶Recto dicit: vindicta/ nō vi-
dictam accusante casu. Et particula copulatiua & / abūdat. Interpres Pauli. ἐμοὶ ἐκδί-
κησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω. Sunt codices græci qui continuo habēt/ λέγει κύριος,
dicit dominus. verū quia nō videtur particula necessaria/ cum præmissum sit scimus eū
F qui dicit/ & non videtur etiā vetus interpres legisse: idcirco consulto scientērq; omisi. ¶Vul
51 gata æditio. Et iterū. Quia iudicabit dominus populum suum. ¶Quia: abundat. Inter-
F pres Pauli. καὶ πάλιν, κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Socij ta
52 liter conuersantiū effecti. ¶Quia sermo est de iis quæ iam acciderant: satius visū est par
ticipiū resoluere per præteritum imperfectū/ cū eo cōmuniter vtantur pro præsēti & pre
terito imperfecto. Interpres Pauli. κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενη-
θέντες. ¶Vulgata æditio. Nam & vinctis compassi estis. ¶Dicendum: nam & vincu
lis meis compassi estis. Interpres Pauli. καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσα-
τε. ¶Vulgata æditio. Vos habere meliorem/ & manentem substantiam. ¶Deest parti-
cula ī cœlis. Interpres Pauli. ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ
μένουσαν. ¶Vulgata æditio. Nolite itaq; amittere confidentiā vestram. ¶Sermo for-
te melior si dicitur abiicere. Interpres Pauli. μὴ ἀποβάλλητε οὖν παρρησίαν
ὑμῶν. ¶Vulgata æditio. Iustus autem meus ex fide viuit. ¶Meus: abundat. Et viuet:
per futurū/ dicendū est. Interpres Pauli. ὁ δὲ δίκαιος ἐξ πίστεως ζήσεται. ¶Vulga-
ta æditio. Quod si substraxerit se. ¶Potius passiua voce sine reciproco se: dicendū substra-
hatur. siue vt detur sensus futuri: substrahetur. Interpres Pauli. καὶ ἐὰν ὑποστεί-
ληται.

CAP. XI.

53 PEr fidem: deo viuimus/ & acquirimus animā. per incredulitatem autem:
deo morimur/ animamq; perdimus. Ideo fidem præconiis hic attollit diui
nus apostolus/ primum quodā modo fidem diffiniens/ ac dicens. ¶Est au
tem fides earū quæ sperantur substantia rerum/ earū quæ non videntur ar
gumentum. In hac enim: testimonium acceperūt seniores. ¶Testimoniū
acceperunt multi maiores nostri a mundi exordio: qui fuerunt fideles vt ex
sequentibus dilucebit/ & hi maxime honorabiles & ab omnibus celebra-
ti. vt intelligamus: nullam æterniorē memoriam & honorem/ q̄ ex fide pē-
derē. At quid est ipsam esse earū rerū quæ sperantur hypostasin & substātiā: nisi æterno-
rū bonorū spei sustentaculū/ fulcimentum/ atq; fundamentum/ tolle fidem: nulla illorum
bonorū spes/ sed prorsus in nichilū collabitur. Quid est rerū quæ non videntur eandem/
esse argumentum: nisi intelligibilium/ supramundanarū æternarumq; rerum (quæ alio-
qui nobis incognitæ/ dubiæ & incertæ essent) rationem esse/ nobis credulitatē parientem
atq; assensum/ Quæ inquit: non videntur æterna sunt. Et elenchus id est argumentum:
nichil aliud a probatis authoribus ferme diffinitur/ q̄ ratio rei dubiæ faciens fidē/ id est
assensum. Verū de hac diffinitione: latius per occasionem aliquando diximus circa ini-
tium Ricardi de trinitate. de fide autē diuina hic agitur sermo: non de ea quæ humana
est. et est in deo fides: veritas & archetypa/ fontana/ exemplarisq; veritas. Proinde cum
deum fidelem dicimus: idem volumus atq; veracem/ & maxime in dictis/ qui scilicet ea
quæ dicit vera sunt. & omnia opera dei vera sunt: & omnia verba eius/ & pollicita vera.
Et fidelis homo erga deum est: qui verbis dei credit/ eisq; indubitatum præbet assensū.
est eni in nobis fides: sermonū diuinorū idubitatus assensus. Et nunquid videmus si hu
mano more aliquem hominē noscimus veracē/ & erga alios fidelem id est fidem seruan
tem/ & quod dicit facientem: si quicq̄ dicit/ si quicq̄ pollicetur/ idubitatū præbemus ei as-
sensum/ neq; polliciti ab eo/ spes certa vnq̄ excidit. de ea re tam certi: ac si iam tūc tene-
remus. Quomodo igitur dubitare poterimus de dictis & pollicitis dei: qui veracissimus
est ac fidelissimus/ fidelis enim dominus in omnibus verbis suis. neq; venit ei homo: vl
lo pacto in fidelitate comparandus. Quomodo certa spes/ immo certissima: vnq̄ collabe-
tur/ A se tamen homo hanc fidē habere non potest: sed ipse qui fons est & infinita fideli-
tatis scatebra præstat & auget. Quapropter & discipuli frequenter rogabant dominum:

domine adauge nobis fidem. quia ratio ad illã non pertingit: ſed eam gratia rationeſu-
perior præſtat. Et quod ratio præſtat: obſcurũ eſt & debile. qđ vero gratiai lucidũ & for-
te. & vere fidens & fidelis ſe deo cõmittit/ non ſuæ rationi. veritati diuinæ: non ſuæ ida-
ginis poſſibilitati. in ſpacioſo eſt: non in anguſto. qui ſuæ rationis poſſibilitatẽ egredi nõ
vult: in anguſtijs ſe concludit & in tenebroſo carcere/ vbi ſol gratiæ non illucet/ & viui-
fica fides non continetur. O diuina fides/ mirabile fundamentũ vitæ/ fulcimentum ſpei/
& anchora dilectionis/ funis lucidus a cœlo protenſus: per quẽ arreptũ ad ipſum ſcãdi-
mus qui omnem ſuperat altitudinẽ. At nũc præconia fidei a beatiſſimo apoſtolo audia-
54 mus. Primum eſt. fide: veras cauſas & vera rerum primordia cognoſcimus/ cunctaq; 1
verbo dei ex nichilo prodijſſe nouũq; effulſiſſe ad ortũ. Quod ſubdit dicẽs. ¶ Fide: itel-
ligimus perfecta ſæcula verbo dei/ vt ex non apparentibus facta ſint quæ videntur.
¶ Credidit Moſes deo/ mundi geneſin ſibi aperienti: quo pacto in principio creauit cœ-
lum & terram. & dixit fieri lucẽ: & facta eſt lux. dixit fieri firmamẽtũ mediaſtinũ aqua-
rũ: & factũ eſt firmamentũ. & reliqua: quæ conſtat ex ſacra Geneſeos hiſtoria/ verbo dei
eſſe creata. Fide ergo iſta cognoſcimus: quæ philoſophi cognoſcere non potuerunt. quia
anguſta via & incapaci rationis proceſſerũt: nõ ſpacioſa/ lucida/ & e cœlo emicãtis fidei.
neq; ex ſe potuerunt. non enim eſt noſtræ poteſtatis: ille radius. Secũdũ fidei præconiũ. 2
55 fide: deo beneplacens & acceptus exhibetur cultus. Exemplum: Abel. Quod ſubnectit
apoſtolus. ¶ Fide: abundantiorẽ hoſtiam Abel q̃ Cain obtulit deo. per quam teſtimo-
nium adeptus eſt: q̃ ſit iuſtus. teſtimoniũ ſuper munera eius perhibẽte deo. & per eam:
defunctus adhuc loquitur. ¶ Q; Abel quę credidit precioſiora/ obtulerit domino: ſacra
Geneſeos teſtatur hiſtoria/ dicẽs. Factũ eſt autẽ poſt multos dies vt offerret Cain de fru-
gibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui/ & de adipi-
bus eorum. Et reſpexit dominus ad Abel/ & ad munera eius: ad Cain vero & ad mune-
ra illius non reſpexit. Teſtimoniũ iuſti a ſaluatore noſtro aſſecutus eſt. Ecce (inquit) mit-
to ad vos prophetas/ & ſapientes/ & ſcribas: & ex illis occidetis & crucifigetis/ & ex eis
flagellabitis in ſynagogis veſtris/ & perſequemini de ciuitate in ciuitatem. vt veniat ſu-
per vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram: a ſanguine Abel iuſti/ vſq; ad
ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ. Et loquela illa Abel mortui intelligitur: ex hoc Ge-
neſeos dei ad fratricidam Cain loquentis quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat
56 ad me de terra. Tertiũ. fide: relictis terris/ ad perennia regna transferimur. Exemplum: 3
Enoch. Quod ſubdit Paulus. ¶ Fide: Enoch tranſlatus eſt/ vt non videret mortẽ. & non
inuentus eſt: quia trãſtulit eũ deus. nã ante tranſlationẽ ſuam: teſtimonium accepit pla-
cuiſſe deo. ſine autem fide: placere impoſſibile eſt. accedentẽ enim ad deũ: credere opor-
tet q̃ eſt/ & q̃ ijs qui requirunt deum/ mercedis retributor ſit. ¶ De Enoch: in Geneſi le-
gitur. Ambulauit Enoch cum deo poſtq̃ genuit Mathuſalem/ trecentis annis. genuit fi-
lios & filias: & facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexaginta quinq; ãni. ãbulauitq; cũ
deo: & non apparuit. quia tulit eũ deus. Et quam de Enoch ſententiã haberent Hebręi:
aperit Iehu Sidrac. Enoch inquit placuit deo: & tranſlatus eſt in paradiſum. Et in alio
loco. Nemo natus eſt in terra: qualis Enoch. nam & ipſe receptus eſt a terra. Quartum. 4
57 fide: ventura mala quibus mali delentur in perpetuũ/ deuitamus/ ſalutemq; ſine fine vẽ-
dicamus. Exẽplũ: Noe fidelis atq; iuſtus. De quo ita proſequitur apoſtolus. ¶ Fide: Noe
reſponſũ accepit de ijs/ quæ nondum videbantur. Reueritus: ad ſalutẽ familiæ ſuæ arcã
adaptauit/ per quam condẽnauit mundum. et iuſtitiæ quæ ex fide eſt: factus eſt hæres.
¶ Ex Geneſi/ de Noe explorata eſt hiſtoria: in qua legitur. Noe vero inuenit gratiã co-
ram domino. Et te eni vidi iuſtum corã me in generatione hac. Et centũ viginti annos
ijs qui illa tempeſtate erant dedit deus ad pœnitentiam: ſi reſipiſcere voluiſſent. in qui-
bus & videbant fabricari arcã: per quã & ipſi incredulitatis condemnati ſunt. qui id vi-
dentes & audientes nequaq̃ crediderũt/ neq; a ſua dementia reſipuerũt. Noe autem & fa-
milia eius credidit. ſi eni non crediuiſſet: neq; ipſe arcam adaptaſſet/ & omnẽ præpara-
tionem omnium quẽadmodum iuſſum ei fuerat/ omni ſolicitudine compleuiſſet/ priuſq̃ vl-
la apparerent aquarũ veſtigia. Quitum. Fide: hunc mundũ peregrinationis noſtræ co-
gnoſcimus eſſe locũ/ cœlum autem noſtram eſſe regionem/ propriamq; ad quã nobis pe- 5
58 regrinandũ eſt ciuitatem. Figuræ & exempla: Abrahã/ Iſaac/ & Iacob. Quod & adiũgit
diuiniloquus Paulus/ dicens. ¶ Fide: qui vocatur Abrahã/ obediuit exire in locũ quem
accepturus erat in hæreditatem. & exiuit: neſciẽs quo iret. Fide: aduena fuit ĩ terra pro-
miſſionis vt in aliena. In tentorijs habitauit cũ Iſaac & Iacob cohæredibus promiſſio-
nis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & condi-
tor deus eſt. ¶ De Abraham/ Iſaac/ & Iacob: ex Geneſi vulgatior hiſtoria/ q̃ vt ad præ-

sens testimonium citare oporteat.omniũ enim fidelium:figuræ fuerunt.& terra eis pro-
missa:figura cœlestis habitationis. Peregrinatio eorum: figura/ꝙ præsens vita non est
nisi quædã peregrinatio/ad inquirendã futurã ciuitatem/quæ nõ hominũ sed manibus
dei est fabricata.O q̃ pulchra/q̃ delectabilis est illa ciuitas:quæ manib⁹ fabricatoris om
nium est extructa/quandoquidem & quæ manibus hominum sunt fabricatæ quę nichil
sunt/pulchritudine delectant & desyderabiles sunt/Sextum. Fide: benedictionem dei 6
59 assequimur/& omnis boni/fructus fœcunditatem.Exemplum:Sarra.Quod & subiungit
» Paulus/dicens.¶ Fide etiam:ipsa Sarra potestatẽ in successione seminis accepit.& con-
» tra tempus ætatis:cõcepit.qoonia fidelẽ existimauit eũ:qui promisit. Ideo & ex vno na
» ti sunt.& ipsi cũ mortu⁹ esset:vt stellę cœli multitudie/& vt arena quę est iuxta littus ma
» ris innumera.Secũdũ fidẽ defuncti sunt hi omnes:non accipientes promissiones/ sed a
» longe eas aspicientes/& salutantes.Et confessi sunt:ꝙ peregrini & aduenæ essent in ter
» ra.Qui enim hæc dicũt:insinuant ꝙ patriam inquirunt. & siquidem meminissent illius
» ex qua exierant:habebant vtiq; tempus reuertendi.nunc autem potiorẽ expetunt: hoc
» est cœlestem.Quapropter nõ erubescit eos deus:cũ deus eorũ vocatur.parauit enim eis
» ciuitatem.¶Sarra cum audisset angelum/Abrahæ dicẽtem/reuertens veniã ad te tẽpo-
re isto vita comite/& habebit filiũ Sarra vxor tua: ipsa risit/ cũ sciret se fuisse tẽpore cõ-
ceptionis apto/ sterilẽ/ tunc autem factam anũ/cui menses mulierũ non amplius fierẽt/
sine quibus necessario infœcundæ & steriles sunt mulieres.& ideo:non amplius viri ad-
mittebat contactum.risit inquam:& non plane præbuit fidem angelo.hominem enĩ es-
se credebat. verum cũ dei pollicitum intellexit/quẽ nichil i abdito latet/& qui eam de-
præhendit in abscondito ridentem/& secreta cordis denudantẽ vbi stupendam de ciui-
tatibus Sodomorũ vindictam/& Loth liberationem per eundem factam agnouit:non
hominis/sed dei promissum itellexit/& plenissime credidit nichil ei esse difficile/ seq; iu-
xta promissum concepturã.si enim non credidisset:non subiunxisset apostolus quoniam
fidelem existimauit eum/qui promisit.Non ergo audiendi sunt:qui dicunt solũ Abrahã
nõ etiã Sarrã credidisse. quasi sequatur:nõ credidit cũ post tabernaculi ostium risit/ er-
go non credidit.Etenim Abraham fidelis fuit:& Sarra fidelis.Hi qui ex vno/Abraham
videlicet geniti sunt:filij sunt Abrahæ/non solũ qui secũdũ carnem/sed etiam qui secũ-
dum fidẽ.in quibos post mortẽ Abrahæ:impletæ sunt & indies implentur promissiones.
qui q̃ diu in hoc mundo viuunt/ fidelem patrẽ imitantes:vt peregrini & viatores viuũt/
victum vestitumq; procurantes/& vitæ necessarijs contenti toto animi desyderio ad su-
pernam ciuitatem vt ad huius vitæ peregrinationis terminum anhelantes.Septimum. 7.
Fide:naturam transcendimus.& quæ ei sunt impossibilia: possibilia esse cognoscimus.
60 Exemplũ:immolatio Isaac.ex quo:nichilominus Abraham semen indubitato expecta-
» bat/in quo benedicerentur omnes tribus terræ. Quod & addit apostolus:ac ait. ¶ Fide:
» obtulit Abraham Isaac cum tentaretur/& vnigenitum obtulit. qui susceperat promissio-
» nes.de quo dictũ est:in Isaac vocabitur tibi semen.reputans:ꝙ & ex mortuis potens est
» suscitare deus.Vnde eum: & in similitudine accepit. ¶ Historiã immolationis Isaac:Ge
neseos vicesimũ secundum manifestat.& quod dicitur cũ tentaretur Abraham:cũ tẽta-
retur in fide/& an dubitaret de promissione dei quæ morti Isaac videbatur incompossi-
bilis.Verũ firmam fidem vt ãchoram retinuit/neq; vllo pacto nutauit/vacillauit/ dubi-
tauit:si etiam vnigenitum suum Isaac immolaret/deum ex eo suscitaturũ semẽ/ in quo
benedictionũ promissiones impleret/& immolatũ/ posse deum in vitam rursum ex mor-
te restituere.vnde & Abraham:eum in similitudine accepit.At inquies:in qua similitu-
dine? In similitudine certe:& morientis & resurgẽtis.Nã qd legitur in Genesi deum di-
xisse Abrahæ:tolle filiũ tuum vnigenitũ quẽ diligis Isaac/& vade in terrã visionis/ atq;
offer ibi holocaustum super vnum montium quẽ monstrauero tibi.vnigenitus filius quẽ
Abraham diligebat Isaac:vnigenitum filiũ quem pater diligit/ Christum dominum fi-
gurabat.Terra visionis:Hierusalem/quæ & visio pacis.Mons ostensus:Caluariæ locũ.
præcepta immolatio Isaac: Christi verã immolationẽ.ex imperata immolatione/ Isaac
viui acceptio:Christi veram resurrectionẽ.Isaac nocte ducitur ad ĩmolandũ:quia Chri
stus nocte capitur.Abraham ignem & gladium portat:quia & Christus cum laternis/fa
cibus & armis ad immolationẽ/pro nobis ducitur.Rursus inquit scriptura.Tulit quoq;
ligna holocausti & imposuit super Isaac filium suum:quia & Christus ibat baiulans sibi
crucem/in eum qui dicitur Caluariæ locũ.Colligauit Abraham Isaac filium suum/& po-
suit eum in altari super struem lignorũ:quia Christus dominus ligandus erat/& cruci su
perponendus immolandus in monte Caluariæ.Et quomodo Iudæi nõ cognouerunt ve
rum Isaac/& veram eius immolationem:qui in imagine tam gloriari solent/et tãti vm-

bratilis Iſaac imolationẽ faceret/ſic erat Iſaac ſimilitudo & figura Chriſti/qui ſua paſſio-
ne mundũ reconciliauit deo:vt in libro apud Hebræos qui arca fœderis nũcupatur/ ſcri
ptum habeatur.niſi fuiſſet oblatio Iſaac:neminem potuiſſe a deo exauditionem obtine-
re.tam inexorabilis fuiſſet iuſtitiæ rigor.Quod nõ de oblatione vmbratilis Iſaac:ſed de
eo cuius hæc parabola eſt/verũ eſt.cuius:& Iſaac erat ſimilitudo.nam reuera diuinæ iu
ſtitiæ rigor inflexibilis manſiſſet:niſi fuiſſet Chriſti oblatio/in qua recõciliata ſunt om-
nia/atq; omnis exauditionis fiducia in beatiſſima Chriſti paſſione nobis collocata eſt.
Octauum. fide: non modo præſentium bonorũ/ſed etiam futurorũ quæ æterna ſunt/be- 8
61 nedictionem a deo accipimus. Exemplum: benedictio Iſaac in Iacob & Eſau / pariter
, & benedictio Iacob in filios Ioſeph.Quod & hoc pacto teſtatur apoſtolus/dicens.¶Fi-
, de:de futuris benedixit Iſaac/Iacob & Eſau.fide:Iacob moriens/vtrũq; filiorum Ioſeph
, benedixit/& adorauit in ſũmitate virgæ ſuæ.¶Hęc eſt benedictio:qua benedixit Iſaac
filio ſuo Iacob.Det tibi deus de rore cœli/ & de pinguedine terræ/abundantiã frumenti
& vini/& ſeruiant tibi populi/& adorent te tribus.Eſto dominus fratrũ tuorũ:& incuruẽ
tur ante te filij matris tuæ.Qui maledixerit tibi:maledictus erit.& qui benedixerit tibi:
benedictionibus repleatur.Eſau vero:hæc fuit benedictio.In pinguedine terræ & i rore
cœli deſuper:erit benedictio tua.Viues in gladio:& fratri tuo ſeruies.tẽpuſq; veniet: cũ
excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis.Quod factum eſt:cũ in Chriſto accepe
runt gentes non ſolum de Eſau/ſed quæcunq; veram libertatem & futurorum bonorũ
benedictionẽ primogeniti filij dei.Benedixit et Iacob filios Ioſeph cancellatis brachijs/
id eſt cruciformibus.Adorauit & dominũ in ſũmitate virgę ſuæ.Quid brachia cãcella-
ta:niſi crucem Chriſti monſtrabant/ex qua omnis benedictio nobis profuſa eſt? Quid
adoratio in ſummitate ligni ſiue baculi ſui/ſiue in ſummitate ligni quod erat ſponda le-
cti in quo iacebat:niſi ꝙ dominus in ligno quærendus eſſet/& veraciter ſupra lignũ ado
randus?Hanc autem benedictionem/& hæc myſteria:ex 47 & 48 Geneſeos cui cordi
eſt requirere poteſt.Nonum.fide:futura vt præſentia ſunt cognita.Exemplum:manda- 9
62 tum Ioſeph de reportandis oſſibus ſuis in terram promiſſionis.Quod ſubdit Paulus/ di
, cẽs.¶Fide:Ioſeph vitã finiens/de egreſſu filiorum Iſrael mẽtionẽ fecit/& de oſſibus ſuis
, mandatum dedit.¶In fine ferme Geneſeos:ſic inducitur Ioſeph fratribus ſuis loquẽs.
Poſt mortem meam deus viſitabit vos:& aſcendere vos faciet de terra iſta ad terrã/quã
iurauit Abraham Iſaac & Iacob.Cũq; adiuraſſet eos/atq; dixiſſet/deus viſitabit vos/ aſ-
portate oſſa mea vobiſcum de loco iſto:mortuus eſt.Quid reuocatio filiorum Iſrael i ter
ram promiſſionis:niſi vocatio fidelium poſt durum huius præſentis vitæ exiliũ i regnũ
beatorum?Quid volebat Ioſeph oſſa ſua inſerri in terrã ſanctã:niſi ꝙ oſſa & corpora no-
ſtra quæ in terra peregrinationis noſtræ circũtulimus/tãdẽ ſunt intratura in terrã viuẽ-
tium/regionẽ ſanctorũ.Decimũ.fide:a principe tyrannidis huius mundi/& in hoc mũ
63 do liberamur. Exemplũ:Moſes liberatus a tyrannide pharaonis. Qđ innuit Paulus di 10
, cẽs.¶Fide:Moſes genitus/occultatus eſt trimeſtri a parẽtibus ſuis/quia viderũt elegã-
, tem infantem/& non timuerunt edictum regis.¶Edictũ enim fecerat Pharao:vt quic-
quid Hebræorũ maſculini ſexus naſceretur/in flumen proijceretur.Parentes autẽ Mo-
ſeos/ſeruauerunt infantẽ:ad trimeſtre.& cũ occultare amplius non auderent: fiſcellam
ſcirpeam bitumine & pice illitam/flumini expoſuerũt/fidem in deo habentes ꝙ eum eſ-
ſet ſaluaturus.Quod & factum eſt:vt ſacra Exodi continet hiſtoria.Et mirũ eſt q̃ exor-
dia naſcẽtis Moſeos:ſimilia fuere natalibus Chriſti.lege ſecundũ antiquitatũ Ioſephi.
Amaramidi patri ab angelo nunciatur Moſes/ꝙq; populũ ſuũ liberaret a ſeruitute Ae-
gyptiorum.Chriſtus autem nunciatur Ioſeph:cui angelus.Ioſeph(ĩquit)fili Dauid:no-
li timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum eſt : de ſpiritu ſan-
cto eſt.pariet autem filium:& vocabis nomen eius Iheſum. ipſe enim ſaluum faciet po-
pulum ſuum a peccatis eorũ.Mater Moſeos/ nullos ferme dolores (authore Ioſepho)ĩ
partu ſenſit.Virgo autem Chriſti parens:abſq; dolore peperit.Reclinatur Moſes in pa-
pyrione.Chriſtus:ĩ præſepio.Sacrorum ſcriba Pharaoni indicat de Moſe naſcituro:qui
regnum eius eſſet humiliaturus.Principes autem ſacerdotum & ſcribæ populi/ Herodi:
vbi Chriſtus eſſet naſciturus.Pharao ponit edictum:vt omnis maſculus Hebræorũ qui
ab eo tempore naſceretur/eneceretur.Herodes:vt pueri omnes qui erãt in Bethleem/& ĩ
omnibus finibus eius/a bimatu & infra/occiderentur.Trimeſtris Moſes ob perſecutorũ
formidinem: noctu exponitur/& ſaluatur apud Tharmut filiã Pharaonis. Et Chriſtus
infãs:nocte/fuga a nece eripitur/& in Aegypto ſaluatur. Nutritiam matrem:Moſes ha-
buit.Chriſtus:nutritiũ patrẽ.Moſes:non ſuxit lac:niſi propriæ matris.Chriſtus non niſi
lac virgineæ parẽtis.Ille grãdis factus dicere recuſauit:filiæ Pharaonis ſum fili us.Chr

ſtus vero non dixit Ioſeph ſum filius:ſed patrẽ ſuũ ſemper nominauit eum qui eſt ĩ cœ-
lis. Et tanta fuit ſymphonia/conſpiratio/ac ſimilitudo inter Moſen & Chriſtum/ ꝙ̃ ille
vmbra/hic veritas:vt de eo diceret ad Moſen dominus. Prophetã ſuſcitabo eis de me-
dio fratrũ ſuorũ/ſimilẽ tui:& ponã verba mea in ore eius/loqueturq́; ad eos omnia quæ
pręcepero illi.vt & Hebręi/ſi oculos haberẽt:ex Moſeos ſimilitudine/vel ex ipſis natali-
bus ipſum ignorare non poſſent.Moſes enim:in ſimilitudine.& in veritate:venit Chri-
ſtus.Vndecimũ.fide:mundũ calcamus et delicias eius:improperia & paſſiones ad imi- 11
tationem Chriſti diuitijs totius mundi pluris facientes/ſcientes eũ qui dixit.Beati eſtis
cum maledixerint vobis homines / & perſecuti vos fuerint / & dixerint omne ma-
lum aduerſum vos / mentientes propter me . gaudete et exultate : quoniam merces
veſtra copioſa eſt in cœlis. Exemplum : Moſes gloriam & delicias Aegyptiorum con-
64 temnens / qui etiam adoptatus erat in filium filiæ Pharaonis. Quod adijcit & Paulus
dicẽs.❡Fide:Moſes grandis factus/recuſauit dicere filius ſum filiæ Pharaonis / potius
eligens moleſtia affici cum populo dei/ꝙ̃ ad tempus habere peccati oblectamen / maio-
res diuitias theſauris Aegypti improperiũ Chriſti arbitratus.aſpiciebat enim in merce-
dis remunerationẽ.❡Maluit enim Moſes in ſimilitudine Chriſti:pro gente ſua liberan-
da improperiũ pati/ꝙ̃ regno opibuſq́; Aegyptiorũ potiri.Etenim Moſes:in figura & ſi-
militudine Chriſti venit liberaturus populũ Hebraicũ de principe Aegypti.Chriſtus in
veritate:mundum de principe tenebrarũ mundi.Duodecimum.fide:nõ modo a princi- 12
pe tenebrarũ mundi liberamur/ſed & huiuſmodi principe mũdi ſumus ſuperiores ac po
tentiores.Exemplũ:Moſes factus Pharaone ſuperior.Verũ & illud demonſtrabat: deui
cto principe mundi huius Chriſtum nos adduxiſſe in ſalutem.Nam Moſes:Chriſti figu-
65 ra.Populus Hebraicus:figura omniũ fidelium/qui ſequentes Chriſtum vitã ſalutẽq́; in-
ueniunt.Subnectit itaq́; apoſtolus.❡Fide:reliquit Aegyptum/ nõ formidans furorem
regis.Nã tanꝙ̃ inuiſibilem videns:tolerauit. ❡Omnia enim fide tolerauit Moſes: tanꝙ̃
eũ qui videri nõ poteſt/ſemper pręſentẽ conſpiceret/eũq́; iugiter oculis ſuis haberet ob-
uerſãtem.Et ex 12 Exodi:cognoſcitur egreſſus Moſeos ex Aegypto.Tertiũdecimũ.fide: 13
liberamur ab angelo percutiente ob reatum primi parẽtis Adæ.liberamur dico per im-
66 molationem Chriſti:qui veritas eſt agni paſchalis.Exẽplum:celebratio paſchalis a Mo
ſe.Quod & addit Paulus/dicẽs.❡Fide:fecit paſcha & ſanguinis effuſionem/ne is qui i-
terimebat primogenita / tangeret eos. ❡Hæc Aegyptiorũ nouiſſima & peſſima plaga
fuit:vt peccatorũ mors a diabolo/mors peſſima & nouiſſima pœna.quã nemo effugit:
niſi per mortem & ſanguinem Chriſti. De hac plaga:ſcribitur ĩ Exodo. Media nocte i-
grediar:& morietur õne primogenitũ ĩ terra Aegyptiorũ/a primogenito Pharaonis qui
ſedet in ſolio eius/vſq́; ad primogenitũ ancillæ quæ eſt ad molã/& omnia primogenita
iumentorum.erit clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti:qualis nec antea fuit/nec
futurus eſt.In primo Adã/omnia non modo primogenita / ſed & poſtgenita mortua fuiſ
ſent:niſi in ſecundo Adam/primogenito virginei vteri/ primogenita et cõſequenter ge-
nita ſanctificata fuiſſent.ſanctificauit enim omnia:idem ipſe primus et ſecũdus/vnigeni
tus/et primogenitus.Quartũdecimũ.fide:per lauacrũ regenerationis/omnem aduerſã- 14
67 tium poteſtatũ eliſimus potentiam.Exemplum:tranſitus Hebræorũ per mare rubrũ/&
ſubmerſio Pharaonis & Aegyptiorũ perſequentiũ.Propterea ſuperaddit Paulus.❡Fi-
de:pertranſierunt tanꝙ̃ per aridam mare rubrũ/ cuius experientiã tentantes Aegyptij:
abſorpti ſunt.❡Fugientibus(ĩquit ſermo diuinus) Aegyptijs/occurrerũt aquæ:& iuol-
uit eos dominus in medijs fluctibus.reuerſæq́; ſunt aquæ: et operuerunt currus & equi-
tes cuncti exercitus Pharaonis/qui ſequentes ingreſſi fuerant mare.nec vnus quidẽ ſu-
perfuit ex eis.Ecce quomodo eædem baptiſmatis aquæ/quæ ſunt in ſalutẽ regenitis: ma 15
lignis poteſtatibus ſunt ĩ exterminiũ.Quintũdecimũ. Fide: ciuitas dæmonũ deſtruitur/
68 efficiturq́; dei per ſpiritus ſancti dona nouũ habitaculũ.Exemplũ:euerſio ciuitatis Hie-
richo.Ob quod ait apoſtolus. ❡Fide: muri Hierico ruerunt/circundati ſeptem diebus.
❡De Hierico:ſcribitur in Ioſue.Circuite vrbem cuncti bellatores:ſemel per diem.ſic fa
cietis:ſex diebus.ſeptimo autem die: ſacerdotes tollent ſeptem buccinas/quarum vſus
eſt in Iubileo/& præcedent arcã fœderis/ſeptieſq́; circuibitis ciuitatẽ/et ſacerdotes clã-
gent buccinis.cũq́; inſonuerit vox tubæ longior atq́; conciſior/& in auribus veſtris in-
crepuerit:conclamabit omnis populus vociferatione maxima/& muri funditus corruẽt
ciuitatis. Et poſtea.Igitur omni populo vociferante & clangentibus tubis/poſtꝙ̃ in au-
res multitudinis vox ſonituſq́; increpuit:muri ilico corruerunt. Per ſeptiformẽ eñi ſpiri-
tus ſancti gratiã/diligentem ſui frequentem explorationẽ/iugem Chriſti conſpectum/ſa
cerdotum preces/in cõfeſſione/veniæ poſtulationem & remiſſionem peccatorum: ciui-

tas diaboli/ et oĩa munimẽta eius euertũtur.quæ quidẽ sũt:septenarius circuitus muto-
rũ/arca præcedens/sacerdotũ clangores/populi clamor/iubileus/ vrbs Hierico/ruinaq;
murorũ eius.Sextumdecimũ. fide:peccatores auxilio iustorũ a periculis eruuntur æter- 16
69 nis.Exemplũ:Raab meretrix liberata e Hierico.Quod hoc pacto subnectitur a Paulo.
¶ Fide:Raab meretrix non perijt cũ incredulis/suscipiẽs exploratores cũ pace.¶ Duos
enim exploratores a Iosue missos:Raab hospitio suscepit/celauit/saluauit. quib9:& ipsa
dixit.Noui φ dominus tradiderit vobis terrã.et subdit.Dominus enim deus vester:ipse
est deus in cœlo sursum et ĩ terra deorsum.nunc ergo iurate michi per dominũ: vt quo-
modo ego misericordiam feci vobiscum:ita et vos faciatis cum domo patris mei. detisq;
michi verũ signum:vt saluetis patrem meũ/et matrem/ fratres/ac sorores meas/et om-
nia quæ illorũ sunt/et eruatis animas nostras a morte.Dederunt signũ:funiculum cocci-
neũ. et fide:saluata est.Nã (vt in libro Iosue scribitur)ingressi iuuenes.eduxerunt Raab
et parentes eius/fratres quoq; et cunctam supellectilem ac cognationem illius / et extra
castra Israel manere fecerunt.Septimũdecimũ.fide:heroica fortitudo/ & supernaturales 17
virtutes a deo obtinẽtur.Exemplum:Gedeon/ Barac/ Sampson/Hiephthe/Dauid/ Sa
70 muel/prophetę/et sancti/qui fide plantati/in veteri lege floruerunt.De quibus:subiũgit
apostolus.¶ Et quid adhuc dicam/destituet enim me tempus/narrantem de Gedeone/
Barac/et Sãpsone/ et Hiephthe/ Dauidq;/ et Samuele/et prophetis.qui per fidẽ:vice-
runt regna/operati sunt iustitiam/adepti sunt promissiones/obturaueunt ora leonũ/extĩ
xerũt potentiam ignis/effugerunt ora gladij/conualuerũt ex infirmitate/fortes facti sũt
in bello/castra euerterunt alienorũ/mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos.
¶ Quis in Gedeone/Barac/ Sampsone/ Hiephthe/ Dauid:heroicam et plusq̃ humanã
non admiretur fortitudinem/quam fide a deo obtinuerunt/ Nimis operosũ esset: singu-
la hic recensere/quæ hic dicuntur/quæ et Iudicum & Regnorum libri dilucida/apertaq;
faciunt.Quos qui legent:videbunt eos qui hic adducuntur/fide vicisse regna/operatos
iustitiã/adeptos promissiones/fortes factos in bello/castra aduersariorũ euertisse/ et ora
gladij effugisse.Dauid et Sampson:obturauerunt ora leonũ.Ananias/ Azarias/Mizael:
in Babylone/fide potentiam ignis edomuerunt.Ezechias: ex infirmitate ad mortẽ/ cõ
ualuit.vidua Sareptana et Sunamitis: mortuos suos ex resurrectione p Helizeũ et He-
liam in vitã susceperunt.Fides omnia superat:et naturæ leges transcendit.hoc faciẽte:
qui voluit/fide mundum/ supra mundum/mundiq; potentiam saluari.Octauũdecimum 18
fidei præconiũ.fide terrenorum calcatio/patientia mundi victrix superiorq; mundo/ob-
71 tinetur.Exemplum:patientia prophetarũ et sanctorum/qui in veteri lege mundi victo-
res/mundum calcauerunt.Quod et hic testatur apostolus:dicens.¶ Alij autem distensi
sunt/non suscipiẽtes redẽptionẽ:vt meliorẽ resurrectionẽ adipiscerentur. Alij vero ludi-
bria et flagella experti sũt/ĩsuper autẽ vĩcula & carceres.lapidati sũt/ secti sũt/tẽtati sũt/
ĩ cęde gladij mortui sũt.circuierũt in vellerib9/in caprinis pellibus/egẽtes/pressi/mole-
stati:quibus dignus non erat mundus/in desertis errantes & montibus et speluncis / &
cauernis terræ.Et hi omnes per fidem testimonium adepti/nõ acceperũt promissionem:
deo de nobis aliquid melius prouidente/ vt nõ sine nobis cõsumarentur.¶ Hieremias:
neruis a Phasur distensus est/vt tympanũ distenditur. Ludibria:expertus est Helizeus.
Flagella/vincula/carceres:Micheas. Lapidatus est:Naboth.Sectus est:Esaias. Tenta-
tus:Helias.Occisus:Zacharias. In velleribus & pellibus:circuibat Helizeus.Egẽs/ pres-
sus/molestatus/per solitudines / montes/speluncas et cauernas errans:vixit Helias. Et
omnes hi per fidem hanc duram & indomabilem patientiam assecuti sunt:sed tamẽ finẽ
promissionum/qui erat Christi desyderatus aduentus/non adepti sunt/deo nobis maio-
rem gratiã q̃ illis faciente/qui sub eo iã impleta et finita promissione nati sumus.vt non
sine nobis consumarentur/deducerenturq; ad effectum:diuinæ promissiones . Q̃ igitur
deceret nos q̃ illos fide esse feruentiores/quæ tot eminẽtijs apud deũ et tanta apud mũ-
dum efficacia pollet/Quam suscitare dignetur etiã nostris temporibus in omnium men
tibus:Christus Ihesus qui fide venit saluare mundum/cũ patre et spiritu sancto in æter
A na sæcula semper benedictus.Amen.
53 ¶ EXAMINATIO nõnullorum circa literã.¶ Vulgata æditio.Est autem fides speran-
darum substantia rerum/argumentum nõ apparentium. ¶ Vt non apparentium/ parti-
cipium præsentis temporis est:ita & quod dixit vetus interpres sperandarũ/ ex partici-
pio desumpsit præsentis temporis.Quare satius nobis visum est sic interpretari. Est au-
tem fides earum quæ sperantur substantia rerum /earum quæ non videntur argumẽtũ.
Et quid etiam dicit sperandarum/et non potius speratarum/siue quæ sperantur/nũquid
in altero sæculo sperabuntur/At videbuntur/at tunc habebuntur.nullus autẽ quod vi-

det/et quod iam habet:sperat.sperantur igitur in hoc sæculo:cũ neq; videtur/neq; habentur.Et quomodo fides substantia sit/id est basis/subsistentia & fundamentũ eiusinodi rerum/id est æternarũ et inuisibiliũ/item quomodo ad ea cognoscenda argumẽtum id est ratio de eis nos certiores reddens:circa principiũ cõmentariorum in libros Ricardi de trinitate/aliquãtulũ pertractauimus diffusius. quapropter super ea re:hic cõtrahimus sermonem.Interpres Pauli.ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων.ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.ℂVulgata æditio.In hac enim testimonium cõsecuti sunt senes.ℂPer cõparatiuũ dicit:seniores. sed id: perexiguũ.Interpres Pauli.ἐν
A ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι.ℂVulgata æditio. Vt ex inuisibili-
54 bus visibilia fierent.ℂInuisibilia:nunq̃ visibilia facta sunt.sed vt e creationis termino ex nõ visibilibus:visibilia creata sunt/& ad visibilitatẽ prodierũt/vt entia ex nõ ẽtibus/non q̃ non visibilia/nõ entia vnde creata sunt/quicq̃ prorsus essent.ex nichilo enĩ:virtus omnipotens omnia creauit.& hanc creatricem omnipotentiã imitatur omnis artifex virtus:nõ per creationẽ sed per motũ ac immutationem. motus & ĩmutationes nouerunt prisci philosophi:creationẽ nõ nouerũt. Q. si id qđ hic dicitur ex nõ apparentibus nõ terminũ vnde cœperunt diceret/sed idealem/&(vt sic dixerim)architectonicã in mente diuina rationẽ/perinde esset/ac ex summa veritate/summoq; archetypo prodierunt õnia quæ apparent/& non vere sunt id quod apparent:sed archetypi vestigia. verũ tũc magis proprie diceretur:per inuisibilia visibilia prodierũt.nã hæc architectonica ratio:vrebũ dei est/quod in veritate est õnia/et de eo sermo diuinus dicit.Omnia:per ipsũ facta sunt.Et ipsum idẽ inuisibile:visibile factũ est tunc/cum verbũ caro factum est.Sed primum sensum:magis arbitror beatissimũ voluisse apostolum. Et dicitur non apparen
B tib9 et quæ videtur:nõ autẽ inuisibilib9 et visibilia.Interpres Pauli. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινο-
56 μένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.ℂVulgata æditio.Ante trãslationẽ enĩ.ℂDeest: suam.Interpres Pauli.πρὸς γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ.ℂVulgata æditio. Sine fide autem impossibile est placere deo.ℂDeo abundat expressum: tametsi ex superiore
B intelligatur.Interpres Pauli.χωρὶς δὲ πίστεως.ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι.Et cõ
57 tinuo subditur.πιστεῦσαι γὰρ δεῖ.credere enim oportet.ℂVulgata æditio.ℂFide: Noe/responso accepto de ijs quę adhuc non videbantur:metuens aptauit arcam.ℂId responso accepto/siue responsum accipiens:designat/ex diuino oraculo certior factus. Et metuẽs nõ exprimit vocabulũ græcum quod magis reuerentiam ad diuinum oraculum habens/et pie religioseq; timẽs significat.Interpres Pauli.πίστει χρηματισθεὶς
B νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων.εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτόν.
58 ℂVulgata æditio.Fide:demoratus est in terra promissionis.ℂDici potest:inquilinus aut aduena fuit.Interpres Pauli.πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ℂVulgata æditio.In casulis habitando.ℂDici potest in tabernaculis.Sunt enim scenę tẽtoria/&(vt sic dixerim)domus portatiles ad inhabitandum.vbicunq; enim nox peregrinantes accepisset: illic Abraham et familia sua tentoria/tabernaculaq; figebant/et deum benedicentes/necessitatibus vitæ inseruiebãt. huius artis opifex beatissimus fuit
C Paulus : et suo opificio victũ pro se suisq; quærebat. Interpres Pauli.ἐν σκηναῖς κα-
59 τοικήσαςℂVulgata æditio.Fide: et ipsa Sarra sterilis/ virtutem in conceptione seminis accepit.ℂSterilis: abundat.Interpres Pauli.πίστει καὶ αὐτὴ σάρρα.δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβεℂVulgata æditio.Etiam præter tempus ætatis.ℂDeest continuo post ætatis:concepit/aut peperit.Interpres Pauli.καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν.ℂVulgata æditio.Et hoc emortuo.ℂPotius:ipsi. est enĩ neutrum plurale rectum.verum suum substantiuum intelligere videtur τέκνα.acsi diceremus pignora/id est filij.Et quia diximus nati sunt et intelleximus filij scilicet Iacob & Esau ex vno nati scilicet Isaac:ideo hic dicendũ est masculino genere et hi/siue ipsi. Et quod dicit mortuo:idem respicit quod et prius ab vno siue ex vno/ne absurde intelligas ex vno concubitu/vt multi ob malam ĩterpretationem epistolæ ad Rhomanos inepiictũt.vt cap.9 primi horũ cõmẽtariorũ:dilucide apertũ est.Interpres Pauli.καὶ ταῦτα νενεκρωμένου.ℂVulgata æditio.Nõ acceptis ꝓmissionibus.ℂDicit nõ accipiẽtes promissiones.Sed id:in eandẽ recidit itelligẽtiã.Interpres Pauli.μὴ λαβόντες τὰς ἐ-
D παγγελίαςℂVulgata ęditio.Ideo nõ cõfunditur deus.ℂVocabulũ hic positum:ve-
59 reri/erubescere/verecundari/confundi/turpe ducere interpretari solet.id autem qđ magis de deo apte dici videtur:interpretari debet.non autem satis accommode dici videtur:non erubescit deus/non verecundatur/non confunditur:nos potius diceremus nõ veretur/quod perinde intelligendum esset/ac nichil indignum putat. Verum nõ sic græce legitur:sed nõ erubescit eos deus/deus eorum vocari.quod dicere possumus:cũ deus

eorum vocatur. apte enim dicitur non erubescit eos/ magis forte q̃ diceretur simpliciter.
Sic eni in euangelio dicitur. Qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hominis
erubescet cum venerit in maiestate sua & patris et sanctorum angelorum. Abraham au
tem Isaac & Iacob verũ deum non erubuerunt inter gentẽ prophanam & cultui dæmo-
num deditam: neq; deus eos erubescit. & eius indicium est/ quod sequenti particula subdi
tur: quia se deum eorum nominat. vt in Exodo. Ego sum deus Abraham/ & deus Isaac/
D & deus Iacob. Interpres Pauli. Διὸ ὀυκ ἐπαισχύρεται ἀυτοὺσ ὁ θεὸσ, θε-
60 ὸσ ἐπικαλεῖσθαι ἀυτῶρ. ¶ Vulgata æditio. Ad quem dictum est: quia in Isaac vo-
cabitur tibi semen. ¶ Si dicitur ad quẽ: intelligere oportet Abrahã/ ad quẽ scilicet Abra-
ham. Verum de Isaac videtur apertior sermo/ et interpretem Pauli vsurpasse ad pro de/
præpositionẽ pro præpositione. vt cap. primo hu9 quartidecimi fecisse: iã dictũ est/ vsuq;
impropria præpositione. Qua de causa hunc sensum sequentes: propria vsi sumus/ dicen
D tes de quo/ id est de Isaac. Interpres Pauli. πρὸσ ὃρ ἐλαλήθη, ὅτι ἐρ ἰσαὰκ κλη-
16 θήσεταί σοι σπέρμα. ¶ Vulgata æditio. Benedixit Isaac: Iacob et Esau. ¶ Latini
Esau proferre solẽt trissyllabe: græci proferũt dissyllabe. Interpres Pauli. ἐυλόγησερ
ἰσαὰκ, τὸρ ἰακὼβ καὶ τὸρ ἡσαῦ. ¶ Vulgata æditio. Singulos filiorũ Ioseph bene-
dixit. ¶ Potuit vetus interpres/ cum duo solum filij Ioseph essent/ dicere: vtrumq; filio-
rum Ioseph benedixit. Interpres Pauli. ἕκαστορ τῶρ ὑιῶρ ἰωσὴφ ἐυλόγησε. quid
enim hic ἕκαστορ, nisi ἑκάτερορ; ¶ Vulgata æditio. Et adorauit fastigiũ virgæ eius.
¶ Potius in fastigium/ contra fastigium/ siue contra summitatẽ. Et suæ potius dixerim:
q̃ eius. vt intelligatur virga siue baculus Iacob fuisse: quo ipse se erexit ad spondã lecti/
genibus nixus/ vt adoraret deũ. et nõ intelligatur virga Ioseph. adorauit enim domi-
num: vt ex Genesi cognoscitur/ non virgam/ non septrum Ioseph. quod aliquos stulte
confinxisse: facer coarguit Hieronymus. Cuius etiam si sententiam in quæstionibus
Geneseos sequemur: dicemus interpretem grecum aliter vertisse hunc locum/ q̃ Paulus
Hebraice haberet. habebat enim vt (sacra Geneseos continet historia) cui græcus iter-
pres/ septuaginta adhibuit intelligentiã/ qui in hoc loco virgam posuerunt (habẽt enim
hoc pacto. Et adorauit Israel contra summitatem virgæ suæ) vbi potius lectulum dicẽ-
dum fuisset atq; interpretandum/ & adorauit contra summitatem lectuli sui. Quare hic
semper sui dicendum: non eius. lectus enim ille: Iacob erat/ non Ioseph. Intellige igitur
per fastigium virge/ idipsũ quod in Genesi dicitur lectuli caput/ et habes huius et illius
loci concordiam. Et interpres latinus: in duobus allucinationem fecit. primo in hoc q̃d
dixit: et adorauit fastigium virgæ/ cum dicere debuisset contra vel aduersus fastigium.
Secundo vbi dixit virgæ eius: pro eo quod est virgæ suæ. Quid est enim adorauit in fa-
stigium/ contra fastigium/ aduersus summitatem virgæ suæ: nisi adorauit e regione po-
situs summitatis lectuli sui/ adorauit (inquit) Israel dominum cõuersus ad lectuli caput.
E At cuius lectuli: nisi sui/ Quid caput: nisi fastigium/ nisi summitas/ Interpres Pauli. καὶ
64 προσεκήρησερ ἐπὶ τὸ ἄκρορ ῥάβδου ἀυτοῦ. ¶ Vulgata æditio. Negauit se esse
filium filiæ Pharaonis. ¶ Potius: negauit dicere/ filius sum filiæ Pharaonis. Interpres
Pauli. ἠρρήσατο λέγεσθαι, ὑιὸσ θυγατρὸσ φαραώ. ¶ Vulgata æditio. Maiores
diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum. ¶ Dicit Pluratiue: thesauris: et qui in Aegy-
E pto/ id est thesauris Aegypti. At id: perexiguum. Interpres Pauli. μείζονα πλοῦτορ
66 ἡγησάμενοσ τῶρ ἐρ ἀιγύπτω θησαυρῶρ. ¶ Vulgata æditio. Ne qui vastabat
primatiua ¶ Potest hic dici: primogenita. Interpres Pauli. ἵρα μὴ ὁ ὀλοθρέυωρ τὰ
F πρωτότοκα. ¶ Vulgata æditio. Quod experti Aegyptij deuorati sunt. ¶ Potius: expe-
67 rientes submersi sunt/ absorpti sunt. citra eni peractam experientiam extincti sunt/ aquis
obruti. Et quod: refert mare. Interpres Pauli. ἧσ πεῖραρ λάβορτεσ δι ἀιγύπτιοι κα-
F τεπόθησαρ. ¶ Vulgata æditio. Sampson/ Hiepthe/ Dauid/ Samuel. ¶ Dicitur græce
70 Sampson & Hiephthae tetrasyllabe/ Dauidq; et Samuel. Interpres Pauli. σαμψῶρ,
καὶ ἰεφθάε, Δαβὶδ τὲ, καὶ σαμουήλ. ¶ Vulgata æditio. Extinxerunt impetum
ignis/ effugerunt aciem gladij. ¶ Dicitur: potentiam ignis. Et quod vertitur aciem gla
dij: ora dicitur. ἔσβεσαρ δύραμιρ πυρὸσ, ἔφυγορ στόματα μαχαίρασ: ¶ Vulga
ta æditio. Castra verterunt exterorum. ¶ Potest hic dici: castra inclinarunt/ euerterunt/
G subegerunt exterorum/ siue alienorum. Interpres Pauli. παρεμβολὰσ ἔκλιραρ ἀλ-
71 λοτρίωρ. ¶ Vulgata ędítio. Alij autẽ distenti sunt. ¶ Ne distenti videatur venire de di
stineo/ & non potius de distendo: maluimus vertere distensi sunt. Funibus eni & ner-
uis artus et membra extensi fuerunt nonnulli ad supplicia: vt tympana extendi solent.
quo modo & postea sæpe martyres in catastis pro Christi nomine trocleis/ funib9 et ner
uis alligati crudelissime distracti sunt. Interpres Pauli. ἄλλοι δὲ ἐτυμπαρίσθησαρ.

¶Vulgata editio. Circuierũt in melotis. ¶Μηλωτὴ id est melote melotes tribus longis/ siue melota melotæ: pellem ouinam significat. nos velleta diximus: idem significare volentes. Induebantur enim sancti patres in desertis locis huiusmodi pellibus: quo algẽtis brumæ repellerẽt iniurias. Et apd nr̃os Cartusij p hyemẽ: etsi nõ i desertis locis / ĩ suis tñ solitudinibus/ adhuc melotas portãt. Interpres Pauli. περιῆλθον ἐν μηλωταῖς ¶Vulgata editio. Deo p nobis aliqd meli9 puidẽte. ¶Dici etiã põt: & de nobis. Interpres Pauli. τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου. CAP. XII.

OMnes illi qui in antiqua lege/ fide cucurrerunt: non tam in luce/ q̃ in vmbra fidei cucurrerunt. nobis autẽ est detecta fides: et eam absq; nube/ vllaue obscuritate cognoscimus si nouã legẽ attendimus. alioqui eandẽ lucẽ: qui infirmioribus sunt oculis/ interposita testium veteris legis nube attendãt. Et nos reuelate videntes/ pariter & illi: deposita omni sarcina/ curramus oblatum nobis nouæ fidei certamẽ. omnis eni sarcina: currentes impedit/ cursumq; retardat. Ipsi currebant in nocte. nos nunc currimus in die. post noctem: dies nouus nobis ortus est. Sed quænam sarcina possit nos in agone nostri cursus remorari/ quæ possit nos retardare? Peccati. Ideo maxime studeamus illam molem deponere: quæ facile nos implicat et inuoluit vt casses ferã/ vt retia volucrem/ et illæ cassibus et retibus detentæ non amplius currere valent/ non amplius euolare. tanto nos minus peccato implici ti quod nos facile cõuoluit/ pariter & suo põdere figit. ne ad aliquod bonum moueri valeamus. velox autem/ expedita/ & leuis: omnis gratia & virtus. Ideo Hebræos et tanto
72 magis nos/ eo semper pectore qd flãmata agitabat charitas: hortatur beatissimus Pau-
lus dicens. ¶Igitur & nos tantam habentes circumpositam nobis testium nubem/ om-
nem deponẽtes molem/ et quod nos facile circũstat peccatum: per patientiam curram9
propositum nobis certamen/ aspicientes in authorem fidei & cõsumatorem IHESVM.
qui pro sibi proposito gaudio sustinuit crucem/ cõfusionẽ aspernatus: & in dextera thro-
ni dei sedit. ¶Quid est tantam nubem testium: nisi tantam multitudinem testium / quæ capite superiori adducta est? quæ tamen nubes est & velamen quoddam: per quod vt solem per nubem/ intuemur ipsam prælucidam fidei veritatem. cuius Christus author est/ archegus/ dux/ & princeps? Quid curramus propositum nobis certamen: nisi certamen nobis oblatũ/ obiectũ obtẽsũ/ et quasi ante oculos positũ? Quid etiã qui pro sibi proposito gaudio/ sustinuit crucem: nisi pro sibi oblato/ obiectoue gaudio? volẽs enim ipse/ desyderans/ et gaudens moriebatur pro hominũ redemptione/ omnium facturus salutem. Desyderio (inquit) desyderaui mãducare hoc pascha vobiscũ. Hac verba dicebat parũper anteq̃ moriturus esset: ipse author / cõsumator / perfectorq; fidei. neq; confusionẽ mortis illius exhorruit: qua nulla confusibilior/ verecundior/ ignominiosiorq; habebatur q̃ flagellatum/ irrisum/ cõsputũ/ nudatũ/ in cruce mori. Morte (dixerunt) turpissima condemnemus eum. Quod et ipso permittẽte fecerũt/ cuius obedientia ad patrem/ infractũ et insuperabilẽ semper seruãtis animũ: saluauit mũdũ. Inuitat igitur Paulus ad cõtẽplãdã eius constantiã: ne marcescamus animis/ et deficiamus aut in contradictionib9/ aut in pressuris et aduersitatibus. debemus eni cogitare contradictiones/ pressuras/ afflictiones et aduersa quæcunq;: diuinas esse correptiones. qui & pro nobis proprio filio nõ pepercit: sed pro sontibus corripuit insontẽ. in hoc gaudẽtes potius: q̃ filio dei sumus similes/ et imitatores passionũ eius. debemus et per sanctas scripturas nos consolari: quę etiã testãtur/ deũ eos quos diligit castigare/ et hoc amoris accipere signũ/ nõ consterna-
73 tionis animi & desperationis facere occasionem/ aut (patiẽtia deuicta) laxationẽ ad om-
ne malũ. Addit itaq; Paulus. ¶Recogitate eni eũ/ qui talẽ sustinuit a peccatoribus ad-
uersus se contradictionem: vt non langueatis/ animis vestris tabescentes. nõdũ aduer-
sus peccatũ restitistis/ ad sãguinẽ vsq; cõcertãtes. Et obliti estis adhortationis: quæ vos
tanq̃ filios alloquitur. Fili: noli paruipendere correptionem domini. neq; defice: cũ ab
eo argueris. Quẽ enim diligit dñs: corripit. flagellat autem õnẽ filiũ: quẽ suscipit. in cor-
reptiõe: sustinete. tanq̃ filijs: vobis offertur de9. Quis eni est filius: quẽ nõ corripit pater?
Si autẽ sine correptione estis/ cuius participes facti sunt oẽs: ergo nothi estis et nõ filij.
Deinde patres quidẽ carnis nostræ/ habuimus correptores: et reuerebamur. nõne mul-
to magis subdemur patri spirituũ: et viuemus? et illi quidẽ ad paucos dies secũdũ quod
videbatur eis: corripiebãt. hic autẽ: secũdũ qd vtile est ad suscipiẽdã sãctificationẽ suã.
omnis autem correptio in presenti quidem non videtur esse gaudio / sed tristitiæ: po-
stea vero fructum pacificum per eam exercitatis: reddet iustitiæ. ¶Hebræi in persecutionibus deficiebant; neq; sustinebant in fide / aut feruorem remittebant. Hac

de causa/ tanta exhortationis diligentia vsus est apostolus: ad eorum continendos in
fide animos/ostendens ꝙ adhuc etiam longe minus q̄ par fuit/sustinuerant. nam non-
dum vsq; ad mortem sustinentes:restiterant peccato. sed neq; in ipsa morte:succumbē-
dum est. Consolatur eos ex prouerbijs Salomonis:& nutantes spes erigit ex scriptura-
rum testimonijs/& ex vestigijs rerum in veram cognitionē diuinæ dilectionis eos ad-
ducit: ex flagellis & castigationibus ex quibus eorum deijciebantur animi/ potius ani-
mos eorum erigens. Filios etiam obedientes castigat dominus: vt sint filij eius in quo
adoptati sunt conformes/ & notam veri filij in se ferentes. Castigat vt & ipsi puriores
sint & sanctiores. Bonum enim aurum: in igne non redditur deterius/ sed purius. & ma-
lum purificatur: redditurq; bonum. ita correptiones diuinæ: si magnanime & vt opor-
tet tolerantur/ bonos reddunt puriores/ & sanctiores. malos autem: purificant & emen-
dant/ & relinquunt deniq; bonos. Et si tristes sunt in hoc sæculo: magnus tamē est/ qui
in futuro prouenturus est fructus. magna igitur lætitia & gratiarum actione sunt susci-
piendæ cum mittuntur: idq; precandum/ vt deus illis vtatur ad correptorum salutem/
illi vero ad dei cognitionē sustineāt/& ad implendam eius voluntatem. ad quod & rur-
sum orandus deus: vt eorum adiuuet patientiam/ constantiamq; præstet. Quod & faciet
quia bonus est & exorabilis: si tectis operibus (diuina vocata ope) correpti/ acrius in-
stabunt/ & ad deum confugient/ tanq̄ ad eum qui solus mederi potest omnibus languo-
ribus eorum. percutit enim vt sanet: non solum a plaga quam intulit/ sed a peccatorum
74 cicatricibus/ quibus vsq; ad mortem multi qui corripiuntur/ sauciati sunt. Prosequitur
• itaq; sanctam & vitalem exhortationem suam Paulus: & subdit. ¶ Quapropter remis-
• sas manus & dissoluta genua erigite/ & semitas rectas facite pedibus vestris: ne quod
• claudum est euertat: sanet autem magis. ¶ Ne quod claudum est iniquitate nostra euer-
tat deus/ & in gehennam mittat: sed potius miseratione sanet/ reparetq; ad salutem. Re-
missæ manus sunt: cum bona opera non exercemus. Dissoluta genua: cū ad bona ope-
ra quæ fidei sunt & pietatis/ immobiles sumus. Rectas semitas pedibus nostris facim9:
75 cum per præcepta fidei ambulamus. Et nūc Paulus aliqua prosequitur præcepta. Quo-
• rum primum. Vt pacem cum omnibus/ & vitæ sanctimoniam sectemur. Atq; ait. ¶ Pa- 1
• cem & sanctificationem/ sine qua nullus videbit deum: cum omnibus prosequimini. in-
• tendentes ne quis destituatur a gratia dei: ne qua radix amaritudinis sursum germi-
• nans perturbet/ & per illam inquinentur multi. ¶ Pax dei: continet omnia. Ergo pacē
dei imitantes: pacem habeamus cum omnibus. In sanctitate eum imitemur: qui dicit.
Estote sancti: quia ego sanctus sum. Sine sanctitate videri deus non potest: vt neq; lux
pura ab impuro oculo. sanctitas autem: animi mentisq; puritas. & vt saluator ait. Bea-
ti mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Ex quo satis intelligitur: ꝙ qui sancti/ &
puro corde non sunt/ deum non videbunt/ infœlicissimum damnum/ & omnium extre-
mum malorum. Si malum agimus: a gratia dei deserimur/ vel potius deserimus gratiā.
vt oculus eger lucem deserit: non deseritur a luce. Radix amaritudinis: radix peccati
est/ & maxime/ impietatis. quæ cum ramos ducit in apertum: inficit multos & corrū-
pit/ vt mortifera & pestilens herba veneni. Vult igitur: vt quisq; aduersus concupiscen-
tias in quibus radices amaritudinum insitę latent/ diligenter se examinet/ & totum (vt
dicitur) sese exploret ad vnguem. Secundum præceptum. Vt fornicationem & impuri- 2
76 tatem omnem euitemus. Nam per hæc: benedictione dei & a cœlesti hæreditate capiē-
• da priuamur. Exemplum: intemperans Esau. Dicit ergo Paulus. ¶ Nequis fornicator
• sit aut impurus: vt Esau. qui pro vna esca: vendidit primogenita sua. scitis autem ꝙ &
• postea volens hæreditatem suscipere & benedictionem reprobatus est. pœnitentiæ enī
• locum non inuenit: tametsi cum lachrymis exquisierit eam. ¶ De intemperantia & im-
puritate Esau: sic legitur in Genesi. Coxit autem Iacob pulmentum. ad quem cum ve-
nisset Esau de agro lassus: ait. Da michi de coctione hac rufa: quia oppido lassus sum.
Cui dixit Iacob. Vende michi primogenita tua. Ille respondit. En morior. Quid michi
proderunt primogenita? Ait Iacob. Iura ergo michi. Iurauit Esau: & vendidit primoge
nita. Et sic accepto pane & lentis edulio/ comedit & bibit: & abijt/ paruipēdēs ꝙ primo-
genita vendidisset. Vendidit Esau ius primogenituræ: ad quod præcipua benedictio &
hæreditas pertinebat. quam postmodum hæreditatem & benedictionem percipere vo-
lens/ hæreditatem dico & benedictionem pręcipuam & primogenituræ: reprobatus est.
non tamē simpliciter reprobatus. Nam & benedictionē: sed inferiori loco/ & possessionē
accepit. Neq; ad illū locū valuit ei pœnitētia: licet cum multis lachrymis fuisset habita.
Qd in filijs Isaac: indies & in filijs Christi accidit. & multi ob intēperantias & īpurita-
tes: præcipuum hæreditatis locū perdūt. quem si postea quærunt hæreditare: reprobati

sunt. non simpliciter: sed ad eum locum. neq; pœnitentia multis continuata lachrymis:
eum obtinet benedictionis locum. Verbi causa. virgo es/ & ad multa tempora mente et
corpore incontaminatus vixisti/ in fide filij dei irrepræhensibilis: si perseueras/ præci-
poa benedictio & hæreditas dabitur tibi/ eritq; locus tuus cũ virginib9/ retinebisq; pri-
mogenitorum Christi/ integrum ius. Si autem te malus abstulerit error/ & cum muliere
te iquinaueris: pro modica & fœda voluptate/ præcipuam hæreditatem perdidisti. quã
postmodum percipere volens: reprobatus es. & quantancunq; pœnitentiam egeris/ &
lachrymas fuderis: locum illum non inuenies/ & sors tua non erit inter virgines. Si ta-
men pœnitentiam egeris: non simpliciter reprobatus eris. sed benedictionem pariter
& hæreditatem vt Esau/ accipies/ sed non eo loco quo & prius. sunt enim in cœlesti hę-
reditate: loca multa/ mansionesq; multæ. Et Isaac: possessiones/ locaq; multa habebat.
Si autem te non pœniteat: benedictione priuabere/ & hæreditate. Neq; enim si Esau
non pœnituisset & fudisset lachrymas: benedictionem a patre fuisset consecutus. Hæc
enim olim in figura accidebant. Tertium. Præcipua: Christo nostra sit obedientia/ cum 5
timore & tremore. quia rex potentissimus est/ & iudex omnium: milibus angelorum ad
suum obsequium circundatus. mons est omnia implens: ad quem accedimus. & ad eum
insoper accedimus: cuius vox potens est concutere cœlum & terram. Quo modo igitur
si non obedierimus: euademos inulti/ cum ij qui Mosen/ mortalem quidem hominem/
non audiebant/ illius solum vmbram & figuram/ tam seuere puniebantur? Quo modo
si montem illum spiritualem offendimus/ effugiemus: cum siue homo/ siue bestia sensi-
bilem montem Sina/ & qui palpari poterat/ tetigisset/ morte moreretur? Quo modo si illi
non poterant sonitus tubarum & vocum ferre: feremus contra nos nouissimas tubas
angelorum/ & iudicis nos cõdemnãtis sentẽtiã? Si illi ignem sensibilem qui combutit
& caliginem/ & tenebras/ & turbinem non perferebant/ sed in terroribus deficiebant:
quo modo sustinebimus ignem consumentem & vorantem in zelo omnia/ caligines/
tenebras exteriores/ & turbines abyssi? in omnibus his: locum habet argumentũ a ma-
iori. Hoc summæ infœlicitatis cumulus eorum: de quib9 per prophetam dicitur. Cadẽt
super eos carbones/ in ignem deijcies eos: In miserijs non subsistent. At quid nos libe-
77 rare potest? Gratia & misericordia saluatoris: per obedientiam ei præstitam in timore
& reuerentia. Et proinde saluificæ doctrinæ reserator diuinus subdit apostolus. ¶ Non
enim accessistis ad montem qui palpatur/ & ad ignem vrentẽ & caliginem/ & tenebras/
& turbinem/ & tubæ sonitum/ & vocem verborum: quã qui audierunt/ petierunt ne eis
adderetur sermo. non enim ferebant: quod distinguebatur. Et si bestia tangat montem:
lapidabitur. Et sic terribile erat: quod apparebat. Moses dixit: timebũdos sum/ & treme
bundus. Sed accessistis ad montem Sion/ & ciuitatem dei viuentis Hierusalem cœlestẽ/
& multorum milium angelorum congregationem/ & ecclesiam primogenitorũ in cœ-
lis conscriptorum/ & iudicem omnium deum/ & ad spiritus iustorum perfectorum/ & no
ui testamenti mediatorem IHESVM/ & aspersionis sanguinem melius loquentem q̃
Abel. Videte: ne recusetis loquentem. nam si illi non effugerunt recusantes eum qui su-
per terram ius dicebat: tanto magis nos qui de cœlis auertimus eum/ cuius vox mouit
terram tunc. nũc autem promittit dicens. Adhuc semel: ego mouebo nõ solum terram/
sed & cœlum. Hoc autem adhuc semel: declarat eorum quæ mouentur tralationem tan-
q̃ factorum: vt maneant ea quę non mouentur. Quamobrem imobile regnum suscipiẽ-
tes: habemus gratiam/ per quam colimus/ beneplacẽtes deo/ cum reuerentia & religio-
ne. Nam & deus noster: ignis consumens est. ¶ Filij Israel cum legem acceperunt: ac-
cesserunt ad montem Sina/ sensibilem ac palpabilem. nos autem: ad montem Sion/ spi-
ritualem/ insensibilem/ & impalpabilẽ/ de quo dicitur. Mons dei/ mons pinguis: mõs in
quo beneplacitũ est deo habitare in eo. Et rursus per Esaiam. Et erit in nouissimis die-
bus/ præparatus mons domus domini in vertice montium: & eleuabitur super colles.
& fluent ad eum omnes gentes. Et de quo Daniel. Lapis autem qui percusserat statuã:
factus est mons magnus/ & impleuit vniuersam terram. Filij Israel: accesserunt ad ciui-
tatem hominis/ Hierusalẽ terrestrẽ. nos autẽ: ad ciuitatẽ dei/ Hierusalẽ cœlestẽ/ de qua
dicitur. Aedificãs Hierusalẽ dñs: dispersiões Israelis cõgregabit. Et rursus. Ego Ioãnes
vidi sanctã ciuitatẽ/ Hierusalẽ nouã descẽdentẽ de cœlo: a deo paratã sicut sponsã orna
tã viro suo. Accesserũt filij Israel: ad congregationẽ & solẽnitatẽ hominũ. nos: ad innu-
merabilẽ multitudinẽ & celebritatẽ angelorũ/ de qua dicitur. Milia miliũ ministrabant
ei: & decies cẽtena milia assistebant ei. Accesserunt filij Israel: ad synagogã primogeni-
torum/ in terra conscriptorum. nos autem: ad ecclesiam primogenitorum cõscriptorũ
in cœlis. Gaudete (inqt) q̃ noia vestra scripta sũt i cœlis. Accesserũt filij Israel: ad iudi-

cem terrenum. nos: ad deum iudicem omniũ. Nam pater (vt scriptum est) omne iudici-
um dedit filio: vt omnes honorificent filium/ sicut honorificant patrem. Filij Israel: ad
literam. nos: ad spiritum omnia consumantem. illi etiam ex hac luce migrantes ad im-
perfectos & inconsumatos. nos autem: ad perfectos spiritus & in iustitia ac gloria con-
sumatos/ habemus accessum. Vidi (inquit) turbam magnam / quam dinumerare nemo
poterat: ex omnibus gentibus/ & tribubus/ & populis / & linguis stantes ante thronum
& in conspectu agni/ amicti stolis albis/ & palmæ in manibus eorum. & clamabant vo-
ce magna dicẽtes. Salus deo nostro qui sedet super thronum: & agno. Qui sunt ij: nisi
spiritus cõsumati? Quid stolæ candidæ: nisi consumata puritas & innocẽtia vitæ? Quid
palmæ in manibus eorũ: nisi terrenarũ & spiritualium næquitiarum victoriæ? Accesse-
runt filij Israel: ad mediatorem veteris testamenti/ & aspersionem sanguinis taurorum/
hircorum/ & agnorum. nos vero: ad noui testamenti mediatorem Ihesum/ & aspersionẽ
sanguinis eius/ melius loquentis q̄ sanguis Abel/ quanto is melior & iustior q̄ Abel. hu-
ius sanguis: clamabat de terra. illius: clamat de cœlo. Quid clamat? Gratis & iustis mi-
sericordiam: ingratis autem & iniustis pro quibus fusus est/ vltionẽ & vindictã. Hic enĩ
est: de quo spiritus iustorum clamant in cœlis. Redemisti nos deo in sanguine tuo: ex
omni tribu/ & ligua/ & populo/ & fecisti nos deo nostro regnum. Accesserunt filij Israel:
ad Mosen qui eus dicebat in terris. nos autem: ad Christum qui ius dicit in cœlis. Aspi-
ciebam ergo (inquit Daniel) in visione noctis: & ecce cum nubibus cœli tanq̄ filius ho-
minis veniebat/ & vsq; ad antiquum dierum peruenit. & dedit ei potestatem/ & honorẽ
& regnum. & omnes populi/ tribus/ & linguæ/ ipsi seruiẽt. Qui recusauerũt audire Mo-
sen: non effugerunt vindictam. tanto magis non effugient: qui cõtempserint audire eũ
cui i cœlo data est potestas/ honor/ & regnum super omnes populos/ tribus/ & linguas.
Accesserunt filij Israel: ad eum qui tunc concussit montem/ & contremere fecit / vbi vox
tubæ terribilis audita est/ vbi ignis comburens/ caligo/ tenebræ/ & turbo terrificus. ver-
ba ferre non poterant: sic terribile erat quod apparebat. nos autem accedimus ad eun-
dem: qui veniet/ non modo vnum montem/ sed totum concussurus orbem. tũc obscura-
bitur sol: & luna non dabit lumen suum. & stellæ cadent de cœlo: & virtutes cœlorum
cõmouebuntur. & tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus: cũ virtute mul-
ta & gloria. Nubes & caligo sub pedibus eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et mittet angelos
suos: & voce magna congregabunt electos eius a quatuor ventis/ a summo cœlorũ vsq;
ad terminos eorum. Et quis hanc vocem sustinere poterit: ite maledicti in ignem æter-
num? q̄ terribile erit: quod in consumatione apparebit? De prima concussione: scribitur
in Exodo. Ecce cœperũt audiri tonitrua/ & micare fulgura: & nubes densissima operire
montem. clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit populus qui erat in ca-
stris. Rursus. Totus autem mons Sinai/ fumabat: eo q descendisset dominus super eum
in igne/ & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. eratq; omnis mons terribilis: & so-
nitus buccinæ paulatim crescebat: & prolixius tendebatur. Et postea. Cunctus aũt po-
pulus videbat voces & lampades: & sonitum buccinæ/ montemq; fumantem. & perter-
riti ac pauore concussi: steterunt procul dicentes Moysi. loquere tu nobis & audiemus:
non loquatur nobis dominus/ ne forte moriamur. Et concussum montem fuisse: testatur
oraculum. Deus cũ egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto/ ter-
ra mota est. etenim cœli distillauerunt a facie dei Sinai a facie dei Israel. De secũda cõ-
cussione: dicit Iohel propheta. A facie eius contremuit terra/ moti sunt cœli: sol & luna
obtenebrata sunt/ & stellæ retraxerũt splendorem suum/ & dominus dedit vocem suam.
Et subdit. Magnus enim dies domini & terribilis valde: & quis sustinebit eũ? Et de eo-
dem: Malachias. Vox diei domini amara. tribulabitur ibi fortis. dies iræ dies illa/ dies
tribulationis & angustiæ/ dies calamitatis & miseriæ/ dies tenebrarum & caliginis/ dies
nebulæ & turbinis/ dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & angelos excelsos.
Nunc igitur quasi per epilogũ: superiores Hebræorũ figuras/ reuocemus in veritatẽ.
Mons Sinai vt accessibilis: verum montem/ Christum figurabat. Hierusalem terrestris:
cœlestem Hierusalem. Cõuentus & celebritas in ea: in cœlesti/ innumerabilium ange-
lorum & sanctorum cõuentum ac celebritatem. Synagoga: ecclesiam. Terrenus iudex:
iudicem omnium Christum. Terreni imperfectiq; iusti: spirituales ac consumatos spiri-
tus iustorum. Moses mediator veteris testamenti: mediatorem noui testamẽti Ihesum.
Aspersio sanguinis pecudum: aspersionem sanguinis Christi purificatoris & saluatoris
omnium. Mons Sina fumans vt fornax: mundum in fine conflagraturum. Concussio
montis: concussionem mundi. Terrificus buccinæ sonitus: nouissimam tubam. Caligo/

tenebræ/turbo/& id genus terrifica: nouissimam mundi calamitatem/ elementorumq;
dissipationem. Terror populi Hebraici:vltimum terrorem mundi. Q. Moysi & Aaron
igne/fumo& eiusmodi terribilibus/per medium incedentibus/non nocebatur:designat
i iudicio sanctos a flagellis iniustorũ: nõ tactũ iri. Iudæis enim omnia(vt & sępe dictũ
est)in figura contingebant. Sed age:dices. Vbi Moses dixit timebũdus sum & tremebũ
dus? Sic nũc legimus. Loquere tu nobis & audiemus. nõ loquatur nobis dominus: ne
moriamur. Et ait Moses ad populũ:nolite timere. vt enim pbaret vos:venit deus. & vt
terror illius esset in vobis:& nõ peccaretis. vbi habemus. ait Moses ad populũ/nolite ti
mere: arbitror interpretem Pauli intellexisse/Mosen dixisse se territũ & tremefactũ fuis-
se. Rursum quid sibi hoc vult: hoc autẽ adhuc semel/declarat eorũ que mouentur trala-
tionẽ tanq̃ factorũ/vt maneãt ea quæ nõ mouẽtur/Quæ sunt quæ mouẽtur: & quæ nõ?
In Aggæo legimus. Adhuc vnũ modicũ est:& ego cõmouebo cœlũ & terram/& mare &
aridã/& mouebo omnes gẽtes. & veniet desyderatus cũctis gẽtibus:& implebo domum
istã gloria dicit dñs exercituũ. Et subditur. Magna erit gloria domus istius nouissimæ
plusq̃ priinæ:dicit dñs exercituũ. Prima domus Synagoga est iudeorũ/quę cœpit a mõ-
te Sina:cũ tunc deus terrã mouit & legẽ dedit in eo. Secũda domus ecclesia quæ cœpit
a mõte dei Christo:in quo/& a quo lex noua data est/& mouit cœlũ/vt qui de cœlo ve-
nerit/& aperuerit clausum, mouit terrã/mare/& insulas:quia ad omnia orbis terrarũ lo
ca/nũcios suos misit/& suæ virtutis signa & prodigia ostendit. Quæ mouẽtur:vetera sy
nagogæ decreta. peracta enim fuerũt adueniẽte Christo:& vetera trãslata sunt in noua.
Quæ manẽt & imobilia sunt:noua ecclesiæ a Christo data instituta/quæ sacrosancta ad
finem vsq; mundi continebunt & monstrabunt euangelia. Regnum immobile:regnum
Christi/ecclesia tam eorum qui in primo sancto sunt/q̃ qui secũdũ sanctum & sanctũ san
ctorum iam intrauerunt. non enim duę sunt ecclesiæ:sed vtriusq; sancti vna ecclesia. vt
primi & secundi sancti:non duæ/sed vna erat synagoga. & imobile Christi esse regnum:
loquitur Daniel. Potestas (inquit) eius/potestas æterna & quæ non auferetur: & regnũ
eius quod non corrumpetur. Ecce Christi regnum: imobile quod suscipiunt qui fidei eius
sanctoq; cultui/cum timore & pietate se inferunt/aut potius ac verius qui a deo inferun
tur. iis vero qui non reuerentur & metuunt:ignis consumens est/in terribili ignis ætere-
ni zelo vlciscens. qui solus potestatem habet:postq̃ occiderit corpus:mittere in gehen
nam. Det igitur nobis sic se pie colere/vereri/et timere:vt ignem zeli eius euadentes/
demus ei in imobili glorię regno/laudem perennem/honorem/gloriam/et infinitę bo
nitatis eius indeficientem confessionem in omnia sæcula sæculorum. Amen.
A ¶ EXAMINATIO nonullorum circa litteram. ¶ Vulgata æditio. Et circunstans nos
72 peccatum. ¶ Nos:abundat ex græco:sed intelligentiæ non obest. Ideo cum veteri inter
prete dimisimus. Et vocabulum hic positum:non solum circunstare/sed facilitatem cir-
cunstandi pariter importat. vt enim lapis non solum suapte natura ruit deorsum, sed fa
cile ruit:sic(quod ex nobis est)facile circunstamur peccato. At ex nobis:circunstari gra
tia non possumus/vt neq; lapis ex se/sursum vibrari. & q̃uis ex nobis non facile circun-
stemur gratia:facile tamen ex eius potestate/cui nichil impossibile. Impossibile enim est
vt opacum ex se luceat:lucet tamen facile ex lucido/& etiam in non tempore & momen
to. sic Christus sol iusticiæ qui lucet ad iustificationem:repẽte iustificat/& facile nos cir-
cunstãtis peccati ppellit opacitatẽ. Cũ luce eni Christi/q̃ iustificatio est/non est peccati
opacitas:vt neq; cũ sensibili luce tenebræ. Benedicta sit semp:tãta lux gratiæ. Interpres
Pauli. καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. ¶ Vulgata æditio. Curramus ad propo-
situm nobis certamen. ¶ Sine præpositione dicitur: curramus propositum nobis certa
men. nam & nostrum certare: currere est. & qui bene currit:vt bene certans/accipit gra-
tiæ pręmium. qui autem cursum proponit Christus est: qui suos coronare vult athletas/
quos non degeneres esse probauerit. Interpres Pauli. τρέχωμεν τὸν προκείμενον
ἡμῖν ἀγῶνα. ¶ Vulgata æditio. Confusione contẽpta. atq; in dextera sedis dei sedet.
¶ Contempta passiue dicit vetus Interpres. At græce: actiue/& adiectiuum Christi/ac si
diceremus aspernatus confusionem/ siue resoluentes participium in suum verbum qui
confusionem cõtempsit. confusionem dico:quam mundus iniuste afferre iusto/ insonti
& Inocẽti solet. Et dicitur:sedit/per pręteritũ. Interpres Pauli. αἰσχύνης καταφρονή-
A σας. ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικεν. ¶ Vulgata æditio. Vt ne fatigemi-
73 ni animis vestris deficientes. ¶ Vocabulum hic positum/ laborare/ ægrotare/ lãguere-
ue designat. Et id animis ab anima venit:tametsi etiam idem velint anima & animus.
¶ Interpres Pauli. ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. ¶ Vul-
B gata æditio. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis. ¶ Enim; abundat. Inter-
74

pres Pauli. οὕτω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε. ¶Vulgata æditio. Fili mi noli
negligere disciplinã dñi. ¶Mi: abũdat. Pædia disciplina/ istitutio/ & correptio dicitur/ a
puero dicta nõ a discipulo/ q̃ pueris maxime sit adhibẽda correptionis & castigatiõis
cura. Qđ et circa nos deus maxime facit: cũ vt pueri viuimus/ iuuenilib9 inseruiẽtes de-
syderijs. sumus enĩ tũc moribus pueri: & nõ viri grauitatẽ/ maturitatẽ/ honestatẽq; præ
nobis ferẽtes. Et malui hic vbiq; interpretari correptionẽ dũ de castigatione sermo est/
q̃ disciplinã: ne æquiuocatio fallat. & ne id videatur designare qđ μάθημα/ id est disci-
plina: cũ a discipulo dicitur. iuxta quẽ sensũ: dicit. Bonitatẽ & disciplinã & scientiã do-
ce me. Interpres Pauli. υἱὲ μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου. Et cur etiã cũ vet9 ĩ-
terpres παιδεύει ĩterpretetur (& recte qdẽ) corripit/ vbi ait. Quis enĩ fili9 quẽ nõ cor-
ripit pater/ cur ĩquã nõ cõuertet pædiã correptionẽ/ ¶Vulgata æditio. In disciplina p-
seuerate. ¶Vt prius dixi: malim ĩ correptione. Et illud perseuerate designat sustinete/ to
lerate/ patiẽter ferte/ nolite deficere animis. Interpres Pauli. εἰς παιδείαν ὑπομένε-
C τε. ¶Vulgata æditio. Tanq̃ filijs: vobis offert se de9. ¶Se: abũdat. sed dicitur: offertur
73 passiue/ non offert actiue. Interpres Pauli. ὡς υἱοῖς. ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός.
¶Vulgata æditio. Ergo adulteri & nõ filij estis. ¶Dicẽdũ potius: adulterini/ id est de-
generes/ & nothi. Interpres Pauli. ἄρα νόθοι ἐστέ. ¶Vulgata æditio. Patres quidẽ car
nis nostræ/ eruditores habuim9 & reuerebamur eos. ¶Poti9 correptores. Et eos: ĩ fine
abũdat. Et mirũ est quo modo vetus interpres vocabulũ idẽ/ & deriuata eiusdẽ tã varijs
modis euariet/ nũc dicit castigat/ nũc corripit/ a quo nunc eruditores: quasi uocabula/
græcũ euariet exẽplar/ cũ semper eodẽ & deriuatiuis eius vtatur. Hinc facilior se græce
repræsẽtat intelligẽtia q̃ latine. Ideo nõ euariauimus/ vt neq; græce: vt patẽtior eluce-
ret intelligẽtia. Interpres Pauli. τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν
παιδευτὰς καὶ ἐνετρεπόμεθα. Et cõtinuo sequitur οὐ πολλῷ μᾶλλον. nõne
multo magis. ¶Vulgata æditio. Et illi quidẽ in tẽpore paucorũ dierũ: secundũ volũta-
tẽ suã erudiebãt nos. ¶Qđ dicit vetus interpres scđm volũtatẽ suã: potius habetur/ se-
cũdũ qđ videbatur eis. Et dicere potuit corripiebãt: vt prius idẽ verbũ (ceu dictũ iã est)
verterat corripit. Nos: abundat. Interpres Pauli. οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας
κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον. ¶Vulgata æditio. Oĩs autẽ disciplĩa: ĩ præsẽ
ti quidẽ videtur nõ esse gaudij/ sed meroris. ¶Et hic correptio: disciplina intelligitur.
Et quod dicit nõ esse gaudij/ sed meroris: id vult nõ esse cordi/ nõ placere/ sed displicere/
& rem mestã tristẽq; esse. qđ nostri magis per datiuũ exprimere solẽt/ dicẽtes: hec res nõ
est michi cordi/ nõ est michi gaudio/ nõ est solatio/ sed tristitiæ & merori. hac de causa:
ad id magis insinuandũ/ datiuo interpretati sumus. Interpres Pauli. πᾶσα δὲ παι-
δεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ¶Vulga-
ta æditio. Fructũ pacatissimũ. ¶Positiuo loquitur. Interpres Pauli. καρπὸν εἰρηνικόν.
D ¶Vulgata æditio. Vt nõ claudicãs quis erret. ¶Potius: vt nõ claudũ euertat. Interpres
74 Pauli. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ. ¶Vulgata æditio. Ne quis desit gratiæ dei.
D ¶Dici & hic potest: ne quis destituatur a gratia dei. Interpres Pauli. μή τις ὑστερῶν
75 ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. id enĩ significat: ne quis careat/ priuetur/ postergetur-
ue a gratia dei. ¶Vulgata æditio. Vendidit primitiua sua. ¶Id est: qđ dicitur primoge-
D nita. Interpres Pauli. ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. ¶Vulgata æditio. Scitote
76 enim quoniã & postea cupiẽs hæreditare benedictionẽ. ¶Aeque scitis enim. Interpres
Pauli. ἴστε γὰρ ὅτι μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν. ¶Vulga
E ta æditio. Nõ enim accessistis ad tractabilẽ & accessibilẽ ignẽ. ¶Dicendum: ad tractabi
77 lẽ montẽ. deest: mõtẽ. Et accessibilẽ ignẽ nõ accessibilẽ/ siue loquẽdo per participia vt in
græco. Interpres Pauli. οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει καὶ κεκαυ
μένῳ πυρί. ¶Vulgata æditio. Non enĩ portabãt qđ dicebatur. ¶Legituri distingue-
batur. id est illas varietates & protelationes sonorũ & verborũ terribilium. Interpres
F Pauli. οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον. ¶Vulgata æditio. Et multorum mi-
77 lium angelorũ frequentiã/ & ecclesiã primitiuorũ. ¶Quod dicit frequentiã/ omniũ con-
gregationẽ designat/ celebritatẽ/ laudẽ/ vniuersalẽq; cetũ. Et quod primitiuorum: id est
quod & pri9 dictũ est/ primogenitorũ. Interpres Pauli. καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πα-
νηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων. ¶Vulgata æditio. Et spiritũ iustorũ perfe-
ctorum. ¶Pluratiue dicit spũs. & hæc omnia reducuntur ad accessistis/ ac si dicamus &
accessistis ad spiritus iustorũ perfectorum. Interpres Pauli. καὶ πνεύμασι δικαίων
τετελειωμένων. ¶Vulgata æditio. Et sanguinis aspersionem. ¶Dicitur & sangui-
nem aspersionis. Et quãuis idem sit si dicamus sanguinis aspersionẽ & aspersionis san-
guinem: melius tamẽ dicimus sanguinem loquentẽ q̃ aspersionẽ. vt de sanguine Abel.

Vox inquit sanguinis fratris tui: clamat ad me de terra. Interpres Pauli. καὶ αἵματι
G ῥαντισμοῦ. Ecce quomodo datiuo dicit αἵματι. datiuos autē ōnes præcedētes p ac-
77 cusatiuos cōuertimus. ¶Vulgata æditio. Recusantes eū qui super terrā loquebatur. ¶Il
lud loquebatur: designat ius dicere. de quo enim hic loquitur: Moses intelligendus. quē
cū nō audiebāt Hebræi: seuere vlciscebatur de9. vt ex historia sacra: notū est. Interpres
Pauli. τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα. ¶Vulgata æditio. Tanto
magis nos: qui de cœlis loquētē nobis auertimus. ¶Loquentem nobis: abundat. Et si
quicq̄ est intelligēdū: potius ius dicētē/ id est vt regē/ vt principē leges suas/ iura/ & edi-
cta sancientē. Interpres Pauli. πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν ἀ-
ποστρεφόμενοι. Et continuo sequitur. οὗ ἡ φωνή. cuius vox. ¶Vulgata æditio. Qđ
autē adhuc semel dicit: declarat. ¶Dicendū potius hoc autē. Et verbum dicit: abūdat.
Interpres Pauli. τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ. ¶Vulgata æditio. Per quam seruiamus.
¶Per indicatiuū dicitur: seruimus/ siue colimus. Interpres Pauli. δι᾽ ἧς λατρεύο-
μεν. ¶Vulgata æditio. Cum metu & reuerētia. ¶Potius cū reuerētia & religione/ siue
pietate. Interpres Pauli. μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας;

CAP. XIII.

DE cultu nouæ legis & īmobilis regni/ in timore/ religioneq; ac pietate &
reuerētia tertiū dedit apostolus præceptū: nūc. quartū subdit de amici-
78 tia fraternitatis conseruanda/ & hospitalitatis/ id est suscipiendorū pere-
grinorū cura/ & ait. ¶Amicitia fraternitatis: perseueret. Hospitalitatis:
nolite obliuisci. nā per hāc latuerūt quidā: qui angelos hospitio suscepe
rūt. ¶Omnes in Christo regeniti/ fratres sumus: & amicitiā inuicē vt fra
trū seruare debemus/ quāto melioris patris/ immo infinite boni vni9 &
eiusdem filij ōnes sumus. & hæc fraternitas spiritualis est: lōge arctior &
coustringentior ad amicitiā etiā absq; vlla cōparationis ratione q̄ carnalis fraternitas.
Quā iccirco qui per odiū & inuidiā violat: grauius punietur q̄ qui carnalē violarit fra-
ternitatē/ quāto illa q̄ hæc strictius est vinculū. Sed nos miseri:: qui magis ad amādum
a fraternitate carnis/ rationē ducimus/ q̄ a fraternitate secūdū spiritū/ quasi caro præstan
tius quippiā sit q̄ spiritus/ & affinitas a carne ea quā habemus a Christo. Quis nō videt
nos terrenū patrē cœlesti patri præponere ac æterno: & cœlesti patri nos sic facere iniu-
riā? Sit igitur Christus: huius fraternalis amicitiæ præcipua causa/ potissimaq; ratio. Et
quo modo hospitalitatē negligemus: quādoquidē & Christus pro nobis peregrinus fa-
ctus est. alioqui: audituri sumus ab eo. Hospes fui: & nō collegistis me. nā & adhuc: in
vnoquoq; suorū peregrinatur. Et qui sūt qui latuerūt: suscipiētes āgelos hospitio? Loth/
vxor eius & filiæ: quos si Sodomitæ inuenire potuissent/ magno pro cōcepta idignatio-
ne affecissent supplicio/ vt in historia Geneseos cōtinetur. Prius autē (inquit) q̄ irent cu-
bitū viri ciuitatis: vallauerūt domū illius a puero vsq; ad senē/ ōnis populus simul. voca
uerūtq; Loth: & dixerūt ei. Vbi sunt viri qui introierūt ad te nocte: educ illos huc. Quos
cū exhibere noluisset: sed potius duas filias virgines eius. erāt enī angeli quos in specie
virorū hospitio susceperat: etsi id Loth nesciebat. aiunt ei Sodomæ īcolæ. Te ergo ipsū
magis q̄ hos affligemus: vimq; faciebant Loth vehemētissime. Iāq; prope erat vt infri-
geret fores: & ecce miserūt manū viri/ & introduxerūt ad se Loth/ clauserūtq; ostium. &
eos qui foris erant: percusserūt cæcitate a minimo vsq; ad maximū/ ita vt ostiū inuenire
nō possent. Hæc: sacra historia. Sic latuit Loth præsidio angelorū: ne iueniretur ab ijs/
qui eū perdere nitebant. Sic intelligimus eos qui hospitalitatē seruāt: custodia angelo-
rū defēdi/ & latere in die malorū/ ne eos mala appræhēdant/ & ab imminentibus educi
malis. Sed iā multis in locis (quod haud modice dolendū est) aut hospitalitas extincta
est/ aut ei cauponaria præfertur cupiditas. Quītū. Mādat de victis/ incarceratis/ & ægri- 5
79 tudine detētis: vt eis ōni pietatis studio subueniamus/ eisq; pinde atq; eadē pateremur/
cōpatiamur. Quod & hoc pacto subdit Paulus. ¶Memētote vinctorū: tanq̄ simul vin-
cti. Molestia oppressorū: peride atq; vosipsi corporaliter fitis. ¶Vinctis/ captiuis i ægris
& quacūq; oppressione laborātibus: bono iure cōpati debem9. Nā & Christus dominus
vinciri/ & capi voluit pro nobis. & infirmitates ōniū in suo sacratissimo corpore portare/
vt scriptū est. Christus dominus: captus est in peccatis nostris. Et rursū. Languores no-
80 stros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et dictur9 est ijs/ qui imisericordes erūt.
Infirmus & in carcere erā: & nō visitastis me. Sextū ponit de nuptijs: hoc pacto. ¶Ho- 6
norabiles sint nuptiæ in ōnibus/ & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adul-
teros iudicabit deus. ¶Honorabiles quidē esse debēt nuptię: quādoquidē & eas Christ9
honorare dignatus est. Nā etsi de virgine natus est: eam tamē nuptijs despōsari voluit.
Et nuptias/ cū virgine matre/ sua præsentia & potētificis suorū signorū exordijs hono-

rauit. Et ex immaculatissimo thoro / virgineoq̧ thalamo: in hunc mūdū introiuit. Et q̄d
subiūgitur. fornicatores & adulteros iudicabit deus: fornicatores intelligūtur / qui tho-
rū nō violāt / sed se extra thorū et nuptias inquinant. ne quis credat quā dicūt simplicē
fornicationē: nō esse peccatū. Adulteri autē sunt: qui nuptias alienis cubilibus inquināt.
& hi & illi sentient dei iudiciū: sententiāq̧ contra se perferent. ꝙ hi: thorū nō seruauerit
imaculatū. illi vero: ꝙ irrationabilē voluptatē secuti / nuptias inhonorauerit / quas deus
81 præcepit honorari. Septimū. Auaritiā prohibet: quod hoc pacto subiungit apostolus. 7
¶ Sit sine auaritia modus. Contēti sitis præsentibus. Ipse enim dixit: non te deserā / neq̧
derelinquā. vt & confidenter dicamus. Dominus michi adiutor: & non timebo / quid fa-
ciat michi homo. ¶ Auari / etsi in complusculis: in duobus tamen statim peccare solēt. in
æterna bona: & dei prouidentiā. Nā cœlestia negliḡūt aut contēnunt: minū terrenis oc
cupati. siccine nō est contra æterna bona peccare: ea negligere / ea cōtemnere? In proui-
dentiā quidē. nā auari diffidere solent: nisi ad longa tēpora / recondita bona seruarent / se
aduersus indigentias & morbos qui ingruere possent non obstituros. nichil prouidētiæ
diuinæ tribuentes: sed in sua solū confidētes. Verū sufficiētia nostra debet esse absq̧ aua
ritia: vt neq̧ terrenis affixi simus tanq̄ ex eis pēdentes. pendemus enī ex æternis. & ijs
quæ assunt / quæ deus dat contenti: diuinā honorantes prouidentiā / et nostrā aut nichili
aut perpauci ducētes. Si enī deus dicebat Iosue discipulo Moseos / nō te deserā neq̧ de-
relinquā: tanto magis / nos qui disciplinā Christi dilectissimi filij eius sequimur / nō dese-
ret neq̧ derelinquet. Qz si interdū sitiemus / esuriemus / nudi erimus (dū id peccato no-
stro nō proueniat ac ignauia) passionū eius participes sumus: idq̧ ad eius imitationē to
leramus / quod mensis regū & purpuris longe præferendum est. Nā & ipse redemptor &
saluator ōniū: pro nobis sitiuit / esurijt / & nuditatē sustinuit. Aspice in ōnibus Christum:
& in omnibus / ōniū habebis ideā virtutū. Octauū est. Vt maiores nostros qui præfue- 8
82 runt in doctrina Christi: semper vt specula & exēpla / præ oculis habeamus imitandos.
quod officiū est episcoporū & eorum qui ab eis cōmissi sunt. Quod et subdit beatissimus
Christi præco Paulus: hoc pacto / dicens. ¶ Memētote præsidū vestrorū / qui vobis ser-
monē dei locuti sunt: quorū conuersationis exitū intuentes / imitamini fidē. IHESVS
CHRISTVS heri & hodie: ipse & in sæcula. ¶ Christus ipse: primus in hac doctrina &
dei sermone præfuit. sed & hodie præest: & præerit in sæcula. Qui vos īquit audit: me au-
dit. & qui vos spernit: me spernit. Attamē maiores nostri qui fuerūt apostoli & martyres:
maxime sunt inspiciēdi. neq̧ tā præsentiū vitā attendamus (nā tēpora mala sunt) q̄ offi-
ciū. Quod enī ex officio faciūt: bene faciunt. neq̧ tā præsentiū / vbi næquitia maligni / vi
tā plurimorū & qui præsunt & qui subsunt inuoluit: q̄ sanctorū qui præfuerunt cōuersa-
tionis exitū intueamur / vt eorū imitemur fidē. Nonū præceptū est: de curiositate vario- 9
rū dogmatū fugiendorum. Nā si curiosus es cognoscere qui gentiū ritus / quæ precami-
na / quæ lustrationes / quid doceret Menander / quid Arpocrates / quid insanus Martion /
quid Iudæi etiā nūc mussitāt in Talmuth / & id genus nugarū: vide ne abducaris / & trās
feraris de doctrina vitæ in doctrinā mortis. Nā multæ mortis sunt doctrinæ: si eas ap-
83 pellari licet doctrinas / & non potius infœlicitatis iposturas / periergiasq̧ dæmonū / pelli-
masq̧ fallacias. Propter quod & subdit Paulus. ¶ Doctrinis varijs & peregrinis: nolite
transferri. bonū enim est / gratia confirmari cor: non cibis. in quibus qui ambulauerunt:
nequaq̄ profecerunt. Habemus altare: ex quo edere potestatē nō habent / qui colūt in ta
bernaculo. Quorū enim animaliū sanguis pro peccato infertur in sancta per pontificē:
eorū corpora cremantur extra castra. Quapropter & IHESVS / vt per propriū sanguinē
sanctificaret populū: extra portā passus est. Exeamus igitur ad eū extra castra: imprope-
riū eius portātes. nō enī habemus hic ciuitatē pmanētē: sed futurā inquirimus. Per ipsū
igitur hostiā laudis semper deo offeramus: hoc ē fructū labiorū / cōfitentiū nomini eius.
¶ Gratia quæ confirmat cor: doctrina Christi est. Cibi in quibus qui ambulauerunt nō
profecerunt: variæ doctrinæ & peregrinæ / quæ dei sermonē nō continent / sed potius illi
aduersantur. Nā (vt scriptū est) non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod
procedit ex ore dei. Qui cultū habēt tabernaculi: Iudæi sunt. (de veteri enim tabernacu-
lo id dictū est) qui nō participant altari Christi. Et ideo potestatē nō habent / vt edāt de
altari Christi: id est vt vitalē doctrinæ Christi cibū in se transferant. tanto minus & nos
de doctrinis Iudæorū et aliorū edere debemus. sed debemus sequi Christū extra omnia
castra: extra ōnes alienas doctrinas / & extra hunc mundū. quod & Iudęis monstraba-
tur in figura. nā vitulus qui fiebat pro peccato (vt in Exodo & Leuitico legitur) extra
castra cōburebatur: indicium ꝙ Christus qui immolaretur pro peccato mundi / extra hūc
mundum quærendus esset. & in huius rei argumentū: Christus dominus / cum nos san-

guine suo sanctificauit/ in monte Caluariæ extra portã Hierusalẽ passus est. Extra ergo
õnem doctrinam quæ cœlestis non sit & euãgelica aut euãgelicæ assecla quærendus est
Christus.nã talib⁹ vt plurimũ abducimur ad deuia.Decimũ:eleemosynas in sãctos pau 10
84 peres commẽdat.nam si alijs damus:& deus dat nobis debita nostra. Et si quid offendi-
mus:placatur nobis & repropiciatur deus.Q uod subiungit Paulus dicens. ¶Cæterum
beneficẽtiæ et cõmunionis nolite obliuisci.talibus enim hostijs:placatur deus . ¶Nul-
lus est qui non egeat gratia dei/qui non offendat:vt repropiciatione eius egeat. Quare
maxime isti sancto operi eleemosynę dico/misericordiæ & cõmunioni/ õnes quib⁹ facul-
tates assunt inuigilare debent.dixit enim saluator proprio ore.Date eleemosynã:& ecce
omnia munda sunt vobis.Vndecimũ est : de obedientia præstanda ijs qui in præsenti
præsũt/& de subiectione debita.nã vt pastor reddit rationẽ patrifamilias de ouib⁹ susce
ptis: ita & ipsi deo rationẽ reddituri sunt de animabus/ quarũ regendarum curã susce-
perunt.Nullus pastor est/ irrationalis gregis:qui rationẽ nõ reddat.tanto minus esse po
test pastor vllus/rationalis gregis:qui rationẽ non sit redditurus.Sed & rationales oues
85 de obedientia & subiectione rationem sunt redditura.Q uapropter non absurde/ nõ se-
gniter/ non negligenter apostolũ dei audiant:hoc pacto præcipientem. ¶Obedite ijs q
pręsunt vobis:& subiecti estote.Nã ipsi vigilant pro animabus vestris tanq̃ rationẽ red
dituri:vt cum gaudio hoc faciant/& non gemẽtes.inutile enim vobis hoc esset. ¶Sunt
multi qui suis non inuigilant/quia non obediunt neq; subiecti sunt vt par est & oportet:
& ipsis in tristitia & luctu inuigilandum esset/quã tristitiã luctumq; fugiunt.& hi inuti-
les sunt/prorsus gregi:& grex eis.nam vtilius eis esset in tristitia & gemitu inuigilare:q̃
non inuigilare.hoc enĩ vtrisq; penitus inutile:illud vero saltem sibi vtile.Q uod si ex bo
na obedientia & subiectione eorũ qui eis commissi sunt/faciũt cũ gaudio & mentis ala-
critate:duplex sumitur vtilitas/& sibi/& ijs qui subsunt. alioqui si ij qui subsunt nõ obe-
diunt ac subsunt vt par est/ ijs qui præsunt fastidiũ generantes/ tristitiã ac mœrorẽ: hoc
eis nichil prodest/eis dico qui subsunt.immo obest ac officit ad propriam perditionem.
& hoc ipsum est.quod apostolus ait.Inutile enim hoc vobis esset:scilicet si inobediẽtia
vestra cogeretis præsides vestros vt rationẽ reddituros pro animabus vestris/ inuigilare
cũ tristitia & mœrore.His sanctis prælibatis præceptis:beatus apostolus eos ad pieta-
tem exercet.& sanctior/non dedignatur minus sanctorum preces exposcere:sciens & id
86 magno regi gratũ esse/ vt precibus adeatur.Si rex terrenus preces audit/& nõ nisi fer-
me preces:tanto magis rex æternus/& qui est super õnes reges.Ait itaq;. ¶Orate pro
nobis.Confidimus enim q̀ bonã conscientiam habetis:volentes in õnibus probe con-
uersari.Abundantius autẽ precor:vt hoc faciat/quo celerius restituar vobis. ¶Qui in
omnibus probe cõuersari volunt:ad õnia pia opera alacres sunt.piũ enĩ erat quod po-
scebat : vt pro se preces ad deũ funderentur/quo ocyus (si dei beneplacitũ esset) a foro
Rhomanorũ solutus/ecclesijs etiã Hebræorum/ ad earum ampliorem cõsumationẽ re-
87 stitueretur.Nunc autem & pro eis deum profusæ dilectionis feruore rogans:sancte im-
precatur dicens. ¶Deus autẽ pacis/ qui reduxit ex mortuis pastorẽ ouiũ magnũ/ in san
guine testamenti æterni dominũ nostrũ IHESVM CHRISTVM: perficiat vos in õni
opere bono/ad faciendã volũtatem suam/ faciens in nobis quod beneplacitũ est in cõ-
spectu suo/per IHESVM CHRISTVM . Cui sit gloria in sæcula sęculorum. Amen.
¶Deum patrem & filiũ in spiritu (vt veros cultores oportet) rogauit:a fonte bonorũ
õniũ boni perfectionem/pro ijs qui hanc epistolã essent suscepturi & lecturi postulãs.sei-
psum autẽ pure voluntati diuinæ cõmisit:vt quæ optima & sapientissima est de eo peni
tus faciat/quicquid voluerit.hoc consumatorũ est:se prorsus voluntati diuinæ cõmitte-
re/quasi voluntatẽ nõ habẽtes/sed eam domino suo dedisse/ & in solius domini sui mani
bus esse.Et ne humanitatis prętermittat officiũ/ quod fratris & proximi respicit dilectio-
nẽ:precatur eos ad quos epistolã scripsit/ vt benigne suscipiãt exhortationis verbũ/ eũq;
habeant excusatũ/ q̀ pauciora etiã scripserit q̃ suus fuerit affectus. Et quis nõ candidis-
me suscipiat:& p̱ susceptis gratias deo/ sanctoq; pectori apostoli ministri eius/ nõ agat?
Et quis insuper:non optet ipsum fuisse prolixiorem. sed q̃ impossibile fuit/ ipsũ õnẽ exol-
uisse affectum:tã impossibile est nõ reliquisse nobis sui desyderium. non est enim in hoc
mundo satietas etiã in veris & veræ etiam pietatis bonis:sed ad deũ propheta clamat.
Satiabor:cũ apparuerit gloria tua. Q uatuordecim habemus beatissimi & sacratissimi
institutoris nostri Pauli/ celebratas epistolas:quis nolet viginti ? quis nõ mallet centũ?
si scirẽ vel vnã aliã beatissimi Pauli Hierosolymis esse epistolã: libenter hodie si pateret
88 adeundi facultas/ e loco soluerem vt illam requirerẽ.At nunc sanctam apostoli huma-
nam humilitatẽ audiamus:pariter & excusationẽ/ita dicẽtis. ¶Obsecro autem vos fra-

» tres:vt æquo animo suscipiatis sermonē exhortationis. etenim per pauca:scripsi vobis
» epistolā. ℂ Precatur Paulus. At nos precari debemus:vt hanc nobis a Christo impetret
gratiā/ quo in epistolis eius proficere possimus/ ad dei honorē & gloriā. & sic in spiritua
li intelligentia proficere:vt lux sacrarū literarū/ per eam nobis infulgeat/ & Christus in
thesauris sapientiæ suæ/ cū sanctis omnibus spiritualiter a nobis celebretur. Nā satis sen
sus carnis & humanus:illusit hominibus. Cōmendat ecclesijs Hebræorū Timotheum:
quē ea causa dimisit/ vt ad eos perferret epistolas. quē & poscit cito remitti. Sanctus Ti
motheus qui & episcopus erat:sic paulo seruiebat/ vt filius patri:sic obediebat/ vt Chri-
sto. Hūc in modū & inferiores episcopi ad Christi dei ecclesiæ ædificationē: maioribus
episcopis parere deberent vsq; ad summū/ imitātes sacrorū cœlestiū principatuū cōcor-
diā. hæc enim inferior hierarchia:ad imitationē superioris hierarchiæ formāda est. Pau
lus mittit/ Timotheus paret:vt angelus inferior superiori angelo. omnis tamē obediētia
& superior & inferior:in Christū vt in caput referenda est. Et q̄ miseri & impietatis & dif
fidentiæ seminatores esse vellent/ patrisq; mendacij ministri:qui hanc epistolā alij q̄ di
uino Paulo tribuerent/ vt eius authoritatē minuerent & fidē abrogarent/ cū videant Ti
motheū huius epistolæ tabellariū. cuiusnā vnq̄ legerūt cū epistolarū latorē:nisi beatissi-
89 mi Pauli/ cui vt patri vt Christo famulabatur pientissime/ De missione ergo Timothei:
» inquit Paulus. ℂ Cognoscite fratrē nostrū Timotheū dimissum:cū quo/ si cito veniat/ vi
» debo vos. ℂ Quid est cognoscite fratrē nostrū Timotheum dimissum:nisi qui a me cū li
90 teris & mandatis ad vos dimissus est/ & illū vt oportet suscipite/ Subiūgit vt solet Paulꝰ
» in fine salutationes:& sancta īprecatione gratiæ dei valefactionē. Et ait. ℂ Salutate om
» nes præsides vestros/ & omnes sanctos. Salutāt vos:qui sunt de Italia. Gratia cū omni-
» bus vobis. Amen. Ad Hebræos. Scripta ex I[illegible]dia. missa per Timotheū. ℂ Hoc sancto fi
ne/ gratiæ dei imprecatione/ quæ ōnē virtutē & ōne virtutis opus sic superat/ vt diuinū
opus humanū artificiū:claudere solet beatissimus apostolus epistolas suas. Quā & in fi-
ne operis huius nobis humiliter donari donatāq; conseruari poscimus ab eo/ qui peten-
tibus dat affluenter & nō improperat:gratias agentes de benignissima gratiæ eius ha-
ctenus infusione/ ad mysticos penetrandos sensus/ sine qua mysteria spiritus humano sē
su capi non possūt. Precātes insuper vt lucida munera adaugeat in ōnibus/ viuas aquas
sacrorū eloquiorū suorū sitiētibus:vt pariter ōnes illuminati/ dent sūmo patri p filiū in
spiritu sancto/ omnem honorem/ gloriam & gratiarum actionem/ in infusione gratiarū
suarum deum vnum confitentes/ & iugiter benedicentes/ superexaltatū & superbenedi-
A ctum in omnia & super omnia sæcula sæculorum. Amen.
78 » ℂ EXAMINATIO nonnullorū circa literam. ℂ Vulgata æditio. Charitas fraternitatis
» maneat in vobis. Et hospitalitatē nolite obliuisci. ℂ In vobis:abundat. Et copulationis
nota:in principio secūdæ particulæ. Interpres Pauli. ἡ φιλαδελφία μενέτω. τῆς
» φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. ℂ Vulgata æditio. Per hāc enī placuerūt quidā.
ℂ Dicendū:latuerunt/ nō placuerunt. Eteni Loth & familia eius latuit (āgelis hospitio
susceptis) cū Sodomitæ vellent eū impetere & perfringere fores/ continuo percussi cæci-
A tate ab āgelis. Interpres Pauli. διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες. ℂ Vulgata æditio.
80 » Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. ℂ Dicitur: fornicatores autē/ nō enī cō
A firmatiua particula. Interpres Pauli. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός.
81 » ℂ Vulgata æditio. Sint mores sine auaritia. ℂ Dicit:modus. Interpres Pauli. ἀφιλάρ-
B » γυρος ὁ τρόπος. ℂ Vulgata æditio. Dominus michi adiutor est:non timebo quid fa-
81 » ciat michi homo. ℂ Dicitur potius:& q̄ est. nam in versu:verbum nō exprimitur/ sed co
B pulādi particula. Interpres Pauli. κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί
83 » ποιήσει μοι ἄνθρωπος. ℂ Vulgata æditio. Optimū est enim gratia stabilire cor. ℂ Di
C citur:positiuo bonum. Interpres Pauli. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρ-
84 » δίαν. ℂ Vulgata æditio. Talibus enim hostijs promeretur deus. ℂ Non tā promereri q̄
C placari/ probe facileq; cōciliari deus dicit. Interpres Pauli. τοιαύταις γὰρ θυσίαις
85 » εὐαρεστεῖται ὁ θεός. ℂ Vulgata æditio. Obedite p̄positis vr̄is/ & subiacete eis. ℂ Eis:
C abundat. Interpres Pauli. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. Et
86 » continuo subditur αὐτοὶ γὰρ. ipsi enim. ℂ Vulgata æditio. Confidimus enim quia bo
» nā conscientiā habemus. ℂ Sunt exemplaria græca quæ habent per secūdā personā ha
betis. & hic aptus sensus esse videtur/ hoc pacto. Interpres Pauli. πεποίθαμεν γὰρ
ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχετε. Sunt etiā quæ habent per primā personā ἔχομεν.
Certum est beatissimū apostolū bonā conscientiā habuisse:quā etiam spiritus sancti spi-
ritualis bonitas fœcundauerat/ humanæ bonitati sic inserta/ vt solare lumen/ perfectæ/
incolumi/ optimeq; dispositæ perspicuitati/ pupillæ. Quod de se non tā confidebat Pau-

lus q̃ sciebat:vt in quodam loco de se testatur/ hoc pacto. Bonum certamen certaui/ cur-
sum consumaui/fidem seruaui. quod reliquum est:reposita est michi corona iustitiæ. De
Hebræis igitur videtur magis pertinere:vt ipse dicat confidimus/ q̃ de se. Attamen qui-
bus magis placebit Paulũ de se locutũ: sequantur exẽplaria habẽtia primã psonã ἔχο-
μεν. quibus autem magis placebit locutum de Hebræis/ quorum suffragia precum po-
stulat/ vt quos confideret bonam habere conscientiam/ vtatur exemplaribus habenti-
bus ἔχετε secundam personam. ❡Vulgata æditio. Amplius autẽ deprecor vos. ❡Hic
D amplius non designat cæterum/ item/ præterea/ vt plerumq; vetus iterpres capere solet:
sed abundantius. Vos:abundat. Interpres Pauli. περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ. Et
87 continuo subditur. τοῦτο ποιῆσαι/ hoc facere/ siue vt hoc faciatis. ❡Vulgata æditio.
Faciens in vobis quod placet corã se. ❡Prima persona dicitur in nobis. Interpres Pau-
li. ποιῶν ἐν ἡμῖν, τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ. ❡Vulgata æditio. Vt sufferatis
verbum solatij. ❡Tametsi vocabulũ hic positum & consolationẽ & obsecrationẽ/ & ex-
hortationẽ interpretari solẽt: accõmodatius tamẽ hoc i loco exhortatio iterpretari debe-
re videtur. dedignantur enim multi exhortationẽ: qui æquo animo solatium admittũt/
& consolationem. Interpres Pauli. ἀνέχεσθαι τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως.
❡Vulgata æditio. Etenĩ perpaucis scripsi vobis. ❡Dicitur duobus vocabulis: per pau-
ca. sed id: perexiguũ. Et quod vetus interpres dicit scripsi: designat epistolam scripsi/ aut
D epistolium misi. Interpres. Pauli. καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν. ❡Vul-
90 gata æditio. Salutant vos: qui sunt de Italia fratres. ❡Fratres: abundat. Interpres Pau-
li. ἀσπάζονται ὑμᾶς, οἱ ἀπὸ τῆς ἰταλίας. Et continuo subditur. ἡ χάρις με-
τὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν. gratia cum omnibus vobis. Amen. Quam & nobis pari-
ter annuat Christus Ihesus in omnia & super omnia sæcula benedictus. Amen. Cui pro
suo munere & exacto opere cum æterno patre & infusore superbono spiritu: omnis ho-
nor/ virtus/ gloria/ & gratiarũ actio in omnia seculorũ sæcula. Apud Græcos huius epi-
stolæ subscriptio habetur. Ad Hebræos/ scripta ex Italia. missa per Timotheum.

❡HOC OPVS ILLVSTRATORE CHRISTO QVI LVCET VBIQVE
ETSI NON CAPITVR: ABSOLVTVM FVIT IN COENOBIO
SANCTI GERMANI IVXTA PARISIOS ANNO CHRI
STI VITAE AVTHORIS MILLESIMO ET
DVODECIMO SVPRA QVINGENTE
SIMVM ET EODEM ANNO CIR
CA NATALEM DOMINICE
DE PVRISSIMA VIR-
GINE NATIVITA
TIS DIEM EX OF
FICINA HEN-
RICI STE-
PHANI E-
MISSVM.

DECEMB. XV.

1 5 1 2



LINVS EPISCOPVS.
De passione Petri.
De passione Pauli.

EXANCLATO (vt deus indulſit) ſacratiſſime præſul in beatiſſimū PAVLVM commētariorum labore: nichil alienum viſum eſt/ ſi Lini epiſcopi (vt maiorum memoria ſeruauit) de paſſione duorum deo dignorum apoſtolorum PETRI atqꝫ PAVLI/ ad orientales eccleſias tranſmiſſa ſubnecterem monumēta. vt eorū conuerſationis exitum intuentes: fidem quoqꝫ imitemur. Acceſſit præterea vt idem facerem: ꝙ nōnunq̄ in commētarijs/ hoſce Lini epiſcopi citaui libellos. quos niſi ſubnexuiſſem: eorū forte deſyderium legentibus remaneret. cuius vt/q̄diu res deſyderata abeſt/abſētia torquet: ita præſens copia leuat. Qui igitur deſyderaſſent: ex eorum præſentia leuabuntur/ ſuoqꝫ factum ſatis arbitrabuntur animo. Hæ ſiquidem apoſtolorum paſſiones raræ ſunt inuentu: præſertim ea quæ PETRI eſt. nam plurimis luſtratis bibliothecis etiam vetuſtiſſimis: vna & altera vix vnq̄ occurrit. Et primū/ eam comperi in peruetuſto codice bibliothecæ cœnobij Maioris monaſterij: cui aliquando præfuit Martinus Sabarieſis/ toto orbe ſanctimonia vitæ & miraculorū claritudine nominatiſſimus. Ea quæ eſt PAVLI/ crebrior eſt: ſed plurimis in locis admodum mendis ſcatens viciata/ ac ſine vllo authoris præfixo titulo paſſim occurrēs. Vtramqꝫ igitur ad caſtigatiora exēpla recognoui. & vtrāqꝫ recognitā eo quo ſolet eccleſia apoſtolos celebrare/ ordine ſubiūxi. Priorē PETRI: ꝙ prior vocatꝰ fuerit/ prior CHRISTVM viderit/ filium dei viui confeſſus/ ꝙ princeps eccleſiæ a CHRISTO dño/ cū adhuc viſibilis verſaret in terris cōſtitutus ſit/ ꝙqꝫ prior paſſus/ vt maiorū tenet authoritas. Poſteriorē PAVLI: ꝙ illa oia poſterior fuerit/ & ī die ānuæ reuolutionis paſſiōis PETRI/ glorioſum cōſumarit martyriū. Vt ob idipſum: de eis canat eccleſia. Glorioſi principes terræ/ quo modo in vita ſua dilexerūt ſe/ ita & in morte nō ſunt ſeparati: ꝙ eodē videlicet die nataliū eorū cōiūcta ſit celebritas. Et cū noſtrū inſtitutū eſſet/ hic potiꝰ celebrare PAVLVM: quo modo nichilominꝰ ſeparaſſemꝰ PETRVM/ ſolā PAVLI ponētes paſſionē/ & eā quæ PETRI eſt omittentes/ cū nuſq̄ vnū ſine altero celebrare ſoleat eccleſia/ Neq̄q̄ id ſane par nobis rationaleqꝫ viſū eſt. Habes itaqꝫ ſapientiſſime pater rationes/ q̄ me ad vtrāqꝫ paſſionū & minime vnā abſqꝫ altera emittendā/ & (vt puto: haud irrationabiliter) copulerūt. Nūc autē pollicita exoluētes ſubnectimus ipſum Linū.

LINI EPISCOPI DE PASSIONE PETRI TRADITA ECCLESIIS ORIENTALIVM/ ET DEINDE IN LATINVM CONVERSA: LIBER PRIMVS.

POST multimoda/ & multifaria viæ vitæqꝫ ſalutaris documēta/ & eximia atqꝫ celeberrima miracula oſtenſa/ & diuerſa cū Simone mago alijſue q̄plurimis Antichriſti præconibus pro nomine veri CHRISTI certamina: poſt paſſionē quoqꝫ multiplicem/ & flagellorum acerbitatem/ & carcerum ſqualorem horrificum/ cum eſſet exultans in domino beatus PETRVS/ & gratias agens nocte ac die cum fratribus/ in turba veniētium ad fidem dei & domini noſtri IHESV CHRISTI/ intentus orationibus ac doctrinæ/ cæteriſqꝫ diuinæ pietatis officijs/ præcipue charitatis & caſtitatis/ gratiam/ audiētium pectoribus inſerebat. adhortans credentes in CHRISTVM: vt pudice/ & continēter ſe gererent. Nimis eni abundanter & ſuperminenter vrbs orbi prælata: mēte ſe in faſtum elationis extulerat. & iccirco (vt ſolet in opulentia & inerti ſecuritate) indecenti luxu dominabatur. Perſæpe nanqꝫ: vbi eſt elatio mentis/ ſequitur contumelia carnis. Vnde factum eſt/ vt beati PETRI ſermonibus: magnus pudicitiæ apud multas diuerſæ ætatis & poteſtatis ſeu nobilitatis fœminas/ amor exarſerit. Ita vt pleræqꝫ etiam Rhomanorum matronæ: a commixtione virilis thori ſeruare munda corda/ ſimul & corpora (quantum ex ipſis erat) deligerent. Sed cum iam tempus appropinquaret/ quo fides beati PETRI apoſtoli/ & labores remunerari deberēt: præueniens/ perditionis caput ſcilicet/ & antichriſtus Nero/ cōſumata iniqtas/ arctari eū & ī cuſtodia ſqualidiſſima cō-

pedibus vinciri iussit. Vbi cœperunt frequentare illum quatuor concubinæ præfecti Agrippæ: quarũ erant nomina. Agrippina/ Eucharia/ Euphemia/ & Cleonis. Quæ audiẽtes ab eo castitatis sermonem/ & omnia domini nostri IHESV CHRISTI mandata: tabescebant/ & molestabantur sub thoro Agrippæ. Vnde castitati se deuouentes/ pactũ consilij adinuicem inierunt: & confortatæ a domino nostro IHESV CHRISTO nullo modo ei obsequio concubitus acquiescere vlterius decreuerunt. Subtrahentibus autem se ijsdem non solum a complexu/ verum etiam ab omnimoda coniũctione Agrippæ: cœpit idem/ super hoc valde tedere & mœstus esse. Mittẽsq; sollicitos ac solertes exploratores/ didicit eas/ studiosissime ad beatum PETRVM se proripere. Quibus ad se reductis: dixit/ vehementissima amoris captus insania. Scio vnde venitis. Ille Christianus vos docuit: mecum non conuenire/ & a debito thoro substrahere. Sed certus sum: quia suis magicis artibus/ amorem erga me vestrum non poterit infirmare. Quæ multis blanditijs delinitæ: nec verbo amatorio compellarunt/ nec intento oculo/ libidinis fomitem respexerunt/ quia apostolico sermone fundatæ erant. Videns autem Agrippa præfectus/ ꝙ PETRI doctrinam sequentes: libidinem eius vnanimiter spernerent/ & eius blanditijs minime acquiescerent/ cœpit eis minas intentare horrificas. iurans ꝙ & illas viuas incendio cremaret: & PETRVM grauissime afflictum supplicijs/ ab hominum de sub cœlo memoria perderet. Sed nunq̃ potuit eas ad inquinamentum flectere: dicentes amabilius sibi esse omnibus tormentis pro castitate succumbere/ q̃ CHRISTVM (cui deuouerant castimoniam) recusare. Indignabatur itaq; Agrippa præfectus/ maxime in apostolum: & fremebat super eum dentibus/ quærens occasionem vt eũ quasi rationabiliter potuisset occidere. Interea vxor Albini/ Cæsaris amicissimi nomine Xandips/ cum alijs pluribus nobilissimis matronis: venit ad PETRVM. A quo percipiens verbum castæ vitæ: repudiauit non modo virile connubium/ quin etiam & omne vitæ eius delectamentum. Qua de re Albinus nimio merore affectus: comminabatur multa se PETRO illaturum tormenta. Xandipem vero vxorem suam: verbis iniuria plenis/ indeq; delinimentis/ ac toto conamine refragari tentabat. Mittensq; ad Agrippam præfectum sibi amicitia copulatum: mãdauit ei omnia quæ agẽte PETRO/ de sua vxore patiebatur. deprecans vt si ei secundum suam fiduciam amicus esset: vlcisceretur eum de PETRO. alioqui ipse se vindicaturus esset. Agrippa quoq; reddidit ei respõsum: se eadem/ adhuc etiam & duriora per eum his/ pati. Vnde factum est/ vt cum Albinus cubitum iret/ & Xandipem sibi adduci fecisset/ suæq; delectationis cõmixtionem apud eam/ nec blanditijs/ nec terroribus obtinere potuisset: consiliaretur quatenꝰ vna cum Agrippæ manu/ velut auem laqueo PETRVM caperet/ & vt maleficum pessundaret. Xandips autem Albini vxor hæc audiens: misit nuncium fidelissimum ad PETRVM/ vt Rhoma exiret/ & insidias pene ineuitabiles declinaret. Marcello nichilominus Marci præfecti filio/ qui postq̃ Simonis magi pestiferam doctrinam aufugerat/ apostolo fideliter/ & vtiliter in cunctis adhæsit/ atq; etiam fratribus conspirationem viri sui & præfecti Agrippæ: ipsa innotescere fecit. In crastino quoq; surrexerunt quidam ex senatoribus in consessu: & dixerunt. Suggerimus amplitudini vestræ nobiles viri: ꝙ ad peruersionem vrbis æternæ/ PETRVS connubia diuortijs mancipat. vxores nostras a nobis disiungit: & (nescimus quam) nobis nouam & inauditam legem inducit. Et hæc dicentes concitabant etiam alios ad tumultum/ & appellationem. Tunc Agrippa gratulatus est: quia quod de PETRO optauit/ sub occasione in senatum venit. Sed & hoc: PETRVM & fratres nõ latuit. Innotescere siquidẽ hoc eis celeri nũcio fecerãt: ij qui fuerãt ex senatoribus illuminati per PETRVM/ a domino. Quapropter Marcellus & fratres deprecabantur PETRVM: vt secederet. PETRVS vero ait. Non oportet fratres & filij/ fugere propter CHRISTVM dominum passiones: cum ipse vltro se pro nostra salute morti obtulerit. Marcellus autem & fratres: nimio cum fletu aiunt. Miserere pater misericors iuuenum/ & eorũ qui sunt ĩ fide rudes: nec nos/ nec illos inter infideliũ turbines destitutos relinquas. Tũc PETRVS rogantibus se/ ait. Fugiendũ suadetis/ & iuuenũ atq; infirmorum cordibꝰ/ exẽplo nostro metũ passionis ĩcutere: cũ verbũ dei cõstanter debeamus asserere/ & sanctæ castimoniæ fundamẽta/ quæ iecimus/ cõseruare. Fugiẽdũ putatis/ vt mortẽ declinemus: quã multis suspirijs & gemitibꝰ diuturnis/ vt ingressũ vitæ expetimꝰ/ qua etiã secundũ illius reuelationẽ/ dñm clarificare debeamꝰ. Fratres vero hæc audiẽtes: leuauerũt vocẽ dicẽtes. O pater veracissime: vbi sũt verba quibus dicebas quoniã pro vita nostra morti paratꝰ esses succũbere/ & nũc ĩpetrare nõ possumus vt pro salute nr̃a/ donec corroboremur patiaris te aliquãtulũ viuere? Adolescentes quoq;/ quos ipse sollicite custodiẽs in fide & castitate sedulo educabat: manus

protendentes in cœlum/ & porrecti in faciem illius/ velut ſubito mortui cadẽtes in terram: vociferabantur nimio eiulatu clamantes. O bone PETRE/ pater/ & paſtor/ poſt tuum dominum clementia ſingularis: cur quos affectu materno recenter per ſacrũ fontem domino peperiſti tam immaturo ſolatio & animo crudeli qui te antea nunq̃ attigerat/ nos immaniſſimorum morſibus luporum exponis? Clamabant autem & matronæ: puluere conſperſis capitibus. Hęccine eſt miſericordia quam de ſaluatore tuo prædicare ſolebas? qui tuis lachrymis quem ad tempus negaueras/ in æternum pietate motus indulſerat. & nunc tantis lachrymarum fluminibus/ te vel paruo tempore/ nobis non concedis/ præſertim cum & domino poſſis miniſtrare in carne/ & tibi reſeruatam coronam adipiſci perpetuam. Sed & cuſtodes carceris Proceſſus & Martinianus cum reliquis magiſtratibus & ex officio iunctis: poſtulabant eum dicẽtes. Domine quo vis abſcede: quia imperatorem oblitum tui iam credimus. ſed iſte iniquiſſimus Agrippa pellicum amore & intemperantia ſuæ libidinis inflammatus: perdere te feſtinat. Si enim te regis iuſſione peteret: Paulini viri clariſſimi/ cui te cõmendatum nos cuſtodiendũ ſuſcepimus/ de tua nece ſententiam haberemus. Nam poſtq̃ nos credentes in hac vicina cuſtodia/ fonte/ precibus & admirabili ſigno crucis de rupe producto/ in ſanctæ trinitatis nomine baptizaſti: libere quo libuerat perrexiſti/ & nemo tibi fuit moleſtus. nec modo eſſet: niſi incẽdium dæmoniale quod vrbem ſtimulat/ Agrippam acrius peruaſiſſet. Quapropter oramus te ſalutis noſtræ miniſter/ hanc nobis digneris recompenſare viciſſitudinem: vt qui nos a peccatorum & dæmonum vinculis abſoluiſti/ a carcerali ac compedum nexibus quorum nobis eſt cõmiſſa immanitas/ noſtra non tam permiſſione q̃ etiam deprecatione liber in ſaluationem tantæ plebis abſcedas. Viduæ quoq; & orphani/ ac ſenio valde cõfecti: capillos ſibi trahentes/ genaſq; vellentes & pectora denudantes/ dicebant. Alios quorum miniſterio fouebamur/ a diuerſis languoribus ſanaſti/ & de ipſa etiam morte reſuſcitaſti: & te nobis pater piiſſime ſubtrahis. Vel ante te omnes nos præmitte: ne tuæ inſtitutionis doctrina deſtitutę animæ pereant/ & corpora/ miniſtrationis tuæ ſolatio deſolata intereant. & ſic quo deſyderas/ accelerare feſtina: ne vitam noſtram poſt dominum mori videntes/ & remanentes in vita miſeri moriamur. Tunc PETRVS hæc vndiq; audiens/ qui vltra modum miſericors/ lachrymas afflictorum ſine lachrymis nunq̃ præterire poterat: deuictus tantis fletibus ait. Nemo veſtrum veniat mecum: ego ſolus mutato ſchemate pergã. Proxima nãq; nocte celebrata oratione/ valedicens fratribus/ & cum benedictione illos deo commendans: profectus eſt ſolus. Et dum pergeret: ceciderunt ei faſciamenta ex crure/ demolita a compede. Vt autem portam ciuitatis voluit egredi: vidit ſibi CHRISTVM occurrere/ & adorans eum ait. Domine: quo vadis? Reſpondit ei CHRISTVS. Rhomam venio iterum crucifigi. Et ait ad eum PETRVS. Domine: iterum crucifigeris? Et dixit ad eum domin9. Etiam: iterum crucifigar. PETRVS autem dixit. Domine reuertar: & ſequar te. Et his dictis dominus aſcendit in cœlum. PETRVS autem: proſecutus eſt eum multo intuitu/ atq; dulciſſimis lachrymis. Et poſt hæc rediens in ſeipſum: intellexit de ſua dictum paſſione/ q̃ in eum dominus eſſet paſſurus/ qui patitur i electis/ miſericordiæ compaſſione/ & glorificationis celebritate. Conuerſuſq; in vrbem rediit cum gaudio: glorificans deum. & narrans fratribus: q̃ ei obuius fuiſſet dominus/ & declaraſſet ei/ q̃ iterum in ipſo eſſet crucifigendus. Quibus cum manifeſtaſſet paſſionẽ ſuam: fletum omnes & vlulatum emiſerunt. dolebant vniuerſi/ & lachrymas profundebant: dicentes. Conſydera oues tuas paſtor bone: conſidera eos quorum fides infirmior/ tuo expedit roborari ſermone. Conſydera corda titubantia: quæ per te ſtabilienda noſcũtur. Quibus PETRVS ait. Facile eſt domino: vt ſeruorum ſuorum corda etiam ſine meæ humilitatis ſermone/ corroboret. Quos enim plantauit: ad hoc faciet adoleſcere/ vt & alios poſſint plantare. Ego autem tanq̃ ſeruus: neceſſe eſt vt domini exequar voluntatem. Quapropter ſi me adhuc morari in carne diſponit propter vos: non contradico. Et ſi me pati pro nomine ſuo decreuerit/ & per paſſionem dignatur ſuſcipere: exulto & lætor in gratia ipſius. Cũ his igitur & aliis multis verbis/ fratrũ animos conſolaretur/ & illi lachrymas tenere nõ poſſent: ſuperuenit Hieros cum quatuor apparitoribus/ & aliis decem viris. qui eũ compræhẽdentes rapuerunt de fratrũ medio: & ſtatuerũt vinctum Agrippæ præfecti vrbis obtutibus. Cui ait Agrippa. Multa eſt tibi audacia o ſcelerate in plebibus quas circũuenis/ atq; in fœminis/ quæ tua perſuaſione a maritali thoro diſcedũt. auſus es etiã in Iudeorum iniuriã neſcio quẽ CHRISTVM iducere: & contra ſanctũ ritum Rhomanũ/ & cõtra vrbis æternæ deuotionem/ neſcio quæ inepta & vana docere. Tũc facta eſt facies apoſtoli: ſicut ſol ſplendida. & aperiens PETRVS os ſuum: dixit ad eum. Video quo

tendis:dux libidinum/amator pollutionis/atrocitatis inuentor/ innocentiũ perſecutor/ decipientium fautor/fallaciæ conditor/habitaculum ſathanæ. Ignoras nanqꝫ gloriam in qua glorior:& ideo dicis/ꝙ in viris & mulieribus ſit michi fiducia. Et ait ad eum Agrippa. Quia ſcis me ignorare in quo gloriaris: facito me noſſe. Et ait ad eũ PETRVS Nulla ſit michi gloria:niſi crux domini mei IHESV CHRISTI/cui⁹ ego ſum ſeruus. Et ait ad eum Agrippa. Vis ergo vt crucifigaris: ſicut dominus deus tuus eſt crucifixus? PETRVS quoqꝫ reſpondit. Non ſum dignus recta cruce mundum teſtem facere paſſionis meæ:ſed per quælibet ſupplicia opto & deſydero ſequi veſtigia paſſionis eius. Tunc præfectus morbo incontinentiæ ſuæ prætendens ſuperſtitionis accuſationem: crucifigi fecit apoſtolum. Et ecce concurſus ingens ſubito factus eſt/ diuerſæ ætatis & ſexus/diuitum/pauperum/viduarum/pupillorum/imbecillium atqꝫ potentum:qui ſumma voce clamabant. Vt quid occiditur PETRVS? Quid admiſit criminis? In quo læſit vrbem? Nec innocentem damnare fas eſt. Nonne timendum eſt/ ne tanti ac talis viri necem deus vindicet: & nos omnes perire præcipiat? Et cœperunt in Agrippam ſæuire populi:molientes illæſum rapere & conſeruare PETRVM/& tumultuantibus vocibus plebis adinuicem: confundebatur Rhoma. Tunc PETRVS reſtitit modicum:& aſcendens editiorem locum/ nutuqꝫ ad ſilentium prouocans populum/ait. O viri & fideles dei: qui CHRISTO militatis. O omnes qui in CHRISTO ſperatis. ſi charitas veſtra in me vera eſt/ & viſcera integra in me pietatis oſtenditis: nolite reuocare euntem ad dominum/nolite impedire properantem ad CHRISTVM. State ergo quieti/ gaudentes & læti:vt hoſtiam meam cum hilaritate domino offeram. Hilarem enim datorem diligit deus. Et his dictis: vix eſt ſedata ſeditio/& præfecti diſcerptio. Poterant enim & inhianter optabant multi populi præfectum euertere: ſed timebant apoſtolum contriſtari/qui magiſtri ſui ſequebatur exemplum dicentis. Poſſum rogare patrem: & exhibebit michi modo (ſi volo) pluſꝗ duodecim legiones angelorum. Peruenit denicꝫ vna cum apoſtolo & apparitoribus/populus infinitus ad locum qui appellatur Naumachia/iuxta Obeliſcum Neronis in monte. Illic enim crux poſita erat. Et reſpiciens flentem populum/& iterum ſeditionem excitare volentem: ait clara voce. Nolite obſecro vos/fratres:oblationem meam impedire. Nolite verſus Agrippam ſæuire/& amaro animo in eum eſſe. Ille enim miniſter eſt alienæ operationis. Nam damnationis meæ ſecundum corporis qualitatem:diabolus author eſt/dominica abutens permiſſione. quia dolet/vaſa contumeliæ per me ſibi ſublata eſſe: & facta eſſe diuerſoria cõtinentiæ/ templa CHRISTI/ domicilia honoris & gratiæ. Itaqꝫ fratres mei & filij: obedientes eſtote. quia per reuelationem a domino IHESV CHRISTO proditum eſt michi: ꝙ ita eſſet euenturum. Non ergo eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Feſtino itaqꝫ: vt carne exutus aſſigner domino. Nunc enim tempus eſt: in quo meam offeram hoſtiam. Mementote ſignorum & prodigiorum atqꝫ ſanitatum: quæ CHRISTO operante/& me miniſtrãte/vidiſtis ac ſenſiſtis. Ideo enim plurimorum infirmitates curatæ ſunt:vt omnium animæ ſaluarentur. Ideo mortua corpora/ ſuſcitata ſunt:vt animæ mortuæ reuiuiſcerent. Sed quid iam moras patior:& non appropinquo cruci. Valete fratres & patientes eſtote:& ſeruate quæ audiſtis. cõmendo vos domino IHESV CHRISTO. Accedens autem & aſtans cruci:dixit. O nomen Crucis: occultum myſterium. O gratia ineffabilis. in nomine enim crucis:pax. O crux:quæ deo hominẽ cõiũxiſti/& a dñio diaboli captiuãtis magnifice ſegregaſti. O crux:quæ humano generi paſſionem ſaluatoris mundi/& redemptionem captiuitatis humanæ vera comitante fide ſemper repræſentas incolumem. O crux: quæ quotidie carnes immaculati agni fidelibus diuidis populis/& dira ſerpẽtis venena a populo ſalutariter depellis/ atqꝫ Rhõphęam paradiſi ignitam/ credẽtibus ſine intermiſſione reſtinguis. O crux: quæ pacem quotidie terrenis cum cœleſtibus operatis/& mediatoris mortem qui a mortuis reſurrexit/& iam non moritur/æterno patri (eccleſia pro filijs agente) ſedulo reparas/ & legatione fœliciſſima renouas/& reformas. vim patior tui cauſa: & iam nunc in finitima abſolutione exiſtens / non quieſcam manifeſtare de cruce occultum dei myſterium/quod olim clamauit anima mea. O qui in CHRISTVM creditis:non iſtud ſit vobis crux quod apparet. Aliud eſt enim quiddam myſticum:in hoc quod apparet vobis. Et nunc maxime qui poteſtis audire/ in hora nouiſſima vitæ huius exiſtente me: omnes ſenſus ſegregate/& animas veſtras ab omni quod apparet/ ad illud quod inuiſibile eſt/auocare. & ſcietis: ꝙ in CHRISTO:per crucem/factũ eſt ſalutis myſteriũ. Debitum eſt tibi PETRE:reddere terræ corpus acceptum/ per eos quib⁹ eſt corpus occidere proprium. Ait autem ad magiſtros carnificũ. Quid eſt ꝙ tempus atteritis? Quid appa-

ritores innecti michi/moras patimini/Implete quod vobis est iussum. exuite me mortali tunica: vt spirituali adhæreã domino. Petijt sane: & ita alloquens ministros carnificum/exorauit. Precor vos bonæ salutis meæ ministros: vt crucifigentes me/ caput deorsum ponatis/ pedes vero sursum. Non enim decet me seruum vltimum ita crucifigi: vt dominus vniuersitatis/pro salute totius mundi est crucifixus/ quem passione mea constat glorificari. Et etiam vt mysteriũ crucis intento vultu semper possim cõspicere: quo facilius quid inde dixero circunstantibus/possit audiri. Quod cum factum fuisset: adorsus est PETRVS/flentem populum/ de cruce cõsolari/ & alloqui mysterialiter/dicens. Grande & profundum mysterium crucis: & ineffabile atq; inseparabile vinculum charitatis. Per crucem enim: ad se omnia traxit deus. Hoc est lignum vitæ: quo destructum est mortis imperium. Hoc michi tu aperuisti domine: aperi & omniũ istorum oculos/ vt videant consolationem vitæ æternę. Et his dictis aperuit deus oculos eorum qui lugebant/ & lachrymas fundebant in passione PETRI: & viderunt angelos stantes cum coronis de floribus rosarum & liliorum/& in vertice crucis erectæ stantem PETRVM/ & librum a CHRISTO accipientem/& ea verba quæ loquebatur/inde legentẽ. Quod videntes: ita cœperunt lætari & gaudere in domino/ vt illi ipsi increduli & carnifices videntes eos exultare & lætari quos prius tristes viderant & plangentes/ subito contabescerent animo/ & veluti fumus vanescerẽt. Videns autẽ PETRVS ꝙ demonstrata esset multis antea flentibus gloria eius: gratias egit domino IHESV CHRISTO dicens. Digne tu solus domine in altum porrecto vertice crucifixus es: qui totum mundũ a peccato redemisti, te imitari/ etiam in passione optaui: sed rectus crucifigi/ non vsurpaui. Quia ex Adam: puri homines & peccatores nati sumus. tu vero ex deo: deus/ & lux vera ex vero lumine ante omnia sæcula/ in fine sæculorum pro omnibus sine contagione hominis/ homo fieri dignatus/ redẽptor hominis gloriosus existens. Tu: semper rectus. tu: semper excelsus. tu: semper altus. nos secundum carnem: primi hominis filij sumus/ qui principale demersit in terram. cuius lapsus: significat speciem generationis humanæ. Sic enim nascimur: vt proni in terram videamur effundi. & quod ad dexteram est: hoc ad sinistram sit. & quod ad sinistram: hoc ad dexteram fiat. eo ꝙ in auctoribus huius vitæ: mutatã conditio est. Hoc enim putat mũdus iste dextrum: quod est sinistrum. in quo tu domine quos sicut Niniuitas inuenisti perituros: tua sancta prædicatione liberasti. Vos vero fratres quibus est audire promptum: aures cordis apponite. & nunc quæ annuncianda vobis sunt: agnoscite/ scilicet omnis naturæ mysterium/ & omnis factæ constitutionis initium. nam primus homo/ cuius genus in specie ego habeo: misso deorsum capite/ ostendit olim perditam generationem. mortua enim erat generatio eius: & nec vitalem habebat motum. Sed tractum misericordia sua principium: venit in mundum per corporalem substantiam/ ad eum quem iusta sententia in terram proiecerat. & suspensum in cruce: per speciem huius horrẽdæ vocationis videlicet crucis/ restituit/ & constituit nobis ea quæ antea hominum iniquo errore immutata fuerũt/ præsentia videlicet vt æterna/ & æterna ducebantur vt præsentia/ & dextra sinistra. Siquidem ille: dexteram glorificans: omnia signa mutauit ad propriam naturam/ sicut bona intelligens quæ non putabantur bona/ & reuera benigna quæ maligna æstimabantur. Vnde dominus in mysterio dixerat. Si non feceritis dexteram sicut sinistram/ & sinistrã sicut dextram/ & quæ sursum sicut deorsum/ & quæ ante sicut quæ retro: non cognoscetis regnũ dei. Istam ergo scientiã: in me produxi fratres. & hæc est figura: qua me pendentem oculi carnales conspiciunt. Scema est enim primi hominis. Vos vero dilecti mei hæc audientes/ & quæ auditis perfectionem conuertendo & conuersando ducentes: sicut de vestro primo errore ad certissimam fidei stationem redistis/ ita perseuerate currẽtes/ & ad quietem supernæ vocationis tendite bene cõuersantes. via eni qua illuc iter agere debetis: CHRISTVS est. Oportet igitur cum IHESV CHSISTO deo vero superascẽdere crucẽ: qui est constitutus nobis sermo solus & vinus. Vnde & spiritus dicit. CHRISTVS: est verbum & vox dei. Cæterum verbũ significat istud rectum lignũ: in quo crucifigor. Et quia vox proprie corporis est quod lineamẽta recipit/ quæ diuinitati nõ imputatur: naturalia crucis/ humanam prætẽdere noscuntur naturã. quæ imutationis errorẽ/ in primo homine passa est: sed per deum & hominẽ/ veram itelligentiã recuperauit. Ipsa nanq;/ disciplinæ clauis in medio astricta est: cõuersione videlicet/ & cõuersatione/ atq; cũ fide pœnitẽtia hois. Et hęc dicẽs alacri vultu & facie serena: sic exclamauit/ in orationẽ erũpens. Ista michi tu dñe IHESV CHRISTE verba vitæ nota fecisti: & reuelãti tibi/ quæ dixeram de ligno a me prædicato/ gratias ago. Non corde cui sæpe indecẽs quiddam subripit/ nõ labijs istis carni affixis/ nec lingua per quã verũ vel

falsum procedit/ neq; verbo/articulata & materiali natura producto: sed illa voce gratias tibi ago rex bonæ quæ per silentiũ intelligitur/ quæ non in manifesto auditur/ quæ nõ per organa corruptibilis oris percipitur/ quę neq; est e terra/ nec in terra dimittitur/ quæ in libris materialib9 nõ scribitur/nec queq̃ materialiter mouet/ neq; materialis existit. Illo inquã spiritu domine IHESV CHRISTE/ dñe & magister meus/gratias ago tibi:quo te credo/quo te intelligo/ quo te diligo/quo te teneo/ & voce qua te alloquor/ qua te interpello/qua tu toto & modesto tãtũ spiritu intelligibilis es. Tu michi domine: pater/& amicabilis actor/& pfector salutis. Tu:desyderiũ.tu:refrigeriũ.tu:satietas. Tu: michi omnia es. & omnia:michi in te sunt. Tu:michi totũ es.& totũ quod est:tu michi es. Tu:es michi omnia. In te:viuimus/ mouemur & sumus. Et ideo:te vt omnia habere debemus. vt tu:des nobis illa quæ promisisti.quæ nec ocul9 vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hominis ascenderunt: quæ præparasti ijs qui diligunt te. Hæc:custodi seruis tuis. hæc:tribue atq; largire. quia tu es pastor æternus & sũme bonus : verus filius dei. Tibi cõmẽdo oues: quas tradidisti michi. Tu eas in ouile tuũ aggrega/ & cõserua:quia tu ostiũ/ouile/ & ostiarius. Tu:pascua & æterna refectio. Tibi gloria cũ patre & spiritu sancto:nunc & in omnia sæcula sæculorũ. Et mox vt omnis plebs magna voce Amen reddidit: PETRVS spiritũ tradidit. Statimq; Marcellus/ nullius expectauit sentẽtiam: sed videns quia beatus expirauit apostolus/ proprijs manibus deposuit sanctum corpus de cruce/et lauit illud lacte et vino optimo. T erẽsq; masticheset aloes minas mille quĩgentas & myrrhę ac folij atq; stactes /cum cæteris varijs aromatibus alias minas mille quingentas:condiuit eum diligentissime. Melle quoq; attico nouũ repleuit sarcofagũ: & in eo corpus aromatibus perlitum collocauit. In ipsa autem nocte/ cũ Marcellus ad sepulchrum ipsius vigilaret & ardenti eius desyderio fleret (statuerat enim: in vita sua non separari a doctoris sui amãtissimi sepulchro) venit ad eum beatus PETRVS. Quẽ videns Marcellus & cõtremiscẽs:illi velociter assurrexit/ stetitq; ante eum. Cui ait beatus apostolus. Frater Marcelle:nõ audisti vocem domini dicentis. Relinque mortuos: sepelire mortuos suos. Et Marcellus:ait. Chare magister: audiui. Tunc PETRVS ad eum. Noli ergo/ quasi mortuus mortuũ videaris sepelisse: flere. Sed tanq̃ viuus: viuenti & gaudenti melius congętare. Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Tu autẽ: vt per me didicisti/ vade/ annũcia regnum dei. Quod:cum gratia multa/ cunctis fratribus Marcellus indicauit. & suffragijs sancti PETRI: ex omni parte fides credentium a deo patre confirmata est: in nomine domini nostri IHESV CHRISTI/ & in sanctificatione sancti spiritus. Nero autem comperiens beatum PETRVM obijsse/ quem arctare non interficere iusserat:misit vt compræhenderetur Agrippa præfectus/ quoniã non cũ sua sententia PETRVM interfecerat/quem disponebat per varia punire supplicia. Querebatur enim se/ ipsius præstigijs desolatum a Simone suæ salutis præsule: & dolebat pro tanti casu amici qui sibi & reipublicæ (vt fatebatur) cõmoda præstabat innumera. Agrippa vero interuenientibus amicis: obtinuit vt præfectura carens/ priuatus & contẽptus/ in domo propria degeret. sicq; furorem Cæsaris declinauit. sed vltionem diuini iudicij nõ euasit: quam mox terribiliter expertus/ interijt. Deniq; cõuertit crudelissimus Nero animũ ad persecutionem eorũ/ quos didicit beato PETRO familiarius adhæsisse: vt vel eorum pœnis de PETRO satiaretur. Beatus vero apostolus fratrib9 hoc per reuelationem innotuit: & qualiter feram bestiam declinarent insinuauit. Nero siquidẽ per visum vidit/ sibi sanctũ astare PETRVM: & dirissime a quodam/ iussu ipsius flagellatus/ audiuit. Contine manus impijssime a seruis domini nostri IHESV CHRISTI: quos nunc tenere non poteris. Vnde parum pauefactus: quieuit. Erant quoq; fratres simul lætantes & exultantes in domino/ confortati sæpe visione beati PETRI apostoli: glorificantes deum patrem omnipotentẽ/ & dominũ IHESVM CHRISTVM cũ sancto spiritu. Cui est gloria/ virtus/ & adoratio: in sæcula sæculorum. AMEN.

¶MARTYRII BEATI PETRI APOSTOLI A LINO PAPA GRAECE SCRIPTI ORIENTALIBVS ECCLESIIS TRADITI ET SVBINDE IN LATINVM CONVERSI.

F I N I S.

LINI EPISCOPI DE PASSIONE PAVLI TRADITA ECCLESIIS ORIENTALIVM ET DEINDE IN LATINVM CONVERSA LIB. SECVNDVS.

CVM veniſſet Rhomã Lucas a Galatia/ & Titꝰ a Dalmatia: expectauerunt PAVLVM in vrbe. Quos cũ aduenieẽs PAVLVS vidiſſet: lætatus eſt valde. & cõduxit ſibi extra vrbem horreũ publicũ: vbi cũ his & alijs fratribꝰ de verbo vitæ tractaret. Cœpit interea colligere multitudinẽ maximã. adijciebaturq; per eũ fidei/ multæ animæ: operãte dei gratia. ita vt per totã vrbẽ ſonus prædicationis & ſanctitatis ipſius fieret: & exiret fama per vniuerſã regionẽ de illo. Iã eñi admodũ innotuerat orbi Rhomano: ſignis/ & ꝓdigijs/ & doctrina multa atq; mirabili ſanctitate. Cõcurſus quoq; multus de domo Cæſaris fiebat ad eũ/ credẽtiũ in dominũ IHESVM CHRISTVM: & augmentabatur quotidie fidelibus gaudium magnum/ & exultatio. Sed & inſtitutor imperatoris adeo eſt illi amicitia copulatus/ videns in eo diuinã ſcientiã: vt ſe a colloquio illius temperare vix poſſet. quominus ſi ore ad os/ illũ alloqui nõ valeret: frequentibus datis & acceptis epiſtolis/ ipſius dulcedine & amicabili colloquio atq; conſilio frueretur. & ſic eius doctrina (augente ſpiritu ſancto) multiplicabatur/ & diligebatur: vt licite iam doceret / & a multis libẽtiſſime audiret. Diſputabat ſiquidẽ cũ Ethnicorũ philoſophis/ & reuicebat eos. vnde & plurimi: eius magiſterio manus dabant. Nam & ſcripta illius quidam magiſter Cæſaris/ corã illo relegit: & in cunctis admirabilem reddidit. Senatus etiã: de illo/ alta nõ mediocriter ſentiebat. Quadã deniq; die/ cũ PAVLVS doctrinę iſeruiẽs circa veſperã in cœnaculo ęditiori turbas alloqueret: quidã Patroclꝰ/ delicioſꝰ/ & pĩcerna regis/ ipſius ſe ſubducẽs aſpectibus: abijt ad horreum/ vbi PAVLVS hoſpitabatur/ vt audiret documenta vitæ perpetuæ. Inuitatus enim ad hoc & animo inductus iam fuerat: a conſodalibus ſuis/ & Cæſaris amiciſſimis. qui ex eius familiari obſequio: PAVLI monita ſectabantur. Sed cũ præ multitudine populi ad eũ introire non poſſet: aſcẽdit ad feneſtrã excelſiorẽ/ & ſecus eã ſedit: vt verbũ dei cõmodiꝰ poſſet audire. Deſyderabat eñi feruẽti animo: PAVLI ſermonibus refici. Sed cũ PAVLVS in longũ protraxiſſet ſermonẽ/ & iuuenis ſomno grauaretur: diaboli inuidia dolẽtis ſuper dilectione dei & ipſiꝰ apoſtoli/ quã ſtudioſus adoleſcens habebat/ fecit iuuenẽ pauliſper dormitare/ cadẽſq; de feneſtra valde excelſa cœnaculi/ ſpiritũ exalauit. Qd̃ cũ mox Neroni reuertẽti a balneo/ fuiſſet nunciatũ: cũ multa frequentia dilectũ ſibi iuuenẽ requirebat/ cõtriſtatuſq; eſt vſq; ad animã ſuper morte Patrocli. ſtatuitq; aliũ pro eo ad vini officiũ: vt ei porrigeret poculum. PAVLVS vero non multo poſt cognoſcens per ſpiritũ qd̃ geſtum erat: dixit ad plebẽ. Viri fratres/ inuenit malignus locũ vt vos tẽtaret: ſed dominus IHESVS CHRISTVS more ſolito/ eius næquitiam conuertet ad ſuã gloriã. Ite igitur foras: & iuuentis iuuenẽ Cæſaris delicatũ / ex alto cecidiſſe/ & iam iacere exanimẽ. quẽ leuantes ad me huc deferre ſatagite. Illi ergo concito gradu pergentes: cõfeſtim iuuenẽ mortuũ detulerunt. Mirabãtur autẽ turbæ: quomodo PAVLVS rem geſtã ex ordine cognouiſſet: ſibi nemine nunciãte. Dixit itaq; PAVLVS ad turbas: nũc fides vera apparebit erga dñm nr̃m IHESVM CHRISTVM. Tẽpus eſt eñi/ vt ſemẽ vitæ æternæ in bonã terrã deueniens: centuplicata ſatione fructificet. Accedite ergo plena fide ad dominũ deũ noſtrũ: & deprecemur illum vt reſtituatur anima eius in iſtud iuuenile cadauer / viuatq; melius q̃ vixiſſet. Et cũ ingemuiſſent vniuerſi/ procumbentes orationi: ait PAVLVS. Adoleſcẽs Patrocle ſurge: & narra quãta fecerit tibi deus. Ad quã vocẽ/ mox Patroclus/ tãq̃ de ſomno ſurrexit: & cœpit glorificare deũ/ qui dedit poteſtatẽ talẽ hominibꝰ. Dimiſitq; illũ PAVLVS cum cæteris qui erant ex domo Cæſaris: & ibant lætantes & gaudentes õnes in domino/ qui facit volũtatẽ timentiũ ſe/ & deprecationes eorum exaudit. Cumq; lamentaretur Nero Patroclũ/ & immenſitate abſorberetur triſtitiæ: dixerunt circũſtãtes ad Cæſarem. Nõ domine magnanimitas tua grauetur moleſtia/ ſuper morte adoleſcẽtis. nã viuit: & adeſt pro foribus. Cæſar vero cũ audiſſet Patroclũ viuere / quẽ paulo ãte didicerat mortuũ: expauit corde/ & recuſabat eũ introire/ & aſtare eum ſuo conſpectui. Sed cũ perſuaſũ ei fuiſſet ab amicis q̃plurimis: iuſſit eũ introire. Et videns eum ſanum/ nullaq; ſigna mortis habentem / obſtupuit: & ait ad eum. Patrocle viuis? At ille reſpõdit. Cæſar viuo. Nero dixit. Quis te fecit viuere? Cui Patroclus/ exhilaratus corde & accenſus calore fidei: dixit. Dominus meus IHESVS CHRISTVS / rex omniũ ſæculorum. Et Nero conturbatus de nomine virtutis dei: dixit ad iuuenẽ. Ille ergo debet

regnare in sæcula/ & resoluere õnia regna mũdi. Et Patroclus ait. Etiam Cæsar: destruet õnia regna quæ sub cœlo sunt/ & vniuersa quæ sub cœlo sunt seruient ei. quia & ipse est solus rex regũ/ & dominus dominantiũ. Nero autem dedit ei alapã: dicens. Ergo militas illi regi. Et Patroclus exultans ait. Etiã. nã excitauit me a mortuis. Tunc Barnabas & Iustus/ & quidã Paulus/ & Arion Capadox/ & Festus Galata/ qui erant ministri Cæsaris/ & ei iugiter assistebant: dixerunt Neroni. Cur Cæsar: recta sapientẽ/ & prudentissime atq; veracissime respõdentẽ/ percutis iuuenẽ? Nã & nos: illi militamus regi inuicto/ IHESV CHRISTO domino nostro. Nero autẽ cũ audisset vno sensu/ eodemq; sermone dicere illos inuictum regẽ IHESVM: reclusit eos in carcere vt nimiũ illos torqueret/ quos antea nimiũ amauerat. Et iussit inquiri regis illius famulos/ posuitq; edictum: vt sicubi fuissent inuenti/ sine interrogatione õnes CHRISTI milites per tormenta varia punirentur. Vnde multa scrutatione a ministris reipublicæ/ & apothecæ malignitatis fautoribus/ serui dei quæsiti & inuẽti q̃plurimi: perducti sunt ad præfectiã Cæsaris. Inter quos & PAVLVS consuetudinarias sibi/ pro CHRISTI nomine gestans catenas: ductus est vinctus. In quẽ õnes simul vincti adeo intendebãt: vt sine alicuius indicio facile potuerit Nero cognoscere ipsum PAVLVM/ magni regis militibus præsidere. Intelligensq; ipsum ducẽ & seruorum Christi magistrum: ait ad eum. O homo nescio cuius regis seruus/ michi autẽ vinctus: quid tibi visum est introire latenter regnũ Rhomanorũ/ & michi substrahere/ illi autẽ colligere de meæ militiæ principatu/ PAVLVS repletus vero spiritu sancto/ constanter in aures omniũ qui poterant adesse: dixit ad Cæsarẽ. Nero non solũ de tuo angulo colligimus milites: sed etiã de toto orbe terrarũ. Hoc enim præceptum michi est: vt neminẽ ex omni gente militare volentẽ æterno regi meo/ repellã. potens est enim dominus/ cunctis larga manu secundũ cuiusq; meritũ: dona ditissima dispensare. Si enim & tibi visum fuerit in illũ credere/ & ei fideliter obedire: nõ te pœnitebit. Cæterũ noli putare: q͏ diuitiæ/ huius sæculi splendor/ aut gloria/ saluare te debeant. sed si subiectus illi fueris: imperpetuũ saluus eris. Cũ autẽ venerit iudicare viuos & mortuos: dissoluet mundi huius figurã per ignẽ. & ante mundi constitutionẽ parata/ & a sæculis abscondita: militibus suis donatiua quæ nunq̃ deficient/ & quæ omnẽ excludẽt indigentiã/ largietur. Hæc audiens Nero/ & ira succensus/ quia mundi figurã per ignem apostolus dixerat resoluendã: iussit omnes Christi milites igne concremari. PAVLVM autem senatusconsulto tanq̃ maiestatis reũ: capite secundũ Rhomanas leges truncari. Tradiditq; eũ Lõgino & Megisto p̃fectis/ atq; Acesto Cẽturioni: vt illũ extra vrbẽ ducẽtes/ & populo spectaculũ de eius occisione p̃bentes/ decollari præciperẽt. Quibus PAVLVS: sine intermissione verbũ prædicabat salutis. Ministros etiã & apparitores per omnẽ ciuitatẽ & circa regionẽ cũ velocitate/ Nero diaboli exagitat⁹ operatione/ direxerat: qui summa diligentia perscrutarent latitantes/ & manifestatos simul interficerent Christianos. Vnde tam multiplex occisa est turba Christianorũ: vt populus Rhomanus palatiũ vi irrũperet/ & seditionẽ contra Cæsarẽ excitare moliens proclamaret. Pone modũ Cæsar: iniustissimæ iussioni: tempera irrationabilẽ furorẽ. sufficiat sæuitiæ: q͏ credulitatis metas transcendis. Nostrates homines sunt: quos perdis. Rhomanũ tuentur imperiũ. Aufers Cæsar Rhomanã virtutẽ: quæ militum tantorũ frequentia/ terribilis cunctis gentibus existebat. Tunc Nero clamore populi expauescens: aliud edictũ proposuit. vt nemo auderet contingere Christianos/ nec quicq̃ eis molestiæ inferre: donec relatio plenissimæ cognitionis ex delatione cuiusq;/ referretur ad Cæsarẽ. Quapropter PAVLVS iterum eius aspectibus oblatus est. Nero autem vt eum vidit: vehementissime exclamauit/ dicens. Tollite maleficum/ decollate impostorẽ/ nolite sinere viuere carminatorem/ perdite sensuum alienatorẽ/ auferte de superficie terræ mentiũ imutatorem. Ad quem: PAVLVS ait. Nero tẽpore modico patiar: sed viuam imperpetuũ cum deo meo & rege æterno IHESV CHRISTO. qui venturus est iudicare orbẽ terræ: in flagratione ignis. Nero itaq; dixit Megisto/ Longino/ Acesto: auferte ab illo celerius caput/ & sic sibi de vita æterna blandiatur/ sentiatq; me regẽ inuictum/ qui eum vinxi & occidendo deuici. PAVLVS vero ait. vt scias me Nero/ post decollationem meo regi inuicto æternaliter viuere/ te autẽ victum qui putas te/ vincere: cũ michi abscissum fuerit caput/ viuus tibi apparebo. & cognoscere poteris: quia mors & vita famulantur domino meo IHESV CHSISTO. cuius est õne regnũ: & cui voluerit dabit illud. & omnis victoria est illius: & quẽ vult vincere/ facit magnifice triumphare. & ipse solus inuictus est: rex inæternũ. Et his dictis: ductus est PAVLVS ad suppliciũ. Cũ autem duceretur: Longinus & Megistus atq; Acestus dixerunt ad eũ. Dic nobis PAVLE: vbi est rex ille/ & vbi apparuerit vobis/ & qualiter cognouistis & quid vobis contulit/ aut quid vobis cõferet boni vt

ſic ardentiſſime eum diligitis vos Chriſtiani/ vt nullo pacto religioni noſtræ velitis cõmodare aſſenſũ ac viuatis/ ac bonis huius vitæ fruamini: ſed potius omni delectamento iocundius/ pro illo mori varijs tormentis ducatis/ magnus enim iſte videtur error: iocundã odiſſe hanc vitã/ & toto deſyderio pœnas amplecti & mortẽ. PAVLVS vero ait. O viri cordati atq; ſenſu bono vigentes: relinquite tenebras ignorantiæ & erroris/ quarũ caligine obnubilatur intelligẽtiæ veſtræ nobilitas/ ne verũ quod in vobis latet videre poſſitis. conuertite mentis oculos ad æternã & verã lucem: vt valeatis prius voſipſos cognoſcere/ & ſic ad cognitionẽ regis illius cum lætitia peruenire/ atq; ab igne/ vniuerſo orbi superuenturo/ ſalui & illęſi permanere. Non eni ſicut vos putatis/ alicui terreno regi militam9: ſed deo viuo/ regi cœlorũ & omniũ ſæculorũ. qui propter iniquitates quæ fiunt in hoc mũdo/ veniet iudex/ & iudicabit illũ per ignẽ. fœlix autẽ erit homo: qui crediderit in eum. habebit eni vitã æternam: & viuet in omnia ſæcula ſæculorũ. & infœliciſſimus ille/ quo non infœlicior vllus: qui contẽnens diuitias bonitatis & longanimitatis eius/ nõ conuertetur ad eum. nam peribit inæternũ. Propter hoc nãq; de cœlo in terram deſcendit qui cœlũ & terram fecit/ & ad hoc factus eſt homo qui fecit hominem: vt homo conuerſus ab iniquitate ſua/ relinquens vana/ & ſimulacra muta quæ nefandiſſime pro deo colit/ ſeruiat ei qui fecit illum/ & adoret eũ quẽ tremunt angeli & õnes cœlorũ poteſtates adorant. Quod cũ factũ fuerit: faciat illum verũ adoratorẽ atq; cultorẽ ſuum/ cõſortem & ſocium ſuorum angelorũ/ ſpirituũ videlicet ſanctorum ac beatorum. Nec immerito: quia ſpiritus eſt deus. & eum qui illũ in ſpiritu & veritate colit & adorat: ſanctis ſpiritibus ſocium faciet. illum vero qui in eum credere recuſauerit: ſociũ & cõplicem reddet iniquorũ dæmoniorum/ in tormento æterni incendij/ ad concremationem atq; ignẽ perpetuũ tranſmittet illũ refugam. hic eſt ignis venturus: per quẽ deus eſt orbem iudicaturus. Quapropter viri ſapientes: apud ſe prudentia veſtra diiudicet/ quis fecit mundum/ quoniã ſine factore non prodijt. perpendite qui fecit hominem: quia vt diuina teſtantur oracula/ non ipſe ſe fecit. attendite: quia ſimulacra vana non ſunt dij/ ſed hominum factura/ & dæmonia in eiſdem facturis latentia. quæ licet in hoc concordari videantur/ quia vnanimiter perditionẽ humani generis cupiunt: ſibi tamen inuicẽ varijs modis indubitatiſſime diſſident. non eſt enim impijs pax: dicit dominus. In cauſa nãq; eſt cur homines feſtinant perdere/ & ſibi ſocios in pœnis habere: quia ſciunt in cœleſtem habitationẽ homines aſcenſuros per dei gratiam/ vnde ipſi ſpiritus ceciderunt per ſuperbiam ſuã. Viri vrbani ſenſu/ cognoſcite: quia diuinitatis nomen per plures nequaq̃ diuiditur. quoniã vnus deus: a quo ſũt õnia. & vnus dominus IHESVS CHRISTVS: per quem ſunt omnia. & vnus ſpiritus ſanctus: in quo conſiſtunt vniuerſa. cui fideliter obtemperant omnia: & non eſt ſchiſma ĩ diuinitate/ quia caret pluralitate. Attẽdite ciues Rhomani: vnde diſcordia nata fuerit/ & qua ratiõe acereſcẽs/ ſic longe lateq; miſerabiliter adoleuerit/ & cur tam multiplicia non numina ſed miſerabilia emerſerunt deorum portenta. videlicet quia multi cœperunt velle fieri principes ac tyranni/ & dominatores nõ viciorũ ſed hominũ ſuę naturæ cõſortiũ. Vnde in ignorantiæ tempeſtate demerſi/ & in barathrum elationis ſuę deiecti: vnuſquiſq; poteſtatis ſuæ deũ aut mutuauit aut ſtatuit. nam ad tantam miſeri homines peruenerũt dementiã: vt ſic miſerrimos homines ſibi deos conſtituerent/ quibus ſimiles fieri vellent/ vt mortẽ peſſimã deuitarent. ſed & quidã eorum quoniã non probauerunt habere deũ in notitia: traditi ſunt in voluptates ſuas/ vt exercerent illa opera quæ leges Rhomanæ puniunt cũ execratione. & impletũ eſt in illis quod dictũ eſt verbis ſanctiſſimis. Similes illis (inquit) fiant qui faciunt ea. fecerũt enim ſibi deos miſeros: & facti ſunt ipſi miſeri. atq; ad tantam ſunt inſaniam deuoluti: vt trunco ligneo dicãt deus noſter es/ & lapidi adiuua nos/ ſtipitẽq; fabrefactum adorant qui eius ſunt aſtulis calefacti. Ad hæc: multæ audientium turbæ eleuantes vocẽ cum planctu dixerunt. Errauimus/ peccauimus/ inique egimus. doctor ſalutis & æternæ vitæ ac veritatis oſtenſor: propiciare nobis/ vt eruamur a laqueis peccatorum/ & poſſimus euadere ignẽ quo exuretur mũdus/ & quiſq; cruciabitur ĩfœlix ac peſſimus. Tũc PAVLVS ait. O viri fratres/ quorũ dominus cor ſuo ſpiritu tetigit: ſtate fideliter in fide. nã miniſtri æternæ ſalutis aderunt a quibus baptiſabimini: & bene perſeuerãtes in charitate domini noſtri IHESV CHRISTI/ ſalui eritis inæternum. Longinus quoq; & Megiſtus & Aceſtus/ ſecretius alloquentes apoſtolũ dixerunt. Rogamus te domine/ fac nos aſcribi in militia regis æterni: vt poſſimus venturũ ignẽ euadere/ & regni perpetui participes fieri/ & dimittem9 te. vel potius quocũq; decreueris pergere/ erimus tui itineris comites/ & vſq; ad mortem parentes. Quibus PAVLVS ait. Fratres mei non ſum profugus: ſed miles legitimus regis mei. ſi enim ſcirem q; moterer/ & non

potius ad vitam & gloriã per hanc mortẽ peruenirem: non solum facerem quæ rogatis/ sed ego hoc a vobis deposcerem. nunc autem non in vacuũ per multas tribulationes cucurri: nec sine causa pati cupio. Nã restat michi corona victoriæ: quam reddet michi cui credidi/ & de qua certus existo. quoniã ad ipsum vado: & cum ipso veniam cum veniet in claritate sua/ & patris/ & sanctorum angelorũ iudicare orbem terrarum. Propterea mortẽ istam contemno: & vestrã petitionem (vt abscedã) non audiam/ neq; faciam. Illi vero flentes: dixerunt ei. Quid ergo acturi sumus? quomodo te punito viuemus: & ad illum in quem nos credere persuades/ peruenire iam vltra valebimus? Et cum hæc inter se loquerentur/ & populus multus voces in altum tolleret: misit Nero Parthenium quendam & Pheretam milites/ vt viderent si iam PAVLVS esset occisus. Qui aduenientes repererunt eum adhuc viuentem: & diutissime populum alloquentem. Quos PAVLVS ad se aduocãs: ait illis. Viri fratres credite in deum viuum: qui me & omnes qui in eum credunt a mortuis suscitabit. At illi respondentes dixerunt. Ad Cæsarẽ prius ibimus omnia renunciantes. et cum peractum fuerit pro quo missi sumus/ & cum mortuus fueris/ & resurrexeris vt dicis: tunc credemus tuo regi. Tu autẽ explica moras quibus iussionem differs: & vade ad destinatum locum vbi sententiam merito dictatam suscipias. PAVLVS quoq; dixit eis. Commoratione mea in carne plus vos indigetis si credere vultis: q̃ ego qui ad vitam per mortem vado. sed & iam pergamus exultantes in nomine domini nostri IHESV CHRISTI. Cũq; ad locũ pergerent passionis/ comitantibus populorum turbis innumeris: venit ad portã vrbis Rhomæ vbi habuit obuiã nobilissimã matronam nomine Plautillam apostolorum feruentissimã dilectricem/ & religionis diuioæ cultricem. quę flens: eius se cœpit orationibus commendare. Ad quam PAVLVS ait. Vade Plautilla æternæ salutis filia: commoda michi pannum quo caput tegis/ & secede paululum in partem propter plebis impedimenta. me hic expectans donec reuertar ad te: & tibi restituam beneficium. ligabo enĩ michi oculos vice sudarij: & tuæ dilectioni/ amoris mei pro CHRISTI nomine pignus/ ad illum pergens relinquã. Quę festinato pãnum porrexit: & vt ei ipse apostolus iusserat/ obediuit. Insultabãt autẽ & Parthenius & Pheretas dicentes. Quid credis impostori & mago? cur perdis pãnum optimum: non tantum per eum in sæculo lucratura? PAVLVS vero dixit ad eã: etiam filia præstolare aduentum meum/ & signa mortis meæ in panniculo tibi afferam/ cum CHRISTO victurus. Interea Looginus/ Megistus/ & Acestus dum instarẽt obnixius pro salute sua/ inquirentes modum qualiter ad veram vitam possent pertingere: audierunt a beato apostolo. Fratres & filij mei: mox vt ego fuero decollatus/ vos & cæteri ministri interfectionis meæ/ a loco in quo me dominus vocare dignabit recesseritis/ viri fideles rapient & sepelient corpus meum. vos autem notate locum sepulchri mei: & cras valde diluculo illuc venietis. Ibiq; inuenietis duos viros orantes: Titum & Lucam. Quibus dicetis qua de causa vos misi: & illi vobis dabunt signa salutis in domino. Nolite igitur dubitare exequi quod vobis est imperatum. quoniam statim vt credentes sacro fonte fueritis intincti/ & diuinorum mysteriorum viuificatione sacrati: ab omnibus peccatorum contagijs/ & ab hoc etiam quod reformidatis/ in me scelere perpetrato/ incunctanter purgati eritis/ ac super niuem dealbati/ ac in serie CHRISTI militum ascripti/ & cœlestis regni efficiemini cohæredes. Et his dictis/ peruenit ad passionis locum: vbi ad orientem versus/ tensis in cœlum manibus diutissime cum lachrymis hebraice orauit & gratias egit deo. Cumq; patrio sermone consumasset orationem: valedicẽs fratribus/ benedixit eos. Et ligans sibi de Plautillæ maphorte oculos: in terra vtrumq; genu fixit/ & collum tetendit. Spiculator vero in altum brachia eleuans: cum tota vi percussit/ & caput eius abscidit. Quod postq̃ a corpore præcisum fuit: nomen domini nostri IHESV CHRISTI hebraice clara voce personuit. statimq; de corpore eius vnda lactis in vestimenta militis exiluit: & postea sanguis defluxit. vitta vero qua sibi ligauerat oculos/ cum eam quidam rapere vellent: non comparuit. tanta etiam odoris suauitas fragrauit/ & lucis immensitas in momento illius decollationis ecelitus ibi emicuit: vt mortalium oculi splendorem illum sufferre/ & humana lingua narrare nequiuerit odorem. Videntes autem omnes qui aderant gratiam dei in beato apostolo: admirati sunt valde/ laudantes & confitentes per multam moram dominũ IHESVM CHRISTVM æternum & inuictum regem/ quem prædicauerat magnificus doctor & magister gentium PAVLVS. Reuertentes vero qui iussi fuerant accelerare interfectionem eius: peruenerunt ad portam ciuitatis. vbi inuenerunt Plautillam: laudantem & glorificantem dominum in omnibus quæ audiuit & vidit per sanctum eius apostolum. Et interrogauerunt eam cum irrisione: cur caput suum non operiret de maphorte quã præstite•

rat PAVLO/ Quæ accenſa calore fidei::cum magnimitate reſpondit.O vani & miſeri:
qui credere neſcitis quæ oculis videtis/ & manibus attrectatis. Vere enim habeo eũdem
quem illi porrexeram pannum/ de infuſione ſanguinis ſui precioſum.Nam de cœlo ve-
niens innumerabilium candidatorum caterua comitatus:illum michi veraciſſimus ret-
tulit.Et rependens gratiam pro benignitate in eum habita:dixit.Tu michi Plautilla in
in terris obſequium præſtitiſti:ego tibi q̃primum ad regna pergenti/ officioſiſſime obſe-
quar.In proximo nãq; pro te reuertar:& tibi regis inuicti gloriam demonſtrabo.Et ex-
trahens Plautilla pannũ a ſinu/ roſeo perfuſum ſanguine:illis oſtendit.Qui nimio pa-
uore correpti:greſſu concito perrexerunt ad Cæſarem/ quæ viderant & audierant nun-
ciantes.At ille cum audiſſet:miratus eſt valde.& ingenti ſtupore attonitus:cœpit de ijs
quæ nunciata ſunt ei/ cum philoſophis/ & amicis/ atq; miniſtris reipublicæ/ ſeu & cum iis
quos habere poterat ex ſenatu conquirere/ atq; confabulationis ſermonem cum timo-
re & tremore atq; confuſione ſenſus habere.Dum hæc inuicem mirarentur/ & ſecũ quę-
rerent:venit PAVLVS circa horam nonam ianuis clauſis.ſtetitq; ãte Cæſarem:& ait.
O Cæſar Nero:ecce ego PAVLVS regis æterni & inuicti miles / vel nũc crede miſer
quia non ſum mortuus/ ſed viuo deo meo.Tibi autem :non poſt multum temporis ma
la inenarrabilia imminent & ſupplicium maximum / teq; æternus manet interitus. eo
q; inter cætera flagitia tua peſſima:multum ſanguinis iuſtorum/ effudiſti iniuſte.Et hæc
dicens:repente diſparuit.Nero autem his auditis/ vltra q̃ dici poſſit timore percullſus/
& veluti amens effectus:ignorabat quid agendum illi eſſet. Suadentibus vero amicis:
iuſſit Patroclum/ & Barnabam/ & eos qui vincti erant cum illis/ ſolui/ atq; quo vellent li
beros abire. Lõginus deniq;/ Megiſtus/ atq; Aceſtus:ſicut eis conſtituerat apoſtolus pri
mo mane venientes ad ſepulchrum eius/ viderunt duos viros orantes / & in medio eo-
rum ſtantem PAVLVM.Qui pertimeſcẽtes in viſu admirabili:horruerunt & reformi-
dauerunt accedere propius . Titus autem & Lucas ab extaſi orationis in ſe reuerſi/ vi-
dentes præfectos atq; Centurionem qui miniſtri necis PAVLI fuerant ad ſe properan-
tes:humano terrore correpti in fugam conuerſi ſunt/ & PAVLVS euanuit ex oculis
eorum.Illi vero:poſt eos clamauerunt dicentes.Non vt ſuſpicamini beati dei homines
ideo venimus:vt vos perſequamur ad mortem/ ſed vt credẽtes/ nos per aquam baptiſ-
matis ad vitam transſeratis æternam/ ſicut nobis verus doctor promiſit PAVLVS.quẽ
paulo ante:in medio veſtri ſtantem & orantem conſpeximus.Hæc autem audientes ab
eis Titus & Lucas:ſteterunt cum multa lætitia & ſpirituali gaudio/ imponẽtes eis mox
manus/ & dantes ſignaculũ ſanctificationis perpetuæ.ſicq; ieiunio vſq; ad veſperã prę-
currente baptizati ſunt in nomine domini noſtri IHESV CHRISTI.Cui cũ patre in
vnitate ſpiritus ſancti:eſt honor/ & gloria/ virtus/ & imperiũ in oĩa ſæcula ſæculorũ.Amẽ.

¶MARTYRII BEATI PAVLI APOSTOLI A LINO
PAPA GRAECE SCRIPTI ORIENTALIBVS
ECCLESIIS TRADITI/ ET SVBINDE
IN LATINVM CONVERSI:
F I N I S.

¶PARISIIS ANNO CHRISTI REGIS AETERNI. 1512